
32
6 II
8

EMANVELIS RODERICI LVSITANI,

EMERITI IN THEOLOGIA MAGISTRI,
& Prouinciȩ Sancti Iacobi, apud Minores
dignissimi Patris,

Quæstiones Regulares Enucleatæ.

Ad COMPENDII formam ita redactæ, vt verum
nucleum contineant.

Accesserunt plerisque Resolutionibus Notæ, Retractationes, & Additiones, quibus seorsim, partim quædam Auctori omissa supplentur, partim aliorum idem cum illo, vel diuersum sentientium rationes pari breuitate excerptæ expenduntur, vnaque Bullarij indulta intertexta recensentur.

Auctore F. HIERONIMO RODERICO Lusitano, eiusdem Seraphici
Instituti, & Prouinciæ alumno, nunc in Regio Salmanticensi Cœnobio
D. Francisci Moralis Theologiæ Professore.

Perillustri ac Reuerendiss. P. D. SILVIO STELLAE
Brixiensi Abbati Præstantissimo.

DICATÆ.



BRIXIAE. M.DCXXXIV.
Apud Io: Baptistam Bozzolam.







MO
PerIlluſtri ac Reuer. P. P.
D. SILVIO STELLÆ
BRIXIENSI PATRITIO.
& in Inſigni Monaſterio
S. IVSTINAE DE PADVA ABBATI
Prętantiſsimo.

Io. Baptiſta Bozzòla S. D.



Ogitanti mihi, cui nam hoc nouum Compendium in lucem nunc primum editum, & ad noſtras Italicas oras trãſmiſſum, Religioſis præſertim viris per vtile, ac neceſſarium, eſſet dicandũ. Tibi potius præ cæteris tanquam ſcientiarum omnium Compendio; Tibi præ tuæ Familiæ Alumnis, quibus, & auctoritate, & ſapientia praes Regularis Obſeruantiæ ſanctiſſimo

Zelo maximè instructo; Tibi à tuis maioribus, qui Patriam felicissimè condecorarunt non degeneri; quippè qui in amplissima Cassinensium Familia, amplissimorum quoque Cœnobiorum summa cum laude, & decore, tam Romæ, quam Venetijs, & Rauennæ Regimen exercuisti. Prætereo Visitationes Siciliæ, & Lombardiæ diuersis, & duris temporibus, non sine maximo fructu, & labore à te confectas. Prætereo maximos Honores, et Gradus, quibus semper à Religione Cassinēsi, præsertim in nouissimo Generali Capitulo celebrato (quæ tua fuerunt merita) fuisti insignitus. Meritò ergo Clarissimo huius STELLAE lumine, quo nobilissima Cassinensium Familia, quo Ciuitas nostra Brixiensis decoratur, paruula quoque mea Impressoria Domus, ac Typus clarior reddatur. Suscipe igitur nobilissime, ac Religiosissime Præsul hilari vultu Theologicæ doctrinæ Compendiū, meo quidem Prælo, sed tuo clarissimo nomine emissum, paruum quidem opus, sed magnitudine tua non indignum. Vale.




TITVLORVM.

Ac rubricarum Syllabus.


Iuxta seriem Alphabeti.

A



Cor-

Le-



RESOLVTIONES QVÆSTIONVM Regularium R. P. F. Emanuelis Roderici,

Ad Compendij formam redacta.

RESOLVTIO I.

De Abbatibus.



Bbas idem significat apud Hebræos, quod apud Latinos, Pater. Vnde ab hoc nomine cœperunt apud primos Anachoritas prælati venerationis gratia Abbates nuncupari, eo quòd monachos, tãquam filios habebant, ac erudiebãt: ex quo postea hoc eodem nomine vocari consueuerunt prælati aliquarum Religionum, præcipue Monachalium, *tom. 1. q. 12. art. 1. de quo Pelagus de planctu Eccl. lib. 2. cap. 20. Petrus Gregorius lib. 15. syntagmat. iuris 2. p. cap. 13. nu. 1 Sozomen. lib. 5. cap. 10.*

2. Abbates alij sunt benedicti, alij non benedicti, quorũ benedictio non est iterabilis, sicut nec multa sacramẽtalia non imprimentia characterem, vt benedictio nuptialis, & similes. At benedictio Abbatissæ est iterabilis, quia est longè minor, & simpliciter benedictione Abbatis, ibid. art. 2. de quo Bonifacius in Clem. attendentes §. statuimus, nu. 20 de statu Monach. Felinus in cap meminimus num. 5. de accus. Nauar. lib. 1. cons. 2. tit. de sacr. non iterãdis, Azor. 1. p. instit moral. lib. 3. ca. 10. q. 4 Doctissimus P. F. Ludonic. Miranda de monial. q. 7. art. 5. relati à Barbosa in collect. ad cap. 1. num. 2. de supplen. neglig. præl.

3. Abbates non benedicti gaudent omnibus, & singulis honorib. præeminentijs, priuilegijs, ac insignijs benedictis competẽtibus, ac si benedictionis munus eisdem fuisset impensum: ex concessione Eugenij IV. & Iulij II. pro Cistercieusibus, & Leonis X. pro Chamaldulensibus. ibid. ar. 4. idem docent Mirand. *tom. 1. Manual. qu. 38. art. 9. concl. 3.* Collector priuil. Cister. *tit. Abbas*, §. 4. & 5. In Bull. bulla 6. Eug. 4.

4. Abbates possunt solemniter benedicere populũ in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis, Pontificaliaq; exercere, dummodo non adsit Episcopus, Patriarcha, aut Cardinalis, ex Eugenio IV. & Iulio II. extra suas tamẽ Ecclesias nequaquam possunt, nisi ad id speciale habeant priuilegium, cap. Abbates, de priuileg. lib. 6. cap. quoniam 69. dist. Item possunt conferre ordines minores suis subditis, ex Gregorio IX. etiam non obstante non vsu longi temporis, ex Innoc. VIII. pro Cisterciensibus, & ex Bullis Põtificum proximè citatis, quæ non sunt reuocatæ per Concilium Tridentinũ, pro suis subditis tantum, secus pro In Bull. bulla 17. nu. 6. & Bull. 18. num. 18. Eug. 4. & Bull. 25. numer. 5. Iulij 2. In Bull.

alijs, etiam pro suis nouitijs, ex quadam constitutione Pij V. *tom. 3. q. 23. art. 1. & tom. 1. q. 18. art. 1. & 2. de quo Nauar. cap. 27. num. 158.* idem docet Miranda dicto art. 9.

bulla 13. Grego. 9. & bulla 5. Inno. 8.

5. At non possunt dicti Abbates vti priuilegio eiusdem Innoc. VIII. conferendi ordines sacros Subdiaconatus, & Diaconatus: quia per dictū Concilium Tridentinum est sublatū, ibidem dict. q. 23. art. 1. & dict. q. 18. art. 3. & 4. de quo Nauar. lib. 5. consil. titulo de priuileg. consil. 15.

Trid. sess. 23. ca. 10. de refor. Trid. d. c. 10.

6. Possunt tamen dare litteras dimissorias suis subditis ad omnes sacros ordines suscipiendos apud quēlibet Episcopum Catholicū, ex Leone X. & Paulo III. idq; non esse correctum per Tridentinum declarauit sacra Cardinalium Congregatio, & confirmauit Clemens VIII. pro monasterio de Alcobaza Ordinis Cistercij in Regno Portugalliæ dict. q. 18. art. 5.

7. Item ex eodē Innocentio VIII. possūt benedicere corporalia, & alia ornamēta Ecclesiastica, altaria, aras, & calices consecrare, chrismate sacro prius ab aliquo catholico Episcopo recepto, etiam pro vsu exterorū. Hoc tamen priuilegio non licet vti extra monasteria ordinis, vel Ecclesias illis annexas, nisi de licētia Diœcesani, iuxta decretum Tridentinum *tom. 1. q. 28. art. 2. & q. 19 art. 2.* idē docent P. Miranda *tom. 2. Manual. q. 40. art. 1. & 4. & 4.* Portel infra proximè citandus, & verbo benedicere, nu. 1. 1. Sed nota cum Auctore in addit. sūmæ tom. 3. cap. 27. num. 1. Quod hac concessione non vtuntur communicantes in priuilegijs quantum ad cōsecrationem eorum, vbi chrisma interuenit. Idem notant Portel. in suis dubijs regularibus, *verbo altarenum,* 2. & P. Miranda suprà artic. 4. Quoad benedictionē exterorum infra videbimus de benedictionibus, resolutione 13. num. 2.

In Bull. di. bulla 5. Innoc. 8. nu. 4. Trid. sess. 6. de ref. cap. 5.

8. Item ex Eugenio IV. Generalis reformator Cistercij, vel alius ex ipsius commissione potest plenariè absoluere, monachos, nouitios, donatos, & conuersos semel in vita, & semel in mortis articulo, ab omnibus, etiam qualitercunque enormib. peccatis ante, vel post ingressum Religionis commissis, & a quibuscunque censuris, pœnis, irregularitatibus, & inhabilitatibus, necnō ab omni infamiæ labe, seu nota (homicidio voluntario, mutilatione membri, & bigamia duntaxat exceptis) dummodo per annum continuum singulis sextis ferijs ieiunent, aliàs non impeditis præcepto aliquo ieiunādi, quod in sequenti, vel alio anno, si legitimū impedimentum adsit, potest suppleri, *tom. 1. q. 20. q. 18 19. & 20.* de quo intra redibit sermo *de absolutione Fratrum quoad reseruata num. 22. 23. & seq.*

In Bull. bulla 19. & 20. Eug. 4.

9. Abbates licēt secundùm ius habeant liberam, & generalem administrationem rerum monasterij, eam tamen limitatam habent circa alienationes, & contractus, nullo enim pacto illis licitum est alienare sine consensu maioris partis monasterij capitulariter congregati, & nisi iusta, & eidēs causa id suadeat, & in vtilitatem redundet ipsius monasterij, de quo fieri debet instrumentum, & tractatus in publica forma. Secus facientes incurrunt in pœnas excōmunicationis, & suspensionis, de quibus in Clemētina, Monasteriorum, de rebus Ecclesiæ nō alienandis, & in Extrauaganti, ambitiosæ, eodem titulo, & iuxta diuersa Regularium priuilegia debet expressa superiorum licentia interuenire. Vnde Eugenius IV. concessit Cisterciensibus, vt eiusmodi alienationes, etiam cum dicta solemnitate factas possit Generalis Ordinis, habita prius causæ cognitione, confirmare, vel inualidare. Iuxta cuius priuilegij tenorem sunt intelligenda plura alia concessa diuersis ordinibus, *tom. 1. quest. 27. articul. 2. Ad quod Sanchez lib. 7. Decalog. ca. 19. num. 39. & sequentibus. Nauar. de rebus Ecclesiæ non alienan. num. 24. & 25. Cenedo ad decretal. collect. 71. Ugolin. de potest. Episcopi cap. 14. §. 6.* Farin.

In Bull. bulla 20. num. 25.

Farin.in praxi crim. part.6. quaestio. 171.num.10. & alij relati a Barbosa in Collectan.ad cap. si quis 6.num.2. de rebus Eccles. Portel. verbo alienare, num.1.& sequentibus,& in addit. ad dubia,eodem verbo alienare,num.2.

Potest tamen Abbas sine consensu Conuentus constituere vnum ex suis monachis procuratorem ad exigendum, vel erogandum, sicut & litem mouere, eamque excipere, ac defendere, nisi sit ardua res, pluraque alia agere inconsulto monasterio valet, Ibid.§. aduertendum insuper, in fine.

10. Item Abbati licet sine consensu sui capituli opacas arbores conuentus caedere, vtpotè quae impediunt augmentum fructuum, & vtilitatem aliarum arborum fructiferum, & sufficientium praedio, easque vendere, ac conuertere pretium in commodum monasterij, sunt enim res, quae seruādo seruari non possunt, ibid. art.4. de quo Nauar. *lib.3.cons. de rebus Ecclesiae non alienandis consil. 6. & 7. Ad quod Surd de alimentis tit.8. priuil. 45.num. vlt. Redean. de spolijs Eccles. q. 3.nu.1. Belles. Disquisiti, cleric. part. 1. tit.de clerico debitore, §.7.nu.11.relati à Barbosa in collectan. ad cap. nulli num.15. de rebus Eccles.* vbi per eosdem resoluit, Ecclesiae bona, quae seruando seruari non possunt, licitè vendi sine solemnitatibus iuris.

11. Depositio Abbatum, & Abbatissarum Cistercensium soli capitulo generali, & nulli alio cōpetit, ex decreto Eugenij IV. & ex quadam constitutione Clementis IV. non possunt dicti Abbates priuari extra capitulū, nisi propter certa delicta, quę inibi enumerantur, *tom.1.q.41.art.3.& to. 2.q.25.art.3.*

In Bulla. bulla 20. Eug. 4. n. 6. & Cōp. Cist. verbo Capitulū generale.

12. Dignitas Abbatum est dignitas Ecclesiastica, quorū officiū olim erat perpetuum, habentq; iurisdictionem quasi Episcopalē erga suos subditos, imò & magis qualificatam, quā Prouinciales Mendicantium, vtuntur enim insignijs Pontificalibus, mitra, &c. & ordines minores conferunt, d.q.27.art. 3.§.2. notandum.

13. Abbates, & Praelatos non cōuenit esse perpetuos, oriuntur enim inde ambitio, subornatio perpetua, collusio, factiones, desidiae, tyrannica, & absoluta dominatio, & gubernatio, aliaque quamplura mala. Vnde magis conuenit, quòd sint ad summū triennales, vt apud nos Minores, & alios ordines fieri solet, *tom. 1.q.16. art.1.de quo Nauar.in cap.nullam 18.q. 2.num.3.& lib.3.cons.tit. de statu Monachorum cons.7.in fine in secunda editione, D.Tho.2.2.q.108.art.3. & 4.& q. 157. vsque ad 160.*

14. Potest eligi in Abbatē qui obtinet duo beneficia non curata, eiusque electio est valida, nec beneficia vacant vsque ad adeptam Abbatiae pacificam possessionem: imò & ea retinere licitè potest vsque ad benedictionem, vt de consuetudine seruari testantur DD. mox citandi, tom.2.q. 53.artic.7. de quo Oldrad. consil.14. col.2. & Rebuff. respons.10. tit. religiosos dispensatus.

15. Abbas cōmendatarius pōt creari à Papa clericus, aut professus alterius ordinis, vel alius, ēt secularis, & erit verus praelatus monasterij, nō tñ decet talem eligi, ex mente Concilij Trid. qūo.n.poterit ad regulae perfectionem dirigere, & instruere alios, qui non est expertus, nec in ea instructus? Hmōi tñ Cōmendatarius perpetuus de facto electus à Papa pōt in actib. capitularibus exercere oīa illa, quae pōt proprietarius, in cuius locum subrogatur, qñquidē est verè prelatus tom.3.q.52.art.7. & 8. de quo Oxeda de beneficijs incompatibilib. 1.p.ca. 24. à num 97 vsque ad 105. Trid. sess. 25. de regul. c. 21.

16. At priuilegia Abbati, aut Religioni concessa nō extendūtur ad huiusmodi Cōmendatarium, ētsi sit perpetuus, cum non veniat appellatione Religionis, aut Monachorū, licèt aliàs verus praelatus & Abbas veniat appellatione Monasterij, & Monachorum, *to.3.q.41.a.8.& 9. de quo Lud. Gomez in reg.cancell. super reg.trienna. q.5.à num.22.§.ex quibus facile.*

Quod in penalibus nomine Monachorū veniat ēt Abbas notatur à DD.

in c.fi.de simon.& tradit Sanchez li. 6.Decalogi cap.8. num. 84.

Nota ad resolutionem de Abbatibus.

17. De Abbate sæculari, & quanta sit eius dignitas, ostendit Azor. instit.moral.2.p. lib.3.cap.19.Galganat.de iure publico lib. 3.tit.38.quos refert Barbosa. in collectanea ad decretal.cap.vt Abbates 1. de ætate, & qualit.ordin.num. 3.

18. Nota quod Abbas dicitur quis ante benedictionem, Felin.*in cap.meminimus num.1.& 20.de accusat. Uldr. consil.14.col. 2. Brtachin. verbo Abbas 5. Eruner. à Sole in locis communibus, verbo Abbas, num.2. relati à Barbosa in dicta collectan.cap.1.de suppl.negligen. prælatorum num. 6.*

19. Nota, quod si Episcopus tertiò requisitus benedicere Abbatem sine causa renuerit, potest ipse Abbas nõ expectata benedictione officium administrare, & alia quæ ad id pertinẽt, exercere, vt ordines conferre, & ea omnia, quæ sunt sui muneris tunc implere, cap.statuimus 1. de supple.neglig.præl. & tradunt Erasmus à Cochler de iurisd. ordinarij in exemptes p.4.q.78.num.2. Azor 1.p.instit. moral.cap.20.q.6.relati à Barbosa in dicta Collect. dicto cap. 1.de suppl. neglig.prælat.idem docet P. Miranda *tom.1.Man.q.38.art.9.concl.3.*

20. Circa resoluta numer.4.Idem docent Bellarm. in cap. cum contingat 11. de ætate, & qualit.ordin.q.1. Cardin.*ibidem notab.1. Abbas num.2. Butrius num.13.Rebuff.in praxi benefic. clericis, & à quibus, & quomodo num. 14.Praxis Episc.p.1.verbo Abbas, Nauar.consil.13. aliàs 14. in nouis num.3. de priuilegijs, Azor. instit.moral.2.p.li. lib.3.cap.48.q. 15. Florez de Mena lib. 3.variar.q. 45. Cenedo ad decretal collect.115. quos refert Barbosa in collect. ad dictum cap.cum contingat, numer.2. idem docet P.Miranda dicto art. 9. conclus.2.*

21. Ad quod etiam nota, quòd subditi Regulares ab eisdem Abbatibus examinandi sunt, à quibus minoribus initiantur, quia Concilium Tridentinum de solis ordinibus sacris intelligendum venit. Ita Nauar. dicto cons. 14.num 5. quem refert ad idem Barbosa de officio, & potest. Episcopi par.2 allegat.3. num.7.& in Collect. dicto num. 2. Et consequenter ipsis Abbatibus fas est cum præfatis sibi subditis dispensare in interstitijs minorum ordinũ. Ita Hieronymus Sorbus in compend. Mend. verbo Ordines sacri, vers. quando vero Abbates. P. Miranda *tom.1.q.38.art. 7.concl.3.* Vbi quærit, quid iuris sit, quando Abbates suos subditos cum dimissorijs remittunt, vt ab Episcopis ordinentur, cui competat interstitiorum quoad dictos ordines minores dispensatio? Et quæstionem indecisam, ac nõ resolutam nobis resoluendam relinquit. Ad quod omissis multis.

Trid.sess. 25. ca. 12. de refor.

22. Respondendum existimo, ad dictos Abbates pertinere eam d. dispensationem sicut ad Episcopum, qui dimissorias suo subdito concedit, vt ab alio ordinetur, pertinere, ex Salzedo in practica cap.25. tradit doctissimus Magister R.P. F. Henricus de Villalobos *tom.1.summa tract.11.difficul.12. num.* 4. Et tenet, vel saltem innuere videtur noster Auctor *tom. 3. quæstio. 24.art.3. ex dictis infertur*, vbi resoluit, ad Episcopos, & ad præfatos Abbates pertinere in interstitijs dispensare, non verò ad alios prælatos Regulares, cum suis subditis Regularibus. Quod ideo dixit, quia hi prælati Regulares, extra Abbates, non vtũtur baculo, mitra, & alijs insignijs Pontificalibus, nec ordines minores conferunt, sicut ipsis Abbatibus conceditur, ac proinde non illis datur potestas dispensandi in interstitijs, quam certè haberent si potestate cõferendi dictos pollerent, sicut præfati Abbates pollent. Rationem assignant citati Auctores: quia sicut Episcop⁹ subditi ordinãdi ab alio Episco

po

po eum dimissorijs melius cognoscit necessitatem, & vtilitatem suæ Ecclesiæ, & quibus ministris indigeat, quã præsumitur cognoscere qui alteri Ecclesiæ præest: ita pariter dicti Abbates, qui suos subditos ad alios Episcopos remittunt, vt ordinentur, meliùs cognoscere præsumuntur, quibus ministris suæ Ecclesiæ egeant. Accedit, quòd si eos possunt ordinibus minoribus initiare, consequenter etiam poterunt cum illis in interstitijs dispensare ad instar Episcoporum, ad quos semper spectat interstitiorum cum suis clericis dispensatio, etiam quando ab alio Episcopo cum suis dimissorijs ordinantur. Alienũ enim prorsus videtur à iure, & à ratione, quòd Abbas, qui sibi subditos ordinat, ab alio interstitiorum dispensationem mendicare cogatur, vt bene obseruat P. Miranda d. art 7. concl. 3.

23. Sed aduerte cum eodem Barbosa vbi num. 3. & 4. quòd dicti Abbates regulares non possuut dispensare in interstitijs ordinum minorum cum sæcularibus sibi subditis, & in quos etiam ordinariam habent iurisdictioné. Vnde optimo iure decidit Rota apud Seraphinum *decis. 985. p. p.* 5. non licere Abbatibus promouere personas sæculares habentes litteras dimissorias suorũ Episcopatuum. Et ideò constat, longè à veritate alienum esse quod asserunt Quaranta *in summa Bullarij verbo, Ordo, vers. vers. Abbatibus, pag. 501. & Azor. inst. moral. 1. p. lib. 12 ca. 20. quæst. 7.* Sacram Congregationem censuisse. *quòd huiusmodi Abbates possunt tonsuram, & minores ordines secularibus episcopo subiectis conferre, si modo ipsius Episcopi consensus accedat, vel literas dimissorias ad recipiendos ordines ab Abbatibus concesserit.* Nam huic assertæ decisioni repugnãt verba Tridentini expressa dicto cap. 10. ibi, non liceat, & ibi, cuiquam, qui regularis subditus non sit. Ergo ad alios, etiam sibi subditos, & in quos ordinariam iurisdictionem habent, extendi non debet; & multo minus ad subditos alterius habentes litteras dimissorias ad recipiendos ordines, etiam ab ipsis Abbatibus. Nec ex eadem ratione extendi potest ad Regulares non sibi subditos, etiam qui dimissorias speciales suorum superiorum, & specialem consensum Episcopi loci habuerint, quia nec in hoc casu asserta decisio relata per Quaranta, & Azor. locis proximè citatis stare potest. Hęc Barbosa.

24. Circa resoluta num. 5. Nota cum Azor. inst. moral. 2. p. lib. 3. c. 48. q. 16. Summum Pontificem non posse facere potestaté simplici presbytero cõferendi ordines sacros, quod tenet D. Th. *in 4. dist. 25. quæst. 1. ad tertium. Idem sentiunt Abbas, Collectaneus, & alij in cap. quanto, de consuetudine, Couar. lib. 1. variar. cap. 10. num. 9. Soto in 4. distinct. 7. quæstio. vnica art. 2. & & nouissimè Pa. Villalobos 1. p. summæ tractat. 11. difficult. 8. conclus. 3.* & est vsu recepta, teste Syluestro verbo, Ordo 3. quæst. 3. & refert Auctor, dicto art. 3. Ac proinde dictam concessionem Innocentij VIII. nullius valoris fuisse, nec illa vnquam licite vti, ac frui potuisse, etiam ante Concilium Tridentinum aliqui opinantur. Sed de facto huiusmodi concessionis, ac perconsequens de potestate Papæ id concedentis, quis sanæ mẽtis dubitabit? Nam Patres Cistercienses, vt ab ipsis Auctor accepisse testatur, ea aliquando vsi sunt, tãquam legitimè, & verè à Sede Apostolica expedita, concessit autem Papa secutus aliam sententiam oppositam, nec cõcederet, si secundum ius id illi nõ liceret, ac ideò plusquam probabilis per huiusmodi factum Sedis Apostolicæ redditur. Hodie tamé tali indulto non est fas vti post dictum Tridétinum decretum, quo derogatum esse ex Auctoris sententia dicto art. 4. resoluimus supra. Tuetur sententia Auctoris.

25. Circa resoluta numer. 6. Idem docent Nauar. lib. 2. consil. 21. & de temp. ordin. Enriquez li. 7. de indulgentijs cap. 26. initio, quos refert, & sequitur doctissimus, ac R. P. F. Ludo-

uicus Miranda *tom. 1. Manual. Praelatorum quaest. 39. art. 3.*

Sed adhuc dubitatur meritò, an praefati Abbates possint dare literas dimissorias clericis secularibus sibi subditis, vt ab alijs ordinentur. Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 3. cap. 49. quaestio. 3.* tenet partem negatem, idque expresse definiri in Trid. Conc. illis verbis: *Nec ipsi Abbates, & alij exempti, aut collegia, vel capitula quaecunque, etiam Ecclesiarum Cathedralium litteras dimissorias aliquibus clericis saecularib. vt ab alijs ordinentur, concedant, sed horum omnium ordinatio, seruatis omnibus, quae in huius Sanctae Synodi decretis continentur, ad Episcopos, intra quorum fines Dioecesis existunt, pertineat, tom. 2.* Haec Concilium. Idem videntur firmare Azor. *to. 2. summa cap. 14. num. 9. & 11.* P. Miranda d. art. 3.

Trid. sess. 23. capit. 10. de reform.

26. His tamen non obstantibus oppositam sententiam defendit P. Villalobos *1. p. summa tract. 11. diff. 9. nu. 4.* eamque praedicat probabiliorem ex Ledesma *1. p. summa de sacram. ordinis cap. 8. post 2. concl.* Dicitur, quia dicti Abbates, seu etiam Priores (qualis est prior Meridae in Hispania, & similes) habent iurisdictionem Episcopalem super parochos, & parochianos, & tanquam Ordinarij habent ius approbandi confessores, & praedicatores in suo territorio, & vt alienus Episcopus ibidem ex eorum licentia Pontificalia exerceat, vt tradit Florez Diaz *lib. 3. variar. quaest. de Abb. ordin num. 18.* & Auctor in Addit. summae *tom. 3. c. 1. num. 32.* vbi per totum capitulum agit de horum Abbatum exemptorum iurisdictione, & potestate, resoluitq; omnia illa, quae Episcopis ratione ordinariae iurisdictionis competunt, ipsis Abbatibus competere vt dispēsare in casibus, in quibus possunt Episcopi (exceptis illis: quae in Tridentina Synodo ipsis Episcopis specialiter committuntur) itē approbare confessores, & praedicatores, vt dictum est, conferre beneficia, visitare Ecclesias sibi subditas, cōgnoscere de causis matrimonialibus, & beneficialibus, & similia, ac proinde in his Abbatibus, seu Prioribus non habere locum dictum decretum Tridentinum, *cap. 10. de reformat.* & consequenter posse concedere dictas dimissorias suis necessario fateri debemus, quas Episcopus Dioecesis nullo modo dare potest, vt supponunt praecitati Auctores. Hoc tamen non procedit nisi in Abbatibus iurisdictionē ordinariam in parochos, & parochianos pleno iure exercentibus, vt dictum est: nam caeteris, quales sunt Cistercienses, & Benedictini, qui tali iurisdictione non pollent, id in praefato decreto Tridentino prohibetur, & de illis intelligi debet, quod affirmat Auctor *dicto loco summa tom. 2. cap. 14. num. 9. & 11.*

Trid. sess. 24. c. 6. de reform.

27. Circa resoluta *numer. 9. ad fin.* Idem notatur *in cap. edoceri, verbo eum ex offici*, nempe Abbatem super causis, quae ad eundem, & conuentum simul spectant, conueniri posse per rescriptum, in quo Abbatis tantùm, & nulla conuentus mentio habeatur, vt notant Gloss. penultim. & communis *in cap. 1. de procur. omnes in cap. causam, quae el. 1. de iudic. Lapp. alleg. 49. Rota decis. 466. alias 3. de confess. in nouis, & alibi, vt per Felin. in d. cap. edoceri, num. 1. initio, Bero, num. 10. in cap. nulli, de reb. Eccles. Capell. Tolos. dec. 79. Nauar. cap. nullam, notab. 5. vers. secundo quaeritur 18. qu. 2. Suarez de Paz in prac. to. 1. annot. 4. n. 34.* & multi alij generaliter colligentes, solùm praelatum absque suo conuentu, vel capitulo agere, & conueniri posse super bonis ad Ecclesiam, vel conuentum spectantibus. Quidquid tamen innoluant Glossa *in d. cap. edoceri, verbo deceant, & verbo legaliter, in d. cap. 1. de procur.* verissima est, receptaque sententia, quòd si bona inter praelatum, & conuentum omninò cōmunia sint, vel sunt quoad rem separata: quia alia deputata sunt pro mensa conuentus, alia pro mensa praelati, sed quoad administrationē sunt vnita

quia

quia omnia administrat prælatus, & in his indistinctè consensu capituli non requisito agere poterit prælatus, præterquam in arduis negotijs, in quibus vtriusque consensus exigitur. Ita tenent omnes Canonistæ in d.c. edoceri, & præcipue Innoc. num. 4 Io. Andr. à num. 17. Anchar. col. vltim. Bald. num. 4. & 10. Panorm. numer. 6. num. 1. Felin. nu. 2. Lapp. allegat. 48. Speculat. Host. Bellamer. Dec. Franc. & alij quos citat Rendina in *prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 38. nu. 21.* apud Barbos. *in collect. ad. dicti capit. edoceri, num. 2.*

28. Circa resoluta numer. 11. Nota quod si talis dispositio, seu priuatio fiat extra capitulum in casu non permisso, irrita, & nullo ipso iure videtur, vt habetur *in c. nouit, de his, quæ fiunt à prælat.* & tradit Suarez *lib. 5 de legib. cap. 31. num. 10. & 11* Vbi resoluit, quod quando lex formam constituit, & addit, actum aliter fieri non posse, inducit formam substatialem, sine qua actus non valet, quia tunc nō solum fertur simplex prohibitio, sed etiam limitatur ipsa potestas, seu potius aufertur respectu actus facti sine tali forma, vt de verbo, nō possit, seu aliter non possit, posito in lege, tradit Bart. *in l. cum lex, ff. de fideiussor. & in l. vlt. nu. 6 de ferijs, & sequitur Felin. in cap. cum dilecta, de rescript. numer. 6. vers. septimum signum*, & latissimè locupletat Tiraquel. *in l. vlt. Connub. gl. 4. per totam*, relati à Suarez vbi suprà num. 12. vbi nu. 13. & 14. hoc amplius declarat, iuxta materiam, & alias circumstantias rei, de qua agitur limitandum esse, ex Couar. in capit. quamuis pactum, 2. p. §. 4 num. 10. Quando verò simul cum forma requisita in ipsomet actu ponitur clausula irritans, an ea irritatio ipso iure inducatur ante omnem sententiam, saltem declaratoriam talis defectus, vt in exemplo sumpto ex *dict. capit. nouit, de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli ?* ostendit ipse Suarez *suprà cap. 32 nu. 4. & seqq.*

29. Circa resoluta num. 12. nempe Abbates habere dignitatem Ecclesiasticam, firmat Glo. vlt. *in cap. exposuisti, de corpore vitiat. Lap. alleg. 84. incipit, Dominus Papa. col. penult. nu. 11. Panorm. in cap. decernimus, num. 2. de iudic. ibi Dec. in rele. 1. colum. 2. num. 4. Felin. in princip. & Ripa nu. 3.* quos refert, & sequitur Rendina *in promptuar. receptarum sentent. to. 1. tit. 1. nu. 2. apud Barbosa in collect. ad cap. tuam in Domino 10. de ætat. & qualitat. ordin.*

Quanta autem sit Abbatis regularis auctoritas, & potestas in monachos, & in alios sibi subditos, vide Azor. 1. *p. inst. moral. lib. 12 cap. 20. q. 7* Sanchez *lib. 6. decal. cap. 2. numer. 63.* Vbi quærit, an Abbas possit religiosū in pignus, seu in obsidem pro debitis monasterij dare, & cum communiori sententia id affirmat, & videtur supponi *in cap. ex rescripto, vers. obsides de iur. iuran.* & tenent Ioan. Andr. ibid. num 9. Host. num 1. Felin. num. 3. Alexand. de Neuo nu. 33. *lib. 3. cons. 65 num. 3. de Regularibus in 1. edit. & in 2. cons. 74. nu. 3.* Surdus *de alimens. tit. 8. priuil. 38. num. 26. & 27.* Sed id limitat, vt non detur religiosi in obsides, qui propriè obsides dicuntur, pro pace, aut simili causa Reipublicæ, sed vt in certo loco stent ad tempus pro necessitate, & vtilitate monasterij, primum enim Soli Summo Pontifici reseruatur, vt optimè docent Abbas *dict. cap. ex rescripto nu. 8.* Bartol. & Socin *de regul. iuris, reg. 267. n. 1. & 2.*

30. Circa num. 15. Idem docet Sanchez *lib. 7. decaleg. cap. 4. num. 24. & 25.* vbi refert Staphilæum *de literis gratiæ*, vbi de formis expectatiuarum forma num 8. in fine. Ludou. Gomez *regula de infirmis resignationibus quæst. 13. num. 7 & tract. de expectatiuis num. 71. in fine, Couar. cap. 2. nu. 2. in fine, de testamen.*

RESOLVTIO II.

De Abbatissis, seu Priorissis.

ABbatissa, seu Priorissa, & aliæ præfectæ Monialium non sunt propriè prælatæ, cum fœminæ sint incapaces iurisdictionis spiritualis, & Ecclesiasticæ potestatis, quæ dignitati Prælaturæ annexa est, & à potestate clauium ortum habet. Vnde ratione officij non possunt imponere præcepta spiritualia suis Monachis, sed tãtum ciuilia, sicut matres familias, quę in re graui obligant ad mortale, to. 1. quæst. 12. art. 2. vbi asserit Auctor, ita tenere cum D. Thoma, & communi Theologorum, Soto *in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 4. & dist. 25. quæstion. 1. artic 2.* Sed de hoc se retractat, vt videbimus infra retractat. 1.

2. Abbatissa est incapax potestatis clauium, & spiritualis iurisdictionis propriè sumptę, cũ hoc pertineat ad potestatem ordinis, cuius illa est incapax. Vnde non potest excommunicare, suspendere, aut interdicere: est tamẽ capax iurisdictionis similis spirituali, qualis est gubernatio, & correctio suarum Monialium, Institutio clericorũ in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis, suspensio ab officio, & beneficio, subtrahendo præbendas, & lato modo interdicendo: sed hoc interdictum, seu suspensio non inducit irregularitatem illam infringẽtibus, cum non sint propriè censuræ, obligat tamen eius pręceptum clericos ad peccatum mortale in materia sufficiẽti. Quando autem eius officiales excommunicant, vel aliam censuram imponunt, faciunt auctoritate Papæ, & non Abbatissę, *tom. 1. quæst. 17. art. 12. & tom. 3. q. 65. art. 5. De quo DD. in cap. dilecta, de maiorit. & obedien. Syluest. verbo Abbatissa, num. 6. Armilla num. 4. Mayol. de irregularitate lib. 3. cap. 29. nu. 21. Antonin. 3. par. tit. 27. cap. 4.*

Idem docent cum Auctoribus citatis suprà Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 1. num. 17. & seqq. Suar. to. 5. de censur. disp. 2. sect. 3. numer. 5. & 6. vbi exponit dictum cap. dilecta, de maiorit. & obedient. P. Miranda tract. de Monialibus q. 6. art. 5.*

3. Abbatissæ triennales non solent benedici, sed tantum perpetuæ. Vnde de istis perpetuis intelligitur ius disponens, quod perdunt Abbatissatũ, si intra annum à confirmatione non benedicantur, *tom. 1. q. 12. art. 3. in fine, de quo Nauar. lib. 3. cons. tit. de stat. mon. cons. 2. & de Regularib. cons. 4. num. 4. & 5.*

4. Omnes tamen, etiam perpetuę, seu benedictæ non egent dispensatione circa illegitimitatem, vt sint Abbatissæ, vel Priorissæ, attento iure communi, vt magis communis sentẽtia Doctorum tenet, tom. 1. q. 13. art. 21. licet olim oppositum senserit Auctor in Summa tom. 2. cap. 29. nu. 12.

Stando autem in opinione contraria, quæ est doctissimorum virorum scilicet, quod egent dispẽsatione, superiores Mendicãtium absque dubio possunt dispensare cum suis Monialibus virtute suorum priuilegiorum, & idem ius est de alijs Regularibus cõmunicantibus in priuilegijs, nec est necessarium, vt fiat in capitulo, aut congregatione, ibidem, art. 22. Idem docent P. Miranda *de Monialibus q. 6. art. 3. concl. 2. Sanchez lib. 5. decalog. cap. num. 2. Portel. verbo Abbatissa, numero 6.*

5. Ex decreto Concilij Tridentini eligenda in Abbatissam, vel Priorissam, aut aliam quamcunque præfectam Monialium quocunque nomine appellatam debet habere quadraginta annos ætatis, & octo professionis expressæ in laudabili vita, quòd si talis non reperiatur in eodem conuentu, sitque inconueniens alteram de alio adducere, debet excedere saltẽ triginta annos ætatis, & quinque pro- Trid. sess. 25. cap. 7. de regul.

fessio-

sessionis, ad quod non admittit Concilium tacitam professionem; sed necessariò debet esse expressa Congregatio Cardinalium declarauit, *Quòd licèt Abbatissa per quinquennium non permanserit in religione, dum tamen excedat triginta annos, & id fiat ad requisitionem Monialium, de licentia secundæ dignitatis Ecclesiæ Cathedralis, & earum superioris Regularis, dummodo anno superiori bene se gesserit in officio, poterit confirmari per biennium in officio, & in absentia superioris, absque eius consensu potest fieri confirmatio tom. 1. q. 15. art. 3. de quo Azor. instit. moral. 1. part. lib. 13. cap. 10. à principio, Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tractat. 3. num. 166. in princ. Garcia de benefic. part. 7. cap. 4. num. 42. & 71. relati à Barbosa in remiss. ad Trident. d. cap. 7. num. 1, P. Miranda tract. de Monialibus q. 6. art. 4.*

6. Abbatissæ Cistercienses, & Clarissæ, seu aliæ ordini Minorum subiectæ, durant per triennium, ex decreto Sixti V. & Gregorij XIII. quo finito tenentur renunciare sub pœna excommunicationis, vt habetur in Comp. Minorum. Sed hoc pro sola Italia præceptum est, quoad omnes Abbatissas Religionum per Gregorium XIII. & quoad Clarissas per Sixtum V. Vnde extra Italiam omnes Abbatissæ præter Clarissas, possunt finito triennio reelegi, & continuare, tom. 1. quæst. 16. art. 2. & 3. in addit. Summæ tom. 3. cap. 3. num. 6. D. quo P. Miranda tract. de Monialibus, q. 7. artic. 9. At in Portugallia Abbatissæ S. Claræ non possunt reelegi intra sexennium, ex speciali decreto Domini Pauli V. teste Portel verbo Abbatissa, num. 4.

In Bulla. bulla 7. Sixti 5. Compen. Minor. verbo Abbatis. §. 7. & 9.

Sed possunt finito triennio eligi in præsidentes vsque ad nouam electionem, ob pacem, & bonum regimen conuentus, vbi vsus obtinuit, non obstante dicta Bulla Sixti V. ibid. dict. art. 3. & citato loco, addit. Sum. nu. 7. Idem tenet P. Mirand. tract. de Monial. q. 7. art. 9. concl. 2.

7. Constitutiones præfatæ Sixti V. & Gregorij XIII. prohibentes Abbatissas perpetuas non habent locum in illis, quæ fiunt per præsentationem, & institutionem: nam facile reditur ad ius antiquum, in quo talis institutio, & confirmatio erat perpetua, quæ reditio in iure est fauorabilis, vt habetur in capit. ab exordio 35. & distin. cap. cum omnes de const. vbi DD. Et idem dicendum est de præsidente, seu præfecta oblatarum, quæ non sunt religiosæ, licèt collegialiter viuant: quia dictæ constitutiones non loquuntur, nisi de Abbatissis, & alijs præpositis Monialium, quæ sunt verè, & propriè religiosæ. *tom. 1. quæst. 16. art. 4. & 5. & tom. 2. q. 54. art. 5. & 6. & in addit. Summæ tom. 3. cap. 3. num. 5. Idem repetit Portel. suprà num. 10. ad finem, vide Nauar. lib. 3. consil. 82. titul. de causa possess. & propriet. in editio. anni 1591. & tit. de Regularib. consil. 82. lib. 3. & in cap. nullam, 18. q. 1. num. 3.*

Addo cum Portel. vbi supra num. 10. posse continuari in officio Abbatissæ per viginti annos primam fundatricem alicuius Conuentus S. Claræ, per statuta huius ordinis, teste P. Miranda in expositione Regulæ S. Claræ fol. 190. An autem post expletos viginti annos Abbatissatus possit præfata fundatrix iterum eligi in Abbatissam; maius dubium est, pro quo nunc in terminis consulti sunt Salmaticenses. Ego sub censura doctiorum, existimo posse continuari ex supra tradita doctrina Auctoris. Nam Sixtus V. & Gregorius XIII. in suis Bullis decernentes præfatas Abbatissas post triennium expletum sui officij non posse reelegi, clarè loquuntur de illis, quę fiunt per electionem, & non per nominationem, qualis est dicta fundatrix, quæ nominatur, & mittitur à superiore ad fundationem, & regimen conuentus: vnde si post expletum tempus sui Abbatissatus in fundatione eligatur, eius electio dici non potest reelectio, quia nunquam fuit electa, sed tantum nominata, vt

Ampliatur doctrina Auctoris.

dictum est, ac proinde non comprehenditur sub dicta prohibitione Sixti, & Gregorij de nō reeligendo post triennium.

8. Monialis descendens ex genere maculato, etiam *pœna* combustionis olim punito, potest eligi in Abbatissam, *tom. 1. qu. 14. art.* 13. De quo P. Miranda *de Monialibus quæst. 6. art.* 2. *&* 3. Portel vbi supra *num. 6.*

9. Electio Abbatissarum, & aliarum Præpositarum Monialium pertinet ad ipsas Moniales, debetque fieri per vota secreta, ita vt eligētium nomina nunquam publicētur, ex decreto Tridentini. Canonicè autem electa per scrutinium, si habeat duas ex tribus partibus conuentus, statim cōfirmanda est, non obstante contradictione alterius partis, non suffragantis. Secus si nō habeat duas partes, licèt sit à maiori electa; tūc enim superior debet priùs audire partem reclamantem sine strepitu, & figura iudicij, & postea confirmare, vel irritare electionem, interim tamen non irritauerit, electa vti potest suo iure, exercendo suum officium, dummodo res monasterij nō alienet, nec aliquā inter Moniales recipiat, vt expressè definitur *c. indemnitatibus*, §. *sane de elect. lib. 6.* Et idem ferè dicendum est in electione per compromissum, nisi maior pars conuentus factæ jam electioni se opposuerit: nam tunc etiam differri debet confirmatio, aut irritatio vsque ad cognitionem causę, interim tamen electæ officium exercere permittitur, nisi opponentium numerus duplo maior sit, *d. c. indemnitatib.* §. *cæterum, tom. q. 54. art. 1. & 7.* de quo Anto. Cucus lib. 4. Maior *institut. tit. 1. de elect. num. 191. vsque ad num. 298.*

Trid. sess. 25. de regul. ca. 6. & 7.

Idem docent Zerola *in praxi Episc. p. 1. verbo Abbatissa, §. 1. pag. 26. Azor. insti. moral 1. p. lib. 13. cap. 10. q. 2. Barbosa in collectanea ad decret. cap. quia propter, num 6.* vbi resoluit formam huius ca. habere locum, etiam in electione Regularium Prælatorum, ex sententia Abbat. *ibidem, num. 7. versic. circa, & num. 8. versic. & placet. Franc. Mar. decis. 992. P. Miranda tom. 2. quæst.* 23. *art. 3. concl. 1.* innuit extendi id ad Abbatissarum electionem, ex Sylu. *verbo electio. 2. q. 1.* idem P. Miranda *tract. de Monialibus q. 7. ar. 10. vbi concl. 4.* tradit, quid agendum in electione per compromissum.

10. Clausula posita in electione Abbatissæ, *de consensu medietatis conuentus*, debet intelligi de consensu exquisito ab omnibus Monialibus capitulariter congregatis, à quibus sic in vnum congregatis, electio facienda est: at non requiritur cōsensus maioris partis, sed sufficit medietatē cōsentire, cū ex dicta clausula amplius non requiratur, in claris enim nō est opus coniecturis. ibid. art. 2. de quo Mandosius *designatur gratia titul. resignatio seu renunciatio fol. 54. columna 1.*

An Monialis vidua possit esse Abbatissa? vide *in retract. 2.* vbi partem affirmatiuam, ex Auctore *in addit. summa tom. 3 ca. p. 3. num. 9.* amplectemur, licèt oppositum senserit, *tom. 1. q. 64. art. 4. & tom 2. q. 54. art. 5.*

11. Superior nolens confirmare electam in Abbatissam à maiori parte conuentus, aliamque eligēs, cogēdo per metum Moniales, vt suffragia mutent, peccauit grauiter, & posterior electio est omninò nulla, cū metu facta fuerit, ibid. art 4 de quo Nauarr *libr. 1. consil. titul. de electione consil. 5.*

12. Abbatissæ non possunt dispensare in votis Monialium, nec ea cōmutare, quia carent spirituali iurisdictione, bene tamen possunt ea irritare per potestatem dominatiuam, quā habent super subditas, quæ quidē maior est ea, quam habēt pater, & maritus super filios, & vxorem. Nec peccant dicta vota sine causa irritantes, nec irritationem petentes, si sine earundem consensu emissa sunt, tom 1. q 24 art. 7.

Idem docent Suarez *tom. 1. de religione, tract. de voto, lib. 6 cap. 7. nu. vlt. Ledesma tom. 2. summa tract. 10. cap. 7. ad finem, Durand. in 4. dist. 38. disp. vnica proposit. 1v. Alozer in summa cap. 16. Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 40. dub. 14. num.*

num. 107. verso Abbatissa, quos & alios plures ref. 11, & sequitur Sanchez loquens de irritatione *lib. 4. decalog. ca. 33. num. 19.* & quoad dispensationem *cap. 37. num. 7.* & quoad commutationem *cap. 49. num. 24. Portel verbo Abbatissa, num. 2.*

In Bullar. viuæ vocis oraculo 8. Paul. 3. 13. Paulus III. concessit Abbatissis S. Claræ, vt possint dispensare cũ suis Monialibus circa ieiunia regulæ, & circa esum carnium, & lacticiniorũ, siuè ouorum, quando cognouerint dictas Moniales propter debilitatẽ, vel aliam legitimam causam non posse ita commodè huiusmodi ieiunia, & abstinentias seruare, extat in Bullario, Pro quo aduerte, quòd ista nõ est propriè dispensatio dimanãs à iurisdictione spirituali (cuius est incapax fœmina) sed Abbatissa declarat, vel dispensat auctoritate Papæ. Ita Portel *in addit. ad dubia verbo Abbatissa, nu. 3.* vbi in fine notat, Papam non exprimere causam morbi, vel ægritudinis manifestæ, in qua non est opus dispensatione, sed absolutè id cõcedit, ob debilitatem Monialium, vel aliã legitimam causam, quidquid dicat Sanchez *lib. 6. decalogi cap. 1. num. 24.*

14. Abbatissæ, & aliæ quæcunque Præpositæ Monialium admittentes viros, aut fœminas intra clausuram monasterij, etiam prætextu quarumcunque licentiarum obtẽtarum incidunt in pœnas excommunicationis, & priuationis officiorum, ac inhabilitatis ad alia obtinẽda, ex Gregorio XIII. qui reuocat quascunque licentias super hoc obtentas, *tom. 1. q. 47. a. 3.* de quo infra latè agemus *de clausura Monialium, num. 19.*

Trid. sess. 25. cap. 5. de Regul. 15. Iure antiquo Abbatissæ, & Priorissæ solebant visitare monasteria sibi subdita, illisque legitimè impeditis ad egrediendum licebat per alium, etiam virum omni exceptione maiorem visitare. At nunc iam id nõ licet, ex Concil. Trident. vbi receptũ est, tom. 2. q. 5. nu. 10.

Nota ad Resolutionem de Abbatissis.

16. Circa numer. 1. resoluta. Idem cum Auctore ibi tenent Victoria *de potest. Eccl. es. q. 2. num. 4. & in Summa Sacrament. vbi de clauibus nu. 325.* Martinus de Ledesma 2. *p. 4. q. 20. art. 4. fol. 310. colum. 1. & seq.* Barthol. à Ledesma *summa Sacrament. vbi de clauibus diffic. 4. dub. vltim. p. 948. Angles in floribus 2. p. q. vnica de clauibus difficul. 5. concl. 3. Henriquez lib. 6. de pœnis. c. 2. num. 3. & 4. in fine*, quos & nostrum Auctorem hic refert, & sequitur Sanchez ad præcepta lib. 6. cap. 1. à num. 17 & seqq.

17. Sed non placet, quod ibidem tenet idem Sanchez num. 23. contra nostrum Auctorem, & Henriquez dicto num. 4. nempe non posse Prouincialem Abbatissæ committere, vt hęc præcepta spiritualia imponat, quia, inquit, prçlatus inferior Summo Põtifice nihil contra ius Canonicum, & communem Ecclesiæ vsum efficere potest. Nam hæc ratio solum suadet non posse ei committere potestatem spiritualem clauium, ligandi nempe, & soluendi, id enim in iure omninò fœminæ est interdictum *cap. noua. de pœnit. & remiss.* vbi tria specialiter Abbatissis prohibentur, nempe Moniales proprias benedicere, confessiones audire, & publicè prædicare, quia inquit Pontifex Innocentius II. *Licet beatissima Virgo dignior, & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, non tamen illi, sed istis Dominus claues regni Cælorum commisit.* ecce quomodo de clauium potestate tantum sermonem facit Pontifex. Vnde alia ab istis, & alijs pendentibus à potestate clauiũ, vt est censuras imponere, & similia, non prohibentur dictis Abbatissis in dicto Canone, & ita tenẽt Soto relatus suprà, Henriquez ibidem, & Ludouic. Lopez 2. p. instruct. vbi de clauibus cap. 2. fol. 740. & seqq. Et ita de facto in nostris statutis generalibus Defenditur sententia Auctoris.

To-

Toletanis hæc potestas committitur Abbatissis ordini subiectis, vt docet P. Miranda infrà citandus. Quare benè idem Sanchez ibid. nu. 27. tradit, Abbatissam habere iurisdictioné aliquam concessam à Pontifice confirmante regulam, ac regularium præceptorum punire, vt docet Vasquez 1.2. *q. 96. art. 4. disp. 166. cap. 4. numer. 28.* Vnde consequenter docet *nu. 28. proxime sequenti*, Abbatissam inquirenté de aliquo monialis crimine posse imponere præceptum obligans ad mortale, vtpotè quæ legitimam illius puniendi, & consequenter de illo inquirendi iurisdictionem habet, & ita tenere ait Bartholom. Ledesm. loco citato concl. 1.

18. Sed minus bene, nec consequéter addit ipse Sancius ibid. numer. 30. constituens differétiam inter præcepta prælati Regularis respectu Monachorũ, & Abbatissæ respectu Monialium, quod prælatus tãquam spiritualem iurisdictionem habens spectat in suis præceptis, vt illorum finem, spiritualem religiosorum profectum, ac in virtutibus progressum, & perfectionem, & ad hoc tendit, cogere ad perfectam regulæ obseruationem. At præcepta Abbatissæ, & vis, quam habet cogendi ad seruandas regulas, nõ spectãt hunc finem: illum enim directè spectare est potestatis spiritualis: sed solum spectant bonum politicum communitatis, vt pacificè, & absque scandalis, & perturbationibus obseruetur, & vt recta sit gubernatio. Hoc, inquam, non mihi placet, nam sicut prælatus sibi subditos, ita & Abbatissa suis præceptis intendit, tanquam primum finem, dirigere moniales sibi subditas ad obseruantiam regulæ, & alia, per quæ tendere possint ad profectum spiritualem vitæ Regularis, & ad finem æternæ beatitudinis, ad quẽ per professionem tendere Deo se deuouerunt, aliàs essent tanquam præfectæ, seu matres quædam merè ciuiles mulierum collegialiter viuẽtium sine regula, nec instituto viuendi, nisi tantum politico, quod nos negamus.

19. Circa nu. 3. resoluta. Idem docent citatis Nauarro, & nostro Auctore Sanchez *lib. 5. decalog. cap. 5. nu. 22. P. Miranda tract. de Monial. q. 7. artic. 7.* idque probat ex textu, & Glossa *in Clemens. attendentes, §. statuimus, de statu Monachorum, in illis verbis: in monasterijs, in quib. Abbatissæ solitæ sunt benedici.* quam glossæ sententiam sequuntur ibidem, Cardinal. Immola, & Bonifacius. Super quo vide Nauar. in cap. nullam 18. quæst. 2. vbi multis probat, melius fuisse Abbatissas esse perpetuas secundùm antiquum morem, quo solitæ erant benedici, sed ex eo non sequitur, quòd triennales benedicãtur. Vide etiam Azor. *inst. moral. tom. 1. lib. 13. cap. 10. quæst. 5.* vbi agit de benedictione, seu cõsecratione Abbatissarum.

20. Sed contra resoluta num. 4. ex nostro Auctore insurgit Sanchez plures alios referens pro sua sententia, à qua non audet recedere tanquam à frequentissima, vt vocat, seu communissima omnium, lib. 5. decalog. cap. 5. num. 18. & 19. Vbi docet, vitium ex natalium defectu cõsurgens non purgari in monialibus per professionem, ac proinde, vt illegitima possit esse Abbatissa, vel Priorissa indigere dispensatione. Ducitur, quia illegitimi professi excluduntur ab omni prælatura, & dignitate cap. 1. & final. de filijs presbyter. officium autem Abbatissæ dignitas est, vt habetur cap. indemnitatibus, §. fané, de elect. lib. 6. ibi, vt à dignitate deijciatur adepta; Abbatissa verò prelationis officio fũgitur in omnibus illis, quorum fœmina capax esse potest. Atque ideò Tridentinum Concilium tanti Abbatissæ officium facit, vt non nisi quadragenariam, & post octauum professionis annum eligendam esse decernat. Hæc Sancius contra nos. Trid. sess. 25. c. 7. de regul.

21. His tamen non obstantibus nostra sententia verior, ac probabilior mihi semper visa fuit, quam sequuntur, ac tuentur P. Miranda *trac. de monialibus quæst. 6. ar. 3. Portel verbo Abbatissa, num. 6.* Et probatur efficaciter ex eodem cap. 1. de filijs presbyt. vbi, nec in toto eo titulo vllum verbum Propugnatur sententia Auctoris.

sit

sed tantum de viris; fœminæ autem in odiosis non veniunt nomine masculorum, nisi expressè nominentur, ex regula cap. generali, de electio. in 6. Vnde Sixtus V. in suo motu proprio contra illegitimos nullam mentionē fecit de monialibus: immò expressè declarauit, eas non comprehendi in sua Constitutione. Ita multis adductis tradit P. Miranda loco citato.

Ad dictum verò cap. indemnitatibus, §. sanè, respondetur, quòd ibi officium Abbatissæ nō propriè, sed aliquo modo, seu latè dignitas dicitur, ideòque antecedēter ad dicta verba, à dignitate deijciatur adepta; dicitur: ac possessionem suæ administrationis fuerit assecuta; quo denotari videtur, officium Abbatissę potius dicendum esse quādam administrationem, quàm veram dignitatem. Nam impropriè vocatur Ecclesiastica dignitas, quę caret iurisdictione spirituali, & potestate clauium, vt est officium, seu administratio Abbatissæ, idcòque aliqui probabiliter sentiunt solum habere potestatem præcipiendi, & corripiendi, quantū conueniēs fuerit ad maternum, & quasi domesticum regimen monialium, & communem conuentus pacem, ad instar matris familias, vt multis probat idē Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 1. nummer. 17. vsque ad 19.* & fortassis in dicto decreto Tridentino contra nos adducto ideo Abbatissa nomine Præfectę, seu Præpositæ signatur, ad denotandū nil potestatis habere, quàm præesse, seu præponi tanquam matrem familias suis monialibus in his tantū, quę pertinent ad exterius, & domesticum regimen monasterij, quod illi committitur ob periculum cohabitationis virorum cum ipsis, quamuis id nobis omninò non placet, vt suo loco dicemus.

22. Ad resoluta num. 9. Nota quòd electio Abbatissarū S. Claræ per schedulas, & vota secreta celebranda est, secus facta omninò irrita est, ex præcepto Sixti V. in monialibus verò aliorum ordinum sufficit, quòd fiat per vota, seu suffragia voce tenus expressa, dummodo secreto audiantur, *addit summa, tom. 3. capit. 3. nu. 12. in fine*.

23. Quid si monialis sit bigama, poteritne absque dispensatione esse Abbatissa? negant Mayol. *lib. 1. de irregular. cap. 29. num. 14. Vinald. in Candela. Sacram. p. 3. cap. 3. nu. 8. in 2. edit.* Quam sententiam veram esse credit Sanchez vbi suprà n. 23. quia, inquit, sicut viri bigami: sunt prælationum incapaces, ita, & mulieres bigamæ. Sed hæc sententia, & ratio à Sancio tradita ad eam probandam, mihi omninò non placet, tum quia lex pęnalis loquens de viris non extenditur ad fœminas, vt in superioribus diximus: tum præcipuè, quia bigamiæ irregularitas indicta est à iure ad arcēdum bigamos à susceptione ordinum sacrorum primò, & directè: vnde ex vi huius prohibitionis illi indirectè tantùm, incapaces videntur prælationum, & dignitatū, quatenus scilicet istis annexa est iurisdictio, & potestas Clauium. Cùm ergo fęminæ sint incapaces sacrorum ordinū recipiēdorum, consequenter sunt incapaces bigamiæ, seu huiusmodi inhabilitatis, ac proinde illis non videtur repugnare habere officium Abbatissatus, quatenus est quędam administratio sine iurisdictione spirituali, & sine potestate clauium, quę administratio earum sexui non repugnat, idque absque vlla dispensatione fieri posse consequenter dicendum est.

24. Circa resoluta nu. 11. Idem docet P. Miranda dicta quæst. 7. art. 4 ad quòd citat cap. quia propter, cap. dudum, cū alijs pluribus, de electione, & ca. cum in cunctis, de his, quę fiunt à maiori parte capituli. In quibus iuribus maior pars suffragiorū ad electionem pręlatorum tantùm desideratur, neque contrarium, quantum ad electionem Abbatissarum deciditur in dicto c. indemnitatibus, de elect. in 6. quia ibi agitur de electione per formam scrutinij discordia celebrata: & quod electio per metum celebrata sit nulla ipso iure, videtur definiri in cap. vbi periculum, §. cęteris,

de

de elect. lib. 6. Et tenent communiter Doctores, & in nostri casus terminis tradit doctissimus Nauarr. loco suprà citato, super quo etiam consule quæ latè congerit idem P. Miranda *tom. 2. manual. q. 23. art. 21. concl. 1. & 2.*

RETRACTATIO I.

De Abbatissa imponente praceptum spirituale.

25. Abbatissas posse imponere præcepta spiritualia suis Monialibus, tenet constanter Auctor tom. 3 addit. summæ cap. 3. num. 10. mutans sententiam, quam probauerat, tom. 1. qu. 12. art. 2. & quæst. 25. art. 1. redditque rationem, quia Moniales, inquit, promittunt obedientiam Abbatissæ non tanquam matri, sed tanquam prælatæ, cuius munus est approbatum à Sede Apostolica, iuxta Regulã, quam profitentur, ad regimen spirituale, & temporale gregis sibi commissi in omnibus illis, quæ non repugnant sexui fœmineo, cui non contradicit potestas imponendi præcepta spiritualia, quãdo necessitas adest, maximè si id habeant ex commissione superiorum, vt fatetur etiam Soto oppositæ sententiæ assertor in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. sicuti habent nostrarum Monialiũ Abbatissæ, & Præsidẽtes per statuta Ordinis Toletana cap. 5. & refert P. Miranda *in Manual. tract. de Monialibus q. 6. art. 4. concl. 3. ad finem*, vbi latè dubium tractat: quæ quidem facultas cẽsetur ipsi Abbatissæ indulta eo ipso, quo confirmatur in officio Abbatissatus, alias sine tali potestate oues sibi commissas gubernare, ac dirigere non posset ad illam obseruantiã Regularem, quam seruare debent Religiosæ professæ: quæ ratio non militat in alijs mulieribus collegialiter viuentibus sub cura, ac custodia alicuius Matronæ loco præpositæ, quæ verè non sunt Religiosæ, neque profitẽtur illi obedire secundùm aliquam regulam approbatam. Quibus adde, quod licèt votum obedientiæ simpliciter non sufficiat ad dandam iurisdictionem spiritualem (vt asserunt oppositæ sententiæ assertores) si quis enim promittit obedientiam laico, non propterea laicus poterit illi præceptum spirituale imponere, vt prælatus: votum tamen solemne emissũ in manibus prælati sufficit ad subijciendum profitentem ipsi prælato, taliter, quòd prælatus acquirit super eũ potestatem spiritualem iurisdictionis, potestque ei imponere præcepta spiritualia, licèt alias sit Religiosus laicus (solebant enim olim laici apud nos Minores eligi in prælatos, & Guardianos, & nunc etiam fit apud aliquas Ordinis Prouincias) vel etiã merè sæcularis, quem posse in Abbatẽ Commendatarium eligi, & in prælatum Monasterij, diximus suprà nu. 15. Vnde cùm votum in manibus Abbatissæ emissum non sit factum laico, sed ipsæ Abbatissæ, tanquam prælatæ Religionis à Sede Apostolica approbatæ, consequenter dicendum videtur, votum solemne sufficiẽs esse ad subdendum profitentem ipsæ, tanquam prælatæ, ac proinde poterit imponere præceptum spirituale professæ sibi subditæ in omnibus istis, quæ nõ pertinent ad potestatem clauium, vt sunt excõmunicare, ac alias censuras imponere (quorum sunt omninò incapaces fœminæ, cap. noua 10. de pœnit. & remiss.) nam si Abbatissa est capax collationis beneficiorum, competitque illi ius conferendi, & instituendi clericos in Ecclesijs ad suum Monasterium pertinentibus, cap. de dilecta, de maiorit. & obed. vbi glo. verb. iurisdictioni (ista enim sunt iurisdictionis spiritualis, & non Ordinis, vt ex Panormitano probat Auctor tom. 1. quæst. 17. art. 12. & tradit etiam Salas de legibus disput 8. sect. 19. num. 94.) consequenter erit capax imponendi dicta præcepta spiritualia,

lia, quæ pertinent ad iurisdictionem spiritualem, cuius non est incapax Abbatissa modo superius explicato.

Et confirmatur, quia Abbatissa nõ minorem in Moniales, quam Abbas in Monachos habet administrationẽ, & quæcunque competunt Abbati, ea ferè omnia locum habent in Abbatissa (exceptis, quæ fœminæ repugnãt) Baldo, & alijs relatis à M. Antonio Cuco lib. 3. maior. institut. tit. 13. de Abbatissis: imò tenet Nauarrus, lib. 3. consil. 37. de sent. excom. cum alijs, posse Papam de potẽtia absoluta cõmittere fœminæ iurisdictionem clauium ad imponendas censuras, cùm id possit committi merè laico, vt refert Auctor tom. 2. quæst. 107. artic. 1. Quia illud non est iure diuino prohibitum, vt optime notat P. Villalob. 1. *par. summæ tract. 16. differ. 5. num.* 11. ideóque à fortiori poterit dicta Abbatissa imponere præcepta spiritualia. Hæc opinio sic explicata est valde probabilis, & in praxi sequenda, vt sentit idem Villalobos tract. 25. diff 3. num. 10. licèt eam non amplectatur, eo quòd, inquit, opposita sit doctissimorum virorum.

Idem videtur sentire Azor *tom.* 1. *instit. moral. cap.* 10. *quæst.* 7. dum docet, Abbatissam posse præcipere monialibus in virtute Spiritus sancti, sc sanctæ obedientiæ ratione voti emissi in professione, quia officio prælatæ fungitur, eique moniales ex vi professionis emissæ parere coguntur tanquam habenti potestatem, & iurisdictionem à superioribus commissam: fauet victoria, etsi dubitans, in summa sacram. num. 315. & tenet Angles in floribus 2. par. quæst. vnica, de clauibus differ. 5. concl. 3. nec omnino dissentit Sãchez, quamuis oppositum defendat lib. 5. decalogi cap. 1. nu. 22. dum ait, posse Abbatissam præcipere sub pœna voti obedientiæ præstiti, vel in virtute obedientiæ sibi debitæ. Ad quod faciunt tradita à Suarez tom. 4. de Religione lib. 3. cap. 10. num. 12. vbi resoluit, Abbatissas habere velut quendam vsum spiritualis iurisdictionis per claues commissum, licèt concludat, nunquam habere propriã iurisdictionem spiritualẽ in moniales per se ipsas, vbi etiam num. 13. & 14. explicat quomodo in clericos sibi subiectos habeant iurisdictionẽ quodammodo spiritualem.

RETRACTATIO II.

De vidua Abbatissa.

16. Monialem viduam, seu nõ virginẽ posse eligi in Abbatissam, praxis licet seruat, iure Pontificio inspecto aliud obseruetur, cap. si quis omnem 5. nouimus peccatricem 1. qu. 3. cap. iuuenculas 20. q. 1. quæ iura tantum procedere in Abbatissis benedictis, & consecrandis velo virginitas, tenet expressè Auctor *tom.* 3. *addit. sum. cap.* 3. *num.* 9. vbi ad cor rediens oppositum probat, quod olim senserat, *tom.* 1. *quæst.* 64. *art.* 4. & *tom.* 2. *q.* 54. *art.* 3. Addens, quòd si est corrupta, non debet consecrari, in quo solus Papa dispensat: quod tanquam tutius tenet cum Mãdosio de signatura gratiæ, titulo, dispensatio pro corrupta ad Abbatissatum fol 81. Portel. verb. Abbatissa num. 10. qui latè rem disputat, constanterque tenet, posse nõ virginem, seu viduam esse Abbatissam, & velari velo prælationis, cui sententiæ subscripsisse doctissimũ P. Suarez è Societate Iesu, dum adhuc superstes viueret, testatur: quia, inquit, neque est de iure diuino, nec naturali, nec Ecclesiastico, quòd Abbatissa sit virgo: tandemque concludit, quòd dato, & non concesso, quòd esset aliqua lex Canonica prohibens viduam fieri Abbatissam, talis lex iam per contrarium vsum est abrogata multis ab hinc sæculis, & refert triginta exẽpla pro diuersis ætatibus,

tibus, addens se vidisse apud Auctores, quos citat, de viginti tribus Abbatissis viduis fieri mentionem, aliasque septem enumerat electas fuisse quinquaginta ab hinc annis in Portugalliæ, ac Castellæ regnis, pro quibus omnibus non constat fuisse obtentam dispensationem, neque credibile est, tot fuisse procuratas, vel obtentas. Hæc Portel. Quibus adde alterã Abbatissam viduam hisce nostris temporibus electam in monasterio Sanctæ Claræ de Ponferrada apud Prouinciam Sancti Iacobi cũ nostro Auctore tenet Sanchez *lib, 5. decal.cap. 5.nu.22.* vbi resoluit, communes Abbatissarum benedictiones non exigere virginitatem, nec Abbatissas triénales communes solere aliqua benedictione consecrari, sicut olim cõsecrabãtur virgines speciali virginum velo ab Episcopo cum quadam benedictione, seu consecratione propria dato, vt tradunt cum D. Thom. *in 4. dist.38.quæst.1.art.5 Palud.ibid.art.3. num.16. D.Antonin.3. par.titul.2.cap. 2.§.2.Nauar.lib.3. consil. 4. num.4 & 5.de Regularibus* 1. ed.t. *idem Paludan. ibidem dist.21.q.3.art.3.num. 60. Antonin.tit 17.cap.22.§.1.ad finem.Aust. tom.1.q.12. art. 3. fine*, dictum verò cap. iuuenculas, interdicens non virginem velari, intelligitur de velo solito dari virginibus tantùm; non verò de quocunque prælationis velo, vt explicant Archidiacon. ibi numero 2. Bellarm. num. vnico. Turrecrem. in fine. Quare præter citatos Auctores nostram sententiam expressè tenent Paludan. dict. num. 60. Antonin. dic. §.1. & probabilem dicit Suarez *tom.4. de Religione lib.2. cap.6.num.16.* maximè si cõsuetudo id approbet, cui standum esse ait.



RESOLVTIO III.

De Absolutione quoad Fratres.

1 Religiosi, etiã hospites, possunt absolui per prælatos Generales, vel Prouinciales, & eorum vicarios per se, vel per alios à se deputatos ab omnibus peccatis commissis ante, vel post ingressum religionis, & à quibuscunque censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti, nisi adeò graues, & enormes fuerint excessus, quòd sint ad Sedem Apostolicam meritò destinandi. Ita concessit Clemens IV. Generalibus, Prouincialibus, & Custodibus Fratrũ Minorum. Qui autem sint meritò ad Sedem Apostol. eam destinandi, declarauit Sixtus IV. pro Minoribus, & Prædicatoribus esse dumtaxat hæreticos relapsos, schismaticos, falsarios litterarum Apostolicarum, & deferentes prohibita ad infideles. Vnde cùm exceptio firmet regulam in contrarium, vt est noti iuris, in cæteris omnibus casibus, etiam Papæ reseruatis, extra illos quatuor, habent dicti prælati facultatem absoluendi suos subditos. Idem possunt Priores Conuentuales Prædicatorum, & eorum vices gerentes pro suis subditis, ex concessione Sixti Quarti, & per communicationem etiam cæteri prælati locales, vt Guardiani, & similes. Hoc tamen debet fieri, iniuncta priùs salutari pœnitentia, & satis facta parte, ex Eugenio IV. sed in priuilegio Clementis IV. nõ præcipitur, vt parti satisfactio fiat. Satisfactio enim pœnæ cautiores, & vigilantiores in futurum pœnitentes efficit, vt ait Trident. Vnde absolutio data virtute illius sine præuia satisfactione erit valida, peccabunt tamẽ absoluentes, *tom.1.quæst.10.articul.1.*

In Bulla. bullar. 14. nu. 40. & Bull. 33. num. 4. Sixti 4.

In Bull. bulla. 21. & 22. Sixti 4.

In Bull. bulla. 19. Eug. 4.

Trid. sess. 24. c. 8.

vs-

usque ad 5. & art. 9. Vide P. Miranda *tom. 2. Manual. quaest. 9. art. 10. Portel. verbo Praelatus ad absoluendum, nu. 23.* P. Villalobos *1. p. sum. tract. 1. difficult. 64. num. 2. in fine*, loquẽs de hospitibus, qui idem docent.

2. Possunt dicti praelati absoluere suos Fratres virtute dictorum priuilegiorum, etiamsi sint nominatim excõmunicati, dummodo parti satisfaciãt, tam in foro interiori, quàm exteriori, ex declaratione Pij V. etiam extra forum sacramentale, iuxta iuris dispositionem. Itemque possunt absoluere ab omnibus supradictis reseruatis à Papa post dictas cõcessiones, nisi aliàs in ipsa reseruatione prohibeatur specialiter praelatis dicta absolutio, derogando priuilegia in contrarium, ibid. art. 6. 7 & 8. De quo Enriquez *lib. 3. de indulg. cap. 3. littera* R. P. Miranda *to. 2. Manual. q. 35. ar. 21. & 22. Portel. ubi suprà, num 25. 27. & 28.* qui idem docet. Item possunt absoluere ab excommunicatione ob iniectionẽ manuum violentarum in clericum, etiamsi Fratre sit percussus extra claustrum, ibidem art. 12. Vide Nauar. *in Manual. c. 26. n. 18. & 19. P. Miranda ubi suprà art. 24.*

3. Praeterea possunt absoluere suos à casibus Coenae Domini, non obstante noua reseruatione ipsorum, quae quotannis fit in publicatione bullae in Coena Domini, quae debet intelligi iuxta clausulam positam à Sixto V. & Clemente VIII. in tenore bullae Coenae à se pro suo tempore publicatae, ibi: nisi in eis, etiam casus praesentibus litteris expressi comprehendantur, quae verba denotant mentem praefatorum Pontificum esse, priuilegia dictos casus concedentia minimè velle derogare, quae clausula licèt non exprimatur ab alijs Pontificibus, debet haberi pro expressa, quia taciti, & expressi idem est iudicium, vt est notissimi iuris, ibidem art. 9. de quo P. Miranda *tom. 2. Manual. q. 7. art. 3.*

Bullar. Oraculo 1. Greg. Addit Auctor in addit. sum. tom. 3. cap. 6. num. 3. hoc idem concessum esse Generali, & Commissario Generali Minorum pro suis subditis in foro cõ-scientiae à Gregorio XIII. vt habetur apud Bullarium inter viuae vocis oracula huius Pontificis, & multis retroactis annis pro Praedicatoribus concesserat Iulius II. non obstante dicta reseruatione, quae quotannis fit in publicatione Bullae in Coena Domini; excipit tamen praeter haeresim, schisma, falsificationem litterarum Apostolicarum, & portationem armorum ad infideles excepta à Sixto Quarto, conspirationem factam contra Papã. Imò & in foro interiori idem concessit Prouincialibus Indiarum occidentalium pro suis subditis deputatis conuersioni Indorum Adrianus VI. & Gregorius XIII. Custodibus Fratrum Minorum in India Orientali, in foro conscientiae, excepto etiam casu manuum violentarum in praelatum, vltra excepta à Iulio II. & habetur in Bullario.

(Comp. Roderici. — 13. Bull. bulla 16. nu. 1. Iulij 2. — Bullar. Bulla 1. Adr. 6. & bulla 3. Greg. 13.)

Item à Gregorio XIII. indultum est Societati Iesu, vt concessiones illi factae non censeantur reuocatae per Bullam Coenae, quod concessit viuae vocis oraculo anno Domini 1584. die 18. Martij, vt habetur in Compendio Societatis. Aliam item concessionem Alexandri VI. positam in Compendio Minorum refert nouissimè P. Villalobos 1. p. Summae Theolog. tract. 9. difficult. 61. nu. 6. in fine, in qua conceditur Generalibus, Prouincialibus, & Custodibus plenaria facultas, & auctoritas absoluendi quoscunque subditos suos vtriusque sexus, etiam à crimine haeresis, seu apostasiae, & cum eis dispensare. Quod priuilegium, & alia similia concessa Regularibus non reuocari per Bullam Coenae tanquam probabilius, & in praxi sequendum, tenet idem P. Villalobos, citato loco nu. 5. licèt quoad crimen haeresis contrarium sentiat. Quae opinio tanquam magis pia, & animarum saluti prouidens ex auctoritate tantorum, ac doctissimorum virorum, potest absque scrupulo sequi, quidquid in contrarium sentiat F. Ioannes à Cruce in suo epitome libro 1. cap. 6. dub. 14. conclus. 2.

(Comp. Societ. § 2. verb. bulla Coenae Roboratur sententia Auctoris.)

B Ne-

RESOLVTIO II.

De Abbatissis, seu Priorissis.

ABbatissa, seu Priorissa, & aliæ præfectæ Monialium non sunt propriè prælatæ, cum fœminæ sint incapaces iurisdictionis spiritualis, & Ecclesiasticæ potestatis, quæ dignitati Prælaturæ annexa est, & à potestate clauium ortum habet. Vnde ratione officij non possunt imponere præcepta spiritualia suis Monachis, sed tantum ciuilia, sicut matres familias, quę in re graui obligant ad mortale, to. 1. quæst. 12. art. 2. vbi asserit Auctor, ita tenere cum D. Thoma, & communi Theologorum, Soto *in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 4. & dist. 25. quæstion. 1. artic. 2.* Sed de hoc se retractat, vt videbimus infra retractat. 1.

2. Abbatissa est incapax potestatis clauium, & spiritualis iurisdictionis propriè sumptę, cũ hoc pertineat ad potestatem ordinis, cuius illa est incapax. Vnde non potest excommunicare, suspendere, aut interdicere: est tamẽ capax iurisdictionis similis spirituali, qualis est gubernatio, & correctio suarum Monialium, Institutio clericorũ in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis, suspensio ab officio, & beneficio, subtrahendo præbendas, & lato modo interdicendo: sed hoc interdictum, seu suspensio non inducit irregularitatem illam infringẽtibus, cum non sint propriè censuræ, obligat tamen eius pręceptum clericos ad peccatum mortale in materia sufficiẽti. Quando autem eius officiales excommunicant, vel aliam censuram imponunt, faciunt auctoritate Papæ, & non Abbatissę, *tom. 1. quæst. 17. art. 12. & tom. 3. q. 65. art. 5. De quo DD. in cap. dilecta, de maiorit. & obedien. Siluest. verbo Abbatissa, num. 6. Armilla num. 4. Mayol. de irregularitate lib. 3. cap. 29. nu. 21. Antonin. 3. par. tit. 27. cap. 4.*

Idem docent cum Auctoribus citatis suprà Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 1. num. 17. & seqq. Suar. to. 5. de censur. disp. 2. sect. 3. numer. 5. & 6. vbi exponit dictum cap. dilecta, de maiorit. & obedient. P. Miranda tract. de Monialibus q. 6. art. 5.*

3. Abbatissæ triennales non solent benedici, sed tantum perpetuæ. Vnde de istis perpetuis intelligitur ius disponens, quod perdunt Abbatissatũ, si intra annum à confirmatione non benedicantur, *tom. 1. q. 12. art. 3. in fine, de quo Nauar. lib. 3. cons. tit. de stat. mon. cons. 2. & de Regularib. cons. 4. num. 4. & 5.*

4. Omnes tamen, etiam perpetuę, seu benedictæ non egent dispensatione circa illegitimitatem, vt sint Abbatissæ, vel Priorissæ, attento iure communi, vt magis communis sententia Doctorum tenet, tom. 1. q. 13. art. 21. licet olim oppositum senserit Auctor in Summa tom. 2. cap. 29. nu. 12.

Stando autem in opinione contraria, quæ est doctissimorum virorum scilicet, quod egent dispẽsatione, superiores Mendicãtium absque dubio possunt dispensare cum suis Monialibus virtute suorum priuilegiorum, & idem ius est de alijs Regularibus cõmunicantibus in priuilegijs, nec est necessarium, vt fiat in capitulo, aut congregatione, ibidem, art. 22. Idem docent P. Miranda *de Monialibus q. 6. art. 3. concl. 2. Sanchez lib. 5. decalog. ca. 5. num. 2. Portel. verbo Abbatissa, numero 6.*

5. Ex decreto Concilij Tridentini eligenda in Abbatissam, vel Priorissam, aut aliam quamcunque præfectam Monialium quocunque nomine appellatam debet habere quadraginta annos ætatis, & octo professionis expressæ in laudabili vita, quòd si talis non reperiatur in eodem conuentu, sicque inconueniens alteram de alio adducere, debet excedere saltẽ triginta annos ætatis, & quinque pro- Trid. sess. 25. cap. 7. de regul.

fessionis, ad quod non admittit Concilium tacitam professionem; sed necessariò debet esse expressa Congregatio Cardinalium declarauit, *Quod licèt Abbatissa per quinquennium non permanserit in religione, dum tamen excedat triginta annos, & id fiat ad requisitionem Monialium, de licentia secundæ dignitatis Ecclesiæ Cathedralis, & earum superioris Regularis, dummodo anno superiori benè se gesserit in officio, poterit confirmari per biennium in officio, & in absentia superioris, absque eius consensu potest fieri confirmatio tom.* 1. *q.* 15. *art.* 3. *de quo Azor. instit. moral.* 1. *part. lib.* 13. *cap.* 10. *à principio, Reginald. in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tractat.* 3. *num.* 166. *in princ. Garcia de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 42. *&* 71. *relatis a Barbosa in remiss. ad Trident. d. cap.* 7. *num.* 1. *P. Miranda tract. de Monialibus q.* 6. *art.* 4.

6. Abbatissæ Cistercienses, & Clarissæ, seu aliæ ordinis Minorum subiectæ, durant per triennium, ex decreto Sixti V. & Gregorij XIII. quo finito tenentur se renunciare sub pœna excommunicationis, vt habetur in Comp. Minorum. Sed hoc pro solâ Italia præceptum est, quoad omnes Abbatissas Religionum per Gregorium XIII. & quoad Clarissas per Sixtum V. Vnde extra Italiam omnes Abbatissæ præter Clarissas, possunt finito triennio reelegi, & continuare, tom. 1. quæst. 16. art. 2. & 3. in addit. Summæ tom. 3. cap. 3. num. 6. De quo P. Miranda tract. de Monialibus, q. 7. artic. 9.

In Bulla. bulla 7. Sixti 5. Compen. Minor. verbo Abbatis. §. 7. & 9.

At in Portugallia Abbatissæ S. Claræ non possunt reelegi intra sexennium, ex speciali decreto Domini Pauli V. teste Portel verbo Abbatissa, num. 4.

Sed possunt finito triennio eligi in præsidentes vsque ad nouam electionem, ob pacem, & bonum regimen conuentus, vbi vsus obtinuit, non obstante dicta Bulla Sixti V. ibid. dict. art. 3. & citato loco, addit. Sum. nu. 9. Idem tenet P. Mirand. tract. de Monial. q. 7. art. 9. concl. 2.

7. Constitutiones præfatæ Sixti V. & Gregorij XIII. prohibentes Abbatissas perpetuas non habent locum in illis, quæ fiunt per præsentationem, & institutionem; nam facile reditur ad ius antiquum, in quo talis institutio, & confirmatio erat perpetua, quæ reditio in iure est fauorabilis, vt habetur in capit. ab exordio 35. & distin. cap. cum omnes de const. vbi DD. Et idem dicendum est de præsidente, seu præfecta oblatarum, quæ non sunt religiosæ, licèt collegialiter viuant: quia dictæ constitutiones non loquuntur, nisi de Abbatissis, & alijs præpositis Monialium, quæ sunt verè, & propriè religiosæ. *tom.* 1. *quæst.* 16. *art.* 4. *&* 5. *& tom.* 2. *q.* 54. *art.* 5. *&* 6. *& in addit. Summæ tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *Idem repetit Portel. suprà num.* 10. *ad finem, vide Nauar. lib.* 3. *consil.* 82. *titul. de causa possess. & propriet. in editio. anni* 1591. *& tit. de Regularib. consil.* 82. *lib.* 3. *& in cap. nullam,* 18. *q.* 1. *num.* 3.

Addo cum Portel. vbi supra num. 16. posse continuari in officio Abbatissæ per viginti annos primam fundatricem alicuius Conuentus S. Claræ, per statuta huius ordinis, teste P. Miranda in expositione Regulæ S. Claræ fol. 190. An autem post expletos viginti annos Abbatissatus possit præfata fundatrix iterum eligi in Abbatissam; maius dubium est, pro quo nunc in terminis consulti sunt Salmaticenses. Ego sub censura doctiorum, existimo posse continuari ex supra tradita doctrina Auctoris: Nam Sixtus V. & Gregorius XIII. in suis Bullis decernentes præfatas Abbatissas post triennium expletum sui officij non posse reelegi, clarè loquuntur de illis, quę fiunt per electionem, & non per nominationem, qualis est dicta fundatrix, quæ nominatur, & mittitur à superiore ad fundationem, & regimen conuentus: vnde si post expletum tempus sui Abbatissatus in fundatione eligatur, eius electio dici non potest reelectio, quia nunquam fuit electa, sed tantum nominata, vt

Ampliatur doctrina Auctoris.

dictum est, ac proinde non comprehenditur sub dicta prohibitione Sixti, & Gregorij de nō reeligendo post triennium.

8. Monialis descendens ex genere maculato, etiam *pæna* combustionis olim punito, potest eligi in Abbatissam, *tom.1.qu.14. art.* 13. De quo P. Miranda *de Monialibus quæst.6.art.* 2. *&* 3. Portel vbi supra *num.6.*

9. Electio Abbatissarum, & aliarum Præpositarum Monialium pertinet ad ipsas Moniales, debetque fieri per vota secreta, ita vt eligētium nomina nunquam publicētur, ex decreto Tridentini. Canonicè autem electa per scrutinium, si habeat duas ex tribus partibus conuentus, statim cōfirmanda est, non obstante contradictione alterius partis, non suffragantis. Secus si nō habeat duas partes, licèt sit à maiori electa; tūc enim superior debet priùs audire partem reclamantem sine strepitu, & figura iudicij, & postea confirmare, vel irritare electionem, interim tamen non irritauerit, electa vti potest suo iure, exercendo suum officium, dummodo res monasterij nō alienet, nec aliquā inter Moniales recipiat, vt expressè definitur *c. indemnitatibus*, §. *sanè de elect. lib. 6.* Et idem ferè dicendum est in electione per compromissum, nisi maior pars conuentus factæ iam electioni se opposuerit: nam tunc etiam differri debet confirmatio, aut irritatio vsque ad cognitionem causę, interim tamen electæ officium exercere permittitur, nisi opponentium numerus duplo maior sit, *d. c. indemnitatib.* §. *cæterum, tom. q. 54. art.* 1. *&* 7. de quo Anto. Cucus lib. 4. Maior *instit. tit. 1. de elect. num. 191. vsque ad num. 298.*

Trid. sess. 25. de regul. ca. 6. & 7.

Idem docent Zerola *in praxi Episc. p. 1. verbo Abbatissa*, §. *1. pag. 26. Azor. inst. moral 1. p. lib. 13. cap. 10. q. 2. Barbosa in collectanea ad decret. cap. quia propter, num 6.* vbi resoluit formam huius ca habere locum, etiam in electione Regularium Prælatorum, ex sententia Abbat. *ibidem, num. 7. versic. circa, & num. 8 versic. & placet. Franc. Mar. decis. 992. P. Miranda tom. 2. quæst. 23. art. 3. concl. 1.* innuit extendi id ad Abbatissarum electionem, ex Sylu. *verbo electio. 2. q. 1.* idem P. Miranda *tract. de Monialibus q. 7. ar. 10. vbi concl. 4.* tradit, quid agendum in electione per compromissum.

10. Clausula posita in electione Abbatissæ, *de consensu medietatis conuentus*, debet intelligi de consensu exquisito ab omnibus Monialibus capitulariter congregatis, à quibus sic in vnum congregatis, electio facienda est: at non requiritur cōsensus maioris partis, sed sufficit medietatē cōsentire, cū ex dicta clausula amplius non requiratur, in claris enim nō est opus coniecturis. ibid. art. 2. de quo Mandosius *de signatur gratiæ titul. resignatio, seu renunciatio fol. 54. columna 1.*

An Monialis vidua possit esse Abbatissa? vide *in retract. 2.* vbi partem affirmatiuam, ex Auctore *in addit. summæ tom. 3 ca. p. 3. num. 9*: amplectemur, licèt oppositum senserit, *tom. 1. q. 64. art. 4. & tom 2. q. 54. art. 3.*

11. Superior nolens confirmare electam in Abbatissam à maiori parte conuentus, aliamque eligēs, cogēdo per metum Moniales, vt suffragia mutent, peccauit grauiter, & posterior electio est omninò nulla, cū metu facta fuerit, ibid. art 4 de quo Nauarr *libr. 1. consil. titul. de electione consil. 5.*

12. Abbatissæ non possunt dispensare in votis Monialium, nec ea cōmutare, quia carent spirituali iurisdictione, bene tamen possunt ea irritare per potestatem dominatiuam, quā habent super subditas, quæ quidē maior est ea, quam habēt pater, & maritus super filios, & vxorem. Nec peccant dicta vota sine causa irritantes, nec irritationem petentes, si sine earundem consensu emissa sunt, tom 1. q 24 art. 7.

Idem docent Suarez *tom. 1 de religione, tract. de voto, lib. 6 cap. 7. nu. vlt. Ledesma tom. 2. summa tract. 10. cap. 7. ad finem, Duand. in 4. dist. 38. disp. vnica proposit. 10. Alzozer in summa cap. 16. Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 40. dub. 14. num.*

num. 107. vers. Abbatissa, quos & alios plures refert, & sequitur Sanchez loquens de irritatione *lib. 4. decalog. ca. 33. num. 19.* & quoad dispensationem *cap. 32. num. 7.* & quoad commutationem *cap. 49. num. 24. Portel verbo Abbatissa, num. 2.*

In Bullar. viuæ vocis oraculo 8. Paul. 3. 13. Paulus III. concessit Abbatissis S. Claræ, vt possint dispensare cũ suis Monialibus circa ieiunia regulæ, & circa esum carnium, & lacticiniorũ, siuè ouorum, quando cognouerint dictas Moniales propter debilitatẽ, vel aliam legitimam causam non posse ita commodè huiusmodi ieiunia, & abstinentias seruare, extat in Bullario. Pro quo aduerte, quòd ista nõ est propriè dispensatio dimanans à iurisdictione spirituali (cuius est incapax fœmina) sed Abbatissa declarat, vel dispensat auctoritate Papæ. Ita Portel *in addit. ad dubia verbo Abbatissa, nu. 3.* vbi in fine notat, Papam non exprimere causam morbi, vel ægritudinis manifestæ, in qua non est opus dispensatione, sed absolutè id cõcedit, ob debilitatem Monialium, vel aliã legitimam causam, quidquid dicat Sanchez *lib. 6. decalogi cap. 1. num. 24.*

14. Abbatissæ, & aliæ quæcunque Præpositæ Monialium admittentes viros, aut fœminas intra clausuram monasterij, etiam prætextu quarumcunque licentiarum obtẽtarum incidunt in pœnas excommunicationis, & priuationis officiorum, ac inhabilitatis ad alia obtinẽda, ex Gregorio XIII. qui reuocat quascunque licentias super hoc obtentas, *tom. 1. q. 47. a. 3.* de quo infra latè agemus *de clausura Monialium, num. 19.*

Trid. sess. 25. cap. 5. de Regul. 15. Iure antiquo Abbatissæ, & Priorissæ solebant visitare monasteria sibi subdita, illisque legitimè impeditis ad egrediendum licebat per alium, etiam virum omni exceptione maiorem visitare. At nunc iam id nõ licet, ex Concil. Trident. vbi receptũ est, tom. 2. q. 5. nu. 10.

Nota ad Resolutionem de Abbatissis.

16. Circa numer. 1. resoluta. Idem cum Auctore ibi tenent Victoria *de potest. Eccl. q. 2. num. 4. & in Summa Sacrament. vbi de clauibus nu. 325.* Martinus de Ledesma 2. *p. 4. q. 20. art. 4. fol. 310. colum. 1. & seq.* Barthol. à Ledesma *summa Sacrament. vbi de clauibus diffic. 4. dub. vltim. p. 948. Angles in floribus 2. p. q. vnica de clauibus difficul. 5. concl. 3. Henriquez lib. 6. de pænit. c. 2. num. 3. & 4. in fine*, quos & nostrum Auctorem hic refert, & sequitur Sanchez ad præcepta lib. 6. cap. 1. à num. 17 & seqq.

17. Sed non placet, quod ibidem tenet idem Sanchez num. 23. contra nostrum Auctorem, & Henriquez dicto num. 4. nempe non posse Prouincialem Abbatissæ committere, vt hęc præcepta spiritualia imponat, quia, inquit, prælatus inferior Summo Põtifice nihil contra ius Canonicum, & commmunem Ecclesiæ vsum efficere potest. Nam hæc ratio solum suadet non posse ei committere potestatem spiritualem clauium, ligandi nempe, & soluendi, id enim in iure omninò fœminæ est interdictum *cap. noua, de pænit. & rem. ff.* vbi tria specialiter Abbatissis prohibentur, nempe Moniales proprias benedicere, confessiones audire, & publicè prædicare, quia inquit Pontifex Innocentius III. *Licet beatissima Virgo dignior, & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, non tamen illi, sed istis Dominus claues regni Cælorum commisit.* ecce quomodo de clauium potestate tantum sermonem facit Pontifex. Vnde alia ab istis, & alijs pendentibus à potestate clauiũ, vt est censuras imponere, & similia, non prohibentur dictis Abbatissis in dicto Canone, & ita tenẽt Soto relatus suprà, Henriquez ibidem, & Ludouic. Lopez 2. p. instruct. vbi de clauibus cap. 2. fol. 740. & seqq. Et ita de facto in nostris statutis generalibus Defenditur senteñtia Auctoris.

To-

Toletanis hæc potestas committitur Abbatissis ordini subiectis, vt docet P. Miranda infrà citandus. Quare bene idem Sanchez ibid. *nu.* 27. tradit, Abbatissam habere iurisdictionē aliquam concessam à Pontifice confirmante regulam, ac regularium præceptorum punire, vt docet Vasquez 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *disp.* 166. *cap.* 4. *numer* 28. Vnde consequenter docet *nu.* 28. *proxime sequenti*, Abbatissam inquirentē de aliquo monialis crimine posse imponere præceptum obligans ad mortale, vtpotè quæ legitimam illius puniendi, & consequenter de illo inquirendi iurisdictionem habet, & ita tenere ait Bartholom. Ledesm. loco citato concl. 1.

18. Sed minus bene, nec consequēter addit ipse Sancius ibid. numer. 30. constituens differētiam inter præcepta prælati Regularis respectu Monachorū, & Abbatissę respectu Monialium, quod prælatus tāquam spiritualem iurisdictionem habens spectat in suis pręceptis, vt illorum finem, spiritualem religiosorum profectum, ac in virtutibus progressum, & perfectionem, & ad hoc tendit, cogere ad perfectam regulæ obseruationem. At præcepta Abbatissæ, & vis, quam habet cogendi ad seruandas regulas, nō spectāt hunc finem: illum enim directè spectare est potestatis spiritualis: sed solum spectant bonum politicum communitatis, vt pacificè, & absque scandalis, & perturbationibus obseruetur, & vt recta sit gubernatio. Hoc, inquam, non mihi placet, nam sicut prælatus sibi subditos, ita & Abbatissa suis præceptis intendit, tanquam primum finem, dirigere moniales sibi subditas ad obseruantiam regulæ, & alia, per quæ tendere possint ad profectum spiritualem vitæ Regularis, & ad finem æternæ beatitudinis, ad quē per professionem tendere Deo se deuouerunt, aliàs essent tanquam præfectæ, seu matres quædam merè ciuiles mulierum collegialiter viuētium sine regula, nec instituto viuendi, nisi tantum politico, quod nos negamus.

19. Circa nu. 3. resoluta. Idem docent citatis Nauarro, & nostro Auctore Sanchez *lib.* 5. *decalog. cap.* 5. *nu.* 22. *P. Miranda tract. de Monial. q.* 7. *artic.* 7. idque probat ex textu, & Glossa *in Clement. attendentes*, §. *statuimus, de statu Monachorum, in illis verbis: in monasterijs, in quib. Abbatissa solitæ sunt benedici.* quam glossæ sententiam sequuntur ibidem, Cardinal. Immola, & Bonifacius. Super quo vide Nauar. in cap. nullam 18. quæst. 2. vbi multis probat, melius fuisse Abbatissas esse perpetuas secundùm antiquum morem, quo solitæ erant benedici, sed ex eo non sequitur, quòd triennales benedicātur. Vide etiam Azor. *inst. moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæst.* 5. vbi agit de benedictione, seu cōsecratione Abbatissarum.

20. Sed contra resoluta num. 4. ex nostro Auctore insurgit Sanchez plures alios referens pro sua sententia, à qua non audet recedere tanquam à frequentissima, vt vocat, seu communissima omnium, lib. 5. decalog. cap. 5. num. 18. & 19. Vbi docet, vitium ex natalium defectu cōsurgens non purgari in monialibus per professionem, ac proinde, vt illegitima possit esse Abbatissa, vel Priorissa indigere dispensatione. Ducitur, quia illegitimi professi excluduntur ab omni prælatura, & dignitate cap. 1. & final. de filijs presbyter. officium autem Abbatissæ dignitas est, vt habetur cap. indemnitatibus, §. fane, de elect. lib. 6. ibi, vt à dignitate deijciatur adepta; Abbatissa verò prelationis officio fūgitur in omnibus illis, quorum fęmina capax esse potest. Atque ideò Tridentinum Concilium tanti Abbatissæ officium facit, vt non nisi quadragenariam, & post octauum professionis annum eligendam esse decernat. Hæc Sancius contra nos. Trid. sess. 25. c. 7. de regul.

21. His tamen non obstantibus nostra sententia verior, ac probabilior mihi semper visa fuit, quam sequuntur, ac tuentur P. Miranda *trac. de monialibus quæst.* 6. *ar.* 3. *Portel verbo Abbatissa, num.* 6. Et probatur efficaciter ex eodem cap. 1. de filijs presbyt. vbi, nec in toto eo titulo vllum verbum Propugnatur sententia Auctoris.

fit

sed tantum de viris; fœminæ autem in odiosis non veniunt nomine masculorum, nisi expressè nominentur, ex regula cap. generali, de electio. in 6. Vnde Sixtus V. in suo motu proprio contra illegitimos nullam mentionē fecit de monialibus: immò expressè declarauit, eas non comprehendi in sua Constitutione. Ita multis adductis tradit P. Miranda loco citato.

Ad dictum verò cap. indemnitatibus, §. sane, respondetur, quòd ibi officium Abbatissæ nō propriè, sed aliquo modo, seu latè dignitas dicitur, ideòque antecedēter ad dicta verba, à dignitate deijciatur adepta; dicitur: ac possessionem suæ administrationis fuerit assecuta; quo denotari videtur, officium Abbatissę potius dicendum esse quandam administrationem, quàm veram dignitatem. Nam impropriè vocatur Ecclesiastica dignitas, quę caret iurisdictione spirituali, & potestate clauium, vt est officium, seu administratio Abbatissæ, ideòque aliqui probabiliter sentiunt solum habere potestatem præcipiendi, & corripiendi, quantū conueniēs fuerit ad maternum, & quasi domesticum regimen monialium, & communem conuentus pacem, ad instar matris familias, vt multis probat idē Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 1. numer. 17. vsque ad 19.* & fortassis in dicto decreto Tridentino contra nos adducto: ideo Abbatissa nomine Præfectæ, seu Præpositæ signatur, ad denotandū nil potestatis habere, quàm præesse, seu præponi tanquam matrem familias suis monialibus in his tantū, quę pertinent ad exterius, & domesticum regimen monasterij, quod illi committitur ob periculum cohabitationis virorum cum ipsis, quamuis id nobis omninò non placet, vt suo loco dicemus.

22. Ad resoluta num. 9. Nota quòd electio Abbatissarū S. Claræ per scedulas, & vota secreta celebranda est, secus facta omninò irrita est, ex præcepto Sixti V. in monialibus verò aliorum ordinum sufficit, quòd fiat per vota, seu suffragia voce tenus expressa, dummodo secreto audiantur, *addit. summa, tom. 3. capit. 3. nu. 12. in fine.*

23. Quid si monialis sit bigama, poteritne absque dispensatione esse Abbatissa? negant Mayol. *lib. 1. de irregular. cap. 29. num. 14. Vinald. in Candela. Sacram. p. 3. cap. 3. nu. 8. in 2. edit.* Quam sententiam veram esse credit Sanchez vbi suprà n. 23. quia, inquit, sicut viri bigami: sunt prælationum incapaces, ita, & mulieres bigamæ. Sed hæc sententia, & ratio à Sancio tradita ad eam probandam, mihi omninò non placet, tum quia lex pœnalis loquens de viris non extenditur ad fœminas, vt in superioribus diximus: tum præcipuè, quia bigamiæ irregularitas indicta est à iure ad arcēdum bigamos à susceptione ordinum sacrorum primò, & directè: vnde ex vi huius prohibitionis illi indirectè tantùm, incapaces videntur prælationum, & dignitatū, quatenus scilicet istis annexa est iurisdictio, & potestas Clauium. Cùm ergo fœminæ sint incapaces sacrorum ordinū recipiēdorum, consequenter sunt incapaces bigamiæ, seu huiusmodi inhabilitatis, ac proinde illis non videtur repugnare habere officium Abbatissatus, quatenus est quędam administratio sine iurisdictione spirituali, & sine potestate clauium, quę administratio earum sexui non repugnat, idque absque vlla dispensatione fieri posse consequenter dicendum est.

24. Circa resoluta nu. 11. Idem docet P. Miranda dicta quæst. 7. art. 4 ad quod citat cap. quia propter, cap. dudum, cū alijs pluribus, de electione, & ca. cum in cunctis, de his, quę fiunt à maiori parte capituli. In quibus iuribus maior pars suffragiorū ad electionem prelatorum tantùm desideratur, neque contrarium, quantum ad electionem Abbatissarum deciditur in dicto c. indemnitatibus, de elect. in 6. quia ibi agitur de electione per formam scrutinij discordia celebrata: & quod electio per metum celebrata sit nulla ipso iure, videtur definiri in cap. vbi periculum, §. cęterū,

de elect. lib. 6. Et tenent communiter Doctores, & in nostri casus terminis tradit doctissimus Nauarr. loco suprà citato, super quo etiam consule quæ latè congerit idem P. Miranda *tom. 2. manual. q. 23. art. 21. concl. 1. & 2.*

RETRACTATIO I.

De Abbatissa imponente præceptum spirituale.

25. Abbatissas posse imponere præcepta spiritualia suis Monialibus, tenet constanter Auctor tom. 3 addit. summæ cap. 3. num. 10. mutans sententiam, quam probauerat, tom. 1. qu. 12. art. 2. & quæst. 25. art. 1. redditque rationem, quia Moniales, inquit, promittunt obedientiam Abbatissæ non tanquam matri, sed tanquam prælatæ, cuius munus est approbatum à Sede Apostolica, iuxta Regulã, quam profitentur, ad regimen spirituale, & temporale gregis sibi commissi in omnibus illis, quæ non repugnant sexui fœmineo, cui non contradicit potestas imponendi præcepta spiritualia, quãdo necessitas adest, maximè si id habeant ex commissione superiorum, vt fatetur etiam Soto oppositæ sententiæ assertor in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. sicuti habent nostrarum Monialiũ Abbatissæ, & Præsidẽtes per statuta Ordinis Toletana cãp. 5. & refert P. Miranda *in Manual. tract. de Monialibus q. 6. art. 4. concl. 3. ad finem*, vbi latè dubium tractat: quæ quidem facultas cẽsetur ipsi Abbatissæ indulta eo ipso, quo confirmatur in officio Abbatissatus, alias sine tali potestate oues sibi commissas gubernare, ac dirigere non posset ad illam obseruantiã Regularem, quam seruare debent Religiosæ professæ: quæ ratio non militat in alijs mulieribus collegialiter viuentibus sub cura, ac custodia alicuius Matronæ loco præpositæ, quæ verè non sunt Religiosæ, neque profitẽtur illi obedire secundũm aliquam regulam approbatam. Quibus adde, quod licet votum obedientiæ simpliciter non sufficiat ad dandam iurisdictionem spiritualem (vt asserunt oppositæ sententię assertores) si quis enim promittit obedientiam laico, non propterea laicus poterit illi pręceptum spirituale imponere, vt prælatus: votum tamen solemne emissũ in manibus prælati sufficit ad subijciendum profitentem ipsi prælato, taliter, quòd prælatus acquirit super eũ potestatem spiritualem iurisdictionis, potestque ei imponere præcepta spiritualia, licèt alias sit Religiosus laicus (solebant enim olim laici apud nos Minores eligi in prælatos, & Guardianos; & nunc etiam fit apud aliquas Ordinis Prouincias) vel etiã merè secularis, quem posse in Abbatẽ Commendatarium eligi, & in prælatum Monasterij, diximus suprà nu. 15. Vnde cùm votum in manibus Abbatissæ emissum non sit factum laico, sed ipsæ Abbatissæ, tanquam prælatæ Religionis à Sede Apostolica approbatæ, consequenter dicendum videtur, votum solemne sufficiẽs esse ad subdendum profitentem ipsę, tanquam prælatæ, ac proinde poterit imponere præceptum spirituale professæ sibi subditæ in omnibus istis, quæ nõ pertinent ad potestatem clauium, vt sunt excõmunicare, ac alias censuras imponere (quorum sunt omninò incapaces fœminæ, cap. noua 10. de pœnit. & remiss.) nam si Abbatissa est capax collationis beneficiorum, competitque illi ius conferendi, & instituendi clericos in Ecclesijs ad suum Monasterium pertinentibus, cap. de dilecta, de maiorit. & obed. vbi glo. verb. iurisdictioni (ista enim sunt iurisdictionis spiritualis, & non Ordinis, vt ex Panormitano probat Auctor tom. 1. quæst. 17. art. 12. & tradit etiam Salas de legibus disput 8. sect. 19. num. 94.) consequenter erit capax imponendi dicta præcepta spiritualia,

lia, quæ pertinent ad iurisdictionem spiritualem, cuius non est incapax Abbatissa modo superiùs explicato.

Et confirmatur, quia Abbatissa nõ minorem in Moniales, quam Abbas in Monachos habet administrationẽ, & quæcunque competunt Abbati, ea ferè omnia locum habent in Abbatissa (exceptis, quæ fœminæ repugnãt) Baldo, & alijs relatis à M. Antonio Cuco lib. 3. maior. institut. tit. 13. de Abbatissis: imò tenet Nauarrus, lib. 3. consil. 37. de sent. excom. cum alijs, posse Papam de potẽtia absoluta cõmittere fœminæ iurisdictionem clauium ad imponendas censuras, cùm id possit committi merè laico, vt refert Auctor tom. 2. quæst. 107. artic. 1. Quia illud non est iure diuino prohibitum, vt optime notat P. Villalob. 1. *par. summæ tract. 16. differ. 5. num.* erit. ideòque à fortiori poterit dicta Abbatissa imponere præcepta spiritualia. Hæc opinio sic explicata est valde probabilis, & in praxi sequenda, vt sentit idem Villalobos tract. 25. diff 3. num. 10. licèt eam non amplectatur, eo quòd, inquit, opposita sit doctissimorum virorum.

Idem videtur sentire Azor *tom. 1. instit. moral. cap. 10. quæst.* 7. dum docet, Abbatissam posse præcipere monialibus in virtute Spiritus sancti, ac sanctæ obedientiæ ratione voti emissi in professione, quia officio prælatæ fungitur, eique moniales ex vi professionis emissæ parere coguntur tanquam habenti potestatem, & iurisdictionem à superioribus commissam: fauet victoria, etsi dubitans, in summa sacram. num. 315. & tenet Angles in floribus 2. par. quest. vnica, de clauibus differ. 5. concl. 3. nec omnino dissentit Sãchez, quamuis oppositum defendat lib. 5. decalogi cap. 1. nu. 22. dum ait, posse Abbatissam præcipere sub pœna voti obedientiæ præstiti, vel in virtute obedientiæ sibi debitæ. Ad quod faciunt tradita à Suarez tom. 4. de Religione lib. 3. cap. 10. num. 12. vbi resoluit, Abbatissas habere veluti quendam vsum spiritualis iurisdictionis per claues commissum, licèt concludat, nunquam habere propriã iurisdictionem spiritualẽ in moniales per se ipsas, vbi etiam num. 13. & 14. explicat quomodo in clericos sibi subiectos habeant iurisdictionẽ quodammodo spiritualem.

RETRACTATIO II.

De vidua Abbatissa.

16. Monialem viduam, seu nõ virginẽ posse eligi in Abbatissam, praxis licet seruat, iure Pontificio inspecto aliud obseruetur, cap. si quis omnem §. nouimus peccatricem 1. qu. 3. cap. iuuenculas 20. q. 1. quæ iura tantum procedere in Abbatissis benedictis, & consecrandis velo virginitas, tenet expresse Auctor *tom. 3. addit. sum. cap. 3. num.* 9. vbi ad cor rediens oppositum probat, quod olim senserat, *tom. 1. quæst. 64. art. 4. & tom. 2. q.* 54. *art.* 3. Addens, quòd si est corrupta, non debet consecrari, in quo solus Papa dispensat: quod tanquam tutius tenet cum Mãdosio de signatura gratiæ, titulo, dispensatio pro corrupta ad Abbatissatum fol 81. Portel. verb. Abbatissa num. 10. qui latè rem disputat, constanterque tenet, posse nõ virginem, seu viduam esse Abbatissam, & velari velo prælationis, cui sententiæ subscripsisse doctissimũ P. Suarez è Societate Iesu, dum adhuc superstes viueret, testatur: quia, inquit, neque est de iure diuino, nec naturali, nec Ecclesiastico, quòd Abbatissa sit virgo: tandemque concludit, quòd dato, & non concesso, quòd esset aliqua lex Canonica prohibens viduam fieri Abbatissam, talis lex iam per contrarium vsum est abrogata multis ab hinc sæculis, & refert triginta exẽpla pro diuersis ætatibus,

vſque ad 5. *& art.* 9. Vide P. Miranda *tom.* 2. *Manual. quæſt.* 9. *art.* 10. *Portel. verbo Prælatus ad abſoluendum, nu.* 23. P. Villalobos 1. *p. ſum. tract.* 1. *difficult.* 64. *num.* 2. *in fine*, loquēs de hoſpitibus, qui idem docent.

2. Poſſunt dicti prælati abſoluere ſuos Fratres virtute dictorum priuilegiorum, etiamſi ſint nominatim excōmunicati, dummodo parti ſatisfaciāt, tam in foro interiori, quàm exteriori, ex declaratione Pij V. etiam extra forum ſacramentale, iuxta iuris diſpoſitionem. Itemque poſſunt abſoluere ab omnibus ſupradictis reſeruatis à Papa poſt dictas cōceſſiones, niſi aliàs in ipſa reſeruatione prohibeatur ſpecialiter prælatis dicta abſolutio, derogando priuilegia in contrarium, ibid. art. 6. 7 & 8. De quo Enriquez *lib.* 3. *de indulg. cap.* 3. *littera* R. P. Miranda *to.* 2. *Manual. q.* 35. *ar.* 21. *&* 22. *Portel. vbi ſuprà, num* 25. 27. *&* 28. qui idem docét. Item poſſunt abſoluere ab excommunicatione ob iniectionē manuum violentarum in clericum, etiamſi à Fratre ſit percuſſus extra clauſtrum, ibidem art. 12. Vide Nauar. *in Manual. c.* 26. *n.* 18. *&* 19. *P. Miranda vbi ſuprà art.* 24.

3. Præterea poſſunt abſoluere ſuos à caſibus Cœnæ Domini, non obſtante noua reſeruatione ipſorum, quæ quotannis fit in publicatione bullæ in Cœna Domini, quæ debet intelligi iuxta clauſulam poſitam à Sixto V. & Clemente VIII. in tenore bullæ Cœnæ à ſe pro ſuo tempore publicatæ, ibi: niſi in eis, etiam caſus præſentibus litteris expreſſi comprehendantur, quæ verba denotant mentem præfatorum Pontificum eſſe, priuilegia dictos caſus concedentia minimè velle derogare, quæ clauſula licèt non exprimatur ab alijs Pontificibus, debet haberi pro expreſſa, quia taciti, & expreſſi idem eſt iudicium, vt eſt noti iuris, ibidem art. 9. de quo P. Miranda *tom.* 2. *Manual. q.* 7. *art.* 3.

Addit Auctor in addit. ſum. tom. 3. cap. 6. num. 3. hoc idem conceſſum eſſe Generali, & Commiſſario Generali Minorum pro ſuis ſubditis in foro cōſcientiæ à Gregorio XIII. vt habetur apud Bullarium inter viuæ vocis oracula huius Pontificis, & multis retroactis annis pro Prædicatoribus conceſſerat Iulius II. non obſtante dicta reſeruatione, quæ quotannis fit in publicatione Bullæ in Cœna Domini; excipit tamen præter hæreſim, ſchiſma, falſificationem litterarum Apoſtolicarum, & portationem armorum ad infideles excepta à Sixto Quarto, conſpirationem factam contra Papā. Imò & in foro interiori idem conceſſit Prouincialibus Indiarum occidentalium pro ſuis ſubditis deputatis conuerſioni Indorum Adrianus VI. & Gregorius XIII. Cuſtodibus Fratrum Minorum in India Orientali, in foro conſcientiæ, excepto etiam caſu manuum violentarum in prælatum, vltrà excepta à Iulio II. & habetur in Bullario.

Bullar. Oraculo 1. Greg.

13. Bull. bulla 16. nu. 1. Iulij 2.

Bullar. Bulla 1. Adr. 6. & bulla 3. Greg. 13.

Item à Gregorio XIII. indultum eſt Societati Ieſu, vt conceſſiones illi factæ non cenſeantur reuocatæ per Bullam Cœnæ, quod conceſſit viuæ vocis oraculo anno Domini 1584. die 18. Martij, vt habetur in Compendio Societatis. Aliam item conceſſionem Alexandri VI. poſitam in Compendio Minorum refert nouiſſimè P. Villalobos 1. p. Summæ Theolog. tract. 9. difficult. 61. nu. 6. in fine, in qua conceditur Generalibus, Prouincialibus, & Cuſtodibus plenaria facultas, & auctoritas abſoluendi quoſcunque ſubditos ſuos vtriuſque ſexus, etiam à crimine hæreſis, ſeu apoſtaſiæ, & cum eis diſpenſare. Quod priuilegium, & alia ſimilia conceſſa Regularibus non reuocari per Bullam Cœnæ tanquam probabilius, & in praxi ſequendum, tenet idem P. Villalobos citato loco nu. 5. licèt quoad crimen hæreſis contrarium ſentiat. Quæ opinio tanquam magis pia, & animarum ſaluti prouidens ex auctoritate tantorum, ac doctiſſimorum virorum, poteſt abſque ſcrupulo ſequi, quidquid in contrarium ſentiat F. Ioannes à Cruce in ſuo epitome libro 1. cap. 6. dub. 14. concluſ. 2.

Comp. Societ. §. 2. verb. bulla Cœnæ Roboratur ſententia Auctoris.

Neque obstat reuocatio generalis omnium priuilegiorum, quę quotannis fit in die Iouis Sancti, quando publicatur Bulla Cœnæ, quantum ad absolutionem casuum in ea contentorum: quia priuilegium Principis debet esse firmum, & constans, capit. decet, capit. quod semel, de regul. iuris in sexto, & in dubio non censetur reuocari, vt est notum in iure. Item sicut priuilegium Bullæ Cruciatæ non censetur reuocatum per Bullam Cœnæ, vt tenent omnes, ità à simili idem dicendum videtur circa priuilegia Regularium, vt benè ponderat præcitatus P. Villalobos. Neque credendum est de Domino Papa Paulo V. verbi gratia qui confirmauit nostra priuilegia Minorum die prima Decembris anno 1609. tam citò mutasse sententiam in re tam grauis, & arduæ entitatis, voluisseque illa reuocare post tam exiguum temporis, quod currit à principio Decembris vsque ad finem Martij, vel ad medium Aprilis, in quo vt plurimũ incidit solemnitas feriæ 5. in Cœna Domini, quo die fit dicta reuocatio omnium priuilegiorum in publicatione Bullæ Cœnæ. Absit, inquam, tale credere de mente suæ Sanctitatis spiritualem animarum salutem maximè zelantis, & tam pio fauore illam prosequentis. De quo Suarez *de censuris disput. 21. secti. 3. num. 4. Sayro de censur. lib. 3. cap. 26. num. 5.* licèt oppositum teneat, & alij relati à Portel. *verbo Abbas, nu. 11. & verbo Bulla Cœnæ, à num. 1.* idem docentes.

4. Ab hæresi tamen, etiam occulta, non habent dicti prælati circa suos subditos absoluendi potestatem, seu facultatem, secluso omni priuilegio, licèt hæc potestas propter munus inquisitionis penes Episcopos resideat: quia licèt per Pium V. concessa sit eisdem prælatis Regularibus eadem auctoritas in foro conscientiæ erga suos subditos, quam habent Episcopi circa suos, per Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 6. hoc tamen iam sublatum est quoad dictos Prælatos Regulares per Bullam Cœnæ, imò & quoad Episcopos per quandam declarationem Cardinalium, ibid. artic. 10. & citato loco Addit. num. 4. & cap. 5. num. 7. vbi refertur dicta declaratio Cardinalium. De quo P. Villalobos *vbi suprà nu. 2. & 3. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. ca. 19. q. 3. & cap. 10. q. 10. Suarez tom. 4. disp. 30. secti. 2. nu. 11. Sanchez ad præcepta lib. 2. cap. 11. num. 7. & 27.*

Bullar. bulla 13. Pij V.
Trid. sess. 24. c. 6.

5. Portel. verbo hæresis, in principio, refert quandam cõcessionem Gregorij XIII. factam Patribus Societatis Iesu, vt possint absolui ab hæresi occulta, & à relapsu illius, vt habetur in Cõpendio Societatis, vbi item refertur aliud priuilegium concessum Minoritis, vt possint absolui à Generali, aut à Prouincialibus ab hæresi, vel ab apostasia, & vt possint dicti prælati eorũ pœnas à iure commutare, augendo, vel minuendo, dummodo crimina nõ sint publica, & apud sæculares notoria; Sic refert præcitatus Pater, nec resoluit, an possint Regulares vti dictis concessionibus. Ego plurimum dubito de dictis nobis in superioribus, maximè in Hispania, & in alijs prouincijs, vbi præsidet Sanctum Tribunal Inquisitionis contra hæreticam prauitatem. Addit tamen idem Portel. verbo Episcopus, nu. 12. sibi videri satis probabile, posse Episcopum absoluere ab hæresi occulta in foro conscientiæ, & citat pro hac opinione Nauarrum *lib. 5. cons. tit. de priuilegijs, cons. 11. in secũda impr.* & Henriq. qui alios plures recentiores refert, *lib. 6. de pœnitent. cap. 14. num. 3.* Idem sentiunt P. Suarez *to. 3. de censur. disp. 21. sect. 3. nu. 5. Vega tom. 1. Summæ cap. 125. casu 11. Ledesma in Summa 2. p. tract. 1. cap. 6. difficult. 7. post 20. conclusiones, nouissimè Farinacius tract. de hereticis quæst. 192. num. 61. Quos præter Farinacium, refert Barbosam remiss. ad Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 6.* Et alij plures, quos plena manu refert Sanchez vbi suprà dict. nu. 27. ad finem, licèt ipse eorum sententiam non sequatur, vide P. Miranda *tom. 2. Manual. q. 7. art. 2. conclus. 3.* vbi fundamenta vtriusque sententiæ ponit,

Ampliatur doctrina Auctoris.
Comp. Societat. verbo absolu. §. 3. & 7. & 8.

ponit,ſed ſuam nòn exprimit.

Quæ ſententia etiam mihi videtur ſatis probabilis ob auctoritatem tantorum, & grauium Doctorum, ſed oppoſita probabilior, ac tutior, & reſoluit nouiſſimè Portel. in addit. ad dubia verbo Abbas, num. 11. vbi refert quendam motum proprium Gregorij XIII. id ſpecialiter prohibentem, cuius meminit noſter Auctor *in addit. ad Cruciatam, §. 9. nu. 66.* & refert etiam Sanch. *lib. 2. ad decalog. cap. 12. num. 10.*

Amplia-tur doctri-na Auctoris. Comp. Societat. verbo ab-solu. §. 3. 7. & 8.

6. Vnde ſtando in prima opinione, tāquam probabili, poteſt Monialis abſolui ab hæreſi occulta per commiſſarium ad hoc deputatum per Epiſcopū, cui ipſe poteſt delegare facultatem in hoc caſu particulari, quam habet à Concilio Tridentino, vel etiam poteſt idem Epiſcopus eam abſentem abſoluere ab excommunicatione annexa tali crimini extra Sacramentum Pœnitentiæ, ſicut poteſt ab alijs excommunicationibus, teſte Nauarro infra citando, ſublata verò cenſura, in qua eſt reſeruatio, pòteſt abſolui à peccato iam non reſeruato per quemcunque cōfeſſorem ad hoc ſpecialiter deputatū ab Epiſcopo. Et idem pòteſt fieri pro abſolutione alicuius religioſi de dicto crimine hæreſis occulto: nam poteſt quoad hoc ſubijcere ſe iuriſdictioni Epiſcopi, renunciando in hoc caſu priuilegium exemptionis, iuxta doctrinam Doctorum mox citandorum, *ibidem, dict. art. 10. in fine, & tom. 2. qu. 63. art. 1. de quo Nauar. lib. 1. conſil. tit. de officio ordin. conſil. 8. in prima impreſ. & lib. 5. tit. de priuilegijs, Henriquez tom. 1. lib. 7. de indulg. cap. 25. num. 2. E. Ioan. de la Cruz dict. concluſ. 2. in fine, Portel. dic. num. 12. in principio, idem docentes, quidquid dicat P. Miranda vbi ſupra concluſ. 2. ad finem. Vide Corduba in addit. ad Cōpēd. Mend. verb. abſolutio ordinaria quoad fratres, §. 1.* Id tamen debere intelligi, de ſuperioris licentia etiam tacita, ſeu præſumpta, docet Sanchez ad præcepta *dict. cap. 11. num. 10. & lib. 4. c. 39. à num. 27 Villalobos 1. p. Sum. tract. 9. diffic. 60. num. 7.*

7. Attenta rigoroſa conſtitutione Sixti V. contra malè prōmotos, quam quoad hoc in ſuo robore reliquit Clemens VIII. in ſua Bulla moderatoria, quæ extat in Bullario, non poſſunt prælati abſoluere ſuos religioſos ab excommunicatione, & ſuſpenſione contracta ex ſimoniaca promotione ad ordines, poſſunt tamen abſoluere à ſimonia commiſſa in collatione officij, ſeu beneficij per priuilegia in ſuperioribus relata, quę quantum ad hoc non ſunt per Sixtum V. ſublata, ibid. articul. 13. de quo P. Miranda tom. 2. Manual. quæſtion. 9. art. 10. concl. 2.

Bull. bul. 21. Clem. 8.

Hoc tamen non obſtante oppoſitum videtur dicendum ex mente auctoris in ſimili caſu, nam tom. 2. quæſt. 33. artic. 4. reſoluit circa caſum procurantium abortum reſeruatum Papæ per eundem Sixtum V. poſſe prælatos Regulares virtute ſuorum priuilegiorum abſoluere Fratres, & Moniales de hoc crimine conuictos, etiam in foro exteriori: licèt enim, ait, priuilegia Regularium. quantum ad hoc, fuerint per Sixtum V. reuocata, & per Gregorium XIV. in ſua moderatoria conſtitutione non fuerint reualidata, fuerunt tamen poſtea in priſtinum ſtatum reſtituta per Clementem VIII. qui confirmauit noſtra priuilegia ex certa ſcientia, vt patet ex eius Bulla in Bullario: confirmatio autem ex certa ſcientia reualidat inualidum, & reuocatum, habetque vim innouationis, c. 1. de tranſact. cap. quoties, de pactis, vbi communis DD. Quod à ſimili poteſt æquè benè adaptari, & ponderari ad noſtrum caſum, licèt enim Clemens VIII. reliquerit intactas, & in ſuo robore pęnas Sixti V. contra ſimoniacos in ordine, idem tamen Clemens anno ſubſequenti poſt promulgationem illius Bullæ moderatoriæ, quæ fuit edita anno 1595. vt videre eſt in eodē Bullario, confirmauit noſtra priuilegia ex certa ſcientia, vt dictum eſt, anno Domini 1597 ac proinde priuilegia reuocata à Sixto V. quorum virtute ante eius conſtitutionem poterant prælati Regulares abſoluere ſuos ſubditos ſimoniacos in ordine, iterū viuificātur

Doctrina Auctoris illuſtratur ex eius mēte. Bull. bul. 1. Clem. 8.

Bull. bul. 1. Clem. 8.

& reualidantur, ac per consequens optimo iure licebit dicta facultate absoluendi vti, per eadem priuilegia. Quam rationē si animaduerteret Auctor, proculdubio à se minime dissentiret, nec affirmare ausus esset, prædictam facultatem absoluendi à simonia in ordine esse sublatam à prælatis per dictam Bullam Sixti V. imò retractaret suam sententiam, vt de facto circa alia se retractauit, vti in retractationibus ab ipso factis, & libro nostro hinc inde insertis, videndum. De quo vide Portel. verbo Prælatus ad absoluendū, num. 29. qui idem sentit ex doctrina, & mente Auctoris, sed non adducit exemplum ipsius Auctoris in præfato simili casu à nobis suprà perpenso, qd satis ad rem conducit, & manifestat mentem Auctoris, quem consule loco præcitato. Vide Suarez *tom. 2. de Religio. lib. 4. cap. 51. à num. 4. vsque ad 6. & de censur. disp. 31. sect. 5. à nu. 40.* P. Villalobos *2. p. tract. 37. diffic. 34. nu. 4. & 5.*

8. Prælati Regulares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt absoluere suos subditos à suspensione à Diuinis, etiam perpetua nō reseruata Papæ, & in foro exteriori, tanquam prælati Ordinarij, vt colligitur ex c. ex literis, de const. & capit. nuper, de sent. excommunic. Virtute tamen dicti priuilegij Clementis IV. in foro tantùm conscientiæ habent talem potestatem, si procedat à delicto occulto non deducto in forum contentiosum, seu iudicium, iuxta decretum Cōcilij Tridentini, & eius indultum concessū Episcopis, & communicatum prælatis Regularibus per Pium V. in Bulla su-
Trid. sess. 24. c. 6. prà relata *num. 4. ibid. art. 14.* De quo P. Villalobos *2. p. trac. 1. p. tract. diff. 19. num. 2. Suarez de censur. disp. 29. sect. 1. à num. 16.*

9. Item possunt absoluere à prædictis censuris, etiam in contemptū clauium commissis à suis subditis nolentibus subijci clauibus Ecclesiæ, credentibus tamen penes Ecclesiam residere potestatem ligandi, & soluendi à Christo Domino datam, & hoc, virtute dicti priuilegij Clementis IV. & in foro conscientiæ tantum, ibid. artic. 15. Idem docet Portel. dicto verbo Prælatus ad absoluendum, num. 31. vbi ex D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 3. resoluit tunc peccari in contemptum clauium, quādo quis renuit se submittere potestati Ecclesiæ, putans illam esse intolerabilem, iniustam, durā, & indiscretam in suis præceptis.

10. Item possunt absoluere à peccatis commissis ex confidentia priuilegiorum, dummodo priuilegium non sit causa positiua, aut causaliter incentiuum peccandi, sed tantùm tollat sollicitudinem, qua præcauentur peccata reseruata, tunc enim potest absolui subditus virtute facultatis, etiam expressè excipientis peccantem ex eius confidentia. Verum est tamen, quòd quando imminet periculū, seu dispendium animæ in aliquo speciali casu ex denegatione huiusmodi absolutionis, potest ista conferri, etiam quando priuilegium fuit causa motiua, & principalis peccandi. Vnde sic debent limitari, & intelligi priuilegia Clementis IV. & aliorum Pōtificum non excipientium, quòd non possint absolui à peccatis, & censuris commissis ex cōfidentia huiusmodi priuilegiorum; nempe quòd possunt absolui fratres peccantes cum tali confidentia, stādo in rigore horum priuilegiorum: secus si de mente cōcedentis aliud constet, seu probabiliter præsumatur, tūc enim non possunt absolui, quia non præsumitur quis id concessurus, vnde esset occasio peccandi, nisi immineat periculum, ac dispendium animæ, vt dictum est, ibid. art. 16. de quo vide Corduba lib. 9. de indulg. q. 37. iuxta finē. Idem docet Portel. dicto num. 31.


11. Quando in priuilegijs dicitur, quòd prælati possunt absoluere subditos à pœnis à iure, vel ab homine latis, debet intelligi de censuris, & pœnis, quæ absolutionem à peccatis, vel sacramentorum susceptionem impediunt: vel secundùm alios, de pœnis, quæ à Cōfessore, vel à Canonibus pœnitentialibus imponuntur: vel etiam, quæ ab ipso pœnitente sponte suscipiuntur, ibid. art. 17. de quo Nauar. cap. 27. num. 191.

12. Item

12. Itē virtute dicti priuilegij Clementis IV. eandem potestatem absoluendi habent prælati tam circa nouitios, quam circa professos, retrocedētes tamen à religione reincidunt in cēsuras. At si absoluantur ex virtute priuilegij Clementis VII. pro Prædicatoribus, vel Pauli III. pro Societatę Iesu, non reincidunt, licèt retrocedāt, vel de facto ordinem non intrent, volentes priùs intrare: Idem habent ex Nicol. IV. circa moniales sibi cōmissas, earum nouitias, & seruitrices professas, seu cōuersas, etiam non professas, vel extra clausuram degentes in domibus contiguis monasterijs, quas extrà degere pro colligendis eleemosynis permisit, & cōcessit Pius V. apud Bullarium. ibid. art. 21. vsque ad ar. 24. De quo F. Ioan. Cruc. in epitom. lib. 1. cap. 6. dub. 16. concl. 4. Villalob. tom. 1. tract. 16. diff. 19. num. 4.

Bullar. Bul. 8. Pali 3. Bullar. Bul. 6. Pij V. nu. 3. Bullar. Bul. 4. Innoc. 4.

Item Innocentius IV. concessit pręlatis Minorum facultatem absoluendi venientes ad ordinem ab excommunicatione contracta per iniectionem manuum violentarum in clericum, quæ extat in Bullario.



13. Valet absolutio data virtute priuilegij ignorati per regulam iuris; *Si non valet quod ago, vt ago, valet, vt valere potest*; quę interpretāda est, quòd quis voluit valere actum omni modo, quo potest, imò & in dubio hoc præsumendum est de intentione concedentis, ibidem art. 25. De quo Panormit. *in cap. licet, de officio ordinarij, num. 6. & in cap. cum super, de offic. deleg. num. 12. Portel. vbi suprà numer. 34. qui idem docet.*

14. Forma absolutionis solita dari à prælatis in capitulo, vel visitatione extra Sacramentum pœnitentiæ, dicēdo: Absoluo vos ab omnibus peccatis, censuris, & pœnis, & concedo vobis plenariam remissionem omnium peccatorum vestrorum, &c. (sicut etiam solet dari à Patribus Sanctissimæ Trinitatis certis diebus pro omnibus fidelibus, & approbauit Clemēs VIII. die 20. Aprilis anno 1592.) debet intelligi de pœnis debitis pro peccatis. Et idem iudicium est de remissione pec-

Comp. Roderici.

catorum concessa in Bullis, & Iubileis facientibus talem, vel talem rem, qđ non est alienū à sacris litteris, vbi peccatum sæpe pro pœna illi debita sumitur, iuxta illud Machab. 2. *Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur*; id est à pœnis debitis pro peccatis. ibidem ar. 26. De quo supplementum Gabriel. in 4. dist. 55. q. 3. art. 3. notab. 1. Corduba li. 5. de indulg. quæst. 8.

15. Deficiente prælato proprio potest Regularis in casu necessitatis per epicheiam, seu de æquitate absolui ab Episcopo ab omnibus, à quibus potest ipse Episcopus absoluere suos subditos, non tamen ab illis, ad quos pręlatus Regularis habet potestateem quoad suos Fratres, licèt oppositum in pacto, & rigore iuris solidiorib. nitatur fundamentis, ibidem. art. 29. De quo Sylu. verbo absolutio 5. notab. 3. Suar. tom. 2. relig. tract. de voto lib. 6. c. 11. num. 7. Loquens de dispensatione, & alij relati à Sanchez ad præcepta li. 4. cap. 39. à num. 27. & lib. 2. c. 11. nu. 19.

Aduertāt tamē Religiosi, quòd vix, aut numquam potest dari casus, in quo existentes intra claustra cogantur recurrere ad Episcopum pro absolutione: quia Guardiani, & alij pręlati locales communicantes in priuilegijs cū Prædicatoribus habent eandem auctoritatem circa sibi subditos, quam habent Generales, & Prouinciales ergà Fratres totius ordinis, vel Prouinciæ, & in eorum absentia Vicarij, seu Presidentes, vel eorum vices gerentes idē habent, vt suprà iam à nobis dictum num. 1.

De Absolutione Fratrum quoad reseruata.

16. Auctoritate iniustè denegata à prælato ad reseruata, non potest subditus absolui a quocunq; confessario ordinis

dinis ex licētia præsumpta superioris, aliàs dissolueretur neruosum vinculū reseruationis: poterit tamen necessitate vrgente, si adest aliquod graue periculum, absolui à non reseruatis, manebitque tunc indirectè absolutus à reseruatis, cum obligatione tamen cōfitendi postea habēti specialem facultatem ad reseruata, *tom.1. quæst.20. art. 30. & quæst.21. artic. 5. Quidquid dicat Henriquez lib 3. de pœnit. cap.13. num. 6. & cap.15. num.5.*

Vide P. Miranda *tom.2. Manual. qu. 24. art.11. & Valer. Reginald. 1. p. fori pœnit. lib.8. cap.6. sect.2. nu.* 80. Vbi ait inferiorem sacerdotē nec indirectè posse absoluere à reseruatis, etiam imposito onere præsentādi se superiori, nisi rationabilis causa adsit dimidiādi cōfessionē (putat enim in hoc casu truncatam, seu non integram esse confessionem) quod quantum ad hoc mihi non placet, sed infrà num. 85. expressius tenet cum nostro Auctore, & subscribit Villalobos 1. p. summæ tract. 9. diffic. 4. num. 6.

17. Generales habent potestatē absoluendi à reseruatis Fratres totius ordinis, Prouinciales verò Fratres suæ Prouinciæ respectiuè, & hospites ad illam declinantes. Vnde habens auctoritatem actiuam à Generali potest absoluere quoscunque Fratres ordinis, à Prouinciali autem Fratres suæ Prouinciæ, & hospites quoscunque ordinis ad eam venientes. Habens item auctoritatem passiuam, etiam à Prouinciali potest absolui à reseruatis per quemcunque confessarum ordinis approbatum ad audiendas confessiones Fratrū quicunque enim sacerdos ad id approbatus à suo Prouinciali est idoneus cōfessor pro omnibus Fratribus ordinis, ex concessione Apostolica, & statutis ordinis, nisi ex statuto speciali alicuius Prouinciæ aliud caueatur, tom.1. q. 21. art. 3. De quo Corduba in addit. ad comp. verbo accedere ad monast. Monial. in fine.

In Bull. bulla 12. Pij V. Religiosus absoluēs à reseruatis absque auctoritate superioris, vltrà quòd nulliter absoluit, incidit in excommunionem ipso facto, Clementina, Religiosis, de priuileg. ibidem.

18. Pius V. apud Bullarium præcipit prælatis ordinis Prædicatorum, vt exhibeant se faciles, & benignos suis subditis petentibus licentiam absoluēdi se à reseruatis: vnde negantes sine causa, mortalis peccati rei videntur, Pœnitens autem, denegata iniustè auctoritate à prælato, potest cum debita contritione licitè celebrare ad euitandum scandalum, dūmodo nullus alius confessor adsit, nam si aliquis adsit, tenetur illi confiteri alia peccata mortalia, antequam ad celebrādum accedat, postea manifestaturus reseruata habēti auctoritatem, nisi peccatum reseruatū habeat annexam excommunicationē, tunc enim non licet celebrare, aut cōmunicare, nisi maxima necessitas id peragendi, ad euitandum magnū scandalum, periculum graue, & infamiam vrgeat, vel etiam timor reuelandi cōplicem delicti, aut se ipsum, vel alium infamandi, aut impediendi magna bona spiritualia, & temporalia; aliter nullo modo licebit accedere ad altare, ēt contritione, ex sententia grauissimorū virorum mox citandorum. ibid. art. 4. De quo Soto *in 4. dist. 18. q.2. art. 5. §. hoc autem dubium, & dist. 12. quæst.1. ar. 4. ad finem. Couar. in cap. Alma mater, 1. p. §.2. num. 11. verbo Eucharistia, 2. q.7. §. quantum, Medin. in summa lib 1. ca.11. §.5. Suarez tomo de pœnitentia, disp.31. sect.3. num. 5. & 6. Reginal. vbi suprà n. 86. & 87.*

Vide Villalobos 1. *p. summæ tract. 9. diffic. 65. num. 2.* vbi docet verba Pij V. in præfata Bulla inducere præceptum, quæ etiam repetit Clemēs VIII. in alia Bulla expedita pro Fratribus Carmelitis, ac ideò innuit, prælatos iniustè negantes suam auctoritatem peccare mortaliter.

19. In omni casu, in quo religiosus potest confiteri non habenti potestatem ad absoluendum à reseruatis, tenetur ad confitendum simul cū peccatis non reseruatis, quæ habuerit reseruata, quod si reseruata tantum propalet confessori, absolutio super illis impensa erit inualida, ex defectu iurisdictionis. Nec sacerdos simplex in

defe-

defectu confessoris inferioris poterit in hoc casu directè absoluere à venialibus, & indirectè à reseruatis, ibid. 5. De quo Ledesma 2. 4. q. 8. art. 1. dub. 4. Soto in 4 dist. 18 q. 2. art. 5. Nauarro c. 26. num. 14. Miranda dict. art. 11.

Vide in simili Reginal. vbi suprà n. 82. vbi resoluit ex Suarez probabile esse, simplicem sacerdotẽ validè posse absoluere pœnitentem bona fide confitentem venialia, si obliuiscatur mortalium, aut existimet, venialia tãtum esse, quæ sunt mortalia: quia, inquit, licet simplex sacerdos non habeat sufficiẽtem iurisdictionem circa mortalia, habet tamen eam sufficientem ad perficiendum pœnitentiæ sacramentum, quo sicut sanctificatur homo, ita etiam expellitur peccatum mortale, si fortè in illo inueniatur.

10. Superior non potest audire sola peccata reseruata, ab eisque subditũ absoluere, remittendo illum ad alium confessorem, qui ipsum absoluat sacramentaliter à peccatis non reseruatis, sed necessariò debet audire omnia peccata, vt possit ab eis sacramentaliter absoluere: quia integritas confessionis est de iure diuino, in quo nemini licet dispensare. At rectè poterit talem non sacramentaliter auditum omnino remittere ad inferiorem cum facultate, vt possit ab omnibus absolui, ibidem ar. 6. De quo Sylu. *verbo confessio, 1. quæst. 19. Victoria de confessione nu. 161. Ledesma 2. p. 4. quæst. 8. art. 2 dub. 3. conclus. 5. Reginald. in praxi fori pœnit. 1. p. lib. 8. cap. 6. sect. 1. num 76. vbi n. 78.* addit, grauissimam, & rarissimam esse necessitatem, ob quam liceat superiori, auditis solis reseruatis, sacramentaliter absoluere habentem alia mortalia. De quo videri potest Suarez ab eodem Reginaldo relatus, *tom. 4. disp. 31. sect. 1. & 2.*

Sacerdos simplex habet potestatem absoluendi tantùm à venialibus, aut à mortalibus semel iam legitimè confessis, ex communi consuetudine Ecclesiæ, ibidem in fine.

11. Absolutio data virtute alicuius Bullæ, aut Iubilæi, aut ab habente facultatem à superiore ad reseruata, si fuit nulla ob defectum contritionis, aut attritionis, vel ob aliã causam culpabilem, non tollit reseruationem peccatorum, & ita necessariũ omninò est, vt postea repetat eadem, tanquam nulliter confessa pœnitens habenti ad id auctoritatem. Excipe, nisi peccata sint reseruata ratione alicuius cẽsuræ, quia ea reseruatio tunc tollitur per absolutionem à censuris, quæ si non valet vt absolutio sacramentalis, valere potest vt absolutio extra sacramẽtalis, ad cuius validitatem non requiritur tanta dispositio in pœnitente, quanta requiritur ad absolutionem à peccatis. Excipe etiam nisi inculpabiliter pœnitẽs oblitus sit alicuius peccati, vt innuit Auctor, qui ita limitat opinionem Caietani, Syluestri, & aliorum absolutè affirmantium tolli reseruationem peccatorum, etiam non habentium annexam excommunicationem per absolutionem nullãm, ibidem art. 7.

Ex quo fit, falsò imputari nostro Auctori oppositam sententiam à Portel. verbo casus reseruati, num. 8. nam in dicto art. 7. licet in principio referat Doctores illam affirmantes, tandem ad finem resoluit, & tenet quod suprà à nobis dictum est, vt attentè legenti ipsum articulum patebit. De quo Sanchez *de mat. lib. 8. disput. 15. numer. 21. Suar. de pœnit. disp. 31. sect. 4. nu. 27. Vega in summa 1. p. cap. 49. casu 5. Miranda tom. 2. Manual. q. 34. art. 13.* idem Sanchez lib. 4. decalog. cap. 54. num. 45. & 46. qui idem docent.

Falsò iis putatur Auctori opposita sententia

12. Prælati locales, vt Guardiani, & similes habentes potestatem ad absoluendum suos subditos à reseruatis, possunt ab eisdem absolui per confessorem ab ipsis electum. ibid. art. 8. De quo Miranda dict. q. 34. art. 14. concl. 1.

13. Guardiani possunt committere auctoritatem, quam habent à Prouinciali, in aliquo casu speciali, quãdo ab ipsis specialiter fuerit petita, non tamen illam generaliter delegare alicui possunt, vt quotiescũque occasio se obtulerit ea vtatur; ibidem, art. 9. De quo Corduba *super regula cap. 7. q. 29. p. 228. Nauar. in Man. cap. 27. num. 45. Miranda tom. 2. q. 34. art. 14. concl. 2.*

Nouissimè Villalobos *tom. 1. summæ tract. 9. diffic. 64. num. 2.* tenet, quòd nūc possunt dicti Guardiani concedere auctoritatem pro absolutione reseruatorum (exceptis casibus Bullæ in Cœna Domini) sine aliqua restrictione per quoddam priuilegium Pij IV. cōcessum Prędicatoribus, quo possumus frui per communicationem, quia, inquit, iurisdictio competens ex priuilegio Principis perpetuò est ordinaria.

Bullar. Bulla 16. Iulij 2. Bulla 15. Pij V. Bull. 24. Leon. 10. Bulla 9. Clem. 8. Sixt. 4. in Cōp. D. Hiero. verb. reseruare, §. 1. & Gregor. 13. in Cōpend. Societ. titu. absolutio §. 11. & iterum in Cōp. D. Hieron. verb. Bull. Cruciatę Roboratur, & pugnatur sententia Auctoris.

34. Religiosis virtute Bullæ Cruciatæ non licet eligere confessorē pro absolutione à casibus reseruatis sine speciali licentia Prælatorum: vt cōstat ex declaratione multorum Pontificū, quorum Bullæ referuntur in Bullario, neç suspenduntur per generalem reuocationem priuilegiorum, quæ quotannis fit à Cōmissario Generali Cruciatæ in illius publicatione, in qua sēper a pio IV. vsq; huc excipiuntur concessa superioribus Ordinum Mendicantium quoad suos Fratres. Verum est tamen, quòd contraria opinio, cùm sit doctissimorum virorum, omnino non est cōdemnanda, nec auderem (inquit Auctor) illos condemnare, qui sine licentia superiorum præfata facultate vtuntur in illis Religionibus, vel Prouincijs, in quib. dicti superiores id nō prohibent, imò vident, & tacent, nec dictas prohibitiones Apostolicas subditis notificant, quas, vt vim habeant, publicari, & promulgari necessarium omninò est: secus si eas notificant, & publicari faciunt, tunc enim nullo iure possunt tali facultate vti, vt omnes, ét oppositæ sententię defensores, fatētur. Item ex sententia Doctorum Salmaticensium non prohibentur dicti Religiosi eligere confessorem virtute Cruciatæ, vt absoluantur à peccatis nō reseruatis, attēta Bulla prohibitoria Clementis VIII. in procemio, secundum quod debet limitari, & mitigari eius prohibitio, *ibidem. art. 10. & in addit. Summam tom. 3. cap. 7. num. 2.*

35. Sed quia hæc quæstio hisce nostris temporibus multum controuersa est, & affirmatiuam partem sectantes nimis opinati sunt, nimium indulgentes libertati, & relaxationi, operę pretium duxi (liceat excedere cancellos, & metas compendij) sententiam nostri Auctoris rationibus, & auctoritatibus corroborare, ac illustrare, aperiēdo veritatem, vt timorati trepidēt timore, vbi est timor, & relaxati habenas cohibeant suæ libertatis, & audaciæ.

Ad rem igitur deuenientes priùs proponam fundamenta oppositæ sententiæ, postea nostram rationibus, & iuribus stabiliam, & tandem obiectionibus satisfaciam. Primò igitur probāt suam opinionem affirmantes: quia ita concedit Dominus Papa omnibus, & singulis fidelibus in dicta Bulla Cruciatę, Religiosi autem inter fideles numerantur, nec ob id peioris conditionis esse debent, quàm sęculares fruentes simili gratia.

Secundò, quia superiores in suis Capitulis, & visitationibus conuentuum id notum non faciunt religiosis, quod omninò necessariū est, vt obliget, maximè quando magna est varietas opinionum pro vtraque parte. quia lex reuocatoria priuilegiorum, & gratiarū nullam vim habet, antequam promulgetur, nō solùm in Prouincia, sed etiā in tota Diœcesi, vt probat Soto *de iustitia lib. 1. q. 2. art. 4. fol. 11. Medina q. 19. art. 4. fol. 830.* quòd si extat aliqua concessio, seu prohibitio Apostolica reuocatoria huiusmodi facultatis in Bulla concessæ, quantum ad Regulares, nunquam publicatur modo, & forma pręfata.

Tertiò, quia pręlati vident religiosos huiusmodi priuilegio Cruciatę vti, & tacent, vnde tacitè videntur consētire, iuxta illud vulgatum iuris: qui tacet, consentire videtur. Consuetudo autem tolerata dat iurisdictionem illi, qui ex iure illam non habet, ca. duo simul, iuncta glossa, de officio ordinarij, & tradit Nauarro in summa cap. 2. num. 255. ac ideò in nostro casu consuetudo introducta, & tolerata à prelatis superioribus sufficiens videtur, vt religiosis liceat vti præfato priuilegio Bullæ, ad eligendum confessorem ad reseruata, qui eos ab illis absoluat.

Vltimò, quia dato, sint aliquę concessiones Apostolicę declarantes, non posse religiosos vti priuilegio Cruciatę quoad hunc articulum, prędecessores Pontifices non possunt manus ligare successorum, iuxta illud vulgatum iuris: par in parem non habet imperiũ; quapropter singulis annis in publicatione Bullæ suspenduntur generaliter omnia priuilegia, & gratię impedientia bonam expeditionem ipsius Bullæ.

His tamen non obstantibus opposita sententia, quam defendimus cum Auctore, quòd scilicet, nõ liceat Religiosis vti priuilegio Cruciatæ quantum ad absolutionem reseruatorum, probabilior, communior, & verior iudicatur ab omnibus ferè viris doctis, & timoratis, probaturque euidenter sequentibus rationibus.

Bullar. Bullis citatis.

Primò, & principaliter, quia ita declarauerunt plurimi Summi Põtifices, Iulius II. & Pius V. pro fratribus Prędicatoribus, Leo X. pro Minorib. pręcipiendo sub pœna excommunicationis latę sententię, quod nullus Frater, aut Monialis fruatur huiusmodi facultate bullę sine speciali licentia superiorum. Idem prohibuit Sixtus IV. monachis S. Hieronymi, & Gregor. XIII. Patribus Societatis Iesu, & tandem omissis Innocẽtio VIII. Iulio III. Gregorio XI. Alexandro VI. & alijs, de quibus *in Compendio D. Hieronymi, verbo, bulla Cruciatæ*, idẽ declarauit Clemens VIII. prò omnibus Ordinibus, ac omnibus orbis Christiani partibus apud Bullarium, vbi determinat, Concessionem Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium quantum ad articulum eligendi cõfessorem, & absoluẽdi à reseruatis in religiosis vtriusque sexus quorumcunque Ordinum, & Congregationum locum minimè habere, sed suę intentionis esse, quod in prędictis, dispositioni suorum pręlatorum sint subiecti. Et tandem idem fuisse declaratum à Domino Paulo V. per suam Bullam confirmatoriam illius Clementis VIII. refert F. Euseb. Herrera *in suis decisionibus moral. decis. 9. in fine §. 1. & §. initio*. Quæ priuilegia non suspendi per generalem suspensionem, quę singulis annis fit in publicatione Bullæ Cruciatę, statim probabimus, quidquid dicat prę̨citatus Herrera ibidem §. 11.

In Comp. Hieron. verbo reseruare §. 1. Cõp. Societ. tit. absolutio §. 11. Bullar. Bulla 9. Clem. 8.

Secundò probatur nostra sententia, quia à Pio V. vsque hunc semper solet apponi in Bulla Plumbea illa clausula exceptiua: exceptis, quę concessa sunt ordinem Mendicantium superioribus quoad suos fratres: ad quę verba se remittendo responsum olim dedit Clemens VIII. Reuerendissimo Patri Fr. Francesco à Sosa tunc Ministro Generali ordinis petenti specialem Bullam qua decretum faceret, ne Religiosi, & Moniales sibi subditi fruerentur huiusmodi facultate Cruciatę, quasi sentiens Pontifex vt iurisperitus, & Curialis per prę̨fatam clausulam exceptiuam non suspendi priuilegia concessa superioribus Mendicãtium quoad suos Fratres, ac proinde quantum ad articulum, de quo agimus, non esse necessariã aliam declarationẽ, si quidẽ in ipsa Bulla expressè id excipitur: vnum autem ex pręcipuis priuilegijs, quo gaudent dicti superiores, est potestas reseruandi casus, limitandique iurisdictionem inferiorum, ne absoluant sine ipsorum speciali licentia, ac per consequens huiusmodi priuilegiũ manet in suo vigore, ac si dicta Bulla Cruciatę omnino nõ publicaretur, aut non esset in rerum natura.

Et confirmatur, nam nemini fas erit inficiari, quod virtute dictę clausulę exceptiuę habent prę̨lati auctoritatem absoluendi sibi subditos per sua priuilegia, non obstante ipsa Bulla, quod cõtinet magnum fauorem respectu subditorum, ac proinde nec etiam potest negari, quod habeant ipsi prę̨lati priuilegium, de quo agimus, in odium ipsorum subditorum, non obstante dicta suspensione generali, cùm in iure pro regula habeatur: *qui sentit commodum, debet sentire, & onus. Hęc Auctor. in Addit. summa tom. 3. cap. 7. num. 2.* per quę confirmat nostram sententiam, & quę habet in explic. Cruciatę §. 9. num. 23. & tom. 1. q. 21. art. 10. vbi expresse id tenet.

Nec

Nec obstat adductũ ab assertoribus oppositæ sententiæ, & refert ipse Auctor dict. artic. 10. scilicet, quod dicta clausula, exceptis quæ concessa sunt superioribus, &c. tantum respicit indulgentias, & non priuilegia, quasi dicere velint, quòd intentio Papæ, est tantùm excipere in dicta suspensione generali indulgentias concessas ordinibus Mendicantium quoad Fratres, ipsasque non manere suspensas per Bullam. Nam id proculdubio est diuinatorium, & absque fundamento, tum quia si vellet se referre ad indulgentias, & non ad priuilegia, non exciperet per verba tam generalia: exceptis quæ concessa sunt superioribus, &c. quibus videtur omnia comprehendere, gratias, indulgentias, & priuilegia; id enim denotat verbum, quæ concessa sunt, quòd refertur ad præcedentia, in quibus generaliter loquitur de omnibus concessionibus, & indultis contrarijs expeditioni Bullæ; tum etiam, quia si sermonem faceret tantùm de indulgentijs, non vtique dixisset: exceptis, quę concessa sunt superioribus, sed diceret, quæ concessa sunt Fratribus, nam indulgentiæ non conceduntur superioribus, ad eas largiendas Fratribus, & communicandas suis subditis, sed Dominus Papa immediatè illas concedit, & communicat Fratribus sine dependentia, & interuentione superiorum, vt omnes concedunt in materia de indulgentijs.

Secundò respondetur cũ nostro Auctore *dict. quęst. 21. art. 10. §. dico* 4. quòd præfata clausula, exceptis, quæ concessa sunt, &c. apponitur in fine suspẽsionis, clausula autem posita in fine legis, vel priuilegij refertur ad omnia antecedentia, iuxta vulgaria iuris *l. talis scriptura ff. de legat. 1. l. si peperit, §. filię,* vbi Bart. *col. 1. & 2. ff. de lib. & posth.* & tradit etiam Iason, & alij, quos refert mandosius *in Regulis Cancellariæ reg. 1. reseruat. q. 2. num. 2.* ac proinde ex vi dictæ clausulæ non solùm suspenduntur indulgentiæ, sed etiam omnia alia indulta, gratiæ, & priuilegia generaliter quale est illud, de quo agimus, de eligendo confessorem pro absolutione reseruatorum, qui enim totum dicit nihil excludit.

Confirmatur, quia in generali suspẽsione non veniunt ea, quæ speciali suspensione, aut derogatione digna sunt, qualia sunt priuilegia Mendicantium, quæ sicut specialiter excipiũtur in generali suspensione, ita de illis debet expressa, & specifica fieri mentio ad eorum suspensionem, vel derogationem, ad instar generalis concessionis, in qua nõ veniunt ea, quæ si specialiter peterentur, & rogaretur de ipsis cõcedens, verisimiliter non concederet, vt cautum est in Iure cap. final. de procur. ita similiter à contrario sensu, quæ speciali suspensione, vel derogatione digna sunt, non comprehenduntur sub generali reuocatione, vel suspensione, sed specialiter, specificè, & expressè per expressa, & specifica verba debẽt suspendi, vel reuocari. Accedit quòd in nostro casu facta est specialis exceptio in præfata suspensione generali, omnium concessorum superiorib. Mẽdicantium quoad suos Fratres, ergo necessarium omninò erat ad impediẽdum suum effectum, vt suspensio specifica, indiuidua, & specialis fieret, & nõ sufficit generalis.

Tertiò quia omnes Põtifices à Leone X. vsque ad Dominum Paulum V. semper declarauerunt, nõ esse suæ intentionis, quod religiosi, & religiosæ fruantur priuilegio Bullæ quantum ad hunc articulum, ridiculum autem videtur, quòd sequenti anno post declarationem factam à Domino Papa, suspendatur ab ipso concessum, & indultum per Bullam Cruciatæ, hoc enim non decet supremum Principem, & legislatorem Ecclesiæ, cuius voluntas debet esse firma, cõstans, & perpetua, & talis præsumitur in iure, *cap. dicet, cap. quod semel, de regul. iur. in 6. & facit Clementina vnica in princ. de renunc. l. vbi repugnantia, ff. de regul. iuris,* donec aperte constet de voluntate ipsius in oppositum. Item, quia exceptio apposita in generali concessione firmat regulam in contrarium. l. Tribunus, §. vltimo ff. de milit. testam. qui effectus proculdubio tolleretur à dicta clausu-

la

la exceptiua priuilegiorum concesso-rum superioribus mendicantium quo-ad suos Fratres, nisi operaretur, quòd ex vi illius manerent in suo vigore di-cta priuilegia, & omnia alia generali-ter suspensa, quoad dictos Fratres tan-tùm.

Quartò efficaciter probo (& hæc est præcipuum, & efficacius fundamétum nostræ sententiæ,) quia Leo X. in sua Bulla prohibitoria præcipit sub pœ-na excommunicationis latæ sententię, quòd nullus fratrum, aut Monialium vtatur priuilegio Bullæ, aut aliorum similium indultorum quoad hunc ar-ticulum sine speciali licentia superio-rum, ergo prælatis expresè prohiben-tibus, ne Fratres absoluantur à reser-uatis virtute Bullæ, iam constat de eo-rum voluntate, ac proinde quidquid contra illam actum fuerit, proculdu-bio irritum, & nullum censebitur, quia verba illa Leonis X. sine speciali licé-tia Prælatorum, est forma rei, & con-ditio sine qua non, qua nõ impleta, res ipsa corruit, & nullius valoris, & effe-ctus planè efficitur, vt tradunt DD. communiter.

Quòd autẽ superiores in nostra sa-cra Religione multoties declarauerint, & notum fecerint suis subditis, quòd iuxta declarationes, & decreta Apostolica nõ possint absolui à reser-uatis virtute cruciatę, constat ex pro-mulgatione, quam fecit in hac nostra Prouincia S. Iacobi Dominus F. Fran-ciscus à Sosa Episcopus Oximensis, & electus Segouiensis, cum esset Ge-neralis Ordinis, vt innuit noster Au-ctor citato loco addit. summæ. Idem-que postea fecit Dominus Episcopus Carthaginensis D. F. Antonius de Tre-jo, dum ageret officium Vicarij Gene-ralis in quibusdam Decretis, seu man-datis, quæ fecit publicari in omnibus Prouincijs Hispaniæ anno Domini 1615. quod & antea fuerit itidẽ pro-mulgatum Romæ anno 1612. toti Or-dini in constitutionibus editis in quo-dam Capitulo generali, vt refertur in notis marginalib. Cordubę super Re-gulam cap. 7. punc. 2. idem publicatum fuit in quadam Congregatione Gene-rali Burdegalensi, auctoritate Aposto-lica, vt refert Miranda tom. 2. q. 33. ar. 10. & alij Prælati inferiores forte idẽ notum fecerunt in suis prouincijs, vt credere est, quod ad nostras aures non peruenit. Hanc sententiam sic exposi-tam tenent vltra nostrum Auctorem *locis suprà citatis doctissimi viri, Corduba in expositione Regula dict. cap. 7. punct. 2. Collector priuilegiorum verbo, cruciata* §. 5. *Parassel. in suo compendio titulo no-tanda priuilegia* §. 10. *fol.* 175. *Miranda in Manual. prælat. tom.* 2. *quæst.* 34. *artic. conclus.* 2. *& nouissime Villalobos tract.* 27. *pro Bulla cruciatę, clauf.* 9. Qui licèt asserat oppositam sententiam esse do-ctissimorum virorum Scholæ Salmati-censis super hoc ab eo cõsultorum ad-dit tamen, quòd vbi Prelati id prohi-bent suis subditis, nullo modo licere vti tali priuilegio Bullæ, iuxta Bullã prohibitoriam Leonis X. iam suprà re-latam, & tandem idem firmat, Portel. *in dub. regul. verbo Bulla cruciata nu.* 1. estque communior, & tutior sententia, ideoque sequenda, iuxta regulam ge-ralem, *in dubio tutior pars eligenda est, vt habetur glossa fin. in c. vnico, de Scru-tinio, cap. significasti, il segundo, verbo, in dubio, de homicidio, & cap. iuuenis, ver-bo, dubio, de sponsalibus.* Maximè in re-bus, in quibus imminet periculum ani-mę, vt latè, & perdoctè probat ex plu-rimis iuribus, & DD. Sanchez in sum. ad pręcepta decalog. lib. 1. cap. 10. nu. 10. § 8. quia dubitans, vbi asserit, quòd si in dubio facti est necessariò sequen-da tutior pars gratia periculi animę vitandi, idem dicendum erit in dubio iuris, quippè idemmet periculum in vtroque dubio versatur.

Ex dictis satis colligitur quid respõ-dendum sit argumentis in contrarium. Ad primum dic, quod religiosi plus-quam fideles sunt, quia sunt religati (religiosus namque dicitur à religan-do) duplici vinculo, scilicet, legis Di-uinę, cui fideles omnes subsunt, & re-ligionis, propter quod licèt non debe-ant esse deterioris conditionis, quàm cęteri fideles, at in multis ob votum obedientię, & Religionis cedere vi-dentur iuri suo; ideoque illis non fit iniu-

iniuria. Vnde ad id respiciens Pontifex illis non concedit hoc, & alia priuilegia Bullæ, nisi ad libitum prælatorum, ob idque excipit concessa superioribus quoad suos Fratres in suspensione generali, volens conseruare obseruantiam Regularem, tanquam zelator, & protector illius, nec in aliquo minui, nec dissipari, cumque obedientia ad prælatos in re tanti momenti, qualis est regimen spirituale subditorum, sit quæ Religionē stabilem facit, & firmat: ideo eneruare non permittit vires reseruationis aliquibus in casib. quorum obligatio pertinet ad superiores, vt inde coerceantur subditi, & religio permaneat in puritate morum, & in disciplina regulari confirmata. Quod confirmatur adhuc, quia Ecclesia concedit omnibus fidelibus, vt licitè comedant carnes in feria sexta, quando incidit Natiuitas Domini Nostri Iesu Christi in talem diem, cap. final. de obseruat. ieiuniorum, & tamen qui sunt adstricti voto ieiunij, vel abstinentiæ à carnibus, sicut nos Fratres Minores, nullo modo licitus est illis esus carnium in tali die, vt omnes communiter tenent, quia per votum censentur cedere iuri suo, de edendo carnes ipsa die, sicut cæteri fideles. Item (adducamus exemplum ipsius Bullæ) in ipsa datur facultas omnibus fidelibus, vt liceat comedere oua, & lacticinia in Quadragesima, à quo etiam excipiuntur sacerdotes, & religiosi, vt patet ex tenore ipsius Bullæ, quibus id inibi prohibetur.

Ad secundum patet respōsio ex his, quæ diximus in quarta probatione, quia tantum abest, quòd illud nō notum sit à prælatis, quin potius id maxime procurant declarare, & notificare suis Fratribus, præcipuè Patres Generales, quod videntur in eo, quod suam auctoritatem ad absoluendum à reseruatis cautè, & parcè concedunt petentibus, nec concedunt nisi viris doctis, & timoratis.

Ad tertium ex eadem resolutione satisfit, quia nec prælati vident quod sub sigillo confessionis cadit, nec id fit vociferando in claustris, & sacristijs Conuentuum: ideoque non rectè dicendi sunt tacere, & dissimulare, quia id ignorant, & dato, quod ad eorum aures perueniat, vtique obuiare rei, quātum possunt, curant, declarando, & percipiendo Fratribus, ne tali priuilegio vtantur.

Ad vltimum patet responsio ex dictis in secunda probatione, ex qua cōstat dictas prohibitiones Apostolicas non reuocari per generalem suspēsionem, & reuocationem, quæ singulis annis fit in publicatione dictæ Bullæ.

De Absolutione plenaria Fratrum.

26. Monachi, Nouitij, Donati, seruitores, commensales, nuncij, & Procuratores interessentes capitulo generali per viginti dies immediatè sequētes post Capitulum, per cōfessores ordinis ad hoc specialiter deputatos possunt absolui semel duntaxat ab omnibus peccatis, & censuris, etiam reseruatis Papæ, & dispensari super quacūque irregularitate qualitercunque cōtracta (excipe procedentem ex homicidio voluntario, mutilatione membri, & bigamia, quæ semper excepta intelliguntur) eisdemque plenariam indulgentiam, & omniū peccatorum remissionem concedere possunt præfati cōfessores, ex concessione Sixti IV. & Eugenij IV. pro Ordine Cistercij, vt habetur in Bullario, idemque concessum est ab eodem Sixto IV. absentibus à Capitulo, qui verè pœnitentes, & confessi pro eius felici successu deuotè ad Deum preces fuderint. Quo priuilegio gaudent aliæ religiones per communicationem, *tom.* 1. *q.* 41. *art.* 4. De quo vide Miranda, & Portel. infra citandos. Bullar. Bul. 46. Sixti 4. Comp. Cister. tit. Cap. generale §. 10.

27. Religiosi, & nouitij habentes propositum profitendi, Moniales, & eorum famuli, & seruitores possunt semel in vita, & in articulo mortis absolui ab omnibus prorsus peccatis, &

censuris, & confessor eisdem indulgentiam plenariam concedere potest, ac si in illo actu esset summus Pontifex, ex concessione Sixti IV. vt habetur in Bullario inter viuę vocis oracula huius Pontificis, potestque impendi talis absolutio a quocunque confessore

Bullar. orat. 34. & Bull. 37. in fine & Bull. 20. nu. 2. Bull. 9. Iulij 2. in princip. bull. bul. 11. Eug. 4. num. 3. & bull. 19. num. 5. & orac. 2

sæculari, ex Innocentio VIII. vt habetur in compend. D. Hieronym. tit. Indulgētia plenaria per communicationem, §. 7. Quæ indulgentia licèt semper sortiatur effectum in reputato mortis articulo, ac si de infirmitate decederet infirmus, semper tamen reseruata manet pro vero articulo mortis, nisi aliud exprimatur in gratia, vt si dicat, quod toties, quoties sit in præsumpto mortis articulo, possit absolui, id enim tunc seruandum est. Neque obest linguę defectus, seu expressio loquelę, dementia, vel lethargia ex Eugenio IV. cum declaratione, & ampliatione Nicolai V. Vnde infirmus sic vsum loquelæ amittens, vt non valeat peccata sua confiteri, sufficit, vt possit plenariè absolui, quod declarasset, cùm sanæ mentis, vel ex signis exterioribus ipsius constaret, se velle absolui, vel habere contritionem cum proposito confitendi, ex Nauar. *tom. 1. q. 62. art. 6. & tom. 2. q. 87. art. 9. & 11. d. quo Nauar. cap. 26. num. 30. & in cap. in Leuit. notab. 27. & 30. Miranda tom. 2. q. 33. artic. 7. Portel. verbo confessor erga fratres, n. 15.* qui idem tradunt.

28. Per articulum mortis in dictis cōcessionibus, & alijs similibus intelligitur ille, in quo probabiliter imminet, aut speratur mors à medicis, seu ab alijs viris cordatis, etiam si mors non sequatur, iuxta Abbatem, & Nauarrū mox citandos. Absolutus autem in dicto articulo mortis virtute dictorum priuilegiorum nō tenetur peccata reseruata iterum superiori confiteri, casu quo euadat, cum absolutio sit præstita ab habente plenā facultatem à Papa *d. q. 52. art. 7. & 8. de quo Nau. in sum. de san. d. 5. n. 29. & in man. c. 2. n. 8. & cap. 26. num. 26. & 27. Miranda vbi sup. art. 8. Soto in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 4. Sanch. lib. 2. ad præcepta cap. 13. num. 31. & 32. vbi num. 1. vsque ad 3.* explica sumi pro eodem articulum, & periculū mortis.

29. Dicta plenaria absolutio, & indulgentia expresse concedenda est à confessore, vt lucretur, eo tamen temporis momento debet concedi, quo moraliter credatur infirmū in extremis iam constitutum ad minus mortaliter non peccaturum, ne postea pro peccatis commissis post dictam absolutionem alia satisfactione indigeat. At confessor in hoc debet nimis circū spectum se gerere, ne repentina morte pœnitentis præuentus impediatur indulgentiam cōcedere. Pro tutiori autem cautela pœnitens petat, vt absoluatur iuxta suæ Sanctitatis intentionem virtute dictorum priuilegiorum. Quo præmisso, dicat confessor in hanc formam: Auctoritate Apostolica mihi commissa absoluo te ab omnibus peccatis tuis, in quantum possum, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & concedo tibi indulgentiam plenariam, quam tibi concessam à Domino Papa, si fortè non morieris, eadem auctoritate reseruo pro vltimo articulo mortis, in nomine Patris, &c. ibidem artic. 9. de quo Cordub *de indulg. q. 38. Nauarr. in sum. cap. 26. num. 31. Mirand. d. art. 8. §. sed modo insurgit.*

30. Moniales S. Claræ sub cura Fratrum Minorum degentes gaudent præfatis concessionibus quoad absolutiones plenarias, & indulgentias. Itē possunt plenariè absolui quater in anno ab omnibus peccatis qualitercunque commissis, & dispēsari in votis ex fœminea leuitate emissis ea plenitudine, qua sua Sanctitas absolueret, & dispensaret, si earundem peccata in confessione auscultaret. Idemque concessit Leo X. in omnibus festiuitatibus Domini Sabbaoth, Virginis Mariæ, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, S. P. N. Francisci, S. Claræ, ac omnium Sanctorum, & per totam hebdomadam maiorem, de consensu tamen Prælatorū, & idem concessum est Fratribus Minoribus Obseruantiæ ab eodem Leone X. in festo S. Catherinæ Virginis, & Martyris, ibid art. 10. idem docet Mir. sup. art. 9. ex collect. priuil. *verbo absolutio extraordinaria quoad Fratres. §. 7.*

In Bull. orac. 64. & 74. Leone X.

31. Sum-

31. Summariè igitur per prædicta priuilegia possunt absolui plenariè Fratres Minores,& Moniales S. Claræ, ac Tertiariæ,aliæque religiosæ sub cura eorundem Fratrum viuentes, necnon alij religiosi communicantes in priuilegijs, semel in vita,& in articulo mortis, item quater in anno,diebus,quibus maluerint,in festis Domini Sabbaoth,& Dominæ nostræ, omniúque Sanctorum,ac Apostolorum Petri, & Pauli,S.P.N. Francisci, S. Claræ, S. Catherinæ martyris, & per totam maiorem hebdomadam. Sed aduertāt communicantes in dictis priuilegis Minorum,quod non sunt plenariè absoluendi in diebus festis S. Francisci, & S. Claræ, sed loco eorum possunt absolui in festis suorum Patronum, vt verbigratia, Prędicatores in festis Sancti Dominici, & S. Catherinæ Senensis, & Augustinienses,in festis S. Augustini,& S. Monicæ. Aduertant etiam omnes religiosi volentes absolui virtute dictorum priuilegiorum,quod nō possunt absolui à reseruatis in religione absq; licentia superiorū, benè tñ poterunt quoad alia vti dictis cōcessionb. saltē in foro cōsciētię. Sicq; declaratū fuisse à R. P. Generali F. Francisco ab Angelis in quodam Capitulo Prouinciali Prouinciæ Castellæ, ipso præsente refert Corduba statim citādus, ibidem art. 11. de quo Cordub. in addit. ad comp. tit. absolutio extraordinaria quoad Fratres §. 12. ad finem in secunda impres. Mir. d. qu. 33. art. 9 & 10.

32. Tandem aduerte, quòd virtute dictorū priuilegiorū nō psint Fratres dispensari in irregularitatibus, attentis tamen alijs, de quibus infra de dispensationibus, optimè possunt, ibidem art. 12. & 13. Idem docet Miranda dict. q. 33. art.

Item aduerto cū Auctore in addit. Sum. tom. 3. cap. 10. numer. 1. in fine. Quantum ad indulgentias plenarias concedendas à confessore virtute dictorum priuilegiorum, quod iam non licet illas concedere post dictam plenariam absolutionem à peccatis: quia id sublatum est à Domino Paulo V. in sua reuocatione generali indulgentiarum pro Regularibus, excepta indulgentia plenaria pro articulo mortis, quam non tollit, imò ipsam de nouo cōcedit sua Sanctitas, vt videre est citato loco addit. cap. 8. Vbi etiam addit Auctor, quòd virtute dictorū priuilegiorum non possunt absolui religiosi à casibus Bullæ in Cœna Domini. Vide infrà de indulg. vbi num. 45. disputabimus, an præfatæ indulgentiæ reuocatæ à Domino Paulo V. sint reualidatæ per confirmationem nostrorum priuilegiorum ab ipso posthac, factam.

De Absolutione quoad sæculares.

33. Papam posse concedere facultatem Regularibus, vt absoluant à casibus Episcopis reseruatis extra omne dubium est, propter plenissimam potestatem,& iurisdictionem, quàm omnes habēt immediatè à Deo, quamque nemo tollere potest ab eo, vel minuere. *tom. 1. q. 61. art. 1. de quo Suar. tom. 4. de pænit. disp. 29. sect. 1. con. 2.* De casibus Episcopis reseruatis, vide D. Thom. *in 4. disp. 19. q. 1. art. 9. ad 2. Nau. in Man. c. 27. à num. 276. Gutier. Canon. q. 5. nu. 10. Miranda tom. 1. Manual. q. 46. art. 2.*

34. Religiosi præsentati iuxta formam Clementinæ, Dudum, de sepulturis, secluso quocūque alio priuilegio, habent circa peccatorum absolutiones eandem potestatem, quę Curatis à iure communi concessa est. Vnde omnes ad se venientes absoluere possunt ab omnibus casibus Episcopis à iure reseruatis, imò & ab alijs specialiter,& non à iure sibi ipsis reseruatis, secūdùm probabiliorem sententiam, quam tanquā omninò tutam esse amplectendam, & in praxi seruandam tenet communis, ibidem art. 2. Quidquid in oppositum dicat Regin. *in praxi fori pænit. 1. lib. 8. cap. 5. num. 73. Suar. tom. 4. disp. 30. sect. 2. num. 16.*

35. Item possunt absoluere à censuris Episcopis reseruatis, & dispensare Bull. bul. 11. Eng.

re

re in votis, in quib. ipsi Episcopi possunt per plurima priuilegia Apostolica,quę habentur in Bullario,qua facultate possunt vti, etiam extra suos Conuentus *ibidem art. 3. & 4. de quo Sylvest. confessor. 2. q. 5. nu. 5. & verbo casus q. 5. num. 5. Armilla verbo absolutio num. 25. & verbo casus num. 13.* Sanchez infra citandus cap. 43. à num. 4.

4. nu. 11. & Bull. 11. Sixti 4. & bulla 37. nu. vbi refertur bulla Vrbani 4. & declarat n. 6. & bul. 42 num. 2. & orac. 32. & bulla 22. Iul. 2. & bulla Pauli 3. num. 3.

Aduerte cum Auctore *in Addit. summæ tom. 4 cap. 118. num. 18.* quòd licet per quandam declarationem Cardinalium factam auctoritate Clementis VIII. sublata sit etiam Regularibus potestas absoluendi à casibus Papæ, vel Episcopo reseruatis, id tamen fuit decretum pro sola Italia, & non pro alijs Prouincijs, vt patet ex tenore ipsius declarationis quam refert Quaranta in summa Bullarij titulo, casus reseruati, pag. 162. concordant cum Auctore Fr. Ioan. de la Cruz *in sua epi. eme lib. 2. cap. 6. fol. 163. col. 2. §. si arguas 2. Portel. verbo confessor erga sæculares nu. 22. §. at sicut, & verbo casus reseruati nu. 6. Suarez de pœnit. disp. 30 sect. 3. nu. 16. in fine, Sanchez lib. 4. Decalog. c. 43. nu. & seq & cap. 54. num. 3.* loquens de votorum dispensatione, & commutatione, & lib 2. cap. 13. num. 36. ad finem. Vbi agens in terminis de dicta declaratione Cardinalium ait, pro sola Italia extra Romam procedere, & d. cap. 43. nu. 14. & 15. facultatem dispensandi concessam Religiosis extendit ad quoscumque subditos alterius diœcesis vndecumque venientes, idem firmat Villalobos tract. 9. difficul. 62. qui omnes scripserunt post dictam declarationem, qua non obstante subscripserunt nostræ sententiæ. Non est autem credendum (notat Portel. & benè) tot, ac tales viros in hoc deceptos fuisse & rem tam necessariam ignorasse, si extra Italiã illæ prohibitio ligaret.

36. Adhuc etiam per dictam Bullã Pauli III Pro Societate Iesu possunt alij Mendicantes, & Regulares per cõmunicationem absoluere ab omnibus casibus, etiam Papæ reseruatis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini, nec non à quibuscumque censuris, tam à iure, quàm ab homine, etiã specialiter, & nominatim latis, dummodò parti satisfactio fiat, vel detur sufficiẽs cautio de satisfaciendo, etiam in foro fori extra sacramentum pœnitentiæ, vt constat ex quadam declaratione Pij V. data in quodam Iubileo anno Domini 1568. si attentè eius verba perpẽdantur, verba enim posita in priuilegijs, auditis eorum confessionibus, debent explicari, & intelligi secundum iuris dispositionem, nimirum, vt absolutio à peccatis in confessione sacramentali fiat, à censuris verò extra illã possit fieri, ibid. dict. q. 61. art. 5. 6. & 7. & citato loco Addit. summæ, Vbi resoluit Auctor non esse sublata hæc priuilegia per dictam declarationem Cardinalium à nobis numero præcedenti relatam de quo Nau. *lib. 5. consi. tit. de sent. excom. cons. 26. pag. 605. in 1. impress. Soto in 4. dist. 18. art. 5. col. 9. Armilla verbo, excommunicatio §. 20. Ledesma 2. 4. q. 29. art. 9.*

Idem docet Sanchez quo ad cautionem de satisfaciendo præstandam lib. 2. decalogi cap. 13. num. 23. vbi nomine cautionis intelligit pignoratitiam, aut fideiussoriam, vel saltem iuratoriã, & num. 34. ait, id non esse præstandum in mortis articulo, quando iam loquela, aut vsu rationis quis destitutus est, idem tradit Suarez de censuris disp. 7. sect. 5. num. 39. & seq. vbi resoluit nu. 44. quòd quando ponitur in priuilegio, vel Bulla clausula, satisfacta parte, vel similis, absolutio est irrita, si aliter fiat. Secus verò, quando potestas conceditur absque tali clausula limitante, ad quod citat Caiet. sum. verbo, absolutio. Armilla num. 48. Soto in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. idem sentit Reginal. infrà citandus.

37. Verum est tamen, quòd vt tali absolutioni fides adhibeatur in foro exteriori, debet pęnitẽs absolutus pręsentare schedulam signatam à confessario coram notario, & testibus, qui testificẽtur parti iam fecisse satis, ab excommunicationeque solutum esse, itemque ipse notarius debet subscribere schedulam, vt rectè notat Nauar, *vbi supra, & in summa cap. 27. num. 42. ibid. citato art. 6. ad finem.*

Bull. bul. 11. Eug.

38. Pos-

38. Possunt etiam dicti confessores absoluere manifestum Clerici percussorem in casibus ad Episcopum pertinentibus, satisfactione partis manifesta praemissa, vel à reo parato congruè satisfacere oblata, quòd si pars ostensa id renuat, fortè vt ipsum reum vexet, non est praestanda alias satisfactio, quādo enim ista non est possibilis, quacunque ex causa sit, sufficit idonea cautio, vel iuratoria, ex doctrina cōmuni Doctorum ibidem art. 8. de quo Philippus Francus *in cap. solet, de sent. excomm. li. 6. num. 8. Couar. in cap. alma mater 1. p. §. 11. num. 11. col. 4. Reginal. 1. part. fori paenit. lib. 9. cap. 4. sect. 2. num. 65. & 66.*

39. Praelati Regulares iurisdictione quasi Episcopali pollentes licèt habeant eandem facultatem absoluendi suos subditos, quam habent Episcopi erga suos in casibus iure speciali illis commissis à Concilio Tridentino, per Bullam Pij V. haec tamen non extenditur ad saeculares, ibidem art. 9.

Trid. sess. 24. c. 6. de reform.

Bull. bul. 13. Pij V.

40. Pro quo est quaedam declaratio Cardinalium apud Marzillam *lib. 3. de paenit. tit. 9. cap. 30.* quae sic habet. *In hoc decreto* (S. Concilij Tridentini *loco citato*) *non comprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem sed tantùm Episcopi priuatiuè quoad alios.* Sed hoc debet intelligi circa casus Bullae Cęnae, quia pro alijs extra hos, etiam Papae reseruatis habent potestatem Regulares absoluendi saeculares per dictam Bullam Pauli III. pro Societate Iesu, vt proximè num. 35. dictum est à nobis.

41. Licèt praecitata priuilegia Regularium quoad absolutiones saecularium sint reuocata per Concilium Tridentinum, sic declarante sacra Congregatione Cardinalium auctoritate Domini Papae anno Domini 1577. post eam tamen declarationem Gregorius XIII. declarauit non esse suae intentionis, quod per talem reuocationem sit derogatum facultati factae dictae Societati Iesu, eamque, quatenus opus sit, de nouo confirmauit, & cōcessit, quod actum est anno Domini 1573. quo priuilegio per cōmunicationem possunt vtuntur Mendicantes, & cum Mendicantibus communicantes vti, ibidem art. 13. & q. 55. art. 17. eodem tom. 1. & infra redibit sermo de communicatione priuilegiorum. Vide Sanchez, & Auctores citandos num. sequenti.

Trid. sess. 24. c. 7.

42. Nec etiam suspenduntur dicta priuilegia per Bullam Cruciatae, sunt enim realia concernentia Religionem, & non singulares personas, in Cruciata autem non suspenduntur, nisi priuilegia personalia singularibus personis immediate concessa, & non realia, ideòque liberè vti possunt Religiosi eorum concessionibus erga saeculares non habentes Bullam Cruciatae in locis, vbi publicatur, iuxta sententiam doctissimorum virorum statim citandorum, quae securè in praxi sequi potest, etiamsi concedatur, oppositā speculatiuè esse veriorem, & nostram speculatiuè falsam, quod vltimum negamus, ibidem art. 14. de quo Soto *in 4. dist. 32. quaest. 1. art. 3. colum. 2. Corduba lib. 1. quaestionar. quaest. 1. num. 98. Henriq. lib. 7. de indulg. cap. 28. nu. 7. & in Commentar. littera Z. idem docent Villalobos tract. 27. de Bulla Cruciata, clausula 12. num. 7. idem Henriquez lib. 6 de paenit. c. 16. num. 7. qui dicto lib. 7. de indulg. cap. 28. num. 7. & cap. 21. num. 3. in comment. littera R. tenet in anno Iubilei Centesimi etiam non suspendi, Lessius de iustit. libr. 2. cap. 42. dub. 12. num. 60. vers. respond. ri potest, quos refert, & sequitur Sanchez li. 4. Decalog. cap. 54. num. 61. & 62.*

43. Verum est tamen, quod fruentes dicto priuilegio aliquando iusta de causa poterunt illo non vti, & poenitētem remittere ad suum praelatum, tum quia sic videtur esse mens Papae concedentis, vt prouideatur saluti animarum, tum etiam, quia possunt renunciare suo priuilegio non tangente ius superioris, aut tertij. At peccāt grauiter, si post auditam confessionem peccatorum reseruatorum sine iusta causa remittant in praeiudicium pęnitentis eadem peccata repetere, cogentes, ne iugum confessionis reddatur onerosum, sed Episcopus ad id semper ex officio tenetur, *ibidem, art. 15. de quo Henriquez vbi supra cap. 18. num. 2. Nauar. in Manual. praeludio 9. nu. 12.* & non dissentit

Mi-

Miranda *to. 1. quæſt. 46. art. 12. Sanchez diſtio cap. 54. num. 12.* vbi agens de commutatione votorum, docet nullam eſſe culpam ea nolle commutare per priuilegia Regularium, ſecus per Bullã, aut Iubileum.

34. Abſolutio à cenſuris in foro conſcientiæ importat exercitium poteſtatis conceſſæ in ſalutem animarũ, taliter quòd anima ligata vinculo excommunicationis fiat libera, & abſoluta coram Deo, & non coram Eccleſia, nec per illam tollitur ius tertij, poteſtque fieri extra ſacramentum à non Sacerdote. At abſolutio in foro pœnitentiæ à Solis Sacerdotibus approbatis fit intra ſacramentum confeſſionis, & extra illud non poteſt fieri. Vnde abſolutus ab excommunicatione in foro conſcientiæ tantùm, ita ſe debet habere, ac ſi iniuſtè in foro exteriori eſſet excommunicatus, ibidem art. 10. de quo Couarr. *in cap. alma mater, §. 11. nu. 6. 1. par. & §. 9. num. 7 concluſ. 4. Soto in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. Nauar. cap. 27. num. 3. & 38. Syluest. verbo abſolutio 1. §. 1. par. 3.* Idem tradit Miranda poſt citatos Auctores *tom. 1. q 64. art. 7. & 8.* & ad quod adhuc vide eundem Nauarr. *dicto cap. 27. num. 43.* & Simancas *de Catholic. inſtis. cap. 47. num 79.*

45. Religioſus ad audiendas confeſſiones non approbatus ab ordinario non poteſt abſoluere ab excommunicatione minori, cùm careat iuriſdictione ad abſoluendum ſæculares à mortalibus, iuxta veriorem ſentẽtiam Caietani contra Nauarrum, & per cõſequens videtur incidere in excommunicationem Clementinæ, dudum, ſi de facto abſoluat. Oppoſita tamen ſententia verior eſt; non enim credẽdum eſt, tam grauem pœnam excommunicationis maioris ipſo facto imponi religioſo abſoluenti ab excommunicatione minori, cùm pœna debeat commenſurari culpæ. At à tali abſolutione danda caueant omninò Religioſi ſimplices Sacerdotes, ibidem art. 11. de quo etiam *Auctor in ſumma tom. 1. cap. 86. nu. 2 Caiet. verbo excommunicatio minor pag. 354. Soto in 4. d. 22. q. 2 art. 3 Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 35. Syluest. verbo Comp. Roderici.*

excommunicatio 7. num. 37. & verbo abſolutio 1. num. 3. Idem ſentire videtur Villalobos *1. p. ſummæ tract. 17. diffic. 32. num. 9.* quidquid Mirand. *tom. 1. Man. q. 46. art. 10.* dicat.

46. Religioſi abſoluentes plenariè à pœna, & à culpa ſine ſpeciali priuilegio ſibi ipſis, aut pœnitentibus conceſſo, quod idem eſt, ac concedere indulgentiam plenariam, incidunt in excõmunicationem *clementina 2. §. ad hæc, de pœnit. & remiſſ. ibidem art. 12. de quo Syluester tit. excom. 7. num. 41.*

Sed aduerte, quòd in dicta Clementina citata ad marginem dicti articuli 2. (& fortè per incuriam Typographi) ſolum fit mentio de quæſtionibus eleemoſynarum, quibus ibidẽ prohibetur, ſed non ſub cenſura Eccleſiaſtica, plenariam peccatorum remiſſionem indulgere, & abſoluere à pœna, & à culpa, vt videre eſt in litera. At id expreſſe prohibetur ſub excommunicatione Papæ reſeruata in Clem. 1. de priuilegijs, & exceſſibus, &c. & idem docet Mir. ſuprà art. 9.

47. Parentes Fratrum plenariè abſolui poſſunt à culpa, & à pœna in articulo mortis per confeſſorem ab ipſis electum ex conceſſione Caliſti I I I. apud Bullarium, quæ indulgentia non eſt ſublata per Dominum Paulum V. quia ſolum reuocauit indulgentias cõceſſas ipſis Fratribus directè, non verò eas, quæ conceduntur intuitũ Fratrum, *tom. 3. quæſt. 27. art. 2.* & *in addit. ſummæ tom. 3. cap. 11. in fine. de quo infrà de indulgentijs num 46. & 54.* redibit ſermo.

Bul. orac. 2. Caliſti 3. & bull. 8. Clem. 8.

48. Prouinciales Indiarum, & Fratres de eorum commiſſione poſſunt abſoluere omnes Indos conuerſos ad fidem, & Criſticolas comitantes religioſos ad opus conuerſionis, nec non, & ipſos religioſos, etiam alterius ordinis ab omni cenſura, etiam de reſeruatis in Cœna Domini, in vtroque foro, in quo habent omnimodam Papæ auctoritatem, quantam iudicauerint expedire, pro conuerſione Indorum, eorumque manutenentia, & profectu in Fide Catholica, obedientia Eccleſiæ Romanæ, ex Adriano IV. pro Minoribus apud Bullarium.

Bullar. Bull. 1. Ar. 6. n. 8.

Item Episcopi Meridionales, Occidentales Indiarum, & illi, quibus specialiter id commiserint, possunt absoluere nouiter conuersos, etiam alienæ diœcesis à casibus Cœnæ Domini, ex Paulo III. & hoc etiam in foro iudiciali, nec tollitur hæc facultas per publicationem Bullæ in Cœna Domini, quæ quotannis Romæ fit in die Iouis Sancti, vt diximus *suprà numer. 3. tom. 2. quæst. 99. art. 1.* vide infrà *de Indorum priuilegijs à num. 1.*

49. Fratres Minores in Austria, & Bohemia possunt ad pœnitentiam, & fidei communionem recipere quoscunque Lutheranos, eosque iniuncta pœnitentia plenariè absoluere, & ad Ecclesiæ vnitatem restituere, ex concessione Pauli III. quo possunt frui alij religiosi viuentes in alijs terris infidelium, nec censentur reuocata pro illis regionibus per Bullam Cœnæ, vt in simili tenet P. Sosa in explicatione Bullæ Cœnæ disp. 100. numer. 2. de religiosis missis à Papa ad prædicandum hæreticis cum potestate illos absoluendi, quam non reuocari per dictam Bullam Cœnæ asserit, aliàs sequeretur magna confusio. de quo Portel. *in Addit. ad dubia Regularia, verbo communicatio cum hæreticis, num. 25.* Bullar. orat. 6. Paul. 3.

50. Item Pius V. concessit Prouincialibus apud Indos, vt eligant in quolibet Conuentu duos Fratres doctos, qui habeant auctoritatem absoluendi à casibus Bullę Cęnæ, vt habetur apud Bullarium. Bullar. orac. 5. Pij V.

51. Facultas absoluendi plenariè extenditur ad peccata commissa post concessionem ipsius facultatis, nec per hoc datur materia delinquendi, licèt detur aliqualis occasio in genere. *tom. 2. q. 42. a. 2.*

Idem docent Enriquez loquens de absolutione à reseruatis virtute Iubilei, *lib. 6. de pænitent. cap. 16. numer. 3.* Sanchez agens de commutatione votorum per Bullam, vel Iubileum, *lib. 4. Decalogi capit. 54. numer. 26. & de casibus reseruatis. numer. 27. & 28. Portel verbo casus reseruati, numer. 13. referts que ad idem Vega 2. part. summę capit. 49. casu 5. & tandem Villalobos 1. p. summę tract. 9. differ. 64. numer. 3.* idem innuit.

N O T AE.

52. Circa num. 12. resoluta. Idem docet Portel vbi supra num. 32. & 33. vbi resoluit, nouitium semel absolutum ab excommunicatione in causa ob iniectionem manuum violentarum commissam in nouitiatu, non reincidere in illam, si fuit absolutus à Magistro nouitiorum, vel ab alio confessore sæcularium per Bullam præfatam Pauli III. quia per illam etiam absolui possunt sæculares ab illa censura, absque eo quòd reincidant, quidquid dicat Sayro lib. 3. de censuris capit. 28. motus ex cap. eos qui, de sentent. excommun. lib. 6. Quia iste textus loquitur de absoluto ob mortis periculum, vel aliud impedimentum ab eo, qui aliàs non poterat. Item notat idem Portel dicto numer. 33. idem posse circa moniales, & earum nouitias, & seruitrices, Vicarios, seu Confessores earundem Monialium, & id ipsum repetit *verbo, Moniales, num. 12. & habetur in Compendio Minorum, verbo Moniales, §. 12.*

53. Circa numer. 20. ad finem, vide Sanchez, libr. 1. ad præcepta cap. 9. 9. num. 35. vbi docet, quòd quando aliqua venialia simul cum mortalibus cõfitentur sacerdoti simplici, indirectè, & per accidens virtute absolutionis datæ manent absoluta mortalia, & excusabitur pœnitens ab eis iterum confitendis, ratione iustæ ignorantiæ, eo quòd (inquit) iuxta probabilem sententiam, vera illius sacerdotis iurisdictio credatur, & lib. 2. cap. 13. num. 15. resoluit deficiente sacerdote approbato, si simplex confessionem constituti in articulo, aut periculo mortis audire cœpit, vel inferior approbatus defectu superioris, cui casus reseruatur, & ante absolutionem adsit legitimus confessarius, vel superior, posse priorem simplicem sacerdotem, vel inferiorem approbatum confessionem co-

cœptam perficere. Et hanc partem dicit tenere Enriquez *libr. 6. de pænitent. cap. 11. num. 8.* & esse satis probabilem docet Zambrano *de casibus articuli mortis cap. 4. dub. 5. num. 4.* & plures alios, quos ibi refert.

54. Circa num. 35. resoluta. Idem docet Sanchez, quoad dispésationem, & commutationem votorum faciendā extra Sacramentum confessionis, dicto cap. 43. num. 16. & 17. & dict. cap. 54. numer. 15. & 16. Vbi idem resoluit, quando dispensatio, aut commutatio fit virtute Bullæ, aut Iubilei, quam posse fieri extra confessionem tenere debent, qui censent, absolutionem à censuris posse extra eam impendi, virtute priuilegiorum religionis, Idque ait, videtur tenere Soto lib. 4. de inst. quæst. 4. art. 3. col. 9. vers. post hac, de priuilegijs, & in proprijs terminis docet Enriquez libr. 7. de indulgentijs cap. 30. num. 6. Quem, & alios ibi pro nostra sententia citat, quidquid dicat Suarez *de censuris disput. 7. section. 5, num. 36. & sequentibus.*

55. Circa eundem numer. 35. §. verum est tamen. Idem cum Nauarro placet Suario tom. 5. de censuris disp. 7. sect. 5. num. 26. 27. & 28. Vbi ait, ex doctrina eiusdem Nauarri constare, testimonium confessoris esse sufficiēs, & alia testimonia solùm requiri, vt iuridicè constet, illud esse testimonium talis confessoris: Quapropter si ipsemet confessor personaliter adsit, & coram iudice id testificetur, multo magis sufficiet. Et concludit, quòd si alia via sufficienter constet, illam esse confessoris subscriptionem, eandem habere vim, & auctoritatem, quidquid in oppositum teneat Peña *in Directorio Inquisitorum 2. p. in scholis ad Concil. Tarraconense comment. 25.* Quem sequitur Salzedo *in pract. crimin. canon. cap. 100.*

56. Circa num. 37 resoluta. Idem docet post nostrum Auctorem F. Ioānes Crucius *libr. 1. de statu relig. cap. 6. dub. 16. Ludouic. Beia in respons. casuum conscientiæ part. 4. casu 37. initio, Sanchez libr. 8. de matrimon. disput. 2. num. 13. & libr. 2. decalog. capit. 11. numer. 7. nouissimè Iacobus Grafis tom. 2. consil. sub tit. de homicidio, consil. 2. numer. 23. & sequentibus, quos refert Barbosa in remissionibus ad Trident. dict. cap. 6. nume. 7.* Licèt Sanchez id non admittat quantum ad absolutionem ab hæresi, neque talem, ait, facultatem competere dictis prælatis Regularibus quoad suos subditos absoluendos virtute dicti decreti Tridentini, sed ex priuilegio præfato Pij V. specialiter id ad illos extendentis, quia (inquit) nomine Episcoporum in eo decreto (etiam si sint ordinium Generales) non comprehenduntur.

Sed nullo nititur sufficienti fundamento, quo nos deterreat à sententia Auctoris (quæ vera est) amplectenda. Nam dicti superiores Regulares iurisdictione quasi Episcopali fulgentes verè, & propriè sunt ordinarij, & quasi Episcopi suorum subditorum; & possunt erga eos, quidquid Episcopus erga suos, imò, & quidquid Summus Pōtifex erga omnes fideles, si non esset eorum iurisdictio, & potestas restricta, & limitata, vt loquendo de Episcopis respectu ouium suarum Diœcesum, ex sententia prestantissimorum Doctorum tradit in hoc articulo Auctor, & loquendo de prælatis Regularibus præfatis resoluit etiam *tom. 1. quæst. 23. artic. 1.* & nos dicemus infrà *resolut. 68. de generalibus ordinum num. 2.* Atque ita comprehendi sub nomine Episcoporum respectu religiosorum sibi subditorum in dicto decreto consequenter, ac meritò asserendum est. Quantum verò ad absolutionem ab hæresi occulta, cuius absoluendæ potestas in foro conscientiæ tantum datur Episcopis, idem videtur dicendum, ex vi dicti decreti posse, inquam, dictos prælatos Regulares, quales sunt Generales, & Prouinciales, absoluere suos subditos à crimine huiusmodi hæresis occultæ. Sed de hoc diximus, suprà *resolut. 3 de absolutione quoad Fratres, numer. 4 & 5.* iam esse sublatam talem potestatem dictis prælatis per Bullam Cœnæ, imo & Episcopis per quandam declarationem Cardinalium.

Tuetur sententia Auctoris.

RESOLVTIO IV.

De Abortu.

1 SIxtus V. edidit quandam validã, & rigorosam constitutioné contra procurantes, consulentes, aut auxiliantes abortũ fœtus animati, vel inanimati, quam Gregorius XIII. reduxit ad terminos iuris communis, moderando eius pœnas, in duobus præcipuè. Primò quantum ad reseruationem excommunicationis Sedi Apostolicæ, decernens quòd quilibet confessor ab Ordinario approbatus, & adhoc specialiter deputatus potest ab ea absoluere in foro conscientiæ tantùm. Secundò quantum ad procurantes abortum fœtus inanimati, aut exhibentes mulieribus, aut sumentes venena sterilitatis, consulentes, aut auxiliantes, reducendo pœnas Sixti V. ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini, sed quoad alia relinquit Bullam ipsius Sixti in suo robore, ac vigore. Vnde ex dicta moderatione Gregorij colligitur.

2. Primò quòd hodie procurans abortum fœtus animati, secuto effectu incurrit excommunicationem, sed non reseruatam Papæ, ac per consequens potest ab ea absoluere Episcopus, vel confessor ad id specialiter ab eo deputatus, vt expresse habetur in dicta cõstitutione Gregorij, & hoc in foro cõscientiæ tantùm, per quod innuit Pontifex in foro exteriori absolutionem reseruatam Sedi Apostolicæ. Verum est tamen, quòd prælati Regulares possunt suos subditos per sua priuilegia absoluere ab hoc crimine, etiam in foro exteriori, non obstante, quòd dicta priuilegia quoad hoc fuerunt à Sixto V. reuocata, & per Gregorium XIII. non reualidata, quia postea per Clementem VIII. fuerunt viuificata, & reualidata in confirmatione priuilegiorum, quam fecit, ex certa scientia, pro Ordine Minorum, & confirmauit posthac Dominus Paulus V. per suam Bullam anno Domini 1609. quam vidi sub sigillo authentico, confirmatio autem, ex certa scientia, reualidat inualidum, & abrogatum, *vt infrà resolutione de priuilegijs videbimus tom. 2. q. 33. art. 4.*

3. Secundò colligitur, quòd modò procurans, consulens, vel deformans embrionem inanimatum, aut propinas mulieri, aut viro potum, quo eis generandi potentia impediatur, vel qui prægnantem abortiri facit, antequam fœtus anima rationali sit informatus, non incurrit excommunicationem, nec irregularitatem, quia ius commune, *cap. quod vero, cap. Moyses 32. quæst. 2. cap. sicut ex litterarum, cap. si aliquis, de homicid.* tales pœnas huic crimini non imponit. Secus si fetus sit animatus, *ibid. §. aduertendum insuper.*

4. Tertiò colligitur, quòd procurans huiusmodi abortum fetus animati, si sit Clericus, vel regularis, secuto effectu manet priuatus officio, beneficio, vel alia dignitate Ecclesiastica, & inhabilis ad alia in posterum. Item à Iudice Ecclesiastico, post probatum delictum, est degradandus, & Curiæ sæculari tradendus, quia quantum ad hoc nihil est innouatum à Gregorio XIV. nec ab alio Pontifice circa Bullã Sixti V. ibidem §. vltimo est notandum.

5. Vltimò deducitur, quòd nec Episcopus, neque Prouinciales Mendicantium possunt dispensare cum suis subditis in irregularitate ex hoc crimine proueniente, quia licèt ex Tridentino Episcopi, & ex priuilegio Martini V. prælati Regulares possint dispensare in irregularitate procedente ex homicidio voluntario occulto, hoc tamen non extenditur ad dispensandum in homicidio qualificato, cuiusmodi est occidere cum veneno creaturam anima rationali informatam, tollendo ipsi vitam temporalem, & æternam, *ibid. q. 3. §. 2. est notandum, & in Addit. summ. tom. 3 cap. 13. num. 4.* de quo vide Azor. *tom. 2. l. 2. cap. 26. § iure Canonico, Sayro de censuris, lib. 2. cap. 35 num. 27.* Trid. sess. 14. cap. 7. de refor.

Qua-

Quaranta in summa Bullarij, verbo abortus num. 3.

6. Scio Portel. verbo, abortus nu. 10. quē refert, & sequitur Villalob. 2. *part. summæ tract. 12. difficul. 14. numer. 6.* tenere, dictos Prælatos Regulares posse dispensare cum suis subditis super hac irregularitate, non obstante ratione à nobis proximè adducta, quia inquit, priuilegium Martini V. concedit in communi, vt possint absoluere, & dispensare in homicidio voluntario absolutè, & generaliter, non distinguendo de abortu fœtus animati, vel de homicidio adulti, seu alio homicidio qualificato, ergo cùm lex non distinguat, nec nos distinguere debemus, vt noti iuris est. Quod & confirmat efficaciùs, quia licet Sixtus V. reuocauerit priuilegia Regularium quantum ad hoc, & Gregorius XIII. non inualidauerit, vt asserit Auctor citato artic. 4. Clemens tamen VIII. postea confirmauit, ex certa scientia, priuilegia Minorum, quæ confirmatio, ex certa scientia, reualidat inualidum, vt iam suprà diximus, ac per cōsequens possunt præfati prælati per sua priuilegia iam reualidata dispensare super tali homicidio fœtus animati. Quæ opinio mihi videtur probabilis, & aliàs conformis doctrinæ Auctoris in dict. art. 4. vbi §. circa quam constitutionem. Præfatam rationem ponderat ad affirmandum prælatos posse absoluere ab excommunicatione lata contra procurantes abortum fœtus animati, licet ipse expressè oppositum teneat ibidem §. 2. notandum quantum ad dispensationem irregularitatis (& fortè non teneret, si rem altiùs pensaret) ac ideò tutò in praxi potest amplecti, non enim minus militare videtur ratio adducta ab Auctore in dispensatione irregularitatis, ac in absolutione excommunicationis, vide sup. de absolut. quoad fratres num. 7.

Illustratur doctrina Auctoris.

7. Obseruat item idem Portel. & benè, quòd Sixtus V. in hoc casu tantùm restituauit irregularitatem, & non inhabilitatem contractam ex tali delicto, quapropter non prohibentur præfati super illa dispensare, sicut in simili asserit Auct. *tom. 1. q. 24. art. vltimo*, posse dictos prælatos dispensare cum suis subditis in inhabilitate contracta à Religiosis admittentibus fœminas intra clausuram Conuentus, nisi ad maiorem abundantiam, & securitatē velint in dicta inhabilitate dispensare virtute cuiusdam priuilegij Gregorij XIV. pro Ministris infirmorum in Italia, relati à Capuccino, verbo, absolutio ordinaria quoad Fratres, fol. 27. & tradit Auctor *tom. 1. q. 20. art. 18. & 20.* idem firmat Villalobos vbi supra n. 7.

8. Tandem aduerte cum eodem Portel. loco citato num. 5. quòd confessores Regulares possunt absoluere sæculares ab hac excommunicatione per priuilegia, per quæ habent facultatem absoluendi à censuris reseruatis Papæ vel Episcopo extra casus in Cœna Domini, de quo suprà, de absolutione quoad sæculares num. 35. quamuis tutius esse, addit ipse Portel. quòd sint confessores specialiter ad id deputati à suis superioribus propter specialem destinationem requisitam à Gregorio XIV. sicut specialiter deputātur à Prouincialibus ad dispensandum cum cōiugatis ad petendum debitum impeditis voto, aut coitu incestuoso intra secundum gradum. Primum probabilius videtur, secundum tutius, elige quòd magis placuerit.

NOTAE.

9. Aduerte, quòd clericus, vel Regularis causam abortui præbēs dubius tamen de animatione fœtus, manet irregularis; in dubio enim facti homicidij irregularem reputare se debet: Ita ex nostro Auctore *tom. 1. sum. cap. 174. num. 4. §. y el que dudare*: *docet Sanchez lib. 1. Decalogi, cap. 10. num. 43.* sequitur Portel. *in Addit. ad dubia, verbo, abortus num. 1.* hoc tamen procedere quoad priuationem suscipiendi ordines, ac in illis ministrandi, non verò quoad priuationē officij, vel beneficij, & inhabilitatem ad illa, limitat ipse Sanchez num. 45. quia pœna ordinaria statuta delicto certo, non est imponenda de-

Comp. Roderici. C 3

delicto dubio, sed arbitraria prò dubij qualitate, ex traditis à Syluestro verbo homicidium 3. q. 1. Maiolo de irregul. lib. 1. cap. 1. num. 3. reg. 7. & lib. 5. cap. 51. num. 10. vers. secundum limitatur.

10. An autem consulens abortum, qui facta sufficienti diligentia ad inuestigandam veritatem, adhuc manet dubius, an secluso consilio esset alter eodem prorsus animo perpetraturus abortum, ac proinde an consilium operatum sit aliquid, censendus sit irregularis? maior est difficultas, Sanchez vbi suprà num. 44. agens de consulente homicidium, resoluit, quòd quando homicidium constat, & solùm dubitatur de operatione, seu effectu consilij, censendus est irregularis in foro conscientiæ, imò & in foro externo, quia stat præsumptio, & possessio contra consulentem, dum ipse oppositum non probat, ac ideo censetur factum certum, vt id consilium fuerit operatum, cui adhæret Portel. vbi suprà num. 2.

11. Qui etiam num. 3. resoluit, eũ qui abortum suo nomine factum ratũ habuit, postquam iam peractum est, qui tamen non iussit, nec consuluit, non incurrere irregularitatem, nec cæteras pœnas impositas à Sixto V. quia is ad eum homicidium non est cooperatus. Neque ad hunc casum extenditur dispositio cap. cùm quis, de sent. excommunic. lib. 6. & cap fœlicis, de pœnis, in sexto, & Clementina 1. eodem titulo. Vbi pœnæ latæ contra percussores clerici, Cardinalis, vel Episcopi extenduntur ad ratum habentes quod suo nomine factum est, vt loquens de homicidio ordinario tradit Suarez de censur. disp. 44. sect. 3. nu. 25. quia pœna committentis delictum non extenditur ad ratum habentem, nisi in casibus expressis. Vnde si in præcitatis iuribus non exprimeretur ratihabitio, vtique non comprehenderetur, vt benè notat idem Suarez dict. num. 25. & seqq. & sequitur Portel. loquens de abortum ratum habente suo nomine factum, d. num. 3. vbi in fine addit, quòd si approbauit, seu ratum habuit abortum, antequam fieret, dicens paranti illum, benè facies, incurrere pœnas Sixti, secuto abortu, ac per consequens fieri irregularem, quia iam ad occisionem fœtus animati cooperatus est.

12. Addo cum eodem Portel. supr. num. 4. incurrere irregularitatem, & cæteras pœnas eum, qui consuluit fœminæ abortum tempore, quo nondum erat fœtus animatus, intendens, vt ante fœtus anima rationali informationẽ abortiret, illa verò non adhibuit medicamenta ad id efficiendum, nisi post fœtum animatum, & tandem abortus secutus est: quia tenebatur suum consilium explicare, vel mandatum reuocare efficaciter, ne fieret talis abortus post fœtum animatum, idque colligitur ex cap. vltimo, de homicidio, lib. 6.

13. Item obserua cum Auctore *tomo 1. summæ cap. 5. numero. 2. ad finem*, quòd pater creaturæ, seu fœtus animati, cui mater aperuit, se velle potionibus procurare abortum, & tacuit, secuto effectu manet irregularis, quia ex debito iustitiæ tenebatur vt pater tueri vitam filij contradicendo, & impediendo talem effectum. Additque, post quadraginta dies à conceptu si dubium sit, an fœtus sit masculus, aut fœmina præsumendum esse, quòd sit masculus, ad effectum incurrendi irregularitatẽ, quia masculis infunditur anima rationalis in quadragesimo die à cõceptione, vt ait Nauar. cap. 27. num. 222. Idem firmat Portel. dicto verbo abortus, numer. 14.

14. An autem prælati potentes dispensare in hac irregularitate, possint id committere, seu delegare suam potestatem, vt alter dispenset? quæri non immeritò potest. Portel. vbi supra nu. 12. tenet partem affirmantem, cui libẽter assentio, quia potestas competens ex priuilegio perpetuo (qualis est priuilegium Martini V. de quo supra) dat iurisdictionem ordinariam, vt cõmuniter docent Iuristæ, & probat Sãchez *lib. 2. de matrim. disp. 40. num. 14. ac proinde est delegabilis, cap. cùm Episcopus, de offic. o ordinarij*, & multis adductis tradit idem Sanchez libr. 3. de matrim. disp. 31. num. 1.

15. Sed aduerte cum eodem Portel. ibidem num. 13. quòd dicti prælati non pos-

possunt dispensare in hac irregularitate, quādo prouenit ex delicto talis abortus notorio, quia Martinus V. in præfata Bulla tantum concedit pro homicidio occulto dispensandi facultatem. Ibidē tamen addit, esse probabile, posse dispensare in homicidio manifesto, seu notorio apud Fratres, occulto verò apud sæculares, pro quo citat Corduba *in sum. q. 34. & Vega in sum. p. 2. 2. cap. 15. casu 6.* sed Corduba ait, securius esse in hoc casu recurrere ad Papam, & Miranda absolutè tenet partē negantem. *tom. 2. q. 8. art. 10. conclus. 2.* quando scilicet delictum est notoriū, ita vt in iudicio probari queat. At Vega intrepidè sequitur affirmantē partem, quæ mihi etiam satis probabilis videtur, non obstante quòd opposita sit tutior.

RESOLVTIO V.

De Adulterio.

1. IN casibus, in quibus licet Episcopis dispensare cum suis clericis in pœnis Ecclesiasticis debitis adulterio, peracta pœnitentiaria, iuxta cap. & si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs possunt similiter dispēsare superiores Regularium habentes iurisdictionem quasi Episcopalem cum suis subditis, restituendo priuatos ab officijs, & inhabiles ad ea propter dictum crimen; imò, & ante peractam pœnitentiam idem possunt tam Episcopi, quàm superiores Regularium, dummodo adsit vrgens, & legitima causa, *tom. 1. q. 24. art. 17. de quo Sylu. verb. casus, q. 1. casu 13. 14. & 15.*

NOTAE.

2. Idem docet Miranda *tom. 2. q. 9. art. 3. conclus. 3.* vbi resoluit, quòd in pœnis, seu irregularitatibus adulterio minoribus possunt dicti Prælati Regulares dispensare, iuxta dictum §. de adulterijs. Vnde à contrario sensu in his, quæ adulterio sunt maiora, nō possunt, attento iure communi, quale est crimen sodomiæ, in quo, & alijs grauissimis, quæ numerant Couar. *in 4. p. cap. 6. §. 8. num. 2. & 3.* & Salzedo in pract. cap. 86. non possunt Episcopi de iure communi dispensare. Quæ autem crimina sint adulterio maiora Pontifici reseruata, tradit Sylu. vbi supra. In quiqus etiam prælati Regulares dispēsant per sua priuilegia, exceptis homicidio voluntario, mutilatione membrorum, ac bigamia.

Quomodo sit puniendus monachus ob crimen adulterij, vide infrà resolutione 48. num. 13.

RESOLVTIO VI.

De Affinitate.

1. AFfinitas non contrahitur ex copula carnali inter consanguineos extra secundum gradum, ac per consequens nullum superuenit impedimentum, tam ad matrimonium contrahendum, quam ad vtendum iam cōtracto quoad petitionem debiti, quæ est sententia probabilior, quam opposita, eamque tanquam manifestam ex decreto Tridentini firmauerunt Doctores Salmantini, & Complutenses Trid. sess. 24. c. 4. de reform. super eo consulti. Sed aduerte, quod non sufficit habere copulam carnalem cum consanguinea intra secundum gradum vxoris propriæ, adhoc vt prohibeatur quis petere debitum, sed necessarium omninò est, quòd in ea copula recipiatur semen intra vas naturale, alias non contrahitur affinitas, *to. 1. qu. art. 1.* de quo Bibald. in Candelabro aureo tit. de affinit. num. 209. Nauarr. lib. 4. consil. tit. de consanguinitate, & affinitate, consil. 5. num. 3. & 4. Gutier. lib. 1. Canonicarum, quæst. 23. circa fin. & q. 15. num. 11.

2. Auctor *tom. 3. addit. sum. cap. 210.* addit, quòd contrahitur hoc impedimentum ab habentibus dictam copulā fornicariam intra secundum gradum,

etiamsi penitus ignorent consanguineos esse, quia hoc non fuit decretum in pœnam incestus, sed prouenit ex affinitate orta ex præfata copula, quæ contrahitur, etiamsi adsit dicta ignorantia, licet ea durante cum bona fide non peccent petentes debitum. Pro quo est quædam declaratio Cardinalium apud Marzilla *lib. 3. de consanguinitate & affinita. tit. 17. pag. 481.* decernens dictam fornicationem inter consanguineos extra secundum gradum non impedire matrimonium contrahendum, iuxta quandam Bullam Pij V. anno Domini 1568. nec contracto vti ad petendum debitum, quia tale impedimētum sublatum censetur per dictum decretum Concilij, dixit Gregorius XIII. ex sententia sacræ Congregationis, de quo Sanchez *libr. 7. de matrim. disp. 67. Gutier, tract. de matrim. cap. 99. num. 13.* quos cum alijs pluribus refert Barbosa *in remissionibus ad Concilium Tridentinum dict. sessio. 24. cap. 4. de reformat. matrimon. fol. 93.*

3. Affines qui bona fide contrahunt matrimonium absque dispensatione, scientes se esse affines, sed ignorantes affinitatem esse impedimentum dirimens iuris, non faciunt prolem legitimam: quia non quæcunque ignorantia efficit, vt proles sit legitima, sed tantū facti ignorantia, & non iuris. *tom. 1. q. 13. art. 1. de quo Manuel à Costa in cap. si pater 1. p. verbo. vxor, numer. 2. fol. 31. Couarr. in epitome 4. p. 2. cap. 8. §. 1. Sarmiento lib. 1. sellect. cap. 6. cetera vide infrà de dispensatione, & matrimonio.*

NOTAE.

4. Circa resoluta *num. 1.* Idem docent Viuald. *de matrim. nu. 101.* Quando *in 4. dist. 41. numer. 6. proposit. 6.* quos refert, & sequitur Miranda *to. 1. quæst. 47. art. 1.* Vbi refert priuilegium nobis Minoribus concessum à Pio V. vt ex commissione Prouincialis dispensare possimus in foro conscientiæ ad petendum debitum cum his, qui consanguineum, vel consanguineam sui coniugis post matrimonium contractum carnaliter cognouerūt, de quo Collector in compend. societatis, tit. dispensare §. 8. & Palacios in 4. distinct. 32. disp. 2. Quod priuilegium nō est reuocatum, quidquid de eo dubitet idem Miranda supra concl. 1. vt vsus, & communis Religionum praxis tenet. At si copula carnalis præcessit matrimonium, si sit intra gradus prohibitos, super tali impedimento dirimente nullus inferior a Papa dispensat, nisi quando impedimentum est occultum, & matrimoniū publicum, & separatio magno scandalo foret, & ad Papam, vel nuntium confugi non possit propter magnam paupertatem, aut alia legitima impedimenta, tunc enim dispensare potest Episcopus, vt ex Angelo, & Syluestro docet doctissimus Nauarro in manual. cap. 22. num. 85. quem refert, & sequitur Miranda tom. 2. quæst. 9. art. 1. concl. 1. & tenent alij multi grauissimi Doctores. Sed hoc non conceditur prælatis Regularibus Episcopali dignitate fungentibus, vt infra *de matrimonio nu. 7.* dicemus. Vide Villalobos *1. p. Summa tract. 14. difficul. 17. à numer. 6. vbi num. 9. ait.* quod danda est fides in foro conscientiæ affirmantibus, interuenisse copulam inter eos, sed non consummatam, hoc est, quod non fuit seminis effusio intra vas naturale. At hoc in foro exteriori non præsumitur, vt ex Alexandro de Neuo *in cap. si fraternitati num. 8. de eo, qui cognouit, &c. & alijs docet idem Villalobos ibid. dicto num. 9. ad finem.*

RESOLVTIO VII.

De Alienationibus.

1. ALienatio propriè & strictè est omnis actus, per quem dominium transfertur, latè autem in materia fauorabili continet etiam conductionem ad longum tempus, seu perpetuam, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteusim perpetuam, necnon & contractum sub conditione factum, ex *cap. nulli liceat,* & no-

& notant Hostiensis, & Archidiaconus *de rebus Ecclesiæ alienan. tom. 5. quæst. 27. artic. 1. De quo Syluest. verb. alienatio, & verb. emphyteusis quæst. 6. Lessius libr. 2. de iust. cap. 24. dub. 11. Portel in dubijs reg. & in addit. verb. alienare, Villalobos 2. p. Summa tract. 25. diff. 17. Couar. 2. variar. capit. 16. 17. & 18. Molina 2. de iust. disp. 466. cum sequentib. & DD. in tit. de rebus Ecclesiæ alienan.*

2. Prælati Conuentuales non possint alienare bona Ecclesiæ, vel suorum conuentuum sine expresso consensu Fratrum capitulariter congregatorum, neque adhoc sufficit consensus conuentus sine consensu prælati, sicut nec e contra consensus prælati sine consensu maioris partis Conuentus, quod & debet fieri in euidentem vtilitatem monasterij, aut Ecclesiæ cum instrumento, & tractatu in publica forma; secus factum non tenet, & facientes incurrunt in pœnas excommunicationis, & suspensionis, ex Clementia, Monasteriorum, de rebus Ecclesiæ non alienand. Extrauagant, ambitiosæ, eodem titulo, & secundùm diuersa Regularium priuilegia, debet expressa superiorum licentia interuenire. Sed regulariter loquendo quando prælatus cum capitulo alienat, eo ipso probata est præsumptiuè Ecclesiæ vtilitas. *ibid. art. 2. De quo Baldus in capit. 1. §. 1. de his qui feudum dare possunt. Suarez de censuris, disput. 22. sect. 6. nu. 6. Lessius suprà nu. 62. & sequentib.*

Qui numer. 63. agit de forma seruanda in alienatione rei Ecclesiasticæ, quæ consistit in quatuor. Primò, vt fiat super ea tractatus. Secundò vt Capitulum expressè consentiat. Tertiò, vt subscribat in venditione, donatione, & permutatione. Quartò, vt adsit auctoritas superioris. De quo Syluest. *verb. alienatio, numer. 10. Molina disp. 468. dict. lib. 2. de instit. Panormitan. cap. 1. nu. 5. de his, quæ fiunt à prælat. & in c. fin. de rebus. Ecclesiæ nō alien.*

3. Idem dicendum est de alienationibus faciendis à Monialibus, in quibus vltra prædicta, debet interuenire consensus, & licentia prælati superioris: secus sine tali licentia factum, tã à Fratribus, quàm à Monialibus pro nullo habetur, sed generalis potest illud reualidare, seu ratificare, si fit in euidentem vtilitatem Conuentus, vel ét Bullar.
inualidare, habita priùs causæ cognitione, ex cõcessione Eugenij IV. apud Bullarium, iuxta quod priuilegiũ debent intelligi plura alia concessa diuersis Ordinibus. Imò & Conuentus cum suo Præsidente possunt ratificare alienationem factam sine expresso cõsensu Fratrum simul capitulariter congregatorum, dummodo hęc ratificatio à Conuentu capitulariter congregato fiat, aliàs non tenebit. Neque per præfata priuilegia aliquid contra vllum trium votorum substantialium, nec contra pertinentia ad communem vitam Regularem inducitur, vt præcipitur in Concilio Tridentino. ibidem §. Trident.
nec contrarium existimo, & §. neque Sess. 25.
contra supradicta, vbi exponitur di- de Reg. c.
ctus locus Concilij Tridentini. 1. & 2.

(Marginal note: Bulla 20. Eugen. 4. num. 25.)

4. Ex priuilegio facto Ordini Sancti Hieronymi apud suum Compendium verb. Alienatio §. 4. conuentus cum Priore possunt vendere hæreditates, possessiones, & iura in testamentis legata, & alia similia inutilia Monasterio, dummodo pretium eorum in alia bona vtiliora, & immobilia commutentur. Quo priuilegio gaudent aliæ Religiones communicantes, nisi in eis sit aliqua consuetudo, vel statutum in contrarium, & extenditur concessio ad alios contractus, & alienationes vltra venditiones, imò etiam ad Hypothecam: & quando spes certa adest, quod res pignori data redimatur, tenent viri docti, posse præfatos prælatos per se solos res suas hypothecare, aliàs sine consensu suorum Fratrum facere non licet. ibidem §. ex his infertur. De quo Lessius loquens de pignoris datione, & Doctores infrà citandi.

5. Item ex concessione Gregorij XIII. Fratres, Moniales Eremitarum Sancti Augustini possunt vendere, alienare, & permutare, ac etiam

in

in emphyteusim concedere, dummodo emphyteusis non fiat vltra duas generationes, vel nominationes absque licentia Apostolica, vel loco illius, de consensu, & approbatione Generalis Ordinis. Item dictæ locationes possunt fieri in perpetuum, dummodo duę partes Conuentus consentiant, & fiant in ipsius Conuentus vtilitatem, & cōmoditatem: secus tam ipsæ locationes, quàm alij supradicti contractus irriti sunt, & inanes. Quæ concessio, & aliæ similes obseruentur à Religionibus, quibus factæ sunt, aliæ obseruent sibi ipsis indulta, iuxta suas laudabiles cōstitutiones, ibidem in fine.

De quo Lessius suprà loquēs de feudo, vel emphyteusi num. 66. vbi nū. 64. agit de forma iuramenti fieri solita ab Episcopis, & Abbatibus, ne alienent res Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, iuxta dictam Extrauagant. Ambitiosæ; & addit, Legatum à latere nō posse dare licentiam alienandi contra prædictum iuramentum, vt ex Panor. & Speculatore docet Sylu. *verb. alienatio num. 16. in fine. Villalob. supra dicta diffic. 17. num. 6.*

Bull. Bul. 26. Leo. 10. Aliud simile priuilegium Leonis X. apud Bullarium inuenies, quo datur facultas Monialibus S. Claræ, & Tertiarijs subiectis Ordini Minorum, ad alienandum de consensu duarum partium Conuentus.

6. In Ordine Minorum nullus cōtractus potest fieri absque expressâ licentia Generalis, vel Prouincialis, aliter irritus iudicatur, ex Alexandro, & Honorio IV. quod confirmatum, & reualidatum est per Sixtum IV. Clemētem VII. & alios Pontifices. Prælati tamen nullam habent facultatem ad alienandum, sed tota hæc auctoritas residet penes Syndicum, qui nomine Papæ, & Sedis Apostolicæ (ad quos pertinet dominium omnium rerū vsui Fratrum deputatum) de consensu Prouincialis, ac Conuētus habet eandem potestatem alienandi, quam habent Prælati aliarum Religionum possidentium in communi nomine suorum Cōuētuum. Vnde dictus Syndicus cum licentia Generalis, vel Prouincialis potest facere facultatem religioso Minoritæ ad donandū aliquid extra Ordinē intuitu remunerationis, vel eleemosynæ, vel rōne vtilitatis, quæ prouenire potest ipsi Ordini ex huiusmodi donatione, ibidem art. 3. & 6. De quo Nau. in cap. non dicatis, nu. 25. & 26. de quo infrà iterum erit nobis sermo resolutione de Syndico Fratrum Minorum, de cuius auctoritate vide apud Bullarium Bullam 1. Martini V.

Bull. bul. 26. Alc. 4. & Bull. 1. Honor. 4. 4. & bull. 87. Iul. 2.

7. Apud ordinem Societatis Iesu extat quoddam priuilegium amplissimum Iulij III. & Gregorij XIII apud Bullariū, quo Præposito Generali, vel Capitulo, seu Congregationi generali ipsius Societatis conceditur, vt possint disponere de rebus Collegiorum absque consensu communitatis, seu Conuentus, ad quem pertinet, etiam locando in emphyteusim, seu libellū ad tres generationes, vel in aliud longum tēpus præhabita summariæ causæ cognitione, item vt possint renunciare cuicumque iuri, & liti habitæ super rebus ad aliquem Conuentum pertinētibus, legato, seu alio quocunque nondū tradito, illi tamen acquirendo, si hoc expedire videbitur, dummodo sit in vtilitatem euidentem Collegiorum, & Conuentuum; aliter prælati facilè cedentes dictis iuribus tenebuntur satisfacere læsis Conuentibus, seu Collegijs. Hoc tamen non conceditur Prouincialibus etiam pro necessitatib. emergentibus, & euidentibus vtilitatib. domorum, aut Collegiorum, nisi illis id duxerit committendum ipse Generalis Præpositus, vel nisi Ducentorum valorem non excedat, quæ, si sint mobilia, possunt alienare auditis consultoribus: alij vero prælati inferiores, quæ centum non excedant, ex Collectore Societatis tit. Alienatio §. 1. Quo priuilegio possunt vti alię Religiones communicantes, quāquam in eis consensus Prouincialium sufficiat, vt iam resoluimus. Vnaquæque tamen obseruet quod apud se per propria statuta, & laudabiles consuetudines vsu receptum est, ibidem dict. artic. 3. vide Lessium suprà

Bull. Bul. Martini V. Bull. 20. Greg. 13.

pra num. 66. agentem de emphyteusi.

8. Alienationes dicentur fieri in vtilitate monasterij, si pretium conuertatur in rem duraturam, puta in emptionem rei stabilis, seu ædificium, vel aliud simile, etiam si vtilitas prouenіens ex tali alienatione non sit perpetua, sed temporalis, vtpotè pro colẽdis agris, colligendis fructibus, & similibus, & sufficit, quòd tempore contractus dicatur vtilis, licèt postea efficiatur deterior. Quando autem fit cã necessitatis, sufficit, quòd ex alienatione Ecclesia non patiatur damnum, sed non sufficit, quòd in instrumento dicatur fieri dictam alienationem causæ necessitatis, aut vtilitatis, nisi talis necessitas, & vtilitas probetur. Tandem iudicare de huiusmodi vtilitate relinquitur arbitrio boni, & prudentis viri, pensatis circunstantijs qualitatis, & quantitatis rei, personę, loci, temporis, finis, & id genus alia, ibidem art. 8. De quo Rebuff. de alienat. rerum Ecclesiæ num. 17. Nauar. in dict. cap. non dicatis num. 16. Lessius supra num. 63.

Bull. Bul Martini V. Bull. 20. Greg. 13.

Vbi ait, quadruplicem esse iustam causam ad alienandum res Ecclesiæ. Prima, necessitas, cui aliter occurri nequit secunda, vtilitas manifesta; tertia, pietas, verbi gratia, ad redimendos captiuos, ad succurrendum grani proximorum necessitati: quarta incommoditas, vt si res sit Ecclesiæ sumptuosa, & parum vtilis.

9. Alienatio facta in vtilitatẽ monasterij valet, etiam non interueniente solemnitate iuris, sicut valet facta à pupillo sine auctoritate tutoris in vtilitatem ipsius pupilli, glossa in l. 2. ff. de acceptilat. Quod in fauorem Ecclesiæ, & pupilli concedunt Doctores. At alienatio facta à Monacho, vel moniali sine licentia sui prælati (quæ est solemnitas omninò necessaria ad validitatem actus) non tenet, etiam in foro conscientiæ secus, si deficiant aliæ solemnitates, vtpotè, quòd fiat tale instrumentum, & in eo fiat mentio de tali, & tali re, tunc enim dicta alienatio iustæ de causa facta minimè clandicare dicenda est in foro animæ, in quo standum de veritate, ibidem art. 9. De quo Nauar. de spolijs clericorum §. 2. numero 6.

10. Addit Auctor *in Addit summa tom. 3. cap. 158. num. 13.* quòd vt alienatio facta sine solemnitate iuris in vtilitatem monasterij valeat, necesse est, vt ipsum monasteriũ, vel Ecclesia nullo pacto maneat obligatum, sed accipiens tantùm obligetur ipsi. Vnde si Ecclesia obliget se absque eo, quòd obliget alterum sibi, vel si contractus est reciprocus ex parte Ecclesiæ, & alterius contrahentis, totum pro nullo habetur, etiam si sit in vtilitatem ipsius Ecclesiæ, seu monasterij. De quo Sarmiento *de Redditibus Eccles. cap. 2. nu. 1. Gutierez, lib. 2. Practicar. q. 22. num. 7.*

11. Alienatio rerum monasterij facta sine solemnitate iuris, vt sit nulla, seu annullanda, debet esse cum notabili læsione, non autem minima, tunc. n. emptor, seu possessor tenebitur ad restitutionem, etiam fructuum. Vnde contra tales res etiã bona fide emptas nõ currit præscriptio, nisi post 40. annos attento iure communi, sed attentis priuilegijs Regularium requiritur decursus centum annorum ad præscribendũ contra eorum bona, & iura, ex quodã magno priuilegio Eugenij de quo in Bullario, & infrà latius redibit nobis sermo, resolutione de præscript *ibidem art. 10. & tom. 3. q. 35. art. v. & q. 56. art. 2. in fine.*

Bull. bul. Bulla 17. Eug. 5. n. 15.

12. Si alienans rem Ecclesię solus peccat alienando, solus tenetur restituere, si verò accipiens solus peccat, solus ad satisfaciendum tenebitur: si autem vterque, alienans, & accipiens, peccat, vnus alteri debet restituere, sed Ecclesia neutiquam ad id obligatur. Vnde si vterque à peccato excusatur, à restitutione vterque itidem excusabitur, etiam in foro exteriori, ibid. art. 11. De quo Nauar. de alienand. rebus Ecclesiæ, num. 24. & 25.

13. Commendatarij perpetui Ordinum Militarium non possunt locare res Ecclesiæ ad longum tempus sine solemnitate à iure requisita. Dicetur autem locatio ad longum tempus facta, si fuerit ad vitam ascriptus, ex glossa in Clem. 1. verbo eius, de rebus Ecclesiæ,

non

non alien. Nisi vita verosimiliter decennium non posse excedere præsumatur. Item censebitur locatio ad longũ tempus, si fiat in nouennium cum pacto de retro locando per aliud nouennium, ibidem art. 15. de quo Couarr. *lib. 2. variar. cap. 16. num. 3. Barbosa in l. si filiofamilias 26. §. fin. num. 27. ff. soluto matrimonio.*

Nec dictis Cõmendatarijs licet donare redditus suarum commendarum suis concubinis, & ita de facto iudicatum fuisse fertur adeò, vt etiam si dicta donatio iuramento firmetur, sit irrita, & nullius valoris, ibidem in fine, de quo Palat. Rub. *in rubr. de donat. inter virum, & vxore. n. §. 39. nu. 1. & seqq. Anton. Gomez in l. 2. Tauri num. 65. Cou. in cap. quamuis pactum 2. p. §. 1. nu. 4. ad finem, Gutier. de iuramento confirm. 1. p. cap. 1. à num. 13.*

Pro quo adhuc obserua, quòd in alienatione redituum Ecclesiasticorum, quales sunt redditus Commendarum, si sint perpetui, vel ad longum tempus, debet seruari solemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesiæ, ex l. iubemus, C. de sacrosanct. Ecclesijs, tom. 2. quæst. 126. art. art. 3. de quo Lessius vbi suprà num. 70. vbi docet, quòd fructus beneficiorum, & bonorum Ecclesiasticorum possunt elocari, aut vendi in plures annos, (modò ipsi fundi non elocentur) quia hi non sunt res Ecclesiæ, sed priuatorum. Vide Panormitan. *in cap. continebatur, n. 7. de his, quæ fiunt à prælat. Villalobos 2. part. sum. trac. 25. diff. 3. num. 6.*

14. Alienatio rerum Ecclesiæ facta sine dicta solemnitate iuris omnino irrita, & nulla est, & alienans ipso iure suspenditur ab officio, in Clementina, monasteriorum de rebus Ecclesiæ non alienan. & tam ipsi, quam accipiẽs excommunicatur à Paulo II. in Extrauagãti, ambitiosç, de rebus Ecclesiæ, &c. Item sacrilegij rei sunt, ex cap. omnes Ecclesiæ 16. quæst. 4. & alienans deponendus est, cap. siquis, de reb. Ecclesiæ, &c. ipsique interdicitur ingressus Ecclesiæ, in d. extrauaganti, ambitiosæ; item si post sex menses sub interdicto contumaciter perseuerauerit, à regimine Ecclesiæ, seu monasterij, vbi præsider, ipso iure suspenditur: item priuatur quocũque officio, vel beneficio, & tandem nõ obstante alienatione res alienata reuertitur ad Ecclesiam, vel monasterium, nullo dato pretio. Hæ sunt præcipuæ pœnæ, omissis alijs contra alienantes res Ecclesiæ, quas nõ incurrunt alienãtes res mobiles minimi momenti, seu vtilitatis, secus de pretiosis, quæ æquiparantur immobilibus, ibidem art. 13. de quo Rebuf. de rebus eccl. non alienan. num. 60.

Idem docet Lessius suprà num. 64. §. aduerte tamen, vbi addit, idem dicẽdum, si constet alienationem esse necessariam, vel si res non patiatur morã ex Panorm. *in cap. vt super, de reb. Eccl. non al. en. num. 15. & in capit. fin. de Eccl. edific. num. 8. Sylu. verbo, alienatio. n. 16.* Fum. num. 18 & adiungit dict. nu. 64. ad finem, priuationem officij, & beneficij ipso facto incurrẽdam contra indebitè alienantes res Ecclesiæ non videri eo rigore receptam.

15. Addo cum Auctore in addit. summæ citato cap. 158. num. 11. & 12. quòd suprà dicta non procedunt, quando vrget necessitas subueniendi pauperibus fame laborantibus, vel redimendi captiuos, quia tunc Ecclesiæ res in pignus concedi, vel alienari possunt absque dictis solemnitatibus, ex l. sancimus nemini, C. de sacrosf. Eccles. cap. Apostolicis, cap. sicut omninò, vbi glossa, cap. aurum, capil. gloria in Episcopi 12. quæst. 2. de quo Couar. libr. 2. variar. cap. 16. num. 8. & 9. Syluest. verbo alienatio, nu. 7. Lessius vbi proximè ad fin. agens de summa pecuniaria, etiam magna, ad mensam prælati pertinente, & eroganda ad pium vsum.

NOTAE.

16. Circa num. 2. vide Sanchez lib. 7. decal. cap. 6. num. 8. vbi resoluit, in alienatione rei Ecclesiasticæ non esse necessarios tres tractatus, sed vnicum sufficere, ex glossa, & textu in capit. 1. verbo, tractatus, de rebus Eccles. non alienan. libr. 6. & tenet multis citatis. Auendaño *de exequendis mandati Reg.*

par.

par.1.cap.4.num.34. nisi aliud consuetudine inductum sit, quia licèt consuetudine nequeant solemnitates petitæ in alienatione rei Ecclesiæ minui, vt pulchrè cum duodecim fallentijs tradit Felin.cap.cùm causam, num.11. de re iudic. At possunt eæ solemnitates augeri, vt tradit Auendaño *eo cap.4. num 35. vers. & hanc opinionem, Syluest. verbo, alienatio, nu 10. Panormitan. cap. tuam, de his, quæ fiunt à præl. & ita docet Villalobos part.2. sum. tract.25. diff.17. nu.5.* vbi post quam dicit sufficere vnũ tractatum solemnem, & diligentem, addit vtile esse repetere tres. Cui addo id expresse haberi *in d. gloss. §.1. de rebus Eccles. &c.* & obseruat Couar. *lib. 2. variar. cap.17. num.1.*

17. Circa resoluta num.13. Nota quòd in cap. nulli liceat, de rebus Eccles. alien. prohibetur alienare rem immobilem Ecclesiæ, siue agrum, siue rusticum mancipium, neque specialis hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet conditionem, aliàs conductionem ad longũ tempus, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuticum perpetuum contractum, vt habetur in eodem iure.

18. Longum autem tempus hic vocatur decem annorum, & quidquid est vltra: modicum, seu breue, quod intra decennium, vt notant Couar. lib.2. variar. cap.16. num.1. Nauar. comment. de alienat. rerum Eccles. numer.17. & seqq. Vnde ante Pauli II. Extrauagantem fas erat res Ecclesiæ locari ad nouennium, non seruata iuris solemnitate. At post illam nisi ad triennium, quòd si ad plures annos fiat, irrita declaratur in dicta Extrauagante, Ambitiosæ, talis locatio, præterquam facta in casibus iure expressis, & contrafacientes incidunt in pœnas excommunicationis, & suspensionis latas in præfatis iuribus. Licèt quantum ad has pœnas teneant aliqui non esse receptã dictam Extrauagantem, teste Nauarro cap.27. num.150. & cap.17. num.545. Couarr. 2. variar. cap.16. num.2. & 6. & consequenter nec eius dispositionem, vt notat idem Couar. d. num.6. & Syluest. verb. Alienatio, q.13. Vnde in locis, vbi non est recepta ea Extrauagãs, poterit fieri locatio ad nouem annos absque præfata forma iuris, vt tradit Lessius d. lib.2. de iust. cap.42. dub.11. num.69. At vbi est recepta, si fiat vltra triennium, non valet, etiam quoad annos tres illos, nisi contrahentes tacitè consentirent in triennium, tunc enim implicitè esset multiplex contractus, scilicet in nouennium, quod si hic non subsisteret, in triennium, vt notat idẽ Lessius ibid. num. 68. & Villalobos 2. p. summæ tract. 25. diff 3. num.5. vbi resoluit, quòd si locatio fiat ad nouennium cum clausula, vt sint tres distincti contractus locationis, non valet nisi quantum ad priorum trium annorũ locationem in locis vbi recepta est dicta Extrauagans, ex Couar. *vbi suprà num.4. vers. primo.*

19. Item aduerte, quòd non solùm res immobiles Ecclesiæ non possunt alienari absque præscripta forma, sed nec etiam mobiles pretiosæ, quæ seruando seruari possunt, vt sunt vasa aurea, argentea, gemmæ, ornamenta pretiosa, tapetes, & similes. Item quæcunque triennio non corrumpuntur, & simul fructificant, vt armenta boum, ouium grex, teste Syluest. verb. alienatio num 7. sed non quæ vsu consumuntur, vt vinum, oleum, frumentum, pecunia, nisi hæc rei immobili comparandæ voto, iuramento, vel præcepto superioris destinata sit, vt constructioni ædificij: quia tunc quasi res immobilis reputatur, vtpotè quæ est in via ad esse rei immobilis, vt tradit Lessius *vbi suprà num. 62. & Villalobos dicto tractat. 25. diffic.16. num.2.* Vide quæ diximus *suprà resolut.1 num.9. & 10.*

20. Pro quo aduertendum est, quòd res Ecclesiæ solitę dari in feudum, vel emphyteusim, si fortè ad Ecclesiam redire contigerit, possunt iterum sic dari, idque pręscripta solemnitate iuris, modo tamen id fiat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & antequam illius rei fructus Ecclesiæ incorporentur, id est, eius vsibus à prælato applicentur, vt ex communi sententia DD. tradit Iulius Clarus *lib.4. sentent. de emphyteusi*

tenfi quæst.6.numer.2. & de feudo quæst. 13.num.10.& Conar.2.variar.capit.17. numer.4. quos refert, & sequitur Lessius vbi suprà num.1.& Villalobos dicta d §. 16.num.3.

21. Circa renunciationem iuris, de quo Auctor supr. nu.7. non abs re potest quæri, an prælatus validè repudiet legatum, vel hæreditatem delatam Ecclesiæ sine præfata humilitate? Lessius suprà num.65. ait, esse valde probabilem partem affirmantem, quia hæc repudiatio, seu renunciatio non est alienatio rei Ecclesiæ, sed solùm acquisitio, illa enim res non pertinet ad Ecclesiam ante acceptationem prælati. Vnde etiam si prælato integrum non sit res Ecclesiæ alienare absque forma iuris, hinc tamen non fit, quia possit nô acceptare quod Ecclesiæ offertur, non enim paria sunt lucra non capere, & quæsita perdere, l. si sponsus 5. §. si maritus, ff. de donat. inter virum & vxorem. Opposita tamen sententia addit ibidem Lessius, etiam est valde probabilis, nempe talem repudiationem non valere, licèt enim Ecclesia nondum acquisierit rei dominium, nec habeat ius in re (vt vocant) acquisiuit tamen ius ad rem, cui iuri non potest cedere prælatus per suam renunciationē in Ecclesię damnum, eam priuando tali iure. Panormitan. *in c. tuam, de his, quæ fiunt à prælat.* rem prædicat satis dubiam, ac ancipitem, Villalobos *sup. nu.7.* priori tanquam probabiliori adhæret sententiæ, posteriorem tamen dicit esse satis probabilem. Cui libenter assentio.

22. Sed addo cum Lessio d. num. 65. quòd dato casu, quòd valeat dicta renunciatio, iuxta priorem sententiam, adhuc Ecclesia potest implorare beneficium restitutionis in integrum, quod illi conceditur, quando negligentia, vel facilitate prælati læsa est, non solùm damno accepto, sed etiam lucro amisso, vt docet gloss. in cap. auditis, verb. restituimus, de in integrū restitut. Vel etiam potest agere contra prælatum, quia ex officio tenebatur rem Ecclesiæ agere, eiusque vtilitati consulere, *cap. quicunque 12. quæst. 4. super quo vide Geminianum cap. 1. num. 19. de reb. Eccles. lib. 6. Syluest. d. verb. alienatio nu. 18. Sanchez lib. 7. decalog. cap. 12. num. 37. & 42.*

23. An autem res Ecclesiæ possint pignori dari sine præfata iuris forma, quòd nos suprà num.4. ex Auctore tetigimus, dubitant aliqui, Lessius suprà num.62. id expressè affirmat, & definiri videtur cap. ea enim, §. hoc ius, 10. quæst. 2. Quod ius licèt sit desumptum ex legibus imperialibus, canonizatum tamen iam extat ab Ecclesia, ac ideò iam sustinet vim legis Ecclesiasticæ, quidquid dicat Portel in addit. ad dubia, verb. alienare, numer. 2. vbi addit, quòd in Regno Portugalliæ lib. 2. ordinat. tit. 24. lege cauetur, vt nullus sub pignore accipiat vasa aurea, vel argentea, aut ornamenta alicuius Ecclesiæ, etiā Regularis: secus facientes absque expressa licentia regia (cum qua in magna aliqua necessitate id permittitur) valore dictarum rerum priuantur cum excessu nouem partium, res autem sic pignori datæ, vel emptæ Ecclesiæ absque vllo pretio soluto restituantur. Quæ lex valde pia, & in fauorem Ecclesiæ seruatur (vt credo) apud dictum Regnum Lusitaniæ.

RESOLVTIO VIII.

De Alimentis debitis Religiosis.

1 ALimenta debentur monasterio, etiam si pereat fundus datus, venditus, seu permutatus, sub pacto quòd alatur religiosus ad vitam ipsius, quia proprietas fundi trāsiuit in ipsum monasterium, & sic damnū cedit ipsi, & non alteri. *e m.3. quæst.33. art.2. de quo Syluest. verb. permutatio in fine. v. de Azor tom. 2. institut. moral. lib. 2. cap. 5. quæst. 12.* vbi oppositum docet, quando fundus à patre datus filio loco alimentorum in iudicio euictus fuerit.

2. Reli-

2. Religioso relegato in aliud monasterium ob aliquod delictum tenetur alimenta, subministrare monasterium, cui acquisita est illius hæreditas, vel attulit bona. At si nihil horum ad illud peruenit, prælatus, cui subditus erat cùm deliquit, ad id tenebitur. Apud nos Minores vsu receptum est, vt monasterium, ad quod mittitur, ei necessaria suppeditet. *tom. 2. q. 23. art. 2. de quo Abb. in cap. vltimo, de Regular. & ibi Hostiens. num. vltim.* Ioan. Andr. Anton. *num. 14. Cardin. nu. 2. quæst.* 10. *Anchar. num. 9.* D. Antonin. *3. p. tit. 16. cap. 5. §. 3. Syluest. verb. apostasia, quæst. vlt. Azor libr. 12. inst. moral. cap. 17. quæst. 3. Tapia in Auth. ingressi, verb. sua, c. 5. nu. 38. vsque 39. C. de sacros. Eccles. ques refert Sanchez libr. 6. decalog. cap. 9. num.* 14. qui idem docet cum nostro Auctore. Vbi addit, quod si prius monasterium nō habeat vnde monachum alat, posterius ei ministrabit. Quod si vtrūque monasterium habuit bona huius, quodlibet modicum contribuere tenetur.

NOTAE.

3. Addit idem Sanchez ibid. num. 15. quòd si monasterium ad pristinam regulæ obseruantiam reuocetur, eo quòd eius disciplina collapsa fuerit, data optione monachis ad aliud commigrandi, ipsis ad aliud recedentibus deberi alimenta à priori monasterio, quia non est, cur posterius grauetur ad ea subministranda. Atque ita tenere ait D. Antonin. Syluest. Azor suprà allegatos, & Tabien. verb. religio, quæst. 27. num. 28. in fine. Quod temperandum addit, quando hi religiosi sunt posteriori monasterio inutiles: si enim vtiles sint, ipsa ratio suadet vt ab eo alantur. Ego amplius temperandum existimo, vt procedat, quando prius monasterium fruitur hæreditate, vel bonis, quæ monachus secum detulerat, si enim nihil commodi ad illud peruenit, iniustum videtur ab eo extorquere alimenta, iuxta illam iuris regulam à contrario sensu, *qui non sentit commodum, nec onus sentire debet.*

4. Resoluit etiam idem Sanchez ibid. numer. 8. & 20. professum iniustè expulsum à religione posse compellere monasterium, vt ipsum admittat, & alimenta ministret, quia iniustè eo iure spoliatus est, vt bene docent Surdus de aliment. titul. 6. quæst. 35. nu. 6. Molin tom. 1. de iustit. disputat. 140. col. antepenult. §. quando religiosus. Id tamen intelligit quoad alimenta futura, non tamen prǽterita, nisi mutuò illa acceptisset, vel quibus illa pareret, ex Nauarro comment. 2. de regularibus nu. 65. versic. addo septimò. Vnde si is monachus quasi iniustè expulsus cōueniat monasterium, debet ab illo alimenta accipere, cùm sit in possessione monachatus, & percipiendi alimenta à monasterio, vt in collega expulso à collegio tradit Bologne. *in repetitione Authent. habita nu. 346. C. ne filius pro patre, & citatis Bartolo, Alberico, & Rebuffo, tradit Surdus de alimentis. titul. 1. quæst. 12. num.* 4. & in propriis terminis monachi litigantis de iniusta expulsione tradunt, allegato Matthæo, Imola *in Clementina 1. num. 37. de statu Monachorum, & ibi Cardinal. §. quia verò, num. 7. quæst. 4. Lara l. si quis à liberis, §. si vel parēs n. 59 ff. de liber. adnoscend. Boerius, Alciatus, Afflictis, quos refert, et sequitur Menoch. præsumpt. lib. 1. quæst. 35. nu. 21. Valasc. consul. 7. nu. 3. tom. 1. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 128. num. 10. vbi num. 11. asserit cum Bartolo tract. de aliment. nu.* 43. teneri etiam monasterium ad alimenta, interim dum discutitur, an sit monachus, casu quo ille esset in propria possessione monachatus, vt limitat benè Lancelot de attentat. p. 2. cap. 4. limitat. 11. numer. 30. Licèt aliqui dicant sufficere ad id aliquam monachatus præsumptionem, vt citato Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. num. 21. & alijs, tradit Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 121. numer. 2. Similiter tenetur monasterium expensas ad litem necessarias ei contribuere, vt benè docet Valasc. loco citato, & tradit Sanch. *sup. d. num.* 8.

5. Maior difficultas est de fugitiuis, & apostatis, an monasterium teneatur solue-

soluere ea, quæ extra religionem in proprijs alimentis consumpserunt, vt si mutuo acceperunt nummos ad se alendum, & bona fide quidam dederunt, existimantes eos esse fugitiuos? Sanchez vbi suprà num. 21. existimat, ad nihil teneri monasterium, quia non tenetur eos alere, quandiu sunt in fuga, eo quòd illi non seruiunt religioni ex culpa sua, dum extra illam tàquam apostatæ vagantur. Cùm ergo monasterium non teneretur eos alere, consequenter eius negotium non est gestum eos alendo, nec exinde factum est locupletius. Accedit quod monasterium non tenetur ex contractu, vel delicto monachi, nisi quatenus inde factum est ditius, in eiusque vtilitaté contractus ille redundauit. Nec bona fides contrahentis cum illo monacho sufficiens est ad illius obligationem in monasterium transferendam. Et ad id confirmandum adducit exemplum patris, qui non tenetur alere filium sua culpa à sui consortio recedentem, ex Pinelo in l. 1. part. 2. num. 54. C. de bonis maternis, & exemplum vxoris, quę culpa sua à viro diuertens expensas interim factas repetere non potest, vt ex gloss. *in c. significasti, verb. matrimoniũ, de diuortio, docet Ioan. Lupus Rub. de donat. inter virum, & vxorem* §. 64. *num.* 6. & 16. *Surdo de aliment. tit.* 7. *quæst.* 7. *num.* 2.

6. Verum est tamen, quòd si monachus ab aliquo caperetur in monasterium reuocandus, ex tunc tenebitur monasterium ad alimenta, & expensas, quia ex tunc vtiliter eius negotiũ geritur, fitque id, quod monasterium efficere tenebatur, vt contingit in seruo fugitiuo, cuius alimenta repetit qui captum reuocat ad Dominum. Tandé tenetur monasterium ad alimenta, & expensas monachi licitè ex iusta causa fugientis, vt se præsentet superiori, quia vt diximus, tenetur tribuere monacho expensas necessarias ad litem, & ipsi accusanti Abbatem debentur alimenta, *cap. ex parte, de accusationib.* Ità Sanchez *loco suprà citato num.* 22. vide infrà *de apostatis. num.* 9.

7. Monasterium in monachi bona succedens tenetur alimenta præstare ijs, quibus tenebatur monachus, cùm id sit commune vnicuique bonorum successori, vt attingatur ære alieno eius, cu. succed t. Ita docet Conar. 4. decretal. 2. part. cap. 28 §. 6. numer. 14. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 15. numer. 43. & loquens de parte, & filijs professis tenet Surdus de aliment. tit. 1 à num. 1. vsque ad 10. Vnde cùm monasterium teneatur ad omnia ingressi, cui succedit, onera, consequenter tenetur alere eos quibus tenebatur ingressus alimenta ministrare. Sic Sanchez *dicto lib.* 7. *cap.* 31. *num.* 2.

8. Non tamen, addit ipse Sãchez, tenetur monasterium succedens in bona coniugis alere alterum coniugem inopem in sæculo relictum; si ingressus est Religionem, de consensu istius. Nã per professionem Religionis trãsferuntur bona profitentis in monasterium, ac proinde coniux consentiens ingressui alterius, sub inde huic alienationi consentire videtur: ex bonis autem alienatis altero coniuge consentiente non sunt à possessore illorũ alimenta præstanda: quippè consentiens alienationi præiudicat sibi, *l. si feudum per fidei comm ssum, & l. nihil* 6. 1 *ff. de legat.* 1. *& l. fideicommisso* §. 1 *ff. de pignoribus l. mater. C. de rei vindicat. Quod latissimè probat Surdus de alimento tit.* 1. *quæst.* 37. *à num.* 3. *vsque in fin*, quem refert, & sequitur Sanchez, supra *num.* 6. & 7. *vbi num* 8. addit, teneri coniugem tempore nouitiatus ex eis bonis alterum coniugem inopem alere, quia tunc non sunt alienata, nec matrimonium ratum est dissolutum, ac proinde non est cur idoneus cesset.

9. Sed hæc sententia Sancij mihi non placet, quia monasterium succedens in bona monachi tenetur ad omnia ingressi onera, illisque oneribus affecta ea capit, vt ex eodem Sancio resoluimus suprà. At onus alendi coniugem inopem competit alteri habẽti bona, ergo ad hoc onus tenetur mõnasterium ex successione, possidens ea bona, sicut etiam tenetur ad præstanda alimenta filio, & patri pauperibus religionem ingredientibus, si in bona fi-

lij

lij succedat. Atque ideo hanc partem tenent Ioannes Andreas *in additionibus ad Speculatorem, tit. qui filij sint legitimi §.1.num.14. Lara in l. si quis liberum §. si quis ex his numer.16.ff. de liberis agnoscendis.*

10. Neq; obstat, quòd per professionem transferuntur bona profitentis in monasterium, quia transferuntur cũ oneribus quibus ea erant affecta, sicq; eadem capit, coniux autem consentiens ingressui alterius ad religionem, licèt consentire videatur alienationi bonorum, non præiudicat sibi quantum ad alimenta, quorum præstandorum onus annexum est ipsis bonis, & eorum possessoribus, sicq; debere intelligi dictã *l. si fundum per fideicommissum*, & alia iura suprà allegata, tenent Doctores.

11. An autem monacho existente in scholis studiorum gratia, vel in alio negotio extra claustrum, teneatur monasterium ad expensas pro alimentis, & alijs necessarijs ibi factas, videatur Sanchez suprà num.15. & sequentibus, vbi resoluit, & tenet partem affirmantem, quando ex legitima superioris licentia abest, nisi expensæ illæ sint excedentes quantitatem religioso illi quotannis destinatam, tunc enim non tenebitur monasterium, modò excessus ille in expensis non sit contractus morbi curandi causa, vel ex aliqua vrgẽti causa rectè, & iuxta debitam administrationem factus. Quod benè etiam limitat cum Francò ca.2. initio, ne clerici vel monachi, nisi patris, vel alterius expensis esset religiosus ille in studio, tunc enim pater, vel ille alter tenebitur. Atque ita docere, ait, glos. *in ca.2. in principio, verbo, licentia, ne clerici, vel monachi libro 6. & ibi. Ioann. Andreas num.4. Archidiac. nu.6. Domin. num.9. Franc. nu.8. idem Archid. c. non dicatis 12. qu.1. n. vult. & ibi Bellamera n.35. Syluest. verbo, excommunicatio 9. casu 25. nu.55. in fine. Grafis 2. decis. libr.3. c.19. num.41. Molina tom.1. de Iust. disp.140. col.10. vers. item ex contractu, Tapia Auth. ingressi, verbo, sua, c.18. n.8. C. de sacros. Ecclesiis*, quos, & alios plures refert Sanchez suprà *num.10.*

12. Alimenta legata monacho ad certum tempus, v.g. ad decennium extinguuntur morte legatarij alendi antea contingenti, quia alimenta habent ex sua natura determinationem ex illius persona, cui debetur. Atque, ideò relictum etiam temporale habet tacitam conditionem, dummodo legatarius toto eo tempore viuat. Accedit, quòd omnis dispositio intelligitur iuxta subiectam materiam, ita vt conueniat naturæ actus, qui celebratur, vt tradunt iuris DD. Cum ergo alimenta suaptè natura morte alendi expirent, præfinitio temporis est intelligenda, nisi prius obeat, & ideo sic docent, & tenent Bart. & Iason, quos refert, & sequitur Surdus *de aliment. tit.13. q.1. n. 3. & 4. per textum in l. si cum præfinitione, in princip. ff. quando dies legati cedat, & tradit Sanch. lib.7. Decal. c.13. nu.10. vers. & in alio simili ad medium.*

15. De filio renunciante hæreditati parentum, an postea factus monachus possit petere alimenta? Vide Sanchez dicto l.7. c.7. num.5. vbi resoluit, quòd filius renuncians potest petere alimenta, si postea ita pauper efficiatur, vt aliunde ea habere nequeat, quamuis iureiurando iuri alimentorũ renunciauerit, quia tale pactũ aduersaretur iuri naturali, quo pater filiũ egẽtẽ alere tenetur. Sic multis allegatis latè probat Ant. Gomez l.22. Taur. n.12. in fine, Gutier. in c. quamuis pactum §. omninò seruari debebit n.5. & Pract. t. 2. l.3. q.62. n.19. Molina l.2. de primogenijs c.15. n. penul. Cou. in d.c. quia pactum, de pactis, l.6.2. p. §.6. n.8. concl.17. fine, qui addit in hoc casu necessariã esse relaxationem iuramenti, & idem docet noster Auctor *tom.1. summe c.10. num.4. in fine.* Quos, & alios plures refert, & sequitur Sanch. *d. n.5.*

14. Ex quibus idem videtur dicendum, quando præfatus filius renuncians paternæ hæreditati professus est in Religione capaci bonorum: nam si iste ante ingressum religionis poterat petere alimenta iure naturæ debita filio egenti, pari ratione poterit Monasterium ea petere post eius professionem, tum quia in omnia iura professi succedit; tum etiam quia si sentit onus eum

blendi tanquam filium Religionis, sentire etiam debet commodum exigendi alimenta naturæ debita, cui ipse monachus per professionem non censetur renunciare. Ita videtur tenere idem Sanchez ibi suprà num. 55. dum ait, in omnibus casibus, in quibus dicta renunciatio corruit, renunciantem succedere in bona, quibus renunciauerat; & per consequens Monasterium, succedendi capax, in quo renuncians ille professus est, in illa eodem modo succedere, quia, inquit, in omnia iura professi succedit Monasterium, ius autem habebat ille ante professionem petendi ea alimenta, vt suprà iam probauimus.

15. Quid si nouitius decedat ab intestato nulla renunciatione facta, succedet ne Monasterium in expensas alimentorum ipsius nouitij? Sanchez dicto lib. 7. Decalogi cap. 3. num. 95. resoluit cum Nicolao de Vbaldis, & Redoano, non succedere, quia nouitius non tenetur has expensas alimentorū soluere, si mutato animo exeat à Religione, vt ex nostro Auctore tom 3. quæst. 15. artic. vltim §. circa eandem concl. Et pluribus alijs probat idem Sanchez lib. 6. Decalogi cap. 10. num. 4. vbi num. 5. id temperat, nisi pactum esset largiendi monasterio expensas, seu alimenta nouitij; vt in monasterijs monialium contingit, tunc enim: siue nouitia perseueret, siue resiliat, expensæ debentur; nulla prorsus habita ratione ministerij, seu seruitij Religioni exhibiti, ex vi contractus de soluendo expensas initi.

16. An autem publicatis bonis ob patris crimen hæresis, vel læsæ maiestatis, publicentur etiam alimenta debita filijs in illis bonis; Affirmant Peregrinus, & Bosius *in sua practica titul. de bonorum publicatione nu.* 8. Iulius Clarus *libr. 5. receptarum quæst. 78. num. 26.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 2. Decalogi cap. 16 num. 25. & 26.* vbi resoluit, non teneri fiscū alere filios hæretici, sed omnia prorsus illius bona publicanda esse, nullis alimentis reseruatis, sed aliquando ex quadam pietate præstari debere paruulis hæreticorum filijs, & addit ibidem num 27. quòd si pauperes sint, possunt occultè capere sibi necessaria, n. c, tenentur sic rapta restituere, id tamen limitat in casu necessitatis extremæ, pro quo refert Imola *in Clement. Pastoralis, num. 25. de senten. & re iudic.* Ioan. Lupum. *cap. vestras notab. 3. §. 23. num. 16. de donat. inter virum, & vxorem*, & alios ibi citatos.

17. Quid verò iuris sit, quando publicanda sint bona vxoris ob viri delictum, & è contra, & an debeantur alimenta vxori ex bonis viri publicatis? Consule eundem Sanchez dicto lib. 2. Decalogi cap. 17. numer. 8. dum tradit, teneri fiscum alimenta præstare vxori, dum ipsi non soluit dotem publicatam in casu non permisso; sicut teneretur extraneus hæres, eò quòd ea obligatiò sit doti annexa. Ita Bosius, *in sua practica titul. de aliment. præstandis num. 2.* Peregrinus *de iure fisci lib. 5. tit. 1. num. 28.*

18. Vtrùm autem teneatur vir vxorem alere, ablata sibi ob eius crimen dote, vidè eundem Sanchez libr. 9 de matrim. disput. 5. numer. 19: vbi tenet partem affirmantem, & vltra doctores ibi relatos idem docet Castillò in l. 78. *Tauri in fine.*

RESOLVTIO IX.

De Altaribus.

1 Altare debet esse fixum, lapideum, & consecratum, sufficit tamen, quòd superior mensa ipsius, seu ara, super quam fit consecratio, & reponitur corpus, & sanguis Domini, sit lapidea, & habeat eam longitudinem, & latitudinem, quæ capere possit hostiam, & maiorem partem calicis, & patenæ sine periculo cadendi. tom. 1. quæst. 18. artic. 1. De quo Syluest. verbo altare, & alij plures, & est communis, ex Azor *tom. 1. inst. moral. libr. 10. cap. 27. quæst. 7.*

2. Soli Episcopo reseruatur altarium consecratio, cap. nullus presbyter. 2. de consecrat. distin. 1. qui bis, aut ter requisitus à Mendicantibus intra diœcesim consistentibus pro suorum consecratione, & renuerit, possunt adire quemcunque Catholicum Episcopum ad id peragendum, ex concessione Sixti V. non reuocata per Concilium Tridentinum Item sede vacante idem potest Episcopus vicinior requisitus a Fratribus, ex Sixto IV. & Eugenio IV. apud Bullarium. Quę etiam priuilegia non sunt derogata per dictum decretum Tridentinum, quando diœcesanus bis, aut ter requisitus renuit consecrare præfata altaria, vt dictum est *ibid. & in Addit. Summæ tom. 3. cap. 19. num. 1. Azor suprà quæst. 3. 4. & 6.*

Trident. sess. 6. c. 5. de ref. Bullar. bulla 37. Sixti 4. n. 76. & 77. & bulla 18. Eug. 4. nu. 20. & bulla 34. Sixti 4. n. 21. Bull. bulla 3. Leo X. n. 4. & bulla 6. Adri. 6. num. 4.

3. Abbates Cistercij possunt in suis Ecclesijs tantùm altaria consecrare chrismate accepto ab aliquo Episcopo, vt suprà iam diximus de Abbatis. bus numer. 7. At in partibus Indiarum presbyteri religiosi Societatis Iesu, vbi Episcoporum copia non habetur, habent idem priuilegium à Paulo III. eodemque gaudent Prouinciales Minorum, & illi, quibus ipsi duxerint committendum, etiam pro vsu alieno, in casu necessitatis; Episcopis in Prouincia non existentibus, ex Leone X. & Adriano VI. apud Bullarium, *ibid. art. 2. Portel verb. altare num. 2. Villalobos 1. p. summ. tract. 8. d. ff. 25. num. 2. Suarez tom. 3. diss. 81. sect. 5.*

4. Licitum est Episcopis in itinere, & vbicunque celebrare, aut celebrari facere in altari portatili, cap. quoniam Episcopi, de priuileg. libr. 6. Idē possunt Fratres Prædicatores, & Minores itinerantes, sine præiudicio tamen Ecclesiæ parochialis, cap. in his, de priuileg. & per priuilegium Innocentij IV. & Sixti IV. & aliorum Pontificum apud Bullarium, quod non est reuocatum per Concilium Tridentinum, ex cuius mente colligitur, quòd Episcopi pro libito non concedant licentiam ad celebrandum in oratorijs priuatis, & in altari portatili, non tamen negat esse concedendam iusta ad id interueniente causa. Vnde tacentibus ipsis, & non contradicentibus (sicut videmus eos tacere) benè possunt Regulares vti dictis priuilegijs: secus si de facto prohibeant, tunc enim minimè possunt, *ibid. art. 3. de quo Syluest. verb. altare num. 5. Culus lib. 5. maiorum instit. tit. 6. de Missa, nu. 39. Portel, verb. altare, numer. 1. Azor tom. 1. instit. moral. cap. 26. quæst. 4.* Villalobos, *dicto tra. 8, diff. 23. num. 7. §. tambien tienen.*

Bullar. bulla 24. Inn. 4. & bull. 14. Sixti 3. n. 7. & bull. 13. n. 9. & Alex. 6. & Bull. vnic. Vrbā 3. Trident. sess. 22. decret. de obser. & euit. in celeb. Missæ.

5. Dato autem quòd sint reuocata dicta priuilegia (quod firmiter negamus) Gregorius XIII. post dictum Concilium concessit religiosis Societatis Iesu, quòd non obstante dicto decreto Concilij possint in suis missionibus celebrare in altari portatili vbique gentium, etiam in castris militum, seruata forma Pauli III. videlicet cum debita reuerentia, & honore: idemque in suis domibus in priuato oratorio à Prouinciali approbato, vt refertur in Compendio Societatis, titulo Altare. Quo priuilegio gaudent cęteri Religiosi, maximè Mendicantes per communicationem. Caueant tamen ab vsu priuilegij Alexandri VI. de celebrando in Cameris, vbi dormiunt sæculares, ob magnā indecentiā, & quia quātum ad hoc est reuocatum dictum priuilegium iuxta mentem ipsius Concilij *tom. 1. q. 43. art. 4. & 5. et citato loco Addit. summ. numer. 3. de quo Ledesma in summa 1. p. tract. de Eucharistia concl. 2. dub. 1. & 2. Azor instit. moral. 1. p. lib. 10. cap. 28. quæst. 4. & 5. Enriquez in summa 2. p. libr. 8. cap. 56. pag. 778. & alij relati à Barbosa in remis. ad Tridens. dict. decreto de obseruand. & euitan. in Missa, F. Ioann. à Cruce in suo epitome libr. 2. cap. 5. concl. 4. §. si obijcias, quem refert Portel. verb. altare num. 1.* à quo non differre videtur Miranda *tom. 1. quæst. 40. art. 9. concl. 4. ad finem, idem docet Villalobos 1. part. summæ tract. 8. diff. 13. nu. 7.*

Hodie post Concilium Tridentinum posse in casu necessitatis Missam celebrari in altari portatili, secluso omni priuilegio, tenet Nauarr. in Manuali capit. 25. numer. 82. & resoluit Auct. tom. 3. quæst. 32. numer. 12. in fine, vide infrà de Prædicatoribus n. 15.

Villalobos suprà num. 2. ad finem, ait id esse sublatum ex parte per Paulum V. cuius Bullam, addit, se non vidisse, sed num. 3. iterum sentit cum Nauar. & nostro Auctore, ad quod etiam citat Sot. *in 4. dist. 13. qu. 1. ar. 3. Syluest. verb. Missa, 1. q. 5. Suarez tom. 3. disp. 81. sect. 4.*

6. Aduerte, quòd quando dicitur, religiosos posse celebrare vbique in altari portatili sine præiudicio Ecclesiæ parochialis, hoc in duobus consistere, nempè in exactione decimarũ, & primitiarum, iuxta declarationem Sixti IV. apud Bullarium *tom. 2. q. 57. art. 1.* Idem docet Villalobos suprà *d. num. 7.*

Bullar. bull. 37. Sixti 4. n. 36. & 87.

7. Concilium Tridentinum Episcopis mandans, vt non permittant Missas celebrari omninò extra Ecclesiam in domibus priuatis, non reijcit capellas, oratoria, & altaria portatilia erecta in infirmarijs, aut grangijs monasteriorum ad diuina celebrãda, iuxta priuilegia Regularium, de quibus in Bullario, cum nomine Ecclesiæ veniãt monasteria, & eorum grangiæ, & loca, quæ habent eandem immunitatem, quam habent Ecclesiæ, eorundem Regularium, ex priuilegio Eugenij IV. in Compendio Cister. titulo grangiæ §. 2. *ibid. art. 1. & 2.* Idem docet Villalobos *dict. num. 10. §. non obstat.*

Bullar. bull. 29. Alex. 4. & bulla 14. Sixti 4. n. 7.

NOTAE.

8. In Compendio D. Hieronymi in Hispania, verb. Altare, §. 1. conceditur, vt Fratres intra suos conuẽtus possint erigere altaria ad celebrationem Missarum, cum debita tamen decentia, maximè apud loca, vbi decubant infirmi, etiam in Camera prælati. Idem concessit Gregorius XIII. Societati Iesu apud eius Compend. verb. Oratoria, §. vnico. Licèt verò ibi dicat Collector, id non permitti fieri à Prouincialibus, nisi in locis remotis ab oppidis, priuilegium tamen D. Hieronymi id absolutè concedit, eòque frui possunt aliæ religiones per communicationẽ, vt tradit Portel *dict. verb. Altare, n. 3.* Villalobos *dict. tract. 13. nu. vlt.*

9. An ad substantiam consecrationis altaris requiratur, vt ea fiat cum reliquijs Sanctorum? Vide Azor suprà d. cap. 27. q. 8. vbi refert duas opiniones: tandemque partem affirmantem tanquam probabiliorem, iurique conformiorem amplectitur, cum Syluestro, Tabiena, & alijs, qui eam communem sententiam prædicant. Idque probat ex Concilio Africano, & refertur cap. placuit, de consecrat. dist. 1. vbi præcipitur, vt euertantur altaria, quæ sine Sanctorum Reliquijs eriguntur, item ex cap. de fabrica, eadem dist. Ex quo colligi videtur, consecrationem Ecclesiæ sine Reliquijs Sanctorum nõ fieri, quamuis Ecclesia diruta instaurari sine ipsis queat, eo quòd ipsarum loco, sint Missæ antè ibidem celebratæ. Et concludit, quòd vbi sacræ Reliquiæ haberi non possent, altaria non sunt consecranda absque Romani Pontificis consensu. Sed oppositam sententiam videtur confirmare vsus communis Ecclesiæ, quo multa altaria sine his Reliquijs dicata habentur, idque innuitur in cap. non oportet 29. dist. Vbi habetur, quòd non distribuantur mysteria, aut sacramenta, nisi in Ecclesia, aut in Basilica, vbi Martyrum reliquiæ sunt depositæ, quo datur intelligi, sufficere reliquias aliquas Sanctorum esse in Ecclesia, vt possit in ea celebrari, licèt in altari, in quo celebratur Missa, nõ sint collocatæ, Sic tenent Hugo, Astensis, & Angelus relati ab eodem Azor, idque amplius probant ex eo, quod in Codicibus Ecclesiasticis antiquis Missarum ordinem, & formulam continentibus annotatur, quòd si reliquiæ non fuerint in altari, omittatur illa particula orationis, quæ dicitur post confessionem, nempè: *Oramus te Domine per merita Sanctorum, quorum reliquiæ hic sunt.*

10. Altare stabile consecrationis formam amittit, si eius mensa à stipite, vel columnis, quibus innititur amoueatur, vel ita frangatur, vt ad vsus sacros reddatur ineptum, vel inutile, aut nimium deforme, ad arbitrium Episcopi: secus tamen si mod-

ce

tè tantum frangatur, dummodo non sit in duas partes fractum, vbi facta est altaris consecratio. Item consecrationis forma deperditur, si sepulcri signum, & repositorium Reliquiarum, in quo conduntur reliquiæ, frangatur, vel minuatur. Altare verò portatile, quæ vulgo dicitur, Ara, amittit consecrationem, si lapis ipse notabiliter frangatur, ita vt sepulcri signum ab eo auellatur, vel non possit aliqua ex partibus commodè capere calicem & hostiam. Non tamen quando lapis aræ inclusus est in ligno, & sepulcrum extat in lapide, & amouetur lapis à ligno, vt rectè docent Syluest. verb. Altare, quæst. 9. Tab. §. 3. Azor vbi suprà quæst. 12. Suarez tom. 3. disp. 81. sect. 5. & resoluit Villalob. suprà diff. 25. numer. 3. & 4. & Portel suprà num. 4.

11. Qui ibid. numer. 5. aduertit, quòd etiamsi altare sit consecratum, & destructa Ecclesia consecrata postea reparetur, non licet in ea sine Episcopi licentia celebrare, secus si Ecclesia tantum extat benedicta, tunc enim fas est Missam facere in illa apud altare portatile, vt constat ex *c. concedimus, de consecrat. dist.* 1. & ex cõmuni Ecclesiæ vsu.

12. Violata Ecclesia, vel polluta, altare stabile, non verò portatile in ea contentum, aut positum in loco, qui cum Ecclesia coniungitur, polluitur, & violatur, & è conuerso. Nam si polluitur Ecclesia, violatur ex toto, non ex parte: si autem polluitur altare, quod est in Ecclesia, necesse est, vt Ecclesia ex toto violetur. Ita Syluest. verb. Altare quæst. 11. ex Abbate in cap. proposuisti, de consecrat. Ecclesiæ. Secus quando Ecclesia amittit consecrationem, id enim fit eius parietibus dirutis, vel exustis, altari integro permanente, & è contrario altare fractum ampliùs consecratum non est, nec tamen idcirco Ecclesia desinit consecrata existere, vt ex Syluest. & Abba. citatis resoluit Azor vbi suprà quæst. 14.

RESOLVTIO XI.

De Appellationibus.

1 Appellatio est à minori ad maiorem, seu superiorem prouocatio, cap. omnis oppressus, cap. si quis vestrum, cap. ad Romanam, cum aliis 2. quæstion. 6. & est duplex, iudicialis, quæ iniquæ sententiæ querelam continet; & extraiudicialis, qua à præsenti, aut verosimili futuro grauamine ad superiorem prouocatur (aliquando enim extra iudicium appellatur, vt in electione, cap. constitutis, de appellat. (Duplicem effectum operatur appellatio, deuolutiuum scilicet, & suspensiuum, iste suspendit pronunciatum, & iurisdictionem iudicis quoad causam, de qua agitur, & illam ad superiorem omnino transfert: ille, hoc est, deuolutiuus tantùm deuoluit causam ad iudicem superiorem, non suspendendo pronunciatum, nec iurisdictionem iudicis à quo. *tom.* 1. *q.* 29. *art.* 1. *de quo vide Syluest. verb. Excommun.* 2. §. 1. *& DD. in tit. de appellationib. Portel, verbo, appellare, in addit. ad dubia n.* 1. *Miranda Ordin. Iud. q.* 30. *art.* 2. Sanchez infrà citand. *numer.* 101. *& sequentib.*

2. Decretum Iulij II. prohibens Mendicantibus sub pœna excommunicationis appellare à superiorum mãdatis, & correctionibus debet intelligi, nisi correctiones in modo excedant, tunc enim per viam appellationis, aut simplicis querelę possunt optimo iure ad superiores recurrere, iuxta cap. de priore, de appellat. & mente, cap. ad nostram, eod. tit. nam defensio est de iure naturali, nec Mendicantes in hoc debent esse deterioris conditionis, quàm alij, aut id derogat statui, & perfectioni eorum. Simili modo debent intelligi priuilegia Bonifacij VIII. & Eugenij IV. apud Bullarium. Bullar. bulla 2. & 10.
At Fratres Minores ex quadam constitutione Gregorij XIII. prohiben-

Bonif. 8. & Iuli 9. Eug. 4. bulla 2. Greg 13. Bull. bulla 31. Alex. 4. Trident. sess. 25 c. 4. de Regul.

tur ad sæcularia tribunalia appellare sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reseruatæ, sed tantùm permittitur eis appellare gradatim à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, seu ad Papam, sic declarante Congregatione Cardinalium. Idem prohibuit Alexander IV. Cistercienſibus sub obedientia, ne extra ordinem appellent, item & Clemens VIII. nec hoc prohibetur in Concilio Tridentino, sed tantùm, quòd Religiosi ad superiores non recurrant, nisi cum ipsorum licentia, vel nisi ab eis vocentur. *ibid. art 2. & tom. 2. q. 41. art. vnico, de quo Nau. in cap. non dicatis 12. quæst. 1. num. 61. Conar. Pract. c. 4. num. 9. idem citatis multis docet Sanchez libr. 6. Decalog. cap. 8. num. 109 & 110. Portel verbo, appellare, num. 1. & sequent.*

3. Licèt autem concedatur religiosis, ad Protectorem Ordinis, vel ad sacram congregationem Cardinalium, seu ad Papam appellare, & ad eius legatos, hoc tamen non decet fieri ob decus Religionis, nisi in causis grauibus, & cum magna consideratione, *ibid. art. 3.* de quo Aragon *2. 2. qu. 69. art. 3.*

Non est iudicandus apostata religiosus accedens ad superiorem ob iniustũ grauamen, de quo euidenter constat, quia habet vim appellationis, *tom. 1. quæst. 30. art. 3. & tom. 2. quæst. 53. art. 10. §. ad 3. de quo Nauar. Commentario 2. de Regularibus, numer. 61. & Comment. 3. num. 50. & in cap. non dicatis 12. quæst. 1. num. 61. Sayro in Claui Regia lib. 2. cap. 17. num. 37. cum sequent. Azor inst. moral. 1. part. lib. 12. capit. 11. quæst. 7. & 8.* quos refert Barbosa *in remission. ad Tridentinum dicta sessione 25. cap. 4.*

4. Iudex non admittens appellationem, ad hoc vt peccet, non requiritur, quòd sententia sit iniusta secundũ acta, sed sed sufficit, quòd credatur re ipsa iniusta, & peragenda de nouo possit demonstrari talis, *ibidem dict. q. 29. art. 4.* De quo Nauar. *in Manual. cap. 25. num. 15.*

5. Sicut interdictum ingressus possessionis agri, vel beneficij, vel eius possessionis, vel aliorum actuum, qui non tangunt animam, suspenditur per appellationem, vt omnes concedunt in capit. is cui, de senten. excom. in 6. capit. ad hæc quoniam, de appellat. ita suspensio à voce actiua, & passiua suspenditur per appellationem subsequentem. Vnde si post appellationem suspensus eligat, vel eligatur, electio proculdubio erit valida. Quod maximè debent aduertere Regulares in similibus appellationibus à priuatione vocis actiuæ, & passiuæ, quæ apud illos aliquando solet à religiosis fieri in Capitulis, & Congregationibus, poterũt enim à tali appellare priuatione facta ab inferiori, & procedere ad electionem, nisi dicatur, quòd in Religione appellatio tantùm habet effectum deuolutiuum, & non suspensiuum, *ibidem art. 5.* ad quod Portel *in addit. ad dubia, dicto verb. Appellare num. 1.*

6. Appellari non licèt à lege generali emanata à legitimo conditore in bonum publicum seu commune, licet possit ab illa supplicari, vt reuocetur, aut moderetur, interim tamen non potest suspendi eius executio ab inferiori, interposita appellatione, nam re uera hoc appellatio est, & suspensio executionis in hoc casu est effectus ipsius appellationis, quæ non permittitur, nisi ob grauamen, grauamẽ autem legis vniuersalis non est grauamen. Secus dicendum in rescripto, cuius executio suspenditur interposita supplicatione, quia tangit ius priuatum. *tom. 1. quæst. 6. art. 7. §. dico secundò, vsque ad finem.* De quo D. Thom. 1. 2. q. 90. *art. 2. vbi Medina q. 16. a. 3.* Rebuff. cum communi *in l. Scæuola, §. si qua pœna, ff. de verbo. signific.*

7. Clausula illa solita apponi in priuilegijs Regularium, omni appellatione postposita remouet omnem appellationem legitimam, scilicet, & friuolam, seu sinè iusta, & legitima causa impositam, vt quando quis appellat nõ grauatus iniustè, & iudex non obstante tali appellatione potest sententiam executioni mandare, quia in hoc casu solum habet effectum deuolutiuum, & non suspensiuum, nisi facta fuerit inhi-

bitio,

bitio; vel nisi ex certa scientia Papa commiserit appellationem, *tom.1.q.8. art.14.* Vide infrà in notis *num.17.*

8. Iudex non tenetur deferre appellationi friuolæ, imò eam omninò remouere debet, potestque agere actione iniuriarum contra taliter appellantem, sic autem appellans mortaliter peccabit. *ibidem.* De quo D. *Thom. 2.2. quæst.69. art.3. Portel, verbo, appellare num.2.*

9. Licet appellatione pendente nihil possit innouari, vt est noti iuris, at quando proceditur secundùm æquitatem de bono & æquo, non seruatis rigore, & apicibus iuris (vt fit inter Regulares) id in aliquo casu particulari potest non procedere. Vnde Religiosus canonicè electus in prælatum, quē Præses noluit confirmare, & à quo appellauit idem electus, potest nihilominus non obstante appellatione ab ipso Præside mutata sententia confirmari, valetque ipsa confirmatio cùm dictus Prēses adhuc suam commissionem habere supponatur, & partes ab appellatione, & deuolutione causę ad superiorem iam desistere dicantur, *ibidem quæst.11. art 6.§. ex quo infertur*, idē docet Portel vbi proximè *num. 8.* vbi addit posse iudicem à quo appellatum est ob censuram, ab illa absoluere appellantem post appellationem, ex Suarez *de censuris disp.7. sect.2. num.32. & 33.*

10. Addo cum Auctore in Addition. summæ tom.3. capit.20. numer.1. quòd licèt in Concilio Tridentino habeatur, *quod in causis visitationis, & correctionis, siue habilitatis & inhabilitatis, nec non in criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Generali ante definitiuam sententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine non appelletur.* Hoc tamen cùm in causis criminalibus sit exorbitans à iure communi, non extenditur ad causas criminales, quæ tractantur apud iudices inferiores, aut delegatos Papæ vel Episcopi, sed tantum in actis apud Episcopum, vel eius Vicarium Generalem. Nam ratio, ob quam Concilium hoc concedit Episcopo, scilicet, vt ex eo inuitetur, & alliciatur ad residendum in sua Ecclesia, in alijs non militat. Vnde fit, quòd dictum decretum Concilij non procedit in causis criminalibus Regularium, ne appellent à sententia interlocutoria, aut à grauamine Prēlati, quia in his non militat dicta ratio Concilij contra defensionem à iure naturali, & humano concessam ipsi grauato. Pro quo citat Nauar. *in Manual. cap.25. num.15. vers. Secundo nota*, ad quòd etiam consule Suarez de Paz *in Praxi tom.2.p.5.c. vnico numer.13. & 14.* Quaranta *in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas vers.1.quarto p.65. vbi* resoluit non posse appellari ab interlocutoria in scriptis, & expressa causa iusta, ex dicto decreto Concili, licèt olim attento iure liceret ante Concilium. Ita refert Barbosa *in Remissionibus ad Tridentinum citato eo num.3. in fine.*

11. Vbi etiam *à num.8.* refert decretum sacræ Congregationis Cardinalium causis Episcoporum Præpositę die 16. Octobris anno Domini 1600. quo de mandato, & consultatione Domini Clementis VIII. viuæ vocis oraculo desuper habito declaratum fuit inter alia quòd de causis, quæ coram inferioribus iudicibus pendent, ante definitiuam sententiam, vel vim definitiuæ habentem de grauamine illato superiores cognoscere non valeant, licèt citra prēiudicium cursus causarū se id facere contestentur. Nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur, etiam expensis appellantis.

12. Item eadem Congregatio declarauit, quòd in causis visitationis Ordinariorum, aut correctionis morum quoad effectum deuolutiuum tantùm admittantur appellationes, nisi de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur, vel cùm visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensiuum. Item cum à grauamine irreparabili per diffinitiuam, vt indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut ex-

communicationis, etiam comminatæ appellatur, non nisi visis actis ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouisio aliqua concedatur. Ita Barbosa refert *citato loco, num. 15. & 16.*

NOTAE.

13. Circa resoluta. num. 3. in fine. Idem docet Sanchez vbi supra dicto, num. 109. qui addit ad finem num. 110. quod attento iure communi non solum conceditur appellatio quãdo grauamen est certum, sed etiam quando est dubium, & solum denegatur, quando apertè constat nullum esse grauamen, vt constat ex c. cum speciali §. porrò, de appellat. & ibi tradunt DD. ex Syluestro, verbo, appellatio, qu. 12. num. 13. At Religiosis appellare non permittitur, nisi quando excessus prælatorum manifestus fuerit: hoc enim pax, simplicitas, & obedientia religiosorum postulat, quę bona eorum priuilegia, & constitutiones Apostolica auctoritate firmatæ circa id spectant, vide Miranda *tom. 1. Manual. quæst. 51. art. 1. conclus. 1. vers. in quo etiam sensu.*

14. De excommunicatione lata à Grego. XIII. contra Minoritas recurrentes ad tribunalia sæcularia, vide Portel in addit. ad dubia numer. 3. vbi resoluit, non incurrere dictam censuram religiosum adeuntem, seu recurrentem ad Regem, proregem, vel Gubernatorem ad impetrandum seu implorandum remedium cõtra iniustum grauamen sibi illatum, etiam si per modum querelæ id fiat dummodo imperiosè, & auctoritatiuè rex vel pro rex in causa non instet, sed tantùm intercedendo, seu etiam monendo, vt desistatur ab iniusto grauamine.

An autem pro vi iniusta tollenda, casu quo non sit recursus ad superiorem, possit religiosus ad Potestatem, seu Magistratum sæcularem accedere, vt vim tantùm tollat, & faciat iudices alios superiores assignare pro sola vi tollenda, absque incursu Bullæ in Cœna Domini? partem affirmantem tenet Fuscus *de visitat. lib. 2. cap. 23. num. 5.* Valasc. *consult.* 100. *n.* Zeuallos *lib. 4. Communium quæst. 1. num. 102.* & alij relati a Portel supra *num. 3. ad finem.*

15. Vbi num. 4. citat Miranda Ordinè iudic. quæst. 30. art. 5. conclus. 4. asserentem, eadem excommunicatione ligari omnes alios religiosos, cuiuscunque Ordinis sint, ad sæcularia tribunalia, seu ad regem ipsum, etiam ad vim iniustè illatam repellendam, appellantes, additque cum Aragone ibi citato, eam censuram esse vnam ex latis in Bulla Cœnæ Domini, casu 15. Quod limitandum censeo, quando id fit per viam, seu modum appellationis ad tribunalia sæcularia; secus quando fit per modum simplicis querelæ, ad reppellendam vim iniustè illatam, quando aliter repelli non potest, idque in aliquo casu specialissimo concernente bonum totius Religionis, vel honorem alicuius prælati iniustè grauati, quia defensio est de iure naturali, vt supra ex Auctore, & alijs probauimus, & faciunt tradita ex sententia Fusci, & DD. proximè à nobis citatorum.

16. Vtrùm verò possint recusari prælati Regulares, sicut ab ipsis potest appellari? Affirmant contra glossam final. in cap. ad nostram, de appellat. Hostiensis, cap. cum speciali in fine, eodem tit. verbo, extendi, num. vlt. vbi Ioan. Andre. num. 18. Anton. in fin. Bel lamer. num. 14. Abbas num. 3. § Porrò, Alexand. de Nono eodem §. numer. 8. Pręposit. in fine. Franc. num. 4. quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra nu. vlt. dum docet recusationem, & appellationem in hoc ęquiparari, vt neutra absque causa liceat, & dictum cap. cum speciali, non extendi ad Regulares, quatenus extensio impediret eorum correctionem iuxta regularia instituta. Quarequando prælatus valde suspectus crederetur, ac excessurus ob passionem, posse tunc recusari, sicut & ab eo in hoc casu posse appellari certũ est. Dicta tamen recusatio concedẽda non est, nisi qñ manifesta est causa suspicionis pręlati, vt diximus de appellatione, cũ recusatio, & appellatio ęquiparentur *cap. super eo, el. 2. eodem titulo.*

17. Secu-

17. Sententia Auctoris de quo supra nu. 7. existimantis per clausulam, appellatione remota, omnes appellationes remotas censeri, etiam rationabiles, & iustas, aperte confirmatur ex cap. pastoralis 53. in princ. de appellat. qui textus, præsertim ad hanc sententiam adstruendam, ea ratione vtitur, quòd cùm frustratoria appellatio iuris auctoritate satis remota sit, non solùm hæc, sed quæcunque iusta, ac probabilis appellatio per hanc clausulam prohibita intelligitur; alioquin ea clausula superuacanea redderetur, quod dici non debet, cap. si Papa, de priuileg. in sexto, iunctis traditis à Menochio lib. 4. præsumpt. 173. num. 15. Goncalez ad regul. 8. glos. 6. numer. 28. Suarez allegat. 28. numer. 2. Qui ad propositum, quòd clausula, etiam odiosa, ita interpretanda est, vt aliquid operetur, valde extollit textum in dicto cap. Pastoralis, quem in hunc sensum accipiunt vltra Auctorem dicto artic. 14. Abbas ibi à num. 2. & 14. Ferusin. n. 3. Decius num. 6. Vvamesius num. 4. vt sic iam vi deas turpiter lapsos Doctores communiter existimantes, per hanc clausulam duntaxat appellationes friuolas, seu frustatorias remoueri, non item iustas, ac probabiles: quam sententiam probant Speculator *lib. 2. tit. de appellat. §. in quibus numer. 15. Bart. l. 1. §. & parui num. 3 ff. quod vi, aut clàm, & l. 1. §. interdum. num. 3. ff. à quibus appellare non licet, Lancelot. de attentatis 2. p. cap. 12. limit. 8, num. 4. Menoch. de arbitra. lib. 2. casu 197. num. 2. Marchesan. de commissionibus 1. p. cap. 19. à numer. 18. Scaccia de appellat. q. 16. limit. 1. à num. 93.* & plures alij, quos refert nouissimè Augustinus Barbosa *in Collectanea ad Decretales in dict. cap. Pastoralis num. 2.*

18. Sed dum ex iure, & ex priuilegijs colligitur frequentissimè solere Pontifices in rescriptis iudices dare appellatione remota, non immeritò quæritur, cur id eis permittatur? Et quidem prima fronte videbatur non posse, eo quòd appellatio defensionē contineat, capit. Omnis oppressus 2. quæst. 6. & ad præsidium innocentiæ noscatur, cap. cùm speciali, §. porrò, de appellat. præsertim cum defensio à iure naturali originem sumat. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes, l. 3. ff. de iust. & iur. Qua ratione citatio à principe remitti nequit, cap. 1. de causa possess. Clement. Pastorali. §. cœterum, de re iudic. nec item exceptio peremptoria auferri potest, l. causas 16. C. de transact. l. 2. C. de precibus Imperatori offeren. Cui adde Cuiac. libr. 2. obseruat. cap. 10. & plures citatos ab Stiligero ad Donel. libr. 22. comment. cap. 9. litera D. & sequentibus literis. Cuius nodi soluendi gratia varè solet responderi, consulat qui velit Couar. *in rubr. 1. p. cap. 2. à num. 21. C. de resident.* Scaccia, *d. quæst. 16. limita. 1. à numer. 22.*

19. Explicita clausula, appellatione remota, non erit incongruum de alia dispicere, cùm scilicet Pontifex causam committit cum clausula, reiectis exceptionibus. Et quidem hac in re extat nobile rescriptum in cap. ex parte 13. de officio delegat. vbi disertè scribitur, quòd & si Pontifex non soleat hac clausula vti, supponit tamen quòd si eam exprimat, huius clausulæ virtute nullæ exceptiones admitti debent, etiam rationabiles, tradunt Felin. ibi numero. 6. Socin, regul. 130. Garcia regul. 438. latè Asinius in praxi §. 31. capit. 20. & sequentib. In qua re labuntur etiam turpiter Doctores communiter, dum scribunt, per huiusmodi clausulam non nisi repellendas exceptiones friuolas, & minus legitimas. Ita docent plures, quos refert latè Barbosa *Collectanea ad Decretal. in d. cap. ex parte num. 2.*

20. Quando grauamen illatum per interlocutoriam non potest tolli per appellationem à diffinitiua, posse appellari, docet Nauar. consi. 2. de appellationibus. Et quòd possit appellari ex rationabili causa ante sententiam, & causā debere exprimi corā ipso iudice à quo, habetur *in c. vt debitus honor 59. de appell. et c. cū appellationibus friuolis, eodē tit. lib. 6.* Vide tamē Suarez de Paz vbi suprà numero 3. & Quaranta *loco citato.*

21. Sacra Cardinalium Congregatio

ita censuit: Archiepiscopus non debet se ingerere in prima instantia causarum, quæ agitantur coram eius suffraganeo. Et iterum: non est inhibendum Episcopis in aliqua causa, quæ fit coram eis in prima instantia, nec deferendum appellationibus, nisi in casibus de quibus suprà. Ita refert Zerol. *in praxi Episc. verb. appellatio. vers. ad decimũ*, & adest Bulla Gregorij XIII. quæ est 24. *fol.* 120. *in Bullario*, teste Barbosa suprà, *num.* 4.

Bullar. bul. 24. Greg. 12. 22. Item eadem Congregatio definiuit: Metropolitanum non posse cognoscere, etiam citra præiudicium cur sus causæ coram Episcopo, neque ad eum effectum etiam absque vlla inhibitione posse simpliciter mandare, vt sibi transmittatur copia processus expensis appellantis, extra casus à prædicto Concilio expressè concessos appellandi. Refert ex Quaranta *vbi suprà*, Barbosa super *dicta. cap.* 1. *de reformat. num.* 5.

23. Item quòd Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchæ in suffraganeos, eorumue subditos non iudicent, nisi in casibus à iure expressis.

Item, nec alij superiores, etiam Nuntij, vel Legati à latere specificam facultatem maiorem non habẽtes causas in Curijs Ordinariorum, vel aliorum iudicum pendentes ad se non aduocent, nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum iurisdictionibus quoad alias causas eximere non possint.

24. Item, appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documẽta, quæ realiter exhibeantur, priùs constiterit appellationem à sententia definitiua, vel habente vim definitiuæ, aut à grauamine, quod per definitiuam sententiam reparari non possit, in casibus à iure non prohibitis per legitimã personam, & intra debita tẽpora fuisse interpositam, ac prosecutã. Sic Barbos. suprà *à num.* 8. *vsque* 10.

25. Item, inhibitiones post appellationem, sicut præmittitur, receptam, non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, aut decreti diffinitiui, aut vim diffinitiui habentis, vel damnum per diffinitiuam irreparabile continentis, alias inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcunque sint ipso iure nulla, eisque impunè non parere liceat.

26. Item, si appellans asserat sententiæ, aut appellationis exemplum culpa iudicis à quo, vel actuarij haberi non posse, non ideò recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantùm, ad quos pertinet, iniungi poterit, vt soluta condigna mercede actorum exemplum authenticum appellanti intra breuem aliquem competentem terminum tradatur. Caueat tamen iudex à quo, nisi verè appellatum in causa appellabili fuerit, interim aliquid in præiudicium appellantis attentet, & si per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit iudex appellationis adijcere, ne interim aliquid noui contra appellantem intentetur.

27. Item, ab executione decreti sancti Concilij Tridentini, aut visitationis Apostolicę appellationes à Metropolitanis non recipiantur: nec; si virtute eiusdem sacri Concilij procedunt, vt Sedis Apostolicæ delegati in causis, quæ sub eorum iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salua tamen in hoc casu Legatorum, & Nuntiorũ Apostolicorum auctoritate. Sic Barbos. *suprà à num.* 12. *vsque* 14.

28. Item, causa appellationis dum pendet, appellans in eodem quo reperitur carcere, permanebit, quoad iudex, ad quem appellatũ est, visis actis, ea causa cognita, aliter decreuerit, & tunc si à iudicijs ad quem decreto vim diffinitiuæ habente fuerit appellatum, nihil mãdare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

29. Item, acta originalia processuum primæ instantiæ ad iudicem appellationis notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, &

ſa,& ſuſpicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur, & tunc terminata causa remittēda ſunt ad ordinarium, vt in ſuo archiuo conſeruentur.

30. Tandem à ſententia diffinitiua contra verum contumacem prolata appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quæuis prouiſio, quandiu appellans in huiuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur. Sic refert Barboſa vbi ſuprà *num.17. & ſeqq.*

31. Iuriſdictio competens Ordinarijs quoad originem iudiciorum in beneficialibus cauſis, quæ coram eis in prima inſtantia cognoſcuntur, vt habetur in Concilio Tridentino, de inferioribus etiam habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & de proprijs iudicibus ordinarijs, vt ſunt Ordinarij Militiarum D. Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, intelligi debere reſoluit Auctor *tom.1. quæſt.36. artic.4. verſ. & quod Ordines Militares, ex Sarmiento lib.3 de ſelectiar.c. final. idem tenet Nauar. conſil 2.nu.4 ſub titulo de foro competent. Farinac.4 p.deciſ.*100. *Flamin de reſignat.lib 3.q.11.num.19. vbi num.22. docet ſub verb. Ordinarijs*, etiam comprehendi vicarium Epiſcopi. de quo etiam vide Sanchez *de matrim. libr.3. diſp.29.numer.5.& 17. Gutier.de matr. cap.66. num.* 14. quos refert Barboſa *in remiſſionibus ad citatum cap.20. num.1.*

32. Circa illud verò, quod addit Concilium *ibidem*, nempè quòd ſi poſt biennium à die motæ litis non ſint terminatæ cauſæ, liberum ſit partibus, vel alteri illarum iudices ſuperiores competentes adire, qui cauſam in eo ſtatu quo fuerit aſſumant, & quam primum terminari curent, nec antea alijs committantur, nec auocentur, neque appellationes ab eiſdem interpoſitæ per ſuperiores quoſcunque recipiantur, eorumue commiſſio, aut inhibitio fiat, niſi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellatioñe à definitiua reparari nequeat. Circa quod, inquam, conſule Zerol. *in praxi Epiſcop.1. verb. appellatio, §.1. pag.* 19. Suarez de Paz *in praxi tom.1.p.6. in preæm.num.* 25. vbi *num.26.* docet hoc decretum procedere in interlocutorijs latis tam à iudice ordinario, quàm à delegato, tam in prima inſtantia, quā ſecunda: quia non eſt correctorium iuris communis, ſed potiùs declaratorium, ita refert Barboſa ſuprà *num.5.*

33. Quòd ſententia, per quam denegatur appellatio, ſit interlocutoria habens vim definitiuæ, tradit Valaſc. *conſul.47.* idem de præcepto deſoluendo teſtatur Rota Lucenſ. *deciſ.*80 & de ſententia, qua iudex pronunciauit aliquem non eſſe minorem, vel non habere reſtitutionem, & quòd ab ea poſſit appellari, affirmant Gama *deciſ.*159. *num.2.* Viui *deciſ.*302. & quòd poſſit appellari à ſententia reiectionis probationum, admittunt Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.cap.77.num.11.cum ſeqq.* Surd. *deciſ.36.* Et à ſententia delationis iuramenti alteri parti per iudicem factæ, non diffitentur Mynſing. centur. 1. obſeruat. 39. Lancelot. de attentat. p.2.c.12. limit. 50. num. 190. Goncalez ad regul 8. Cancellar. gloſſ.9. §. 1. in annotat. num. 195. Et quòd poſſit appellari à ſententia miſſionis in poſſeſſionem, tenet Stephan. Gratian. deciſ. 60. & ab omiſſa condemnatione expenſarum, firmant Gama deciſ.65. Guido Papa deciſ.42. Et quòd poſſit etiam appellari à ſententia ſequeſtrationis mulieris, reſoluit Ann. alleg. 82. & à ſententia pronuntiantis executionem eſſe reuocandam, probat Amatis deciſ.19. & à ſententia abſolutionis inſtantiæ, dicunt Creſcent. deciſ.6. Cabed. 2.p. deciſ 32. in fine, & à ſententia legitimationis perſonarum Capella Toloſ. deciſ. 38. & à ſententia admiſſionis articulorum, amplectuntur Goncales d. §.1. in annotat. num 191. Stephan. Gratian. d.c.74. numer. 15. & ab incidentibus in cauſa ſuſpicionis officialium, probat Vinc. de Franc. dec. 408. quos omnes refert Barb. vbi ſupr. num.6.

34. An autem appellari liceat ab interlocutoria, in qua iudex declarat ſe competentem? Negant Gama deciſ.159 & 362. Marc. Anton. de Amatis deciſ. 86. Cabedo 1. p. deciſ. 156. procedit ordinat. Regia Luſitan. lib 3. tit.20.§. 9. ibi, porem no caſo, quæ loqui-

quitur de exceptionibus incompetentiæ de iudicio sæculari ad sæculare: affirmant Guido Papa *decis.* 10. *Mynsing. cent.* 3. *obser.* 35. *Aloys. Ricci. in collectaneis decisionum p.* 4. *collect.* 1306. *in prin. Thomas Valasc. to.* 1. *alleg. iuris allegat.* 53. *num.* 5. vbi resoluit, quòd in causa remissionis prouocantis ad Ordines non expedietur prouocatio à iudice, qui super ea iudicauit per grauamen, sed per appellationem, procedit *ordin. Regia Lusitan. lib.* 2. *tit.* 1. §. 28. *ibi, posto que no caso, perque saen remitidos.* Sic refert Barbosa suprà num. 7.

35. Casus damni irreparabilis vide apud Ioseph. Ludouic. Perusin. decis. 83. per totam Ann. allegat. 82. Surd. decis. 36. Zerol. in praxi Episcop. 1. p. verbo, appellatio §. 6. Quaranta in summa Bullar. verbo, Archiepiscopi auctoritas num. 20. Ignat. de Villar. in Silua respons. lib. 15. nu. 6. latissimè Goncal. ad regul. 8. Cancellar. glo. 9. §. 1. in annotat. num. 189. cum multis sequentib. Stephan. Gratian. discept. forens. capit. 77. quos refert Barbosa suprà num. 8.

36. Quod idem resoluendum sit, & procedat dictum decretum Tridentinum, quamuis tale grauamen possit reparari, sed magna cum difficultate, aut præiudicio partis, afferunt Goncal. *ad regul.* 8. *Cancell. glo.* 9. §. 1. *num.* 177. *Bernardus Greuen. ad pract. Camerę Imperial. lib.* 1. *concl.* 129. *num.* 6. *Aloys. Ricc. curia Archiep. Neapol. decision.* 93.

37. Quod captura afferat damnum irreparabile, & à sententia interlocutoria, vt quis in carcerem conijciatur, possit appellari, affirmant Suar. & Donat. à Fin. tom. 2. commun. opinion. lib. 9. titul. 3. numer. 2 Maynard. decis. 25. lib. 2. Aloys. Ricc. in collectan. decision. p. 3. collect. 642. vers. primo, Caldas Pereyra in l. si curatorem, verbo per quod, num. 31. Barbosa in l. 2. ff. soluto matrim. in princ. p. 2. num. 33. Prosper de Augustino in addition. ad Quarant. in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, num. 20. litera h. pag. 64. & 71. Vbi refert declarationem sacræ Congt. Cardin. in hæc verba. *Sanctissimus D. N. audita relatione Congregationis Concilij declarauit, ita esse intelligendum; & ideò ab huiusmodi grauamine appellari posse, & Ordinarium teneri processum transferre ad iudicem appellationis, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causa cognita aliud iusserit.* Sic refert Barbosa *in remissionibus vbi suprà nu.* 9. & 10.

38. Quòd tortura afferat damnum irreparabile, tenent Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 69. §. 1. Hippolyt. in l. 1. num. 34. ff. de quęstion. Clar. libr. 5. §. final. quæst. 64. numer. 27. Azeued. l. 3. num. 6. tit. 18. lib. 4. nouæ recopil. Carau. ritu 249. Aloys. Ricci. d. coll. 642. vers. secundo, & Curiæ Archiepis. Neap. decis. 13. Zerol. de verb. appellat. §. 9. vbi resoluit, quòd quando omnia ritè, & rectè processerunt, vt quia data fuerunt, & repulsa concessa, cùm essent petita, & publicatus processus, & auditus reus in omnibus suis iuribus, cum eius procuratore, & aduocato, & iudicia non sunt euacuata per defensiones, & alia requisita acta sunt, & videtur potiùs appellari ad dilatandum, & ad differendum sceleris punitiones, tunc non debet admitti appellatio à comminata tortura.

39. Quòd à sententia excommunicationis per decretum interlocutorium prolata detur appellatio, quia cōtinet damnum irreparabile, resoluunt Duenas *regula* 52. *fallent.* 2. *Rebuff. ad leges Galliæ tit. de friuolis appellat. in rub. sub glossa* 1. *in fine, vers. fallit quando grauamen,* Goncal. *dict.* §. 1. *in annotat. num.* 197.

40. Quòd sententia de compromisso faciendo, vel non contineat grauamen irreparabile, docet Montald. decis. 39. p. 2. & de decreto condemnationis ad triremes, idem resoluit Vincent. de Franch. decis. 139. quos omnes cum suprà traditis refert, & docet Barbosa vbi suprà *num.* 11. *vsque ad* 13.

ADDITIO.

41. Quamuis multa congesserim in notis ad hanc resolutionem, illud tamen adnotare omisi, quòd appellatio duplex est, altera expressa, altera taci-

tacita. Expressa illa dicitur, quæ verbis expressis fit, l. 2. ff. de appellat. Tacita verò, cùm quis facto, non verbis appellat. Huius autem tacitæ appellationis duo exempla exhibeo. Primùm est, cùm quis appellationis causa iter ingressus est, vt Sedem Romanam prouocaret, cap. suggestum, 15. cap. dilecti 52. de appellat. cap. 1. de cleric. peregrin. vel etiam si nuntium destinaret appellationis prosequendæ causa, cap. adhæc 30. de appellat. explicat latè Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. ampliat. 16. Secundum exemplum est, cùm quis se & sua Sedis Apostolicæ protectioni subiecit, cuius tacitæ appellationis ille erit notabilis effectus, vt per hanc subiectus ita ab Ordinarij potestate eximatur, vt postea ab Ordinario non possit vlla sententia condemnari, imò de facto lata tanquam attentata, & irrita denunciatur, text. elegans *in cap. ad audientiam 34. de appellat.*

42. Cum quo ne repugnent, *cap. recepimus 8. c. ex parte 18. de priuilegijs*, vbi dicitur per receptionem sub protectione Sedis Apostolicæ exemptionem ab ordinario non induci, notant post antiquiores ibi, Mascard. de probat. concl. 713. num. 2. Gail. libr. 6. obser. cap. 54. num. 4. respondent gloss. verb. nostræ in dict. cap. ad audietiam, Clezelho tract. de appellat. cap. 5. nu. 36. duos casus esse separandos. Primus est, cùm quis generaliter subijcitur sub protectione Sedis Apostolicæ, & tunc non eximitur ab Ordinario, & in hoc casu explicandi sunt, text. in d. cap. recepimus 8. d. cap. ex parte 18. & ratio est, quia tunc non id agit, vt videatur tacitè appellare, sed ad alium finem dirigit actum subiectionis, vt notat Vvamesius in dict. capit. ad audientiam, nu. 3. Vnde illud genus diplomatis, quo quis se, & sua in Principis protectionem etiam specialem insinuat, de iurisdictione ordinaria nihil detrahit, vt rectè ait Ant. Faber in suo Codice lib. 3. titul. 12. diffinition. 5. & de his rescriptis agitur titul. 9. li. 8. nou. Recopilat. & apud Lusitanos ordinat. li. 5. tit. 119. Secundus casus est, cùm quis pendente causa in iudicio propter grauamen sibi illatum, vel comminatum implorat patrocinium Sedis Apostolicæ, & in hoc casu cùm talis subiectio specialis fit, vim appellationis subit, ac proinde non mirum si appellationis effectus, suspensionis scilicet non denegetur, atque ideo ab Ordinarij potestate liberetur, & in hoc casu accipi omninò debet, text. in d. cap. ad audientiam 34. cuius textus ratio non innititur subiectione orta ex protectione Sedis Apostolicæ, sed magis vi, & virtute appellationis tacitæ inductæ ex tali protectione, vt rectè exponunt *ibi Præposit. à numer. 3. num. 3.*

43. Vndè apparet non satis exactè Auctorem nostrum tom. 2. q. 63. art. 3. in fine, scripsisse per receptionem in suam protectionem, quam sæpè Pontifices faciunt in priuilegijs Religionibus concessis facilè induci exemptionem à potestate Ordinariorum; argumento dict. capit. ad audientiam 34. d. c. dilecti. Hæc enim nostri Auctoris sententia his iuribus non probatur, cùm ex nuper traditis constet, iura hæc non tractare de subiectione sub protectione Sedis Apostolicæ, sed de tacita appellatione, inter quam & illam notabile discrimen esse ostendimus.

44. Sic etiam non est approbandus Valasc. consultat. 105. à numer. 62. dùm scribit Hospitalia, quæ sub immediata Regum protectione sunt, esse eximenda à potestate Ordinarij, iuxta Trident. sess. 22. de reform. cap. 8. Ordinat. Lusitaniæ lib. 2. titul. 62. §. 42. ex ea ratione, quia cùm res manu Principis afficitur, ab eius potestate non excunda est sine causa. Quæ Valasci ratio cum supra traditis pugnat. Quare verosimilius est legitimam huiusce rei rationem petendam ex præeminentia Regiæ dignitatis, *ex capit. vltim. versicul. nec aliquis, de officio delegat. in 6.* quam rationem ad varias quæstiones exornant Conar. *pract. capit. 26. numer. 2.* & plures alij, quos refert Cenedo ad Decretales *collect. 79. à numer. 2.*

RESOLVTIO XI.

De Apostatis.

1 APostasia ab Ordine, seu Religione, de qua hic nobis est sermo, est egressio à monasterio cum habitus dimissione sine proposito illum reassumendi, vel aliam religionem intrandi: apostata verò à religione est ille, qui deserit religionem, quam professus est, sine transitu ad aliam cum animo non reuertendi ad suam. Vnde non est dicendus apostata exiens à côuentu sine licentia superioris, retento habitu vagans, vel se celans, ne inueniatur, est tamen fugitiuus. Nec item ille, qui habitum temerariè dimittit, cum animo tamen citò illum reassumendi, licèt enim mortaliter peccet, & incurrat excommunicationem, non tamen propriè dicitur apostata apostasia, de qua hic loquimur, nec pœnis apostatę puniendus est, sed tantùm pœna fugitiui. Et idem iudicium est de eo, qui egreditur à monasterio sine licentia prælati, vel petita, sed nô obtenta, cum animo tamen intrandi aliam religionem, etiam laxiorem, & de facto intrat, iuxta *cap. licet. de Regularibus*. *Anst. tom. 1. q. 30. art. 1.* de quo D. Thom. 2. 2. *q. 12. art. 1. vbi Caiet. art. 4. Nau. in manual, c. 21. num. 4.*

2. Religiosus deferens habitû subtus absconditum, vel coopertum, non est propriè apostata, nisi adsint aliæ coniecturæ animi deserendi religionem, incurrit tamen excommunicationem, vt determinatum fuit in Rota. Et aduerte, quòd in Concilio Tridentino decreto cauetur, ne detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitû suæ religionis, vt olim fieri passim solebat, *ibid: art. 2 & tom. 2. qu. 76. art. 6. § 2. notandum. de quo Mand. de signatura gratiæ tit licentiæ. fol. 101. pag. 2. col. 2. Suar. tom. 5. d. 23. sess. 4. num. 34. Regin. in praxi fori pœnit. l. 18. num. 406. relati à Barb. in remiss. ad Concilium dict. cap. 19. de regularibus.* Trident. sess. 25. c. 19. de regul.

3. Item, non est iudicandus apostata, qui supra modum grauatus ad superiorem sine licentia pergit, maximè si côstat de iniustitia grauaminis, quia adire superiorem ob iniustum grauamen habet vim appellationis, etiam apud religiosos, c. dilecti filij, el secundo, de appellat. & hoc consonum est iuri naturali, ad obuiandum malitijs hominum, nec hoc vetatur in Concilio Tridentino, vt iam suprà diximus de appellationib. num. 2. Imò nec pœna fugitiui esse puniendum tenent aliqui, ibid. art. 3. de quo Nauar. in c. non dicatis, nu. 61. Bald. in cap. ad nostrã, de appellat. Quidquid in oppositum dicat Bañez 2. 2. qu. 12. art. 1 cuius opinio poterit sequi casu, quo non constet de iniustitia grauaminis. Trident. sess. 25. c. 4. de reform.

4. Pœnæ positæ à Paulo IV. confirmatæ, & modificatæ per Pium IV. contra religiosos extra claustra vagantes, & apostatas cum habitu, vel sine habitu non comprehendût omnes exeuntes à monasterio, etiam per exitum illicitum, & mortiferum, saltê quoad Deum, & forum conscientiæ, sed tantùm verè apostatas à religione, & cum litteris, & dispensationibus subreptitijs in sæculo vagantes: contra quos potest procedere Episcopus diœcesis, vbi vagantur, ex decreto Concilij Tridentini, eos coercendo, & ad claustra reducendô. Hoc tamen non est intelligendum de religiosis transeuntibus per suum territorium, & licètiam in scriptis non ferentibus, dicentibus se nimium grauatos ad superiorem per viã appellationis iter arripuisse, quos dictus Ordinarius minimè poterit detinere virtute dicti decreti Concilij, & ita debet intelligi quædam, constitutio Clementis IV. apud Bullarium, ibid. art. 4. de quo Nau. *in cap. nullam, 18. qu. 1. in fine.* Trident. sess. 25. c. 4. de reform. Bullar. bull 8. Clem. 4.

5. Prælati tenentur requirere monachos fugitiuos, eosque vbicunque inuentos capere, ac vinctos in monasterium reducere, c. final. de regularib. nisi sint damnosi, & alijs Fratribus scandalosi, & sine spe emendæ. Item possût eosdem incarcerare, & excommunica-

nicare in quocunque habitu, & vbicunque, etiam in Romana Curia inuentos, non tantùm sibi subditos, sed etiam quoslibet alios Ordinis apostatas, in-
Bullar. uocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio
bull. 7. brachij secularis, per priuilegia Inno-
Innoc. 4. centij IV. & Alexandri IV. & aliorũ,
& bull. de quibus in Bullariô, etiamsi sint in
23. Alex. seruitijs, & obsequio alicuius Cardi-
4. & bull. nalis, ex Sixto IV. ibid. art. 5. & 6. de
8. Eug. 4. quo Syluest. *verb. apostasia, n. 10. & 11.*
& bul. 14. 6. Prælatis prohibetur à Sixto V.
Sixti 4. n. sub grauibus pœnis priuationis vocis
21. vsque actiuæ, & passiuæ, & officiorum, nec
ad 23. & non inhabilitatis perpetuæ, ne Fratres
bull. 37. alterius Prouinciæ exteros, & omni-
nu. 28. & nò ignotos intra suos conuentus hospi
93. Bull. tio recipiant sine licentia, seu litteris
bullâ 7. & commendatitijs suorum superiorum,
10. Innoc. etiam ad modicum tempus diuerten-
4. & bull. tes. Quæ pœnæ non comprehendunt
15. Cle- recipientes religiosos notos eiusdem
ment. 4. Prouinciæ, vel Ordinis sine dicta li-
Bullar. centia ad eorum monasteria diuerten-
bull: 37. tes, *ibid. art. 7.*
Sixti 4. n. 7. Apostatæ, & fugitiui, ipsósque
74. & recipientes, seu retinentes, eisdemque
bull. 33. auxilium, consilium, aut fauorem præ-
nu. 20. & stantes, sunt ipso iure excommunicati
bull. 38. per Innocentium IV. Clementem IV. & alios apud Bullarium. Imò, & ipsi Prælati Ordinis possunt promulgare sententiam excõmunicationis in eos, qui detinent ipsos apostatas, etiam si sint clerici, ex quadam magna concessione, cui similis non inuenitur, facta Carmelitis à Sixto IV. apud Bullariũ, & alia pro Prædicatoribus. In quam tamen excommunicationem non incidunt recipientes dictos apostatas amicitiæ, consanguinitatis, aut pietatis ergò, sicut in detinentibus hæreticos eadem ex causa communiter concedunt DD. ibid. art. 9. de quo Nauar. *c. 27. nu. 55. & lib. 3. cons. 69. numer. 1. de regular. Miranda tom. 1. qu. 51. art. 2. Portel verb. Apostata num. 4. q. 1.* idem docentes.

8. Dicti apostatæ non solùm benignè, & charitatiuè sunt recipiendi, si redeant, sed etiam omnibus modis ad id sunt inducendi, ne reprobo sensu se tradentes omninò pereant, indulgendo eis transitum ad aliud monasteriũ, vel ad aliam eiusdem Ordinis prouinciam, vel etiam ad aliam religionem, etiam laxiorem, quod superiorum iudicio relinquitur, qui tanquam boni pastores debent super humeros oues errantes leuare, ne à lupis deuorētur, exemplo Christi Domini vnam solam ouem errantem tam anxiè, & diligenter perquirentis, & super humeros trahentis, ibid. art. 10. de quo Nauar. in c. statuimus num. 13. & dicto cons. 69. Miranda suprà art. 5. & 6. qui ex sententia D. Bonauent. super regul. qu. 14. resoluit posse apud nos Minores Prælatos licentiare hos apostatas, vt ad alias religiones transferantur quando dixerint, se non posse rigores Ordinis sustinere, ex Alexand. IV.

9. Bona apostatarum apud Minores pertinent ad Ordinem, de illisque potest disponere superior, & Syndicus, sicut de legatis sibi in testamento relictis, idemque Syndicus potest exigere talia bona à quibuscumque personis ea detinentibus, eaque petere in iudicio, nomine Sedis Apostolicæ, ex quadam concessione Leonis X. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula. Bullar. oraculo 41. Leon. X.
At non tenetur ad debita ab ipsis apostatis in apostasia contracta, nisi id, propter quod debitum contractum fuit, in vtilitatem Ordinis, seu monasterij cõuersum sit. Et idem dicendum est de bonis apostatarum apud alias religiones possidentes in communi, quibus licèt petere dicta bona in iudicio, omni etiam secluso priuilegio, nec tenentur ad dicta debita in apostasia contracta, nisi quantum ad ea, quæ sunt conuersa in vtilitatem Ordinis. *ibid. artic. 11. de quo Syluest. verb. alienatio. num. 14. Nauar. lib. 3. cons. tit. de regularibus consil. 93. & 95. & in cap. non dicatis 12. qu. 5. numer. 32.* idem docent Miranda *suprà art. 7.* Portel *suprà num. 7.*

10. Prædicti apostatæ tenentur scribere quoddam memoriale debitorũ, & creditorum, illudque tradere prælato, petendo ab eo humiliter, vt debitis satisfaciat. Quod si fuerint à religione ob crimen apostasiæ eiecti per sententiam iuridicam, & postea per litteras propalens prælato alia debita à

& contracta, preter manifestata ab ipsis sub præcepto obedientiæ, dum essent in vinculis, indicantes vt ipsis satisfaciat, per idque suam cõscientiam exonerare affirment, nõ est illis adhibenda fides: ac proinde prælatus ad illa soluenda non tenetur, cùm priori dicto sub obedientia, & censura exsorto sit standum magis, quàm secundo, nam secundùm ius Rei confessioni primæ magis credendum est, quàm secundæ, præsertim quando prima est iuridica, vt communis docet. ibid. artic. 12. de quo Couarr. *lib. 2. variar. cap. 13. Nauar. dict. consil. 73. num. 3. & in compend. 2. de reg. sup. cap. non dicatis. n. 32.*

Idem docet Miranda dict. quæst. 51. art. 8. vbi concl. 2. resoluit, monasteriũ teneri ad debita, seu obligationes passiuas monachi, quatenus factum fuerit locupletius, & ab eo quæsita conuersa fuerint in vtilitatem ipsius, ex Cardin. *Clement. 1. §. quia verò, de statu monachor.* Et sequitur Portel dict. num. 7. vnde si apostata non defert secum bona, non tenetur monasterium illa debita soluere. Idem videtur sentire Sanch, *d. cap. 9. nu. 21.* loquendo de expensis factis pro alimentis apostatę, ad quas non tenetur monasterium, nisi quatenus factum est locupletius.

11. Constitutio Pauli IV. determinans omnia acquisita per negotiationem illicitam clericorum, aut religiosorum, quæ tempore mortis eorum fuerint inuenta, esse Cameræ Apostolicę, est intelligenda de bonis acquisitis ab apostatis extra claustrum degentibus, & decedentibus, inuentis tempore mortis eorundem, quæ veniunt nomine spoliorum, non verò de acquisitis ab illis, qui ad sua monasteria reuertuntur. Iuxta quem sensum debet intelligi alia similis constitutio Gregorij XIII. sed hæ, & aliæ similes constitutiones determinantes dicta bona apostatarum applicanda esse Cameræ Apostolicæ semper debent intelligi, deducto ære alieno, & solutis debitis, *ibid. dict. art. 12. in finem, de quo Nauarr. lib. 3. consil. tit. de statu monachor. consil. 17. & de spolijs clericorum §. 7. numer. 4. Bonifr. lib. 2. Practicarum ca. 94. in fine.*

Idem docet Miranda suprà *dict. art. 7.*

12. Nomine spoliorum dictæ Cameræ Apostolicæ applicandorum non veniunt acquisita à dictis apostatis extra claustrum decedentibus per negociationem illicitam, quæ obnoxia erãt restitutioni, vtpotè contra virtutem specialem iustitiæ acquisita, quia hæc restituenda sunt proprijs Dominis, à quibus ablata fuerunt; sed tantùm veniunt acquisita contra sacros Canones, eis negotiari, vel aliquid aliud agere prohibentes, vt sunt, quæ lucrantur per artes medicinæ, vel chirurgiæ, per officia publica, & obsequia in Curijs Principum exhibita, ac alia prohibita Ecclesiasticis in iure, vt cõstat ex dicta Constitutione Pij IV. Ita Auctor *tom. 3. Addit. summ. cap. 21. num.* 10. Vbi ait, quòd sic debet intelligi, & limitari quod olim dixerat *citata quæst. 30. art. 13. de quo Nauar. cap. 25. numer. 100. & lib. 3. consil. tit. de successionibus ab intestato consil. 3. pag. 212. prima impressione.*

13. Monachus committens tres apostasias, propter quas fuit iuridicè punitus, & nunquam emendatus, aliam postea reiterans potest expelli à religione, cùm in ordinationibus Generalibus Minorum habeatur pro incorrigibili qui ter fuit conuictus, & punitus de eodem, vel de distinctis criminibus grauibus, & nunquam fuit emendatus: apostasia autem ex se inter grauia delicta numeratur, vnde in illud pluries reincidens, & in ea perseuerans, vt suspectus de fide ab Inquisitoribus reputatur, tanquam contemptor Ecclesiasticæ censuræ excommunicationis, quæ per apostasiam incurritur, vt constat ex decreto Concilij Tridentini, vbi habetur. *Quòd si quis obdurato animo censura annexus in illa per annum insorduerit, contra eum, tanquam de heresi suspectum possit procedi. ibid. ar. 14. de quo vide tom. 2. q. 103. art. 3. ad finem, & Sanchez libr. 6. Decalog. capit. 9. num. 4. & 5. Miranda tom. 1. quæst. 52. art. 2. concl. 1. Portel suprà num. 5.*

Tridem. sess. 25. c. 3. de ref. form.

14. Religiosus quatuor committens apostasias, in quibus per multum temporis perseuerans excommunica-

nis

ſus ſacra celebrauit, & Sacramentum Pœnitentiæ ſæpè ſæpiùs miniſtrauit, & contra præceptum ſuæ regulę denarios, & pecuniam contrectauit, alearumque ludum prohibitum cum ſæcularibus multoties exercuit cum magno religionis detrimento ac contemptu, Fratrumque & ſæcularium ſcandalo, quos ad ludendum prouocabat, & docebat ludere, & inter ipſos Fratres diſcordias diſſeminabat, mendacijs, & dolis eos diffamando, ſine ſpe correctionis, & emendæ, poteſt optimo iure apud nos Minores expelli à religione. Nam licèt iſte non ſit incorrigibilis de iure ſecundum ſtatuta Ordinis, cùm non proponatur ter conuictus de delictis grauibus, & iudicialiter punitus, nihilominus tamen præſumitur, & eſt incorrigibilis de facto ob tot circunſtantias delictorum, & conditionem delinquentis. Quod poteſt etiam fieri virtute cuiuſdam priuilegij Pij V. pro Ordine Diui Hieronymi, de quo in eius Compend. verb. condemnare §. 1. quo conceditur, vt in delictis grauioribus, aut grauiſſimis (qualia ſunt quæ huic religioſo opponuntur) poſſint prælati punire vſque ad priuationem habitus. *ibid. art. 15. de quo Syluest. verb. Abbas num. 6. & verb. incorrigibilis.*

Idem docent in terminis Miranda *dict. art. 2. concl. 2. Portel dict. num. 5.* & faciunt tradita à Iulio Clar. *in practic. crimin. q. 36. numer. 34. Salzed. ad pract. Bernard. Diaz capit. 140. §. incorrigibiles,* vbi docent ex determinatione Parlamenti Pariſienſis, in criminibus grauibus clericum reputari incorrigibilem, vt degradatus poſſit tradi brachio, ſeu Curiæ ſæculari, ſi bis venia illi data fuerit.

15. Generales, & Prouinciales de ſpeciali ipſorum Generalium commiſſione poſſunt expellere apoſtatas, & delinquentes à religione virtute dictę conceſſionis Pij V. cum conſilio tamẽ Patrum, & Seniorum Ordinis, vel Prouinciæ, nec tenentur illud ſequi, quia conſilium voluntatis eſſe dicitur: ſecus ſi diceretur in conceſſione, de conſenſu patrum, & ſeniorum, vt dicitur in quadam bulla Alexandri VI. in quâ hanc facultatem facit Generalibus per ſemetipſos, & Prouincialibus cũ conſenſu maioris partis Capituli Prouincialis, tunc enim illi ſtandum eſt, nec ab eo recedere licet, cùm ad actus validitatem requiratur. *ibid. art. 16. & 17. de quo D. Thom. 1. 2. quæst. 92. art. 2. ad ſecundum. Cardinalis Paleotus de ſacri Conſiſtor. conſult. 1. part. quæst. 3. art. 1. pag. 19. & 20. idem docens Corduba in regul. c. 2. q. 21. punct. 1. & 2. Miranda dict. quæ 52. art. 1. Sanchez lib. 7. decalog. capit. 6. n. 2. & 3.* qui alios plures refert, & reſoluit, monachos ſcandaloſos, contumaces, & incorrigibiles meritò à religione poſſe expelli.

16. Addo cum Auctore *tom. 3. addit. summ. c. 21. n. 11. & ſeqq.* quòd apoſtata, ſi intra tempus apoſtaſiæ ſacris initietur, ipſo iure manet ſuſpenſus, & nõ poteſt in ſuſcepto ordine miniſtrare ſine diſpenſatione Papæ, cap. vltimo, de Apoſtatis, non ſolum propter excommunicationem, quã incurrit, ſed quia ob vitium apoſtaſiæ efficitur irregularis, & inhabilis ad ſuſcipiendos Ordines. Vnde incurrit duas ſuſpenſiones, vnam, ob ſuſceptionem Ordinum ligatus excommunicatione, iuxta ſtatuta Religionis: aliam verò ob apoſtaſiam, per quam ſecundùm ius redditur inhabilis ad ordines ſuſcipiendos. Quod etiam habet locũ in apoſtata recipiente ordines minores intra tempus apoſtaſiæ, eius tamen ſuſpenſiò non eſt reſeruata Papæ, ſicut illa, quæ contrahitur ex ſuſceptione ordinis ſacri, ex Panormit. *in dict. c. vltimo, de apoſtatis, cũ communi, & ſequitur Syluest. verb. Ordo, 5. q. 9. in fine, de quo etiã Azor lib. 12. in∫t. moral. c. 17. q. 5. Mayol. lib. 5. de irregularit. c. 34. n. 1. Enriquez lib. 13. de excommunicat. c. 39. n. 1. in fine, & c. 40. n. 1. in fine.* Quidquid dicat cum Suarez *t. 5. de cenſuris diſp. 31. sect. 6. n. 2. Sanchez lib. 6. decalog. c. 8. n. 26. qui ibi n. 24.* addit eo cã final. ſolius ordinis ſacri in apoſtaſia ſuſcepti vſum vetari, non verò ante apoſtaſiam, & n. 23. ait, diſpenſationem Papæ cum apoſtata, vt in ordine ſacro in apoſtaſia ſuſcepto miniſtret, extẽdi quoq; vt poſſit ad ſuperiores aſcẽdere.

17. Item talis religiosus apostata sacro ordine insignitus in apostasia, & per multos annos perseuerans in ea, si vxorem ducat, manet infamis, cap. consanguineorum 3. quæst. 4. cap. tuæ de apostatis. Vnde legatum ipsi relictum à patre ad alimenta potest tanquam caducum retineri ab hærede, dum ad religionem non redit, ex Comitol. lib. 7. respons. qu. 5. p. 805. Si autem religiosus sit laicus, & ad ordines sacros promotus fuit extra obedientiam Prælatorum Ordinis, postea reuersus omni honore clericali priuandus est; & ad merum statum laicorum reducendus, ex Leone X. *tom. 1. q. 42. art. 19. & in addit. summæ tom. 3. c. 194. num. 13.*

Additio ad illustrandam doctrinā Auctoris.

18. Quamuis religiosus iniustè grauatus à prælato possit ad superiorem recurrere, quia illum vult notabiliter grauare, & timet ab ipso grauari, non tamen iam grauato licet pro sola querela facienda ipsum superiorem adire, tempus enim suppetit ad id faciendum. Idem dicendum est, si leuiter tantùm timet grauari. Pro quo etiam aduerte quòd apostata ter, aut quater hoc modo ad superiorem pergens, etiā absque causa sufficiente, non est censendus incorrigibilis, ita vt à religione possit expelli, maximè si exeat absque scandalo, & absque alijs delictis. Ita testatur se vidisse responsum in sua Prouincia Portugalliæ à Reuerendissimo P. Generali, Portel *in suis dub. reg. verb. Apostata num. 3.*

19. Sixtus IV. pro Ordine D. Hieronymi, vt habetur in eius Compendio verb. Apostata. §. 1. decreuit, & declarauit, quòd Fratres fugitiui, qui ad redeundum ad religionem, aut ad aliū ordinem transeundum litteras à Sede Apostolica, vel ab eius legatis impetrarent, in quibus de eorum delictis, ac de pœnitentia, & satisfactione mentio specialis facta non fuerit, perinde superiorum disciplinæ, & constitutionibus Ordinis subiaceant, ac si huiusmodi litteræ non essent impetratæ, quæ in nullo eis opitulantur. Vnde apud nos Minores litteras à P. Generali datas in fauorem apostatę non obstare, quo minus Prouincialis, ad quem redit, ipsum castiget, testatur idem Portel vbi supra num. 6. qui etiam addit numer. 9. quòd apostata obtinens, vt sua causa apud Curiam Romanam tractetur, ad Vrbemque pergit hac de causa, ipso facto tali fauore priuatur, & causa ad Papam omninò auocatur. Ita concessum est Ordini D. August. vt habetur *in libro suorum priuilegiorum fol. 41. p. 2.*

NOTAE.

20. Circa resolutā sup. num. 1. idem docent, tradita illa differentia inter apostatam, & fugitiuum, Angel. *verb. Apostasia, num. 4. & ibi Syluest. qu. 4. num. 9. Arag. 2. 2. quæst. 12. art. 1. in dubio, de apostasia à religione, vbi etiam* Bañez *dub. 1. de apostasia à religione concl. 2. & 3. Nauarr. lib. 5. cons. tit. de apostasia, in vtraque edit. cons. vnico, num. 6. & duobus seqq. Valentia 2. 2. disp. 1. qu. 12. puncto 1. ad finem, Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 16. qu. 1. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 41. dub. 15. num. 109.* quos refert, & sequitur Sanch. *lib. 6. decalog. c. 8. num. 2. & 3.*

21. Qui *num. 4.* asserit, ad veram apostasiam nihil referre habitus Regularis dimissionem, vel non dimissionem, sed illum esse verè apostatam, qui recedit à religione animo nunquam ad illam redeundi, etsi habitum retineat, & è conuerso non esse apostatam, sed solum fugitiuum, qui dimisso habitu ad tempus recedit animo ad religionem redeundi, ad quod citat nostrum Auct. tom. 1. sum. c. 43 nu. 1. qui ibi addit, eum apostatam habitum retinentem non incurrere excommunicationem iuris, de qua in cap. vt periculosa 2. ne cleric. vel monachi lib. 6. & idem repetit dict. cap. 8. n. 20. quia in eo textu solùm excommunicatur is, qui temerè habitum dimittit, quòd etiā tenet Lessius vbi suprà dict. nu. 109. §. sed verius puto, attento iure communi, nam iuxta statuta religionū aliquarū, & earum priuilegia absolutè tales apostatę excommunicantur, etiā si habitum retineant, quod & vsus, & praxis obseruat.

22. Sed

22. Sed Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 17. q. 6. resoluit, talem apostatam, etiam non exuto habitu incurrere excommunicationem ipso facto latam in dicto cap. vt periculosi, quia finis huius legis, & pœnæ in ea contra temerè habitum suæ religionis dimittentes latæ tendit ad id, vt eisdem periculosa occasio euagandi subtrahatur; liberè ergo euagantes extra claustrum, siue habitu induti, siue eo exuti, faciunt contra finem dicti iuris, ac proinde videtur in eam censuram incurrere. Accedit, quòd in cap. vlt. de apostatis, apostata religionis desertor, si sacris tempore apostasiæ initietur, efficitur irregularis, quod denotat excommunicatione ligatum extitisse, quando ordines suscepit, & ideò hanc partem in proprijs terminis sequitur Miranda tom. 1. Manual. quæst. 51. art. 2. conclus. 2. loquendo de apostasia in foro exteriori, idemque tenet Portel infrà statim citandus nu. 7. & alij plures relati à Sancio dicto c. 8. n. 19. quorum sententia, etsi probabilis, probabilior tamen est, quam defendimus nostri Auctoris cum Sancio loco suprà allegato, qui alios plures refert.

23. At quoad nos Minores extra dubium est, huiusmodi cum habitu vagatem monachum incidere in excommunicationem latam in statutis Ordinis Toletanis, titul. de apostatis, vbi postquam excommunicantur apostatæ, declaratur, exeuntes sine superiorum licentia sine habitu, vel cum habitu, solos, vel associatos esse apostatas. Sic Portel in addit. ad dubia, verbo, apostata, num. 2. vbi docet religiosum nocturnè furtiuè à conuentu egredientem, etiam cum animo redeundi incidere in eam censuram latam in dicto Ordinis statuto.

24. Transeuntes ad laxiorem religionem sine licentia legitima non esse verè, & propriè apostatas, nec pœnis apostatarum subijci, licèt mortaliter peccent, docet cum nostro Auctore *dicta qu. 30. art. 1. tom. 1.* & turba magna DD. Sanchez suprà *num. 7. & 8. vbi num. 9.* addit nō esse fugitiuum monachum, qui transit ad eandem religionem sine tali licentia, & si nō eiusdem rigoris sit monasterium, ad quod transitum facit, vtrunque tamen subsit eidem prælato: secus si ad diuersi Ordinis monasterium transeat, vt benè distinguit Syluester, *verbo, apostasia q. 4. nu. 9.*

25. Circa resoluta *num. 2.* idem repetit Auctor *in Addit. summæ, tom. 3. cap. 12. num. 2. & tenent etiam Azor dict. libr. 12. cap. 13. qu. 5. casu 16. & cap. 17. quæst. 10. Monald. cons. 126. n. 28. volum. 2. Anton. Cucus lib. 3. Maiorum instit. tit. 1. num. 157.* & alij multi, quos plena manu refert, & sequitur Sanchez *dict. cap. 8. numer. 5. & 65.* Quod tamen ibi temperat, si ita occultat habitum, vt nil prorsus de eo appareat, nec possit dignosci, cuius religionis professor sit: secus quando à proximè accedentibus videri, & cognosci potest. Vbi etiam addit, nume. 64. eadem excommunicatione ligari eum, qui ita cooperit habitum professis peculiarem, ac distinctum à nouitijs, habitu superinduto nouitiorum, vt nullo modo professus appareat. De quo tamen multum dubito, tum quia is habitu nouitiorum superindutus tanquam religiosus à sæcularibus cognosci potest, nec facilè deprehendi, aut dignosci potest, an sit professus, nec ne: tum etiam, quòd iste nō censetur verè, & propriè deponere habitum religionis, qui vt plurimum non ita distinguitur ab habitu nouitiorum; vt habitus non Regularis iudicetur. Imò habitus nouitiorum lato modo dici potest habitus religionis, quo quis indutus non potest liberè vagari, quod dictum *cap. vt periculoso,* vitare intendit.

26. Tertiarias, quas vulgò vocamus, Beatas tertij Ordinis, ab eo statu in perpetuum recedentes, ac matrimonio se copulantes non esse dicendas apostatas, affirmat cum Bañez, & Aragon, Sanchez vbi suprà numer. 6. non obstante, quòd vota castitatis, obedientiæ, & paupertatis professæ sint. At professi Societatis Iesu post biennij vota simplicia emissa, si à religione recedant, apostatæ meritò appellantur, & eorum pœnis subijciuntur, vt docet in terminis idem Sancius dicto nu. 6.

27. Circa resoluta *numer.* 3. Idem docent Nauarr. *comment. 2. de Regularibus numer. 61. & comment. 3. numer. 51. Anton. Cucus libr. 3. Maior. institut. titul. 1. numer. 130. Sa in summa, verbo, religio num. 71. Azor tom. 1. instit. moral. libr. 12. cap. 11. quæst. 7. & 8.* quos refert, & sequitur Sanchez suprà *numer. 17. & 18.* qui id limitat, quando certò, & euidenter constat, religiosum à Prælato iniquè vexari, nec illi aliud remedium superesse, nisi ad superiorem confugere. Item nisi ex ea fuga scandalum, ac perturbatio in Religione sequeretur, quæ tanti momenti essent, & ita præponderarent defensioni illius religiosi, vt meritò illi anteponenda essent, vt ex Auctore *tom. 1. summæ cap. 43. nu. 1. vers. verdad es*, notat Sancius *dicto numer. 17. ad finem*, vbi in his duobus casibus veram esse sentit sententiã Bañez *dicto nom. 3 suprà citati dub. 2. post conclus. 6.* Ad quod consulo tradita à Patre *Miranda dicta quæst. 51. artic. 1. conclus. 1. prope finem, & Poriel verbo, apostata numer. 3. & in addit. ad dubia num. 6.* vbi asserit, se cum officium Prouincialis Ministri apud suam prouinciam ageret, accepisse litteras à Generali Ordinis, quibus testabatur, Sacram Congregationem declarasse, religiosum fugientem ab inferiori ad superiorem prælatum esse apostatam. Id tamen limitat casu, quo iam grauamen passus est, nec in futurum vltrà iam grauari timet, secus si nõdum grauatus est, sed certò moraliter timet notabiliter grauandum, tunc enim impunè posse adire superiorem asserit, & in eo sensu veram esse sententiam Nauarri, & nostri Auctoris *dicto nu. 3.* relatam.

An autem perpetuo carceri, aut triremibus damnato integrum sit fugere, ac censendus sit apostata, vel fugitiuus? Vide Sanchez suprà *nu. 12. & 47.* & nos dicemus infra *resolutione 48. numer. 6.*

28. Circa resoluta *numer. 4.* Idem docet citatis Nauarro *lib. 5. consil. vnico à numer. 9. vsque ad 13. tit. de apostatis*, & nostro Auctore *eo art. 4. Sanchez dicto cap. 8. num. 10.* & hoc non obstante Bulla Pij V. relata in Bullario, Qui ibidem numer. 11. addit, eodem modo intelligendas esse constitutiones Pij V. & Gregorij XIII. apud *Compend. Societ. §. 1. & 2.* vbi excommunicatio lata contra recedentes à Societate, solos veros apostatas, qui ab ea recedunt animo nunquam redeundi, comprehendit. De quo vide Miranda *dict. articul. 1. conclus. 2. in fine, & artic. 3.*

29. Sex pœnas apostatarum numerat Sancius dicto capit. 8. à numer. 19. & seqq. Prima excommunicatio ipso facto incurrenda, ex dict. capit. vt periculosa, contra habitum temerè dimittentes, de quo suprà numer 21. & 22. diximus. Secunda suspensio ab Ordine suscepto tempore apostasiæ, capit. final. de apostatis, Imò & irregularitas, vt ibidem dicto numer. 22. notauimus. Tertia vt postea ad religionem reducti nequeant in prælatos eligi, ex Archidiac. in dict. cap. vt periculosa, & alijs ab ipso relatis. Sed meritò hanc pœnam negat ipse Sancius, vtpote, quòd nullibi in iure reperiatur inflicta, nisi aliunde dicti apostatæ irregularitatẽ incurrissent. Quarta, vt possint vbique extra territorium apprehendi, capit. final. de regularibus, de quo suprà numer. 5. diximus. Quinta vt non gaudeant religionis priuilegijs, ex Mendos. de priuilegijs ad instar, glossa 3. numer. 10. Sed decretum Tridentinum, quo nititur, non loquitur de quibuscunque apostatis, sed duntaxat de recedentibus à religione habitu dimisso prætextu professionis nullæ: quod non esse extendendum ad alios apostatas, tanquam pœnale, rectè probat Sanchez ibidem numer. 34. Vltima pœna contra apostatas habetur capit. à nobis, de apostat. vbi dicitur, quòd hi sub graui custodia carcerentur, si abiectum habitum reassumere nolint, ibique durè afflicti solùm modo vita sibi misera referuetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant. De quo vide Hostien. in summa titulo de apostasis §. qualiter puniantur, Bernard. Diaz in pract. crim. canon. capit. 30.

Trid. sess. 24. ca. 16. de regul.

30. Circa resoluta num. 5. Idē repetit Auctor in addit. summæ cap. 21. num. 4. & 5. vbi ait, cap. vltimum de regularibus, quo præcipitur prælatis, vt apostatas, & fugitiuos fratres requirant, debere intelligi, si cōmode id fieri potest, seclusis scandalo, & dāno religiosorum, hi enim vt plurimum sanos, & bonos sua lepra inficiunt, & de eorum emenda parum spei datur: & vtinam abscindantur, qui nos conturbant? exclamat cum Paulo S. Bonauentura quæst. 14. in regul. Fratrū Minor. hoc est, qui conturbant puritatem vestram, pacem, & famam; explicat Seraphicus Doctor. Sed hoc debet intelligi, quando fratris omninò despera tur reductio, & emenda, vt rectè notat Mirand. *tom. 1. q. 51. art. 4.* Idem docent Corduba *in regulam cap. 2. quæst. 21. puncto 1. & Sanchez lib. 6. decalog. c. 9. num. 19.*

Ad Gal. 5.

31. Circa resoluta nu. 9. nota quòd bona fratrum degentium extra claustrum habitu retento, attēto iure communi spectant ad monasteria, quorum filij sunt, & declarauit Paulus IV. in quadam sua constitutione relata ab Azor, tom. 2. instit. moral. lib. 8. cap. 3. quæst. 15. At ex decreto Gregorij XIII. pertinent ad Cameram Apostolicam tanquam spolia. De quo varias esse sententias, & diuersimodè practicari, dicit Portel. in addit. ad dubia, verbo, bona num. 1. sed rem indecisam relinquit. Mihi profectò videtur, standum esse praxi, & consuetudini, quæ est optima legum interpres. Hoc tamen non habere locum in professis Societatis Iesu cum votis tantùm simplicibus biennij, si eijciantur ante solemnem professionem, addit idem Portel. dict. num. 1.

Trid. sess. 24. ca. 16 de regul.

32. Circa dicta num. 14. nota cum Sancio dict. 9. num. 4. tripliciter dici posse monachum incorrigibilem. Primò quando in criminibus perpetratis cōtumaciter perseuerat, si sint similia, æquè grauia, aut grauiora, iuxta veriorem sententiam. Secundò quando ter monitus non desistit. Tertiò si assignatum pœnitentię locum fugiendo deserat. Quamuis autem solos incorrigibiles expelli posse, stando in iure cōmuni, tradant D. Bonauent. *dict. quæst. 14. sup. regul. D. Tho. quodlib. 12. art. vlt.* At iure speciali, & instituto Religionum à Sede Apostolica approbato, ob multa alia licita est ea expulsio, vt bene notat cum Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 16. quæst. 3.* Sanchez suprà num. 5.

Propter quæ crimina, & causas possunt expelli ab Ordine religiosi, consule Miranda *tom. 1. quæst. 51. art. 2. Corduba super regul. cap. 2. quæst. 21. pun. 1. & 2. Lessum lib. 2. de iustit. cap. 41. dubit. 14. num. 106.*

Quare verò omnes discoli, & incorrigibiles non eijciuntur ab Ordine, ostendit piè, & peregregiè D. Bonau. quæst. 17. super regul. & refert Corduba dict. quæst. 21. puncto 4. ad finem. Miranda dict. art. 2. in fine, ad quos breuitatis gratia me remitto.

RETRACTIO.

De bonis Apostatarum.

33. Bona Apostatarum lucrata per iniustitiam obnoxia restitutioni, tanquam contra virtutem specialem iustitiæ acquisita sunt restituenda proprijs dominis, à quibus fuerunt ablata, nisi ipsi domini incerti sint, tunc enim ad prælatos pertinet de illis disponere, iuxta priuilegium Leonis X. Priuilegia autem Apostolica dicta bona applicantia Religioni non sunt intelligēda, nisi tantum de acquisitis contra virtutem Religionis, seu contra Canones, qualia sunt quæsita per negotiationē, per artes Medicinę, Chirurgię, vel per officia publica, ac obsequia in curijs Principum exhibita, & alia in iure Ecclesiasticis prohibita, in c. sententiam, ne clerici, vel Monach. quæ omnia nō sunt obnoxia restitutioni. Ita Auctor in addit. sum. to. 3. c. 21. n. 10. iuxta qđ dēt intelligi, & limitari qđ olim dixerat, t. 1. q. 30. a. 13. Vbi innuit, bona apo-

statarum contra acquisita virtutem speciale m iustitiæ pertinere ad Camerã Apostolicam, attenta quadam constitutione Pij IV. De cuius, & alterius constitutionis Gregorij XIII. intellectu latè Suarez *tom. 4. de Religione tract. 6. lib. 3. cap. 2. dub. 4. à num. 20. post Nauar. lib. 3. consil. 20. de testamen. in 2. edit. & comment. de spolijs §. 7. nu. 3. 4. & 5.* Auctori nostro in propria specie adhæret. Portel. verbo Apostata num. 7. in fine, vide suprà nu. 12.

RESOLVTIO VII.

De Baptismo.

1 LIcitum est Regularibus, etiã Fratribus Minoribus baptizare in extrema necessitate, deficiẽte alio Sacerdote, etiam si adsint sæculares sciẽtes formam baptismi pronũtiare. Nec hoc interdicitur dictis Minoribus in sua Regula, nec alijs Regularibus, etiã Canonicis Regularibus in cap. Monachi, de consecratione dist. 4. sed tantũ leuare pueros baptizatos de sacro fonte tom. 1. q. 31. art. 1. & 2.
De quo vide D. Tho. 3. p. quæst. 67. art. 7. Nauar. lib. 3. consil. 3. nu. 1. de statu Monach. Syluest. verb. Baptismus, 5. quæst. 5. & verb. Catechismus quæst. 1. & 3. Idem docet Mirand. tom. 1. quęst. 43. art. 1. Corduba in regul. cap. 11. q. 4. vbi refert id declaratum fuisse in Capitulo Generali Meclinen. anno Domini 1499. & refert etiam Auctor in addit. summæ cap. 26. num. 10. Portel. verb. Baptizare, num. 1. & 2. vbi addit, posse in casu necessitatis Minoritam etiam excommunicatum non denunciatum baptizare. Vide Sairo lib. 2. de censuris cap. 2. num. 16.

2 Licèt extra casum necessitatis, vel sine licentia parochi mortalis culpæ reatum committant religiosi baptizantes, iuxta cap. placuit, el segundo, 16. quæst. 1. non tamen ob id incurrsit aliquam excommunicationem, vel irregularitatem, cùm nullibi hoc in iure expressum inueniatur, sicut expressè ipsis prohibetur sub censura in Clementina Religiosis, de priuilegijs, administratio Eucharistiæ, matrimonij, & extremæ vnctionis, ibid. art. 3. & in addit. summæ loco citato num. 7. Pro quo Soto in 4. dist. 4. quæh. vnica art. 3. concl. 2. idem docet Miranda dict. art. 1. initio.

3. Mendicantes in partibus Indiarum possunt baptizare nouiter conuersos, & eorum filios, & descendentes paruulos, etiam quos vulgo, Mestizos, vocant, nõ solùm in suis Ecclesijs, sed etiam extra, in locis ad id deputatis, non tamẽ in parochijs alienis per priuilegia Leonis X. Adriani VI. Pauli III. Pij IV. & Pij V. apud Bullarium. Idemque priuilegium habent Minoritæ in terris Saracenorum, & Paganorum à Gregorio IX. Innocentio IV. & Nicolao IV. apud idem Bullarium, & refertur in Compendio. Item possunt vti in baptismo oleo, & chrismate antiquo vsque ed quatuor annos inclusiuè, ex Gregorio XIII. vbi nouum haberi nequit, idque sine consuetis cęremonijs, & extra Ecclesias ob paucitatem ministrorum, cùm id ad maius Dei obsequiũ expedire iudicauerint, ex concessione Pij V. relata in Compẽdio Indico Societatis, quam postea confirmauit Gregorius XIII. & ampliauit per aliud decennium, ibidem art. 3. vsque ad 6. & dict. loco addit. sum. num. 8. vide in Compend. Minor. verb. Baptizare §. 1. idem docent Mirand. suprà art. 3. & 4. Portel. num. 3.

Bull. bul. 3. Leo X. Bulla 2. Adr. 6. Bull. 4. Pij 5. bul. 7. Greg. 9 Bull. 19. Innoc. 4. Bulla 2. Nicol 4. & in Cõpend. Minor. verb. baptizare §. 1.

N O T AE.

4. Supposito quòd religiosis apud terras infidelium integrum est baptizare, non erit extra rem quærere, an paruulos filios ipsorum infidelium, inuitis eorum parentibus sacri baptismatis vnda abluere, ac regenerare in Christo possint? Communis Theologorum sententia, quam cum D. Th. 2. 2. q. 10. art. 12. & 3. p. q. 68. art. 10. resoluit Azor. tom. 1. instit moral. lib. 8. ca. 25. q. 2. tenet; id nullo iure licere, tum

quia

quia parentes illa, quam à natura habent patria poteſtate in filios priuari nequeunt, tum etiam, quia ſicut nemo adultus ad fidem compelli debet, ita nec paruuli ad baptiſmum rapi iure poſſunt, reluctantibus eorum parentibus, in quorum voluntate filiorũ aſſenſus veluti ex naturæ compromiſſo tacitè radicatus eſt. Tandem quia nec Chriſtus Dominus baptiſmi inſtitutor, & auctor voluit, vt hoc ſacramentum conferretur ſine proprio cuiuſq; aſſenſu, vel ſaltem parentum expreſſo vel tacitò nutu, nec ipſa Eccleſia ſui Diuini ſponſi veſtigijs inhærens aliter ſolet illum conferre, aut hactenus hoc iure, & poteſtate vſa eſt, cùm tot Pij Pontifices, & Chriſtiani Principes, ac Imperatores præceſſerint.

5. Licitè tamen dicti religioſi poſſunt baptizare filios natos ex vno parente fideli, & altero infideli, etiã iſto renuente, vt expreſsè habetur *capit. ex literis, de conuerſ. infidel. & cap. Iudæi, & cap. ſequenti 28. quæſt. 1.* Idem ius eſt, etiamſi pater renuens infidelis ſit, ex dict. cap. Iudæi, dummodo mater fidelis diligenter curet de inſtructione filij baptizati, & caueat ne à patre infideli ſeducatur. Imò ſi vterque parens tam fidelis, quam infidelis filium prohibeat baptizare, poterit Eccleſia illi baptiſma conferre, fortaſſis enim parens fidelis ideò renuit, vt alteri coniugi infideli morem gerat, ac placeat: Eccleſia autem ius habet cogendi fidelem, vt filium offerat ad baptiſmũ, quo renuente eo ipſo ad curam, & prouidẽtiam ipſius Eccleſiæ filius pertinet. Pari ratione ſi vtroque parente infidele exiſtente natus eſt Infans, & alter eorum ad fidem conuerſus ſit, optimo iure poterit ille baptizari, non obſtante contradictione alterius parentis infidelis. Ita Azor. dict. cap. 25. quæſt. 3.

6. Item ſi parentes infideles longiſſimè abſint à filijs ſuis paruulis, licebit Chriſtianis, in quorum poteſtate ſunt, eos baptizare, tunc enim perinde habentur, ac ſi omni cura parentum deſtituti fuiſſent, & eorum curã Deus demandauit illis, ad quos tranſierunt, vt ſaluti ipſorum conſulant, & inſtruãtur in rebus fidei, & religionis Chriſtianæ. Eadem pariter ratione infidelium infantes apud nos expoſitos licet baptizare: nam eo ipſo quòd à parentibus derelinquuntur, cenſentur eorum curam, & patriam poteſtatem ad nos transferre. Aduertant tamen hi, ad quos peruenerint, ne grandes effecti ad ſuos parentes infideles redeant, aut parentes eos recuperent. Ita Azor. ſuprà quæſt. 4.

7. Turcæ nobiles, & Saraceni (vt fertur) interdum ſuos infantes ſolent Chriſtianis offerre, vt per baptiſmi ſalutaris aquam mundati, à fœtore corporis ſculorum, aut à dæmonum vexatione liberentur, & bona, ac integra fruantur valetudine. Erit ne licitum Chriſtianis hos baptizare? Non deſunt, qui id affirmant, ex eo quòd à parentibus ſponte offeruntur ad baptiſmum. Syluest. verb. Baptiſmus 4. quæſt. (quem ad id citant) quæſitum indeciſum reliquit. At negatiua pars omninò tenenda eſt: quia iſti infantes ſtatim poſt baptiſmum parentibus infidelibus redduntur, & ab illis facti adulti impiè inſtruuntur, quo facilè à fide recedũt. Vnde quoties occaſio ſe obtulerit eos liberandi à iure patriæ poteſtatis, licebit vtique eoſdem baptizare, cauendo ne poſtea ad parentes confugiant. Sic docet Azor. ſuprà quæſt. 6.

8. Maior difficultas eſt, an infantes infidelium, qui ſunt mãcipia Chriſtianorum, poſſint inuitis eorum parentibus baptizari. Duplex opinio traditur ab eodem Azor. dict. cap. 25. quæſt. 7. Prima noſtri ſubtiliſſimi Scoti *in 4. d. 4. q. 9. & ibi Durand. q. 6. Gabriel q. 2. ar. 5. & dub. 5. & aliorum, qui partem tenent affirmantem. Altera negans, quæ eſt D. Thom. & eius diſcipulorum 3. p. quæſt. 68. art. 10. & 2. 2. quæſt. 10. art. 12. Palud. in 4. diſt. 5. quæſt. 4. art. 3 Soto in 4. d ſt. 5. quæſt. 1. art. 1.* cui adhæret Azor. ibid. Quæ ſententia prima fronte licèt videatur aliquam ſpeciem veri, & probabilitatis præ ſe ferre: primam tamen tanquam magis piam amplector, modò filij baptizati à parentibus ſeparentur, ne ab illis ſeducti ad paternam infidelitatem reducãtur, vt reſoluit Villalo-

bos 1. *p. sum. tract. 5. diff. 15. num. 3.* addítque nu. 4. seq. filios infidelium, qui non sunt subditi Principum Christianorum, nec bellum illis gerunt, non posse licitè baptizari inuitis eorum parentibus. Quam sententiam adscribit Diuo Thomæ, & eius sequacibus loco supra allegato, nec esse cōtra Scotum superiùs citatum asserit, quia loquitur de subditis fidelium, quibus reluctantibus licere eorum filijs baptisma conferre iussu Principis Christiani, eosque educandos tradi Christianis docent, ibidem subtilis Doctor, & eius discipuli contra Thomistas, teste Villalobos *d. ti d. fi. 15. num. 7. per totum.*

Nec obstat, quòd pater non potest priuari patria potestate iure naturæ illi competente. Nam ordo charitatis petit, vt quia paruulis infidelium alia via salutis non patet, possint eripi à potestate parentum, animo eos regenerādi in Christo per sacrum baptisma, per quod parentibus iniuria non irrogatur: sed potiùs eorum filijs, & eorū spirituali saluti maximopere consulitur, quam vitam spiritualem, & æternam proximi ex charitate tenemur præferre bonis temporalibus, inter quæ numeratur patria potestas. Nec potest dici, quòd adest periculum deserendi fidem susceptam, & adhærendi falsę parentum sectæ post adultam filiorum ætatem. Nam id periculū cautè potest remoueri, educando illos in Christianis moribus, & institutis omninò abstractos, & sequestratos à parentibus, vt dictum est.

9. Datò autem quòd paruulis infidelium baptisma conferatur, coactis eorum parentibus, illud ratum esse, & firmum tenet communis Theologorū sententia, ex D. Thomæ mente *d. q. 68. art. 10.* vbi Caiet. & resoluit Azor. *dic. cap. 25. q. 8.* & probatur efficaciter ex *ca. maiores, §. item quæritur, de baptismo,* vbi Innocentius III. definit, quòd ille, qui coactus baptismi suscipit sacramētum, sicut & is, qui ad illud fictè accedit characterem suscipit Christianitatis impressum, & vterque ad fidem susceptam tenendam cogatur, ne nomen Domini blasphemetur: ergo pari, imò maiori ratione dictis paruulis characterem imprimi, inuitis eorum parentibus, dicendum est: qui postquam ad adultam deuenerint ætatem, in fide baptismi suscepta stare cogendi sunt. Nec refert, quod voluntas, saltem parentum pro eorum infantibus ad baptismum requiritur: quia sufficit vel tacitus Ecclesiæ consensus in ministro sacramenti, vel patrinorum, vt notat Azor. dict. q. 8. ad finem. Vel etiā quia in paruulis nullum requiri consensum probabiliter quidam credunt.

10. Hinc deducitur, idque maiori ratione (vt videtur) filios infidelium rationis iam compotes, & petentes baptismum posse iure optimo baptizari, etiamsi impuberes sint, & renuentibus eorum parentibus; quia facti iam sunt sui iuris in his, quæ ad spiritualem spectant salutem, vt docent D. Thom. 3. *quæst. 68. ar. 10.* Tabien. *verb. Baptismus 7. quæst.* 10. & tradit Azor. *dic. cap. 25. quæst. 11.*

11. Idemque dicendum existimo, etiam si dubitetur de eorum ad vsum rationis deuentione, cùm petunt baptismum: quia præsumitur enim rationis vsum accelerari, sine quo, & diuini numinis iuuamine nemo potest ad Deum venire, nec petere tanto fidei sacramēto imbui, quidquid dicat Azor. dict. quæst. 11. in fine. Idque efficaciter probatur argumento c. iuuenis, de spōsalibus, vbi Glossa verb. dubia, explicans illa verba: Quia tentauit forsitan quod complere non potuit; dicit: præsumitur quòd erat doli capax, siue quia malitia supplebat ætatem quoad sponsalia, sicut supplet malitia quoad matrimonium, cap. de illis, 9. de despōsat. impuber. Et in hoc, an consenserit puella ante septimum ætatis annū versari dubium asserit, vbi Hostiensis idē notat dicens, quòd erat propinqua ætati septenni, & doli capax, argumento cap. fi. de desponsatione impuberum, ac ideò ex eo contractu, & præsumpto puellæ consensu in dubio ortum esse impedimentum publicæ honestatis ad postmodum contrahendum cum consobrina ipsius puellæ. Cuius textus argumentum, & ratio sic explicata maxi-

maximè facit ad rem, de qua agimus, vt discurrenti patebit.

12. An verò liceat Principi Christiano Paganos, Iudæos, vel Sarracenos ex suis oppidis, ac ex omni sua ditione expellere, ea lege, vt si manere velint, sacro baptismate in Christo regenerentur, sin minus intra certum tempus ad deliberandum datum, ex finibus suæ ditionis omnino egrediatur? Affirmant Simancas *de Catholicis institutionibus tit. 35. num. 6. & seqq.* & alij quos refert Azor. *tom. 1. instit. moral. c. 24. quæst.* 4. Idque sub nostram fermè ætatem à rege Catholico Fernando V. & Elisabella Regina factum fuisse compertum est. Pro quo est quoddam decretum in Concilio Toletano V I. cap. 3. teste Marineo Siculo lib. 19. & Albertino *in rubr. de Hæreticis in 6. q. 3.* & Simancas vbi suprà num. 9.

RESOLVTIO XIII.

De Benedictionibus.

1 Communis Doctorum tenet, simplices Sacerdotes non posse benedicere ornamenta Ecclesiæ, idque approbat consuetudo, quæ vim habet legis, & stylus Curiæ, licèt autem Sixtus IV. apud Bullarium concesserit Minoribus, vt Sacerdotes Ordinis possint benedicere omnia ornamenta Sacerdotalia, & altarium, demptis corporalibus, hoc tamē quoad dictos Fratres restrictum est per quoddam Capitulum Generale ad solos Guardianos. Vnde cùm non sit restrictum quoad alios religiosos communicantes cum Minoribus in priuilegijs, rectè poterunt vti tali priuilegio. Nec item quædam ampla concessio Gregorij I X. id ipsum indulgentis presbyteris Minoribus existentibus in terris infidelium, vbi copia Episcoporum non habetur, etiam quoad corporalia benedicenda, est in vsu in illis partibus, *tom. 1. quæst. 19. art. 1.* De quo Sylu. *verbo, benedictio, num. 4.* Idem docent Miranda, *tom. 2. Manual. quæst. 40. art. 1. conclus.* 24. Portel. in *Addit. ad dubia, verbo, benedicere nu. 2.* vbi asserit, apud Fratres Prædicatores esse in vsu præfatam concessionem Sixti IV. nempe vt Sacerdotes simplices, seu non prælati benedicant ornamenta, &c. exceptis corporalibus.

Bullar. oraculo 12. Sixto 4.

2. Prælati Regulares, etiam Conuentuales, vt Guardiani, Priores, & similes licitè benedicunt Ecclesias, cœmeteria, oratoria, corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastica, vbi chrisma non interuenit, ex Gregorio IX. Leone X. & alijs pluribus Pontificib. apud Bullarium. Quod ad Vicarios in absentia Guardianorum, & Priorum, seu Præsidentes habentes principale regimen conuentus extendit Innocentius VIII. qui non solùm pro suis vsibus, sed etiam pro alienis hoc ampliauit. Id tamen quoad nos Minores restrictū est in Capitulo Generali Mechlinensi pro nostro tantùm vsu, vt Collector Minorum, verbo, benedicere §. 14. innuit, ibidem art. 2. vide Mirand. suprà art. 2.

Bullar. bulla 13. Greg. 9. & bulla 9. Leo. 10.

Super quo vacillare videtur noster Auctor ibi, modò asserendo posse prælatos prædicta benedicere pro omnibus vbicunque sint, modò addendo, id esse restrictum per dictum Capitulum Generale. Ego consuetudini, quæ est optima legum interpres, & praxi Ordinis standum esse omnino cēseo, quæ tenet, minimè posse dictos prælatos benedicere corporalia extra vsum suorū conuentuum, & confirmat Collector Societatis Iesu, verbo benedicere nu. 3. vbi de prædicta concessione sic aduertit. Quoad benedictionem tamen externorum non nisi necessitas vrgeat, & prælati, seu Episcopi distent, & sine illorum offensione. Ita refert Portel. verbo, benedicere num. 3. Sed Miranda vbi suprà art. 3. indecisè loquitur super hac re.

Exponitur doctrina Auctoris.

3. Prouinciales Indiarum vltra prædicta, etiam pro vsu alieno possunt benedicere calices, Episcopis in Prouincia non existentibus, ex præfatis Bullis Leonis X. & Adriani VI. quam-

auctoritatem, seu facultatem possunt committere, & communicare suis Fratribus. Item ex alio priuilegio Innocentij VIII. communicato iam omnib. Abbatibus per Gregoriū XIV. apud Bullarium, Abbates Cistercienses possunt calices consecrare accepto prius sacro chrismate ab aliquo Catholico Episcopo, etiam pro alieno vsu. Sed hoc non communicatur Prouincialibus Mendicantium, quia non habent exercitium Pontificalium, sicut dicti Abbates, *ibid. art. 3. & tom. 3. Addit. summa cap. 27. num. 1.* Idem docent Miranda vbi suprà *art. 4. Portel. verbo, Abbas num. 2.*

Bull. bul. 5. Inno. 8. num. 4. & Bulla 3. Greg. 14.

4. Vbi Episcopus ter requisitus à Regularibus cum debita reuerentia, & instantia recusauerit eorum Ecclesias, altaria, calices, & alia similia benedicere, & consecrare sine legitima causa, possunt iuxta priuilegium Sixti IV. mox citandum, petere horum benedictionem, & consecrationem ab alieno Episcopo, quod non est reuocatum per Cōcilium Tridentinum, vbi habetur, quòd nulli Episcopo liceat cuiuscunq; priuilegij prætextu Pōtificalia in aliena diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licētia, quia id in hoc casu non habet locum. Idem est dicendum, quādo talem benedictionem nolit proprius Episcopus gratis exhibere, ex eodem Sixto IV. apud Bullariū ibid. art. 4. & 5. idem docent Mirand. vbi suprà art. 5. & 6. Portel. verbo, benedicere num. 4.

Trid. sess. 6. ca. 5. de reform. Bull. bul. 37. nu. 76. & 77. Sixti 4. & bulla 34. à num. 17. vsque ad 20. bul. 6. Leon. 10.

5. Episcopo distante plusquam duas dietas, seu 14. leucas potest Prælatus Conuentus benedicere, seu reconciliare Ecclesiam pollutam cum aqua ab ipso benedicta, ex Leone X. apud Bullarium. Aqua verò benedicta ab Episcopo solùm requiritur pro reconciliatione Ecclesiæ consecratæ, non verò benedictæ, ibidem art. 6. De quo Capuccinus ad *Compendium dict. verbo, benedicere §. 14. Henriquez tom. 2. lib. 13. cap. 51. § pollutio,* relati à Portel. num. 2.

NOTAE.

6. Nota quòd ex priuilegio Pauli III. pro Societate Iesu apud Bullariū, possunt dicti prælati Ecclesias suas, & cœmeteria benedici, aut consecrari facere à quocunque Episcopo, si Diœcesanus vltra quatuor menses id facere distulerit. Imò si ter requisitus venire renuerit, etiam non expectans dictis quatuor mensibus possunt dictæ Ecclesiæ, & altaria consecrari, & benedici à quocumque Catholico Episcopo, iuxta dictum priuilegium Sixti IV. teste F. Ioanne de la Cruz *in sua Epitome li. 2. cap. 5. dubio 9. conclus. 3. in fine.*

Bull. bul. 8. Paul. 3. num. 3.

7. Item in eadem bulla Pauli III. habetur, quòd religiosi in terris remotissimis infidelium possint Ecclesias, & alia pia loca erigere, & erecta reformare sine alicuius præiudicio, & vestes sacerdotales, Pallas, corporalia, calices, cœmeteria (si Episcopus non adsit) benedicere, ac prophanatas Ecclesias reconciliare, statimque necessaria facere, factaque mutare, alterare, ac illis addere, vel detrahere, & bis in die celebrare. Ita in præfata Bulla à nu. 36. vsque ad 40. inclusiuè, de quo Portel. in addit. ad dubia num. 3. vbi per errorem forte Typographi refert pro Paulo III. Gregorium XIII. nullibi enim inter Bullas huius Pontificis reperitur talis Bulla, sed apud Paulum III. dicta Bulla 8. num. 36. & 37.

RESOLVTIO XIV.

De Benefactoribus.

1 Benefactores monasteriorum, seu religiosorum, qua tales sunt, nō possunt à quoquam molestari, aut excommunicari ex Innocentio IV. Leone X. & Paulo III. apud Bullarium. Alijs tamen de causis, & nō in odium religiosorum, bene possunt excommunicari,

Bull. bul. 26. Inn. 4.

nicari, nisi actu seruiant ipsis intra septa monasterij sub obedientia prælatorum viuentes iuxta decretum Tridentinum, tunc enim ab Episcoporum iurisdictione exempti sunt, tom. 1. quæst. 33. art. 1. Ad quod vide infrà de excommunicat. num. 7.

2. Prælati Regularium ex concessione Vrbani V. & Iulij II. apud Bullarium, imò & iuxta ius cõmune, possunt per suas literas benefactorib. communicare suffragia, indulgentias, orationes, & alia bona spiritualia suorũ subditorum, & congregationum tanquam habentes auctoritatem dispensatiuam communium bonorum communitatis, tam quoad vim satisfactoriam, quàm meritoriam. Bona tamen satisfactoria necessariò, & speciali intentione debent applicari ab eo, qui ea communicat, alias non proderunt his, quibus communicantur quoad vim satisfactoriam, secus quoad vim meriti nã participatio meritorum per viam meriti non semper requirit specialem intentionem, vel applicationem, vt quãdo applicantur existentibus in gratia ob communionem sanctorum. Nec ex hoc minuitur valor operũm ex pluribus communicantibus, in quantum meritoria, bene tamen in quantum satisfactoria. Vnde ex hac applicatione nõ fit deterior religiosorum conditio, imò aliunde aliquid illis augetur ratione meriti prouenientis ex charitate, qua alijs sua bona satisfactoria applicant, *ibid. art. 2. de quo vide D. Tho. in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 1. & in addit. ad 3. part. quæst. 26. art. 1. in corpore, Nauarr. tract. Miscellaneorum, Miscellan. 11. nu. 4. & in comment. de Iubileo, & indulg. notab. 31. num. 18. Thomas Vvalden. libr. de Sacramentalibus cap. 24. Soto in 2. d. st. 21. quæst. 1. art. 4. conclus. 2. Miranda to. 2. man. q. 50. art. 1. & seqq.*

3. Talis communicatio meritorũ non valet ad hoc, vt ipsi participantes ex hoc immediatè absque vllo boo opere, & dispositione habeant gratiam gratum faciẽtem, & præmium gloriæ, valet tamen ad consequendum à Deo gratiam conuersionis, illuminationẽ, & virtutum profectum, & ad collationem bonorum spiritualium, & præseruationem à peccatis, & ab alijs malis animæ, & corporis, quo quis potest alteri mereri de congruo, seu impetrare à Dei misericordia liberali, ibid. ar. 3. de quo communius cum D. Tho. *in addit. ad 3. part. q. 27. art. 1. quem etiam vide in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 1. & 1. 2. qu. 114. art. 6. & 8. Nauar. dist. miscella 11. num. 2. q. 3. 4. & 5. & in enchiridio de oratione cap. 10. nu. 46.* quos referenda multa congerit ad idem Miranda dic. q. 50. art. 2.

4. Prælatus etiam Papa regulariter non potest applicare quoad vim satisfactoriam bona facta à subdito, pro satisfactione suorum peccatorum, ipso inuito, sed ea dumtaxat, quæ aliàs cedunt in thesaurum communitatis non specialiter applicata, vel superfluunt facientibus, aut iniunguntur à prælato, aut quæ fiunt in communi, & pro intentione communi, talia namque bona bene prælatus cõmunicat alijs quoad vim satisfactoriam, etiã inuito subdito, & habente necesse eorum. Quoad vim autem meritoriam omnia bona subditorum tam priuatim, quàm in communi facta, tam supererogatoria, quàm obligatoria potest prælatus applicare, cùm exinde nulli fiat præiudicium, imò ex eo fit melior conditio operantis ex multitudine participantium, ibidem art. 4. de quo Corduba *lib. 3. de indulg. quæst. 42. artic. 5. dict. 4. Soto in 4. dist. 21. q. 1. art. 4. conclus. 2. Nauar. d. miscell. 1. num. 9. q. 9.*

Idem tradit Miranda supra artic. 3. conclus. 1. vbi conclus. 2. addit, in aliquo casu speciali, ex causa vrgenti posse prælatos suorum subditorum bona, etiam ipsis inuitis, alicui insigni benefactori, cui voluerint, communicare ex Soto, & Doctoribus suprà allegatis.

5. Bona præterita iam facta, si dũ fiunt, non applicantur, saltem virtualiter, nequeunt ampliùs applicari à faciente, vel à prælato quoad vim satisfactoriam, quia iam sunt reclusa in cõmuni thesauro Ecclesiæ, nec possunt ab aliquo in priuato thesauro reseruari pro tẽpore futuro, vt tunc applicentur.

tur. At quoad meritum possunt optimo iure applicari etiam præterita bona, nam de meritis quoad vim meritoriam non cõgregatur communis Ecclesiæ thesaurus, ibid. art. 5. de quo D. Bonau. *in 4. dist. 20. quæst. 3. Corduba lib. 5. de indulg. q. 42. puncto* 3. Nauar. supra num. 7. Miranda supra art. 4.

6. Communicatio bonorum communitatis facta à prælatis per suas litteras benefactoribus, intuitu benefactorum non participatur, nisi pro rata secundùm quod plus, minusue benefactores sunt: secus si fiat communicatio intuitu solius charitatis ad beneplacitum prælati, nam tunc valebit concessio secundùm intentionem ipsius communicãtis quoad vim satisfactoriam, & meritoriam, ibid. art. 6. de quo Corduba vbi supra puncto 9. Miranda sup. art. 5.

7. Hæc cõmmunicatio multũ differt ab indulgẽtiarum communicatione. Primò, quia ad eam non vtuntur prælati iurisdictionis claue, nec per eã remittuntur, aut relaxantur pœnæ peccatorum, sicut in indulgentijs. Secundò, quia hic nõn applicantur merita passionis Christi, quæ sunt infinita recõdita in thesauro Ecclesiæ, sed bona communitatis, quæ sunt finita, & limitata. Tertiò non fit auctoritate potestatiua, sed tantũ potestate naturali, quã quis habet ad distribuendum bona sua aut sibi commissa. Vnde per hanc communicationem non liberatur participans in foro Dei, & Ecclesiæ à pœnitentijs iniunctis à sacerdõte, sicut in indulgentijs, cũm merita applicata nõ sint infinita. Tandem quia indulgentiæ valent ad satisfactionem pœnarũ Deo debitarum pro peccatis, hæc autẽ cõmunicatio valet præcipuè ad impetrationem bonorum, aut remotionem malorum per viam meriti de congruo: ad satisfactionem tamen pœnarũ valebit, si id intendat applicans. Vnde nõ suspenditur per Bullam cruciatæ, aut aliam bullam suspendentem indulgentias. *ibidem art.* 7. De quò D. Tho. *in 4. dist. 20. art. 3. & 4. & in addit. ad 3. par. quæst. 26. art. 1. Nauarr. de indulg. notab. 31. num. 21. & 22. & dist. miscell. 11. nu. 4. quæst. 6. Corduba dicta quæst. 42. pũct. 4. Soto in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 4.* Miranda supra art. 6.

8. Hospitantes Fratres Minores de Obseruantia, qui vulgo, Germani, vocantur, habent in Hispania inter alia priuilegia regalia, quòd non teneãtur contribuere pro commodandis militibus quod in oppidis inter oppidanos seu ciues distribuitur, de quo infrà redibit nobis sermo, tom. 2. q. 40. art. 2.

RESOLVTIO XV.

De Beneficijs Ecclesiasticis.

1 BEneficium aliud est seculare, qđ per clericos sæculares administratur, & aliud regulare, quod religiosis, & monasterijs addictum est. Sæculare aliud est cum administratione, seu cura, & dicitur curatum, & aliud sine cura, seu administratione, & dicitur simplex. Regulare item est in duplici differẽtia, aliud vocatur duplex, vt Abbatia Regularis, & Prioratus claustralis, quia illud obtinens duplici honore fungitur, scilicet circa personas, & circa res monasterij. Aliud dicitur simplex, vt Prioratus simplex, & monachatus regularis, quia illud ob tinenres simplici honore tantùm funguntur. *tom. 1. q. 34. art. 1.*

2. Beneficium autem sæculare, seu Ecclesia sæcularis vnita beneficio, & Ecclesiæ regulari sortitur naturam, & priuilegia regularis, cui vnitur, & subijcitur. Sed aduerte, quòd modò ex decreto Concilij Tridentini Episcopus non obstante quocunque priuilegio potest examinare huiusmodi vniones perpetuas à quadraginta annis citra factas, ibidem in fine, & to. 3. sum. 13. verbo cap. 32. nu 20. de quo Perusio de vnione Ecclesiæ cap. 2. & latissimè Sanch. traditis multis *lib. 7. d. calog. cap. 29. à nu 145. & sequentibus per totum.* Quod examen posse fieri, etiamsi per decennium

Trid. sess. 7. c. 6. de refor. & sess. 24. c. 13. in vnionibus.

bium non constet de talibus vnionibus, addit Auctor *dict. numero vigesimo, addit. summ.* [vide infrà in notis *numer. 29. vsque ad 40.*

Pro vnionibus beneficiorũ & quod tempus requiratur ad probãdam vnionem, vide Rebuffum in praxi benefic. lib. 1. tit. de vnionibus benefic. à num. 34. Mascard. de probat. concl. 179. & 586. & 1413. Menoch. de præsumpt. libr. 6. quæst. 80. Nicol. Garcia de benefic. p. 12. cap. 2. numer. 225. & 226. quos refert Barbosa dict. sess. 7. cap. 6. de reform. & tradit Auctor dict. num. 20. vbi docet, per solam possessionem non probari, nec præsumi vnionem in forma solemni, nisi concurrat tempus immemoriale, & ad id refert quandam declarationem Cardin. Vide Sanch. suprà numer. 179. & in notis infrà num. 32.

3. Aliqua sunt beneficia regularia, quæ Manualia dicuntur, quæ nomen, & naturam beneficiorum imitantur, propriè tamen beneficia nõ sunt, quia illis præfecti amouentur ad nutum Abbatis, vel Prioris, si iusta amotionis adsit causa, aliàs sine causa amotus poterit implorare superioris auxilium. Quæ beneficia, seu Prioratus regulares administrationis causa tantum esse dicuntur; nam quæ naturam induunt beneficij perpetui, eorum Præfecti etiam perpetui erunt, nec per Abbatẽ amoueri possunt, & idẽ iuris est, quando beneficium à Pontifice cõceditur, vel confirmatur ex certa scientia, & expressa qualitate, ex gloss. *in cap. porrectia, verb. confirmantur, de confirmat. vtili, vbi Abbas num. 4. ibid. art. 2. de quo vide Nauar. libr. 1. cons. 3. tit. de Presbyter. vers. 4. quod nec ratio in 2. edit. num. 5. Sanchez lib. 5. decalog. cap. 5. numer. 16. & lib. 7. cap. 29. à num. 106. & præcipuè num. 122. & num. 130. vide infra in notis num. 42.*

4. Regularia beneficia regularibus dumtaxat, & sæcularia sæcularibus cõferenda sunt, cap. nullus, de electionẽ, & patet ex priuilegijs sancti Ioannis Hierosolymitani. Rursum regularia beneficia, vt Prioratus Ecclesiarum, vel administrationes, non debent conferri monachis alterius ordinis, nisi eius, per quos solet possideri, sine auctoritate Papæ, c. cùm singula, §. prohibemus in 6. Item debent esse expressè professi in tali religione, vel habitum omninò suscipere, & professionem in illa emittere tenentur ex Concilio Tridẽtino, ibid. art. 3. de quo Selua *de benefic. p. 3. quæst. 11. num. 130. Nauar. cons. 9. de præben. Zerola in praxi Episcop. p. 2. ver. beneficium, nu. 5. p. 35. Azor inst. moral. p. 2. lib. 3. cap. 26. q. 4. 5. & 6. Sanchez lib. 7. decalog. cap. 29. num. 29. & sequentib. Et in defectu regularium posse beneficia regularia clericis sæcularibus conferri tenent Gonçales ad regul. 8. cancellariæ glossa 8. nu. 43. Garcia de beneficijs p. 7. c. 10. nu. 16. Azor dict. quæst. 6. additque Gonçalez num. 77. & 78.* Sacram Congregationem Cardinalium censuisse, ordinarios collatores portiones Monachales, & Canonicales regularibus prouideri consuetas posse conferre, etiam clericis sæcularibus, qui habitum susci pere, & professionem omninò emittere teneantur, non tamen Abbatias, & beneficia administrationem habentia. Ita refert Barbosa in remiss. ad Tridẽtinum dict. sessione 14. capit. 10. de reformat. idem resoluit in nouitio habere locum Sanchez li. 7. decalogi c. 4. n. 24. etiam inconsulto Papa, ex declaratione Cardin. relata à Gonçalez vbi suprà num. 78.

5. Mendicantes, cùm iam habere possint bona in communi, consequenter etiam beneficia Ecclesiastica obtinere optimo iure possunt, vt colligitur ex quadam concessione Sixti IV. facta Carmelitis apud Bullarium, qua per communicationem fruuntur cæteræ Religiones. Auctor *in addit. summæ tom. 3. cap. 36. num. 1. idem docet Sanchez dict. lib. 7. cap. 29. num. 37. & nos latius dicemus infrà num. 51.* Bullar. bul. 37. Sixti 4. n. 104.

6. Monachus non potest promoueri in Ecclesia collegiata ad canonicatũ, vel ad aliud beneficium simplex, bene tamen ad dignitatẽ, vel præposituram ipsius, vel alterius curatæ Ecclesiæ sæcularis, etiam Cathedralis, ob rationẽ curæ, & prædicationis. At in monasterio habente populum, monachus illius

lius curam habere non potest, sed clericus secularis preficiendus est, cap. 1. de capellis monachorum. Quod mirabile reputat Abbas in cap. quod Dei timorem, de statu monachorum, laborans circa rationem diuersitatis circa hos duos casus, ibidem art. 4. Sanchez suprà num. 34. vide à nobis dicenda infrà num. 52.

7. Nulli religioso licet acceptare beneficium in Ecclesia seculari sine licentia sui prælati cap. si religiosus, de elect. in 6. secus facta electio ipso facto viribus omninò euacuatur, vt ibidem dicitur, aut sine dispensatione Apostolica, etiamsi promoueatur in Papam, ex quadam glossa singulari in ca. quamsit, §. nullus monachus 18. qu. 2. Prælato autem renuente cosentire ad id, ille compellendus est, necessitate, aut vtilitate exigete, ob bonum publicum. Immò apud quasdam religiones non licet electioni de se factæ consentire, seu acceptare, & à fortiori nec procurare, vel per alium impetrare absque Capituli, vel Generalis licentia, alias caret impetratis, & inhabilis perpetuò redditur ad alia: quòd si monitus intra tres dies nō acquieuerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrit, à qua, nisi satisfactione subiectionis facta prohibentur monachi illum absoluere in virtute sanctæ obedientiæ, & maledictionis æternæ, ex Eugenio IV. apud Compendium Cister. *titulo beneficia Ecclesiastica* §. 2. *ibidem art.* 5. *de quo Abbas in ca. quod Dei timorem, Sanchez dict. cap.* 29. *nu.* 57. *& sequentibus*, qui idem docet cum Auctore & nos dicemus infra num. 54.

8. Item nullus religiosus ad aliquod beneficium seculare, vel regulare admissus admitti potest in capitulis Generalibus, prouincialibus, seu cōgregationibus, aut alijs negotijs ordinis, nisi cum consensu generalis, sub pœna excommunicationis, quam admissus, & admittens ipso facto incurrunt, ex concessione Calixti III. & Sixti IV. ibidem in fine. idem docent Mandosius de priuilegijs ad instar, gl. 3. num. 11. Sanchez *lib. 6. decalog. cap.* 6. *nu.* 33. Qui licet agat ibi de Episcopo monacho, idem extendi ad parochum innuit num. 36.

9. Monachus factus rector alicuius Ecclesiæ secularis pertinentis ad Episcopum ab obedientia sui prælati absoluitur, & imperio Episcopi subijcitur, nec ad obseruantias regulares seruandas tenetur, quæ commodè non compatiuntur cum executione sui beneficij. In omni tamen casu habitum deferre tenetur, nec illi proprium habere licet, sed tantum administrationē fructuum beneficij sibi crediti. At ex quadam concessione Gregorij XI. apud Bullarium præfatus monachus curatus suis superioribus, eorumq; correctionibus omninò subijcitur, ac si ta le munus non haberet, vt in simili de cappellanis Papæ decernitur in præfata Bulla Gregorij XI. & est conforme concilio Tridentino statuente: Ne quis regularis sine sui superioris licentia, cuiusuis operis prætextu subijciat se obsequio alterius, ibidem art. 6. de quo Sanchez lib. 6. decalog. cap. 6. numer. 36. Bull. bul. 1. Greg. 11. Trid. ses. 25. c. 4. de reg.

Ad quod etiam est quædam Bulla Leonis X. pro prædicatoribus apud Bullarium, vbi decernitur, quòd religiosi quantumuis exempti, & licentiati à Papa ad feruiendum alicui beneficio, sint subiecti suis prælatis regularibus, nisi aliàs à Sede Apostolica habeant Ecclesias parochiales, aut earū perpetuas Vicarias illis actualiter seruientes. Ad quod vide Azor. *tom.* 1. *instit. moral. cap.* 19. *quæst.* 15. Sylue. verb. religio. 7. q. 11. F. Io. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. conclus. 2. Sanch. lib. 6. cap. 6. num. 36. agentes de absolutione a obseruantijs, de quibus suprà, & nos latiùs dicemus infra num. 58. Bull. bul. 32. Leo X.

10. Religiosus beneficiarius quærit Ecclesiæ, vbi habet beneficium nō subiectum suo monasterio, vel Ordini. Et idem dicendum est de habente beneficium monasterio subiectum nō pleno iure, vel etiam iure pleno, dum modo non sit ad nutum Abbatis amouibile. Imò idem iuris est, si habet illud concessum à Papa ex certa sententia ad vitam suam, siue beneficium pleno iure subsit monasterio, siue nō, siue ad

ad nutum prælati sit amouibile, siue non, quia in omnibus istis casibus talis religiosus desinit esse sub obedientia sui prælati, saltem quãtum ad hoc, nec nec ab eo potest amoueri ad claustrũ reduci, ibidem art. 7. De quo Nauar. in c. non dicatis 12. q. 1. nu. 6. Faciunt tradita à Sanchez libr. 6 Decalog. cap. 6. num. 14. vbi agit de Episcopo, & beneficiario monacho disponente de suis redditibus inter viuos, non tanquam dominus, sed tanquã administrator vide infra nu. 60.

11. Monachus non potest cogi à suo prælato ad acceptandum beneficium sæculare, vel Regulare alterius Ordinis, vel monasterij, nisi beneficiũ consuetum sit regi per monachos sui monasterij, tunc enim obedire tenetur illius præcepto, cùm sit secundùm regulam, pertineatque ad monasterium administratio talis beneficij, ibidem art. 8. De quo Nauar. *in dict. cap. non dicatis dict. num. 6. & comment. 4. de Regularibus nu. 23.* Sanchez citans nostrum Auctorem, *lib. 6. Decalogi cap. 2. nu. 51.*

12. Licitè potest cogi à prælato monachus ad relinquendum beneficium manuale, etiam absque aliqua causa, dummodo non faciat malo animo. At non potest ipsum cogere, aut habilem reddere ad duo beneficia, etiam sui Ordinis, vel monasterij, cap. cùm singula, de præbend. lib. 6. nisi fiat de auctoritate, & dispensatione Papæ, sine qua monachus non potest duas Ecclesias parochiales in titulum possidere, cap. monach. ca. quod Dei timorem de statu monachorum. Auctor. ibid. art. 9. De quo Nauar. vbi supra num. 23. & 65. Rebuff. in Praxi benefic. tit. de dispensat. cum Regularibus num. 8 & 9. Sanchez lib. 7. Decal. cap. 29. num. 58. & loquens de amotione beneficij ad nutum Abbatis nu. 110. & seq. De quo vide infrà ĩ notis n. 42. *& 61. vsque ad 63.*

13. Collatio, & institutio beneficiorum Regularium, etiam auctorizabilis pertinet ad monachos, & ad mo-

Bull. Bul. nasteria, quibus sunt vnita, nec Episco-
11. & 12. pi in eorum vacatione possunt edicta
Sixti 5. & proponere, nec ad concursum vocare permulta priuilegia Apostolica confirmata à Sixto V. pro Ordine S. Bene- Bull. vnica Vrbani
dicti, & pro Congregatione S. Ioannis
Euangelistæ (Loyos vocant apud Por- 8. num. 14
tugalliam) de quibus in Bullario, dũmodo deputati ad seruiendum Ecclesijs, seu beneficijs, etiã ad nutum amouibiles, ab Episcopo præuio examine approbetur: Exceptis monasterio Cluniacensi, & alijs monasterijs, & locis in quibus Abbates, Generales, aut Capita Ordinum sedem ordinariam, & principalem habent, aut alij Regulariũ superiores iurisdictionem Episcopalem, & temporalem, in parochos, & parochianos exerceant. ex Decreto Trid. Trid. ses.
ibid. tom. 1. q. 36. art. 1. & tom. 3. Summæ 25. c. 11.
cap. 23. num. 21. De quo Azor. idem do- de Regul.
cens, *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 22. q. 9. Sanchez dict. cap. 29. num. 108.*

14. Constitutio salarij pro seruientibus Ecclesiis Regularibus non prælatorum Regularium arbitrio, sed Ordinariorũ iudicio relinquitur, ne paruitate salarij Rectores cogantur aliun de necessaria quærere, & cura animarum negligenter exerceatur, ex Sixto
V. apud Bullarium, & est conforme Bull. bul.
Concilio Tridentino, vbi imponitur 14. Sixti
ordinarijs dicta beneficia visitantibus: 5. Triden.
Vt per idoneos Vicarios perpetuos, si ses. 7. c. 7.
opus fuerit, prouideantur ab eis, cum de refor.
tertia parte fructuum, aut maiori, vel & ses. 25.
minori, arbitrio ipsorũ, portione etiã cap. 16. de
super certa re assignanda, ibidem de- reform.
putandos, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, Vnde monasteria, quibus sunt perpetuò vnita dicta beneficia, non possunt ad libitum alterare ad antiquum statum Ecclesiæ, sed tenentur conseruare Rectores, seu Vicarios in eodem antiquo statu, ibid. ar. 2. Ad quod emanauit quædam constitutio Pij V. anno Domini 1567. die 15. Nouembris, incipit, ad exequendum, quæ est hodie seruanda, teste Gonçalez *ad regulam 8. Cancellariæ glossa 5. §. 3. num. 79.* & refert Barbosa *in remiss. ad Trident. dict. cap. 7. num. 2.* Idem docet Sanchez *lib. 7. Decalog. cap. 4. nu. 14.*

15. Episcopis non competit ius visitandi Ecclesias Ordinum Militariũ, & aliorum Regularium, quia sunt nullius diœcesis, ex concessione Lucij III.

&

& Gregorij Papæ, non obstante Concilio Tridentino, vbi decernere videtur, quod Episcopus proximior visitet Ecclesias, quæ nullius Diœcesis sunt, nam id de Ecclesijs secularibus, & nō de Regularibus debet intelligi, vt colligitur ex verbis eiusdem Cōcilij. Et eodem modo debet intelligi aliud decretum eiusdem Concilij, vbi habetur, quòd ordinarius cuiuslibet loci teneatur quolibet anno visitare omnes Ecclesias, quamuis exemptas. Loquitur enim de Ecclesiis sæcularibus exemptis, Ecclesiæ namque Regulares à suis ordinarijs solēt visitari, & habent priuilegium Apostolicum, quòd non visitentur ab Episcopis, & Concilium præcipit debere circa hoc seruari Regularium priuilegia. Ordo Militaris de Alcantara habet plures Bullas, quæ declarant dictum Ordinem esse nullius diœcesis. Item Ordo Militaris de Auis in Portugallia habet aliam Bullā Leonis X. confirmatam per Gregorium XIII. vt Fratres, Priores, & Curæ residentes in Ecclesijs dicti Ordinis nō puniantur, nec castigentur per Episcopos, aut Archiepiscopos diœcesum, vbi resident, nec ratione delicti, nec ratione beneficiorum, nec ratione exercitij ipsorum, etiam si ab ipsis conferātur, quia non decet eosdē puniri in duobus tribunalibus Ordinis, scilicet, & Ordinarij, quæ Bullæ extant in Conuentu de Auis, & contra ius non visitandi dictas Ecclesias nōn currit minor præscriptio, quàm centum annorū, ex quodam priuilegio Eugenij IV. cōcesso monasterio S. Pauli extra muros Romæ confirmato per Pium IV. quo gaudent aliæ Religiones, extatque in Bullario, ibidem art. 3. Ac quod vide tradita ab Azor. *tom. 2. instit. moral. ca. 30. q. 10. & 13. ad finem*. Ad quod est quædam declaratio Cardinaliū apud Marzilla *lib. 4. tit. 7. pag. 539.* in hunc modum, Beneficia sæcularia tantùm, non autem Regularia in vim huius decreti ab Ordinarijs visitari possunt. De quo vide Zerola *in Praxi Episcop. verbo, visitatio, pag. 341. par. 1. & verbo, exemptus par. 2. Inst. Moral. lib. 3. c. 40. q. 10.* relati à Barbosa *in remiss. ad Tridentinum diff. sess. 7. c. 8. de reformat.*

Trid. ses. 24 c. 9. de ref. Trid. sess. 7. c. 8 de refor.

Trid. ses. 25. c. 8. & 9. de ref.

Bull. Bul. 4. Greg. 13.

Bull. Bul. 7. Eug 4. n. 18.

Alia Bulla extat apud Bullariū Gregorij XIII. in qua declarat Militiam S. Ioannis esse exemptam à visitatione, correctione, vel reformatione Ordinariorum, præterquā in his, quæ animarum curam, & administrationem sacramentorum concernunt. Sed Bulla huius Pontificis pro Militia Auis est amplior quoad hoc, quàm illa, quæ suprà à nobis est relata.

Bull. Bul. 8. Greg. 13.

16. Ex his deducitur, quod Priores, seu Curati dictorum Ordinū seruientes beneficijs, & Ecclesiis pleno iure dictis Militijs subiectis non possunt ab Episcopis castigari, aut excōmunicari, etiam delinquentes in suo officio parochiali, seu sacramentorum administratione, & alijs ad suam curā pertinentibus, non obstante decreto Tridentino: quia licèt ibi detur facultas Episcopis visitandi, & corrigendi omnes Curatos; etiam Regulares in his, quæ pertinent ad curam animarū, & sacramentorum administrationem, excipiuntur tamen ibidem Regulares subiecti superioribus iurisdictionem ordinariam Episcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos exercentibus, qualem habent Magistri dictarum Militiarum. Dictum enim decretum tantùm procedit in Regularibus, qui sunt destinati seruitio Prioratuum suorum monasteriorum, quantū ad regimen eorūdem Episcopis subiectorum, iuxta *cap. 1. § in ter. de priuileg. in 6.* innouatum in Concilio Tridentino, quæ ita debent intelligi, ibid. art. 4. De quo Couar. *in Pract. quæstionib. cap. 11. nu. 5. & Sylvest. verb. exemptio in fine.*

Trid. ses. 25. ca. 11. de Reg.

Trid. ses. 7. c. 14. de refor.

17. Nec sententia Consilij Regalis declarans Episcopum non facere vim visitando, aut prætendendo visitare Ecclesias dictorum ordinum, & puniendo religiosum Curatum delinquē tem in administratione ipsius Curatus, nocet iuri ipsorum Ordinum, etiamsi dictus monachus Curatus huiusmodi sententiæ obedierit, seque subiecerit correctioni Episcopi: Nam talis sentētia tanquam à iudice non competente lata omninò irrita, & nulla fuit, habēs enim

enim Fratres præfatarum Militiarum suos proprios iudices assignatos à Rege Catholico Hispaniæ virtute cuiusdam Breuis Apostolici ad decidendas lites inter dictos Ordines Militares, & Episcopos. Nec consensus dicti monachi curati in sententia Consilij Regalis obstat, nullius enim Ecclesiasticus potest in iudicem non suum consentire absque expressa licentia sui iudicis, cap. 1. cap. si quis contra, cap. si diligenti, de foro competenti. Quod à fortiori procedit in Regularibus, qui non habent velle, nec nolle, & sunt notorie exempti, nullus autem exemptus Sedi Apostolicæ immediatè subiectus potest iuri, seu priuilegio suo renunciare absque licentia Papæ. Super quo fuit data quædam sententia definitiua à Catholico Rege Philippo auctoritate cuiusdam Breuis Gregorij XIII. in fauorem Ordinis Alcantaræ contra Episcopum Salmantinum. *ibid. art. 5.* Ad quod vide glossam *in capit. significasti, verbo, Clericus, vbi DD. de foro competēt. Abb. in dict. cap. 1. num. 1. & 2. consil. 25. quæst. 1.*

18 Oblationes, & anniuersaria pertinent ad Rectores, & Vicarios Ecclesiarum Ordinum Militarium, & non ad Commendatarios, seu Præceptores earum; quia illa non veniunt appellatione decimarum, quæ tantùm conceduntur, & debentur ipsis Commendatarijs, nec enim debentur dictæ oblationes, & anniuersaria nisi interessentibus, ad instar distributionum quotidianarum apud Ecclesias Cathedrales ibidem art. 7. De quo Panormit. *in cap. pastoralis, de his, quæ fiunt à prælatis.* Valasc. *libr. 1. consultat* 14. Didacus de la Mota *de confirmat. Ordinis S. Iacobi lib. 2. cap. 1. §. 10. probat. 8. fol.* 193.

19. Beneficium nouitij non vacat ante eius professionem, nec est cuiuis conferendum, nisi de eiusdem assensu. *cap. beneficium, de Regular. in 6.* Cuius renunciatio intra annum nouitiatus facta non tenet, nec potest fieri, nisi paulo ante professionem, quando scilicet nouitius est iam receptus à Fratribus, & accinctus ad illam emittendam, omniaque ad id parata, ita vt, moraliter loquendo, indubitantèr effectum sortietur professio iuxta mentem Concilij Tridentini, & sacrorum Canonum volentium nouitios in sua libertate cōseruare vsque ad professionem, cui hoc modo rectè prouidetur, tom. 1. quæst. 37. art. 1. & 2. De quo Azor Instit. Moral. 2. part. lib. 7. cap. 15. quæst. 4. Flamin. *de Resignat. libr. 3. quæst. 13. n. 3. Sanchez lib. 7. Decalog. cap. 4. à n. 2.*

Trid. sess. 25. de Regul. ca. 16.

20. Beneficiarius, seu Curatus committens homicidium: non priuatur ipso facto beneficio, sed per sententiam iudicis est priuandus, non obstante Cōcilio Trident. In quo tantum definitur, quòd homicidæ nullum beneficiū Ecclesiasticum de nouo conferatur, *tom. 1. quæst. 25. art. 16.* De quo Nauar. *cap. 27. num. 259. & in c. si quando, exceptione 9. de Rescriptis, Couar. cap. si furiosus 2. part. §. 3. num. 6. Sanchez lib. 7. Decalog. cap. 29. num. 139.* agens in genere de delicto priuatione digno.

Trid. sess. 14. cap. 7. de refor.

De intellectu dicti decreti Trident. vide Reginald. *in praxi fori pœnit. libr. 30. tract. 2. num. 112. Conedo libr. 1. pract. quæst. 24. nu. 13. & sequentibus,* Ægidium *de sacrament. tom. 2. disp. 18. à numer. 75. Ledesm. in Summa 2. p. tract. 8. de iust. commutatiuæ cap. 18. conclus. 14. diff. 1.* & nos latiùs dicemus infrà in notis, *num. 72. & 73.*

21. Beneficium sæculare collatum Regulari, & ab eo per spatium 40. annorum possessum efficitur regulare, licèt vnicus interuenerit collationis actus, nam actus vnus habens causam successiuam, & continuationem temporis habilis ad consuetudinem inducendam sufficit, vt consuetudo inducatur. *cap. cùm de beneficio, de prebendis in 6. Auct. tomo 1. q. 69. artic. 1. §. secundum requisitum.* De quo latè Sanchez *libr. 7. decalogi cap. 29. nu. 16. & 17. & n. 20. vsque ad 26.* vide infrà *in notis n. 27. et 28.*

22. Non est priuādus beneficio Ecclesiastico clericus nisi ob graue crimen, *c. inuentum 16. q. 7.* Nec pœna priuationis à beneficio potest imponi à iudice, nisi expressa sit in iure, iuxta Glossam *in cap. final. de iure patronatus, Auct. tomo 2. quæst. 25. art. 2.* De quo Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, C.*

de reuocandis donationibus. Vide Sanchez vbi proximè *dicto num.136. & dicenda infrà in notis dict. nu.72. & seqq.*

23. Beneficia Ecclesiastica conferenda sunt naturalibus regni iuxta sacros Canones, & leges Ciuiles, ex regula Cancellariæ, quæ loquitur de beneficijs curatis, *tom.2. quæst.52. artic.8.* De quo Azeuedo *in leg.14. & 25. titulo 3. lib.1. nouæ Compend. Rebuff. in praxi benef. in regula, quod quis intelligat idioma, glossa 1.p.578.*

24. Beneficium, seu præbenda requirens ordinem sacerdotalem nō est conferendum illi, qui ordinatus est sacerdos ante legitimam ætatem, quia non debet ex delicto suo assequi, quod sine illo non fuisset assecutus, *vt. Sedes Apostolica, de rescriptis. Anct. tom.3. q. 23. art.12. De quo Nauar. lib.1. conf. tit. de ætate, & qualitate. cons.7.*

NOTAE.

25. Circa resoluta nu.1. Nota omnia beneficia præsumi ex sua institutione sæcularia, vt cum Franco in cap. cùm de beneficio, vers. si verò Papa, num.5. de præbend. lib.6. & ibi Dominico num.10. Hoieda de incompatib. benefic. in præfatione n.6. & alijs docet Sanchez lib.7. decalogi cap.29. nu. 11. & 12. Ac ideò, addit, dicenti beneficium esse regulare incumbere onus id probandi, cum iuris præsumptio ei aduersetur, ex Rebuffo in praxi benefic. in proœmio, tit. quotuplex sit beneficium num.4.

26. Nec vt beneficium regulare dicatur satis est, vt eius collatio, aut præsentatio ad Regulares spectet, aliquando enim beneficium sæculare vtrumque ius præscriptione, aut alio titulo potest acquirere, sicut etiam contingere potest, vt neutrum ius in regularia habeat, ex Felino cap. in nostra, coroll. 40. num.44 notab.7. de rescriptis, Selua de benefic. 3. p. qu.11. num.129. Nec item, sufficit vt sit regulare, quod vnitum sit religioni, nisi per litteras vnionis, vel consuetudinem præscriptam factum sit regulare, vt ex Nauarr. *libr. 3. cons.11. num.4. de statu monachor. in 2. edit. & Zerol. in praxi Episcop. 2. p. ver. beneficium, dub.12. resoluit Sancius suprà num.13.*

27. Beneficium igitur bifariam cōtingit esse regulare. Priori modo, quando in eius fundatione id institutum est per Regulares administrandum, auctoritate Episcopi, vel Abbatis iurisdictione quasi Episcopali præditi, vt ex Dominico in dict. cap. cùm de beneficio, & ibi Franco vterque num.9. benè tradit Sancius suprà numer.13. Posteriori modo beneficium dicitur regulare, quod ex legitima temporis sufficientis præscriptione ab vno, vel pluribus Regularibus pacificè, & continuò gubernatum est, institutis in eo Rectoribus, etiamsi antea, vel post sæculares in eodem quandoque ministrauerint. Sicut sæculare dicitur id, quod eodem modo per sæculares gubernatum est, vt expressè vtrumque deciditur in cap. cùm de beneficio, de præbend. libr.6. Sed administratio anterior, vel posterior religiosorum, vel sæcularium in eo beneficio, quam meminimus, debet intelligi ante inceptam præscriptionem: secus si post inceptam id contigerit, tunc enim interrumpetur præscriptiō, vt ex textu, ibi, cōtinuò, & pacificè; tempus continuum petente, constat, & notat Glossa ibid. verb. ante. Dum autem textus dicit, vel post, intelligitur, dummodo tamen administratio illa post completā præscriptionem non durarit alio quadragenario tempore, quippe præcedentis temporis administratio præscriptione illa quadragenaria sequenti extinguitur: administratio autem præfatam præscriptionem subsequens non aufert ius ex ea præscriptione acquisitum, nisi tanti temporis sit, quantum sufficiat ad aliam nouam inducendam præscriptionem. Ita ex Glossa ibi. dicto verb. post, vbi Franc. num.6. Felin. c. in nostra, cor.40. nu.41. paulo post initium, de rescriptis, Selua *de benefic. 3. p. quæst. 11. num.123.* resoluit Sanchez *dict. capit. 29. num.15.*

28. Qui *ibidem num.19. et sequentibus*, ponit sex conditiones, vt beneficium fiat ex sæculari regulare, vel ex regulari sæculare. Prima est, vt tempore

pore ad legitimam præscriptionem à iure petito administratum sit per sæculares, vt fiat sæculare, vel per Regulares, vt fiat regulare. Quod tempus dicunt omnes esse quadragenarium, quia præscriptio legitima aduersus Ecclesiam regulariter est quadragenaria, ca. ad aures, & cap. de quarta, de præscription. Secunda, vt possidentes beneficium sint in eo instituti, ex dict. capit. cùm de beneficio, ibi, quod tanto tempore ab vno, vel pluribus institutis in eo rectoribus, accepta largè institutione pro collatione, aut alia prouisione, ex Rebusso *in concordant. titulo de collationibus, §. volumus, verb. Regularia, requisito 1. Hoieda de incompatib. benefic. 1. p. cap. vlt. num. 92.* Tertia, vt sint instituti in beneficio tanquam Rectores; non verò tanquam Vicarij, vel conductitij clerici administrantes, vt ex eodem c. cum de beneficio, & glos. ibi, verb. institutis in eo Rectoribus, constat. Quarta, quòd administretur beneficium à Regularibus tanquam regulare: secus si gubernetur tanquam sæculare ad instar clericorum sæcularium, vt si præficiatur Regularis Ecclesiæ curatæ, prout de iure eum præfici posse resoluit ex sententia plurimorum Sanc. sup. num. 35. quo casu non transibit in Regularem per quadragenariam administrationem. Vel etiamsi beneficium regulare sæculari, aut sæculare Regulari ex dispensatione conferatur, & si possideatur per tempus quadragenarium, ex Selua *de benefic. 3. p. q. 11. num. 125. Rebuffo in praxi benefic, in proœmio, titulo, quotuplex sit beneficium num. 5. & in Concordant. titulo de collationibus §. volumus, verb. Regularia in 4. requisito. Azor tom. 2. moral. instit. lib. 3. cap. 26. q. 3. §. & animaduertendum.* Quinta, vt conferantur beneficia animo mutandi statum eorum, ex Rebuffo, & Selua proximè citatis. Vltima conditio, quòd bona fide possideatur beneficium regulare à sæculari, & è conuerso, nam possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, regula, possessor, de regulis iuris in 6. c. vigilanti, de præscript. Tandem aduerte, quòd capellæ fundatæ in monasterijs præsumuntur beneficia regularia, nisi per sæculares solitæ sint possideri, ex Rebuffo suprà *in praxi benefic. dict. tit. quotuplex sit beneficium numer. 6.*

29. Circa vniones beneficiorum, de quibus Auctor noster pauca dixit tom. 1. quæst. 34. art. 1. & nos compendiosè resoluimus suprà numer. 1. & 2. operæ pretium duxi hic addere, quæ iure nouo Tridentino decreta sunt, & in quibus correxerit antiquiora iura. Varia igitur sunt decreta in Tridentina Synodo circa hoc statuta. Nam vltra ea, quæ dicto num. 2. retulimus ex sessione 7. cap. 6. de reformat. & sessione 24. cap. 13. vers. in vnionibus, extant alia similia in alijs sessionibus. Eadem sessione 7. cap. 7. de reformat. sic habetur: Beneficia Ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seu alijs Ecclesijs, vel monasterijs, beneficijs, seu Collegijs, aut pijs locis quibuscunque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur, ab ordinarijs locorum annis singulis visitentur, qui solicitè prouidere procurent, vt per idoneos vicarios, etiam perpetuos (nisi ab ipsis Ordinarijs pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur) ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, de quo Auctor infrà citandus.

30. Ex cuius decreti verbis, ibi, idoneos per vicarios, etiã perpetuos, deducitur, quòd in huiusmodi Ecclesijs vnitis Episcopus potest vicarios perpetuos, aut temporales constituere, ipsosque examinare, & approbare, vt cum Azor *tom. 2. inst. moral. lib. 6. ca. 28. quæst. vlt.* resoluit Sanchez *dicto cap. 29. num. 178.* Quod procedit, etiam si beneficium curatum vnitum monasterio Monialium, vel Collegio, aut alio pio loco, in spiritualibus, & temporalibus sit vnitum, cum priuilegio nominandi vicarium ad nutum amobilem, adhuc enim potest Episcopus vicariũ temporalem, vel perpetuum in eo constituere, vt constat ex dicto decreto Tridentino, quod indistinctè, & generali-

taliter loquitur, non obstante quocunque priuilegio Auctor *tom. 3. addit. sum ma cap. 32. num. 11.* Et probat latè Florez de Mena *in suis varijs quaestionibus quaestion. 10. num. 36. & duabus sequentibus*, quem refert, & sequitur Sanchez supra *num. 191.*

31. Hoc tamen limitant primò, nisi beneficium vnitum sit monasterio Monachorum, aut Mendicantium, tūc enim non potest Episcopus pro eius seruitio vicarium perpetuum, sed ad nutum amouibilem deputare, ex quodam Motu proprio Pij V. sic restringēte dictum decretum Tridentinum. Monachi ergo debent nominare vicariū, Episcopus verò examinare, & approbare, sicque declaratum à Congregatione Cardinalium testatur Florez de Mena *dict. quaest. 10. nu. 40.* Auctor vbi suprà *num. 7. & 8.*

Secundò limitant, quando vnio facta est per viam pacis, & concordiae cum clausula, deseruiendo beneficio per vicarium ad nutum amouibilem, & cum approbatione Romani Pontificis, tunc enim nequit Episcopus vicarium perpetuum deputare, quia in clausula derogatoria contenta in eo decreto Tridentino non fit mentio pacti, & concordiae à Papa approbatorum, qua mentione expressa opus erat, vt his derogetur, quod maiori ratione procedit quando concordia iureiurando fuerit firmata, vt benè notat Auctor supra *numer. 12.*

Tertiò limitant, quando vnio à tempore immemoriali facta est, & ex tunc constat vicarios ad nutum amouibiles fuisse, scientibus, & consentientibus Ordinarijs, & nunquam vicarius perpetuus constitutus est, tunc namque nō poterit ab Episcopo perpetuus deputari, quia nulli consuetudini, nedum immemoriali derogat Tridentinum, quae ad sui derogationem speciali indiget mentione, vt generaliter in quacunque consuetudine tradit cum multis Florez de Mena *dicta quaest. 10. numer. 44.* & docet Auctor suprà *num. 13.*

Quartò limitant, nisi ex priuilegio remunerationis gratia concesso beneficium esset vnitum, cum clausula cōstituendi vicarium ad nutum amouibilem, quia in generali priuilegiorum derogatione apposita dicto Tridentino decreto non clauduntur priuilegia remunerationis gratia concessa, vt ex multis probat idem Florez de Mena *ea quaest. 10. num. 56.* & tradit Auctor supra *num. 14* vbi addit, idem dicendum in priuilegijs concessis ex causa onerosa, quia sustinent naturam pacti, & concordiae.

Quintò limitant, si pro bono pacis, & cessatione litium, rectaque beneficij gubernatione expediret nil innouari, sed institui vicarium ad nutum amouibilem, tunc enim Episcopus nequit perpetuum instituere: quia verba Concilij Tridentini, *Nisi ipsis Ordinarijs pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur*; denotant arbitrium boni viri, nec id liberae Episcopi voluntati relinquitur, vt docet Auctor su prà *num. 15.*

Sextò limitant, quando particulariter, & per se fuit vnita Vicaria perpetua, quo casu non potest etiam Vicarium perpetuum Episcopus deputare, quia Tridentinum non concedit ei facultatem tollendi vnionem, sed assignandi Vicarium beneficio parochiali vnito, vt docet Auctor suprà *nu. 16.*

Vltimò limitatur, nisi ex priuilegio Apostolico post Tridentinum Concilium concesso vnitum esset beneficiū parochiale cum clausula instituendi Vicarium ad nutum amouibilem, quia Tridentinum dum derogauit priuilegijs, intelligitur de concessis ante id decretum. Sed talis vnio debet fieri ex certa scientia, vel motu proprio, vel cum derogatione expressa dicti decreti, aliàs non censetur reuocatum, vt docet Auctor vbi suprà nu. 17. In praedictis tamen casibus, in quibus ad Episcopum non pertinet Vicarium perpetuum constituere, curare tenetur, vt benè beneficio deseruiatur, aliàs prouidere, seu deputare perpetuum Vicarium illi integrum erit, vt optimè animaduertit Auctor suprà n. 18. & tradit Sanche *dicto nu. 191. in fine*, qui praefatas limitationes ex Mena tradit *ibidem.*

32. Obseruat etiam Sancius suprà num.

Trident. sess. 7. c. 6. de reformat.

num. 179. quòd hodie attento decreto Tridentino dicta sessione 7. capit. 6. de reformat. possessor beneficij vniti non potest se tueri præscriptione illa ferè quadragenaria, quo minus liceat Episcopo vnionem perpetuam a quadraginta annis citra factam examinare, imò, & impedire, si nondum integrum effectum sortita sit, nisi constet ex legitimis causis factam esse: quo casu possessor ad solum Pontificem appellare poterit, quia Episcopus in ea causa tanquam delegatus à Sede Apostolica procedit, ex dicto Tridentino decreto, & in proprijs terminis docet Henriquez *lib. 10. de Sacrament. Ordinis cap. 38. in fine, Auctor suprà num. 20.*

Trident. sess. 14. c. 9. de reform.

33. Aliud decretum habetur in dicto Tridentino Concilio sessione 14. ca. 9. de reform. quo omnino prohibetur, beneficia vnius diœcesis quacumque de causa alterius diœcesis beneficio, aut Monasterio, seu Collegio, aut loco etiam pio perpetuò vniri, quo correctum est ius antiquum id permittens, vt bene tradit cum Mariano Socino seniore *in cap. sicut vnire, & 4. qu. 13. numer. 80. & a 6. conclus. 11. 12. & 13. nu. 104. de excessibus prælat. Sancius dicto §. 29. num. 180.*

Trident. sess. 21. c. 5. de reform.

34. Decernitur item in eodem Concilio sessione 21. capit. 5. de reformat. vt possint Episcopi, etiam tanquã Sedis Apostolicæ delegati iuxta formam iuris, sine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas quorumcunque beneficiorum, etiam si illa reseruata sint. Per quod confirmatur, ac etiam augetur potestas ordinaria Episcoporum, possunt enim non solùm auctoritate ordinaria, sed etiã delegata, attento dicto Tridentino decreto id exequi: ac ideo licebit ipsis Episcopis vtraque potestate, vel etiam alterutra, quam elegerint, procedere, vt constat ex c. nisi, de præbendis, c. significauit, de corpore vitiatis, & c. dilectus el. 2. de præbend. aut etiam partim potestate ordinaria, & partim potestate delegata vti. Quod si semel elegerint vna via procedere, non possunt eligere alteram. Si verò non constet, qua potestate procedant, delegata vti præsumitur, iuxta veriorem sententiã: quia in dubio præsumitur actus fieri iuxta facultatem, quæ maiorem firmitatem præbet actui, vt cum Abbate, & Baldo tradit Gregorius Lopez in l. 6. verbo, quæ non lapudiesse, qu. 2. tit. 11. part. 6. & alij plures, quos refert, & sequitur Molina lib. 2. de primog. cap. 2. numer. 15. & alter B. Molina tom. 3. de iust, disp. 582. nu. 2. Sanchez eo capit. 29. num. 181. ex quo colligunt censeri actum ordinaria potestate factũ, quando hoc esset vtilius, & firmius valori actus.

35. Quamuis autem Episcopus vtatur delegata potestate in dicto Tridentino decreto, ad vniẽda beneficia, adhuc desideratur consensus sui Capituli, qui erat necessarius vtens sua ordinaria potestate, Clement. 2. de rebus Eccles. nõ alienan. & tradunt omnes. Nam in eo Trid. decreto non absolutè delegatur potestas vniendi, sed iuxta formam iuris, vt constat ex illis verbis, possint Episcopi, & tanquam Sedis Apostolicę delegati iuxta formam iuris, &c. At forma iuris est, vt exigatur Capituli consensus, dicta Clem. 2. de rebus Eccles. non alienand. & habetur in decisionibus Rotæ nouissimis tom. 2. tit. de vnione, in fine, vbi deciditur in vnione facienda per Episcopum, etiam ex concessione Pontificis non faciente mentionem Capituli exigi Capituli consensum, sic tradit Sanchez suprà num. 183.

36. Item in eodẽ Concilio sess. 24. c. 13. de reform. sic decernitur: *Ecclesiæ parochiales monasterijs quibuscũque, aut Abbatijs seu dignitatibus, siue præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, siue alijs beneficijs simplicibus, aut Hospitalibus, Militijsue non vniantur: & quę vnitę sunt reuideantur ab Ordinarijs: quod etiam in vnitis ab eo tempore citra ęquè obseruetur.* Ex quo deducitur correctũ esse ius commune per hoc decretum, quippe iure cõmuni non erat restricta facultas Episcopi ad vniẽda beneficia Curata monasterijs, aut alijs beneficijs: at nunc interdicitur eo loco Trident. vnio cuiuscunquẽ beneficij Curati monasterio, aut cuiuscunque ope-

Trid. sess. 24. cap. 13. de reformat.

ri pio, aut beneficijs simplicibus. Ita Sanchez suprà num. 184.

Trid. sess. 24. cap. 15. de reform.

37. Tandem eadem sess. 24. ca. 15. conceditur iis, primi aliquas præbendas Ecclesiæ Cathedralis, ipsisque aliqua beneficia vniri per Episcopum cũ patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint. Quare à contrario sensu videtur concedere, vt possit id efficere absque patroni Ecclesiastici consensu, nam attento iure communi in vnione facienda per Episcopum Ecclesiæ iuris patronatus, exigebatur consensus patroni, siue secularis, siue Ecclesiastici, vt per *c. suggestum, de iure patron* bene docent Lambertin. *de iure patron. lib. 3. q. 6. toto art. 2. Couarr. pract. quæstion. c. 36. num. 11. & alij quam plures relati à Sanchez dict. cap. 29. nu. 168.* qui ita rem resoluit *ibidem num. 185.*

38. An autem stantibus præfatis decretis Tridentini integrum sit Episcopo vnire monasterio, aut Religioni beneficium aliquod, sicut iure communi id licebat per cap. 2. de rebus Eccl. non alienandis? Affirmat Sanchez suprà num. 187. cum duplici tamen limitatione. Prior, vt beneficium sit intra diœcesim, vbi est monasterium. Posterior est, ne beneficium vniendum sit Curatum, quia vtrunque interdicit Tridentinum, & vnire beneficia alterius diœcesis, & vnire Curata loco religioso, nullibi verò reperitur in eo Concilio interdici huiusmodi vnionem. Cũ ergo excipiat hos duos casus tantùm, & exceptio firmet regulam in contrarium, l. neque liquidò, §. final. ff. de penu legat. manebit vtique quoad reliqua salua Episcoporum potestas in hac facienda vnione. Et ita in facti contingentia, matura consultatione cum viris doctissimis præmissa, in Archiepiscopatu Hispalensi vnionem cuiusdam beneficij simplicis Collegio Societatis Iesu factam fuisse anno Domini 1572. refert idem Sanchez d. n. 187. in fine. Idem videtur sentire Goncal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 46. apud Barbos. *in Remiss. ad Trid. dict. cap. 13. verbo, monasterijs, num. 3.* vbi excipit vniones, quæ fiunt pro dotatione, augmento, vel conseruatione Collegiorum, & aliorum piorum, locorum ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artiũ cultum.

Trid. dict. sess. 14. cap. 9. & sess. 24. cap. 13.

39. Ex quo consequitur, id beneficium sæculare ab Episcopo Religioni vnitum posse regi per religiosos, ipso Episcopo sic statuente, idque statutum operari dispensatiuè cum monacho præficiendo illi beneficio, quamuis aliter Episcopus super hac translatione dispensare nequeat, ex Felino capit. in nostra, corol. 40. numer. 42. notab. 3. de rescript. Selua de benefic. 3. part. quæst. 11. num. 126. referente ad id quandam Rotæ decisionem. Potest item Episcopus ex ijs beneficijs, & capellanijs vnitis reddere aliquod manuale, & ad nutum amouibile, quod erat perpetuũ de consensu patroni, si ius patronatus sit, ex iusta causa, quia potest vnire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui Episcopatus, vt constat ex *c. sicut vnire, de excessibus prelat. cap. 1. de rebus Eccles. non alienan. in 6. & Clement. 2. eodem titulo*, quo casu patrono libertas erit præsentandi capellanum, & amouendi quoties voluerit, quia iam non erit beneficium, ac per consequens cessabit in Episcopo ius instituendi in ea capellania. Ita Nau. *l. 1. cons. 6. à nu. 1. vsque ad 3. de offic. ordin. in 1. edit. & in posterior. cons. 9. eodem numer. 1. & sequen quem refert, & sequitur Sanchez d. c. 29. nu. 188. & 189.*

40. Qui ibidem num. sequenti resoluit, beneficium curatum posse vniri in temporalibus, & spiritualibus per Pontificem monasterio Monialium, ita vt Abbatissa exerceat curam animarum per vicarium; quia etsi fœmina sit incapax iurisdictionis spiritualis quoad actum illam exercendi per se ipsam, quoad habitum tamen, & potestatem nominandi vicarios, per quos exerceatur, capax profectò est, vt latè probat Florez, de Mena in suis varijs qq. quæst. 10, à num. 4. vsque ad 7. soluitque contraria, & tradit noster Auctor *in addit. summæ tom. 3. c. 32. num. 1.* vbi id præsupponi in Tridentino Concilio *sess. 25. de Regul. c. 11. ait.*

41. Circa beneficia manualia, de

qui-

Trid. sess. 25. ca. 11. de refor.

quibus suprà num. 3. nota cum Nauar. ibi citato l. 1. cons. 3. tit. de presbyteris nu. 5. in 1. edit. quòd omnia beneficia Regularia, quę non sunt capita Conuẽtus, sunt manualia, iuxta cap. 2. §. prioratus quoque, iuncto c. cùm ad monast. vers. tales autem, de stat. monac. & clariùs id explicat gloss. per illos textus in dict. c. 2. verb. non mutẽtur, & dict. c. cùm ad monast. verb. perpetuò, nempe quando ea beneficia Regularia non conferuntur per electionem Canonicam, sed solùm per Abbatem, sunt manualia ad eius nutum reuocabilia; non verò quando dantur per canonicam Capituli electionem, & confirmationem superioris, tunc enim non sunt ad nutum Abbatis reuocabilia. Ita ex eodem Nauar. tradit Sanchez l. 5. Decal. c. 5. n. 16. ad finem, vbi etiam resoluit, posse conferri ea beneficia Regularia manualia religiosis illegitimis, de quo nos dicemus infrà in notis ad resolutionem de dispensatione quoad illegitimos, num. 46.

De beneficijs Regularibus, quorum quędam sunt collatiua, quędam electiua: Collatiua, inquam, quę instar sęcularium conferuntur auctoritate superioris; electiua verò, quæ per electionem Canonicam suffragijs eligẽtium conferuntur, accedente prelati confirmatione, vide Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 22. quæst. 8. & Sanchez libr. 7. Decalog. cap. 29. num. 108.*

42. Circa eundem num. 3. dum ibi ex Auctore *art. 2. dicta qu. 34.* resoluimus beneficium manuale ex iusta causa posse ad nutum Abbatis reuocari, alias sine causa amotus poterit superioris auxilium implorare, idem videtur sentire Azor *tom. 1. inst. mor. l. 12. c. 22. quæst. 10.* vbi docet, ad reuocandos huiusmodi beneficiarios sufficere causæ genus honestum, hoc est aliqualẽ causam honestam; vnde benè ait Lessius *l. 2. de iust. c. 41. dub. 12. nu. 98.* posse subditum amotum excipere, si probaret malo animo id factum fuisse, ex Nau. l. 3. cõs. 20. n. 15. de Regularibus. Quod expressiùs tenet Millis in Repertorio, verb. Religiosus, num. 4 vers. religiosi, si sunt manuales, vbi docet, posse id officium, seu auxilium implorare, quando spolium est sine causa, aut ex euidẽti malitia. Præsumitur autem ex malitia fieri, si sine aliqua causa à beneficio Regularis spolietur, vel quando prælatus accusatus à subdito, aut dum contra eum inquiritur ad instantiam ipsius subditi, beneficio eum spoliaret, vt optimè notat Nauarr. *Comment. 2. n. 65. vers. addo ultimo, de Regularibus.*

Ex quo fit, quòd minus benè carpit nostrum Auctorem Sanchez dicto ca. 29. num. 115. nam si concedit posse implorare officium superioris, quando quis spoliatur ex malo animo, & odio, idem fateri debet quando absque causa spoliatur, vt docet Auctor, pręsumitur enim ex malo animi affectu facere qui sine causa facit, vt diximus ex Nauarro, qui concludit, ferè semper Galliæ Parlamenta restituere Regulares spoliatos, quia rarò accidit, vt spolientur, nisi ob indignationem, & malum animum, quidquid dicat Decius *capit. ad nostram, num. 23. de confirmat. vtili, in noua editione 5. & tradit idem Sanchez dict. num. 115. ad finem.* — Defenditur sententia Auctoris.

43. Licèt tamen hæc vera sint, aliqui dantur casus, in quibus fallit, posse Regularem ad nutum Abbatis beneficio priuari, quo tradit idem Sanchez dict. cap. 29. nu. 118. vsque ad 122. Primò, vt intelligatur de beneficijs Regularibus collatiuis, nam in electiuis, quæ sunt perpetua, cap. 2. ad finem, de statu Monachorum, non potest procedi ad amotionem, seu priuationem eorum absque legitima causa, vt docent Cardinal. *Clement. vnica, §. præmissa, n. 4. oppositio. vnic. de supplen. neglig. prælat. vbi Imola numer. 44. Anastasius Germon. de indultis Cardinal. §. Regularia beneficia, num. 51. & 52. Azor dict. capit. 22. quæst. 10. & dict. lib. 3. cap. 26. quæst. 14. to. 1. & alij relati à Sancio dict. n. 118.*

Secundò fallit, quando beneficium non est subiectum ordini pleno iure, sed solo ordinario, saltem quoad institutionem, & destitutionem, tunc enim nequit religiosus beneficiarius ab Abbate remoueri, nec ad claustrum reuocari, eo quòd non sit illi subiectus, nec possit illi aliquid præcipere de perti-

nētibus ad illam Ecclesiam, ex Nauar. *comment. 2. numer. 6. corol. 7. de Regularibus, Lessius dict. num. 98.*

Tertiò fallit, nisi beneficium id regulare sit parochiale, quia eo ipso quod habet curam animarum, constituitur beneficiarius consensu, & auctoritate Episcopi, cuius est animarum curam committere, & Ecclesijs curatis idoneos ministros præficere. Sed id debet intelligi, quando illud beneficium curatum non subest pleno iure monasterio: quia in hoc casu est necessaria auctoritas Episcopi ad eam collationem, vt resoluit idem Sanchez dict. cap. 29. nu. 66 Secus si subsit pleno iure ipsi monasterio, tunc enim ad nutum Abbatis potest religiosus beneficiarius amoueri; nisi beneficium sit sæculare, vt omnes concedunt. Sic distinguendum censet Sanchez dicto c. 29. numer. 120. pro concordia duarum oppositarum sententiarum, quarum affirmatiuam tenet Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 12. capit. 22. quæst. 10. sibimet contrarius tom. 2. lib. 3. cap. 26. quæst. 14. negatiuam verò firmat Cardinal. Clement. vnica, §. præterea, num. 4. opposit. vnica, de supplen. neglig. prælat. vbi Aretin. nu. 2. quem sequitur Felin. cap. per tuas, nu. 4. de maiorit. & obedient. Cassadorus decis. 4. num. 3. 4. & 5. de præbendis.*

Quartò fallit, quando religiosus præficitur beneficio tanquam clericus sæcularis, & non tanquam monachus, vt si præficiatur Ecclesiæ sæculari curatæ, vel beneficio simplici sæculari ex legitima dispensatione, quia tunc per Abbatem reuocari nequit. Ita Nauar. *comment. 2. nu. 65. vers. addo tertio, de Regularibus*, & alij relati a Sanchez vbi suprà *num. 121.*

Vltimò fallit, nisi beneficium Regulare suaptè natura sit perpetuum, tunc enim non potest religiosus illi præfectus ad nutum prælati remoueri, quia ea collatio censetur facta iuxta illius beneficij qualitatem, vt dicitur Clement. vnica, de supplen. neglig. prel. & tradit noster Auctor. dict. art. 2. ad finem. Vnde in Gallia omnia ferè beneficia Regularia esse huiusmodi, & sic vix posse ad nutum Abbatis auferri, testatur Rebuffus relatus à Sanchez supra num 122.

44 Hinc consequitur, in omnibus his casibus, & alijs similibus, in quibus integrum non est Abbati à beneficio remouere subditum Regularem, posse contra ipsum Abbatem agere de spolio: nam eo ipso, quòd Abbas non habet ius spoliandi, seu amouendi monachum a beneficio, competit aduersus eum petendæ restitutionis actio. Ita ex Felino, Nauarro, & alijs resoluit Sanchez suprà numer. 123. quem etiam ad idem vide *ibidem, num. 115.*

45. An autem concesso beneficio manuali ad vitam religiosi, cum promissione id non reuocandi, integrum sit Abbati concedenti illud reuocare? Affirmat cum communi Sanchez d. c. cap. 29. num. 125. & sequentib. etiamsi promissio iureiuràdo firmata sit: imò, etiamsi fiat statutum iuratum per Abbatem cum Consensu de eo non reuocando: reuocans tamen erit periurus. At noster Auctor tom. 3. quæst. 29. art. 9. id limitans asserit, iusta interueniente causa id licitè posse fieri, validamque fore reuocationem, sed prælatum sine ea causa reuocantem peccare: quia saltem naturaliter manet ex promissione obligatus suo subdito, sicut dominum obligari seruo ex pacto, vel contractu naturali multi tenent, per textum in l. naturaliter, l. si id quod, ff. de cond. indebiti

Nec obstat, quòd huiusmodi promissio tanquam iuri contraria sit irrita, ac per consequens ex ea nequit oriri aliqua obligatio, vt Sanchez contra nostrum Auctorem, dict. num. 125. in fine, nititur probare: quia dato, quòd sit irrita ciuiliter, & attento iure positiuo, non est dicenda irrita naturaliter, iure naturali inspecto, ac proinde ex ea potest oriri obligatio naturalis, sicut inter dominum, & seruum oriri proximè iam diximus. Quam sententiam ante dictum nostrum Auctorem tenuit Nauarr *libr. consil. 20. num. 12. 13. & 14 de Regularibus in 1. edit. & de statu monach. consil. 14. num. 12. 13. & 14 in 2. editione.* Tuetur sententia Auctoris.

46. Circa eundem num. 3. dum ex Au-

Auctore resoluimus beneficium confirmatum, vel collatum à Papa ex certa scientia non posse ad nutum Abbatis reuocari, idem docet eodem Auctore, & pluribus alijs citatis Sanch. *dict. cap. 29. num. 139. & sequentibus, vbi num. 132.* resoluit quando iure deuoluto confertur beneficium manuale religioso à Papa, integrum esse Abbati illud reuocare, ac si ipsemet contulisset, *ex Clement. vnica, §. pramissa, de suppl. neglig. prælat.* vbi expresse habetur, posse superiorem ad nutum reuocare, quando per deuolutionem confertur ab Episcopo auctoritate Apostolica, ibi, liberè possint ad claustrum, cum oportuerit, reuocari. Quando autē iure proprio, & non deuoluto confert beneficiū Pontifex, resoluit, quòd potest Abbas reuocare, quoties simpliciter confert, non verò quando confert ex certa scientia. Nam simpliciter conferendo non videtur voluisse beneficij naturam alterare: ac in dubio ratio ipsa ità præsumere cogit in fauorem Abbatis, propter votum obedientiæ subditi, nisi Pontifex expresse contrarium præciperet, vel expresse contulerit Regulari, vt dum vixerit, retineat. At conferendo ex certa scientia censetur manum apponere Pōtifex, quasi volens id negotium sibi reseruari. Atque ità tenent Feder. consil. 88. paulo ante finem, Fel. cap. constitutus, nu. 10. de rescript. & cap. per tuas, num. 4. de maior. & obedient. Nauarr. comment. 2. nu. 6. corol. 7. de Regularibus, Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 12. ca. 22. q. 10. & alij plures, quos refert Sanchez sup. num. 134. vsque ad 136.

47. Hodie tamen per Extrauagātem, rursus, Benedicti XII. monachi Sancti Benedicti habentes beneficia ex collatione, prouisione, vel ordinatione Sedis Apostolicæ, vel legatorū, seu executorum, vel prouisorum eiusdem Sedis, subsunt in omnibus, & per omnia suis prælatis, & possunt ab eis reuocari, prout si ea haberēt à suis Abbatibus, vt allegatis Franco, Rebuffo, & alijs tradit Sanchez suprà numero 137.

48. Vbi numeris sequentibus ponit aliquas limitationes, seu fallentias ad supradicta, quarum vna præcipua est, nisi sic institutus, aut confirmatus in beneficio à Papa delictum priuatione dignum committat, tunc enim quātumcunque in perpetuum sit collatum beneficium, poterit illo priuari, & similiter ex alia iusta reuocandi causa superueniente, vt ex Decio in cap. 1. nu. 57. & 58. de confirm. vtili, tradit idem Sanchez suprà num. 137.

49. Circa resoluta nume. 4. nota, quòd beneficium regulare aliquando solet concedi à Pontifice in commendam clerico sæculari ad certum tempus, intra quod religionem profiteatur, & secuta professione illud habeat in titulum, teste Staphilæo de litteris gratiæ, vbi de formis expectatiuarum, *forma 8. in fine, Couar. cap. 2. numer. 2. in fine, de testam. & refert Sanchez libr. 7. decal. cap. 4. num. 25.*

50. Ad eundem num. 4. dum resoluimus religiosum vnius religionis esse incapacē beneficij alterius religionis, nota, quòd idem iuris est quantum ad beneficia alterius monasterij eiusdem ordinis, per cap. cum singula, §. prohibemus, de præbend. lib. 6. vbi id grauiter interdicitur, eaque acceptantes fiunt ipso iure inhabiles, & ineligibiles per eūdem textum, vt eis aliàs conferantur, vt cum nostro Auctore dict. quæst. 34. artic. & Rebuffo in praxi benefic. tit. de dispensat. cum regularibus num. 2. 3. & 4. Nauarr comment. 4 num. 23. initio de regularibus, resoluit Sanchez lib. 7. decalog. cap. 29. nu. 29. & 30. vbi addit, non solere Pontificem concedere regularibus gratiam assequendi beneficij alterius ordinis, nisi transferēdo illos ad aliquod eiusdem ordinis monasterium, ad cuius collationem beneficium assequuntur, teste Staphilæo de litteris gratiæ, vbi de formis expectatiuarum, in forma 8. num. 6.

51. Circa num. 5. nota, quòd licèt Auctor tom. 1. quæst. 34. art. 3. olim senserit Mendicantes nō esse capaces beneficij curati habendi, ex sententia antiquorum interpretū in reg. 13. canell. Innoc. VIII. quia tamen attento iure

Exponi- sententia Auctor. Trid. sess. 25. c. 3. de reformat.

Pull. bul. 37. Sixti 5. nu. 104. falso imputatur Auctoris pars uegatiua.

nouiori Concil. Triden. hodie permittitur Mendicantibus possidere bona in communi, exceptis Minoribus de Obseruantia, & Capuccinis, ideò in add. sum. tom. 3. cap. 30. nu. 3. seipsum exponens, resoluit huiusmodi religiosos Mendicantes posse habere beneficia Ecclesiastica, idque ad tollendum omne dubium declarasse, & concessisse Sixtum IV. pro Carmelitis apud Bullarium. Vnde immeritò allegatur à Sanchez pro sententia negante, dict. cap. 29. num. 37. non inspecto prius dicto loco additionum summæ, vbi expressè affirmantem partem tenet, non obstante eo, quòd dixerat *dict. artic. 3. in quaestion. regularibus*, vbi ex sententia antiquorum, & dicta regula Cancellariæ locutus fuit. Cui eidem sententiæ affirmanti adhæret idem Sanchez dic. num. 37. vbi docet, in Clem. 1. de regularibus, tantùm prohiberi Mendicantes translatos ad beneficia curata assumi, quasi innuens, seu potiùs supponens eos non transeuntes, sed in propria Mendicantium religione manentes esse horum capaces. Idem tenent Rochus *de iure patron. verb. honorificum q. 4. nu. 13.* Lambertin. *eod. tract. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 19. nu. 21.* & innuit Lessius *lib. 2. de iust. c. 41. dub. 12. n. 99.* Quod supponere videtur esse verum in foro externo Ecclesiæ, Cordub. *in regul. S. Franc. cap. 2. quaest. 20. pun. 2.* vbi oppositum de Fratribus Minoribus propter altitudinem sui status bene resoluit, quidquid eidē Sancio non placeat differentia, quam ibidem ipse Corduba ponit, inter forum conscientiæ, & Ecclesiæ, ea enim legitima mihi habetur, loquendo de Fratribus Minoribus, quos ad beneficia curata, & dignitates inferiores Episcopatu, nisi ex rationabili dispensatione Papæ, non posse assumi in foro conscientiæ, secus in foro fortè Ecclesiæ cum ipso Corduba libenter fateor.

52. Circa num. 6. Idem docet cum Auctore Sanchez dict. cap. 29. nu. 35. vbi resoluit, nullam exigi dispensationem, vt regularis beneficium sæculare curatum possit obtinere, ex cap. quod Dei timorem, de statu monach. ibi: Et per antiquos Canones etiam monachi possunt ad Ecclesiarum parochialium regimē in Presbyteros ordinarios, ex quo debent prædicationis officium (quod priuilegiatum est) exercere: quia non dicitur posse fieri; quòd extraordinaria ope dispensationis indiget, vt bene tradit Innoc. in cap. pastoralis, verb. renunciatum, nu. 1. de caus. poss. & propr. vbi eius additionar. Idē colligitur ex cap. in parochia, 16. q. 1. vbi Papa Gelasius iubet monachum ad beneficium parochiale præsentatū admitti ab Episcopo, & nullatenus, verb. dispensationis, vtitur quasi voluerit dispensare: ac ideò ius commune videtur explicare, quòd fauore curæ animarum inductum est. Idem tenent Cucus lib. 3. inst. maior. tit. 1. nu. 154. & duobus seqq. Villalobos in suis communibus opinionibus littera m. verb. Monachus nu. 165. Zerola in praxi Episcop. 1. part. initio, verb. beneficium, & par. 2. verbo, regulares, vers. 4. Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 19. & tom. 2. lib. 3. ca. 2. quæst. 8. Leona. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 41. dub. 12. nu. 97. quos, & alios plures plena manu refert Sanchez *dict. n. 35. vbi nu. 72. ex regula 41.* Cancellariæ generaliter prohibente, nedum titulum talium beneficiorum Regularibus cōcedi, tradit Goncalez *in regul. 8. Cancellar. gloss. 7. number. 31.* & id ipsum expressiùs docet idem Sāchez ibidem num. 71. resoluens hodie nullum regularem esse capacem beneficij curati absque Pontificis dispensatione, sicque declarasse sacram Congregationem ex decreto Gregorij XIII.

53. Supradicta temperat idem Sāchez à num. 36. vsque ad 57. quòd non procedant. Primò, quando speciali statuto religiosis interdicitur promoueri ad ea beneficia. Secundò, dummodo necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ curatæ sæcularis concurrant, ex cap. pro vtilitate 16. quæst. 1. vel saltē exigitur animarum vtilitas, quarū boni fauore ius concessit, vt regulares illarum regimini, relicto monasterio, præficiatur. Tertiò, dummodo Ecclesia illa, cui regularis præficitur, sit actu curata, & non solo habitu. Quartò nisi ex præscriptio-

ne

ac quadragenaria ea Ecclesia regi solita sit per clericos sæculares cum regularium exclusione expressa. Quintò, vt religiosus Mendicans nō possit eligi, aut præsentari ad beneficium parochiale in discordia, aut non Mendicās à minori eligentium numero, *ex cap. quorundam, & de electi. in 6.* super cuius textus intellectu multa tradit ipse Sanchez suprà *nu. 44 vsque ad 56.* & de eodem etiam agit noster Auctor *tom. 2. quæst. 55. art. 1.* Vltimò, nisi monasteriū habeat populum sibi subiectum, cuius curæ non est præficiendus monachus, sed clericus sæcularis, vt expressè decidit cap. 1. de capellis monachi, & cum Auctore, eo iure relato, diximus suprà d. nu. 6. super cuius textus ratione reddenda multum laborat, Abbas eodem cap. 1. quia scilicet, cùm monasterium non habet populum, possit religiosus eius Ecclesiæ curam tenere, non autem cum populum habet? Et tādem ibidem nu. 5. cum glossa, verbo, monachi, cōcludit eum textum loqui attento iure antiquo, & inspecto mero regularium statu. Nam regulariter non debent curæ sæcularis Ecclesiæ præfici, nisi aliud vtilitas, aut necessitas eiusdem Ecclesiæ postulet, & sic textus intelligi debet, quando ea necessitas non concurrit: vel explicari potest, nè monachus instituatur ab Abbate; quippe cùm cura animarum non sit monasterio illi collata, sed Episcopo incumbat, Episcopi est parochum illi præficere, concessa tamen licentia per Abbatem monacho præficiendo. Vtercue intellectus Sāchio placet, nec mihi displicet, de quo Sylu. verb. religio 7. q. 7. Greg. Lopez *lib. 25. verb. Iglesias, tit. 7. p. 2.*

Ex dictis venit resoluendum, monachū nullius beneficij sæcularis simplicis esse capacem, idque ex Cōcilio Hispalensi 2. cap. 9. relato in c. in nona actione 16. qu. 7. probatur ibi, in vno, eodemque officio nō debet esse dispar professio; & resoluit cum nostro Auctore, & alijs multis Sanchez *eo. c. 29. num. 65. & seqq.* vbi etiam nu. 73. tenet cum eodem Auct. regularem capacem esse præpositura Ecclesiæ collegiatæ, cum eligatur ad curam eorum, qui ad collegium pertinent, ad instar Episcopi, qui sicut cum suo capitulo constituit vnum corpus, ita hic cum suo.

54. Circa num. 7. dum ex Auctore resoluimus exigi licentiam prelati, vt religiosus consentiat electioni, seu promotioni de se, etiam ad summum Pontificatum factæ. Idem docent glo. in ca. quam sit, verbo, ad ordinandum 18. quæst. 2. Abbas cap. fin. de voto n. 3. & cap. quod Dei timorem num. 2. de statu Monach. Sylu. verb. religio. 7. q. 9. Graffis in suis decision. 2. par. libr. 3. cap. 20. num. 1. Gregor. Lopez lib. 22. verbo, Iglesias, titul. 7. par. tit. 1. & alij plures relati à Sanchez suprà num. 58. Sed ipse recedit à sententia nostri Auctoris, ductus ea præcipua ratione, quia electio in Pontificem est ipsius cōfirmatio, & sic statim absoluit eum à iugo monasticæ professionis, & obedientiæ. Atque ita tenere Cardin. cap. licet num. 12. q. 28. de elect. Imolam, Felin. Sylu. Rosell. & alios plures à se ibi relatos asserit, idem Sanchez, idque mihi satis probabile videtur, sed sententia Auctoris magis pia, & rigori iuris magis consona videtur.

55. Hæc autem licentia prælati, vt consentiat religiosus suæ promotioni ad beneficiū extra ordinem debet esse specialis, & non sufficit generalis pro futura electione, aliàs nullius firmitatis eam existere, definitur in Clem. fi. de elect. & tradit Auctor *tom. 2. q. 55. art. 2. in fine,* & religiosus consentiens suæ prouisioni virtute talis licentiæ generalis incidit in pœnas statutas in cap. si religiosus, de elect. in 6. Nec ea electio, seu prouisio vires assumet per licentiam post talem consensum obtētam, quia cum nulla fuerit à principio, tractu temporis nequit conualescere, ex regula non firmatur, de reg. iur. in 6. vt benè notat Sanchez *eo. cap. 29. nu. 62. & 63.* vbi num. seqq. addit, religiosum semel ex legitima superioris licentia ad beneficiū parochiale translatum, & postea ad aliud promotum, nō indigere noua licentia ad illud acceptandum, eo quod exemptus sit ab obedientia superioris, & Episcopo subiectus,

biectus, non potest tamen ad aliam parochiam transire absque Episcopi consensu, sicut nec clericus sæcularis.

56. Quis verò sit superior, à quo obtinenda sit licentia, vt religiosus cõsentiat suæ prouisioni? Auctor d. art. 2. resoluit quoad nos Minores esse Generalem Ordinis, vel Prouincialem, ex decreto Alexand. III. At Sanchez eo. 29. num. 65. asserit, sufficere licentiam prælati immediati Cõuentus, nisi aliud religionis statuto caueatur; vnaquæque religio consulat suas constitutiones, & laudabiles super hoc consuetudines, quibus standum esse iuris, & regularis disciplinæ ratio dictat. Ad hæc, desideratur etiam Episcopi licentia, quando beneficium non est pleno iure subiectũ monasterio: secus si est pleno iure illi subiectum, tunc enim sufficit licentia prælati regularis, vel illius cum conuentu. Sic tradit Auctor *tom. 3. quæst. 53. art. 2.* quem & alios plures refert, & sequitur Sanchez vbi suprà num. 66.

57. Circa eundem num. 7. quatenus diximus prælatum iniustè denegãtem licentiam religioso, vt suæ promotioni consentiat, ad id cogendum esse per alium superiorem. Idem docet Cucus *l. 3. maior. inst. tit. 1. num. 154.* Lessius *lib. 2. de iust. cap. 41. num. 97.* & alij plures, quos citato nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez vbi suprà num. 68. & seq. vbi nũ. 70. addit posse religiosum renunciare promotioni de se factæ ad beneficia sæcularia, aut Episcopatus, nec ad id cogi posse à superiore, quia non tenetur obedire in his quæ excedunt obedientiæ regularis metas: ac per consequens non esse integrum Abbati acceptare, sine consensu subditi electi, id enim pendet à personali ipsius voluntate, & respicit personã monachi. Vnde ex eadem ratione nec solus Abbas potest renunciare illi promotioni absque consensu monachi, ex Imola, & Socino ab eodem Sancio in fine d. num. 70. relatis.

58. Circa id, quod resoluimus nũ. 9. nempe monachum factum rectorẽ alicuius Ecclesię parochialis sęcularis ad Episcopum pertinentis ab obedientia sui prælati absolui, nec teneri ad obseruantias regulares, quæ cum sui executione beneficij incompatibiles sunt. Idem docet Sanchez lib. 6. dec. cap. 6. num. 36. Sed quantum ad obedientiam superiorum religionis distinguit. Nam si Ecclesia illa nullatenus subijciatur prælatis monasterij, ille religiosus ab ea obedientia exemptus manet cap. in paroch. 16. quæst. 1. & subijcitur imperio Episc. qui de cætero erit loco sui Abb. Si verò subijciatur Ecclesia, seu parochia prælatis religionis quoad sola temporalia, eximitur quoad spiritualia ab eorum obedientia, cap. visis, & cap. sanè 16. q. 2. Si verò subiecta sit eis quoad spiritualia, quoad temporalia tantũm eximitur. Quòd si quoad omnia subijciatur, plene illis subiectus existit. Ita ex Syluest. verb. relig. 7. q. 11. & Ant. Cuco lib. 3 inst. maior. num. 158. & nostro Auct. loco eo. nu. 9. & allegato (licèt non ita plenè) resoluit ipse Sanchez d. nu. 36. qui quantum ad Obseruantias regulares addit, eum absolui à vigilijs, silentio, & abstinentijs, quæ in sua Ecclesia commodè seruari nequeunt, non verò ab abstinentia carnium, nec ab alijs obseruantijs regularibus non impedientib. parochiale munus: imò ad eas teneri, quæ potiùs adiuuant, vel saltem illud non impediunt. Idque etiam generaliter docent Host. *cap. quod Dei timorem num. 9. de stat. monach.* vbi Ioan. Andr. num. 15. Cardinal. *num. 5. q. 2.* Azor. *lib. 12. inst. moral. cap. 19. quæst. 15.* hic tamen Azor. ait liberari à ieiunijs, & abstinentia à carnibus. Quod temperãdum censeo, quando ieiunia, & abstinentia à carnibus non cadunt sub præcepto regulæ obligante ad culpã mortalem. Tandemque concludit Sanchez ad finem d. num. 36. eum parochum religiosum deposito officio teneri ad suum monasterium redire, quia illa exemptio non est ratione alicuius dignitatis, vt in Episcopo, & Cardinalibus, sed ratione solius officij parochi, quo cessante, cessat ipsa exemptio. Noster autem Auct. tomo. 1. q. 30. art. 21. Falso im- (quem pro opposito falso refert idem putatur Sanchez) non est locutus ex propria, Auctori

sed ex Nauarri sententia, vt patebit attentè illum legenti. opposita sententia

59. An autem hic religiosus parochus teneatur habere secū socium sui Ordinis. Affirmat Sanchez dict. c. 6. nu. 39. vbi resoluit id esse tenendum, etiamsi Ecclesia, cui præfectus est monachus, nō subsit pleno iure monasterio. At Canonici Regulares nō semper tenentur habere socium sui Ordinis, sed quando commodè id fieri potest, vt habetur cap. quod Dei timorem, de statu monac. vbi clarè constituitur differentia inter vtrosque, & deciditur, nè monachus sine socio Ecclesiæ præficiatur, iuxta Concilij Lateranensis decretum relatum in cap. 2. eod. tit. de stat. monach. Sed hoc vsu, & consuetudine contraria abrogatum esse apud monachos Hispaniæ video, & idem, apud alias prouincias practicari suspicor.

60. Circa nu. 10. nota cum Sancio *lib. 6. decalogi cap. 6. nu.* 13. Religiosum Episcopum (idem pariter dico de monacho beneficiario) teneri restituere Ecclesiæ, cui acquirit, ea quæ prodigè, & superuacaneè consumpsit, nisi forte Ecclesia ea ad tollendos scrupulos remittat. Similiter, & accipiens ipsi Episcopo tanquam legitimo administratori tenebitur restituere, quia solā liberam habet administrationē ad honestos vsus. Ita docet cum Valent. 2. 2. q. 3. *disp. 1. pun. 8 col. 3.* & Lessio (qui expresse) *lib. 2. de iust. cap. 4. dub. 5. nu.* 29. vbi ait, non posse expēdere in res vanas, aut ditare amicos, quod si fecerit, teneri ipsum, & accipientes restituere: & idem docet Molina loquens de beneficiario monacho *lib. 2. de iust. disp. 276. column. 3. vers. religiosus in eo-nem in.*

61. Circa inhabilitatem monachi ad duo sui Ordinis beneficia, de suprà num. 12. pauca diximus, idem docent Nauarr. comment. 4. num. 23. initio, de regularibus, Rebuffus in praxi benef. titulo de dispensatione cum regularibus facta num. 8 9. & 10. Azor tom. 1. instit. moral lib. 12. cap. 22. quæstio 13. quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez lib. 7. decalogi ca. 29. num. 78. vbi addit cum eodem Auctore, quod non potest simul habere cum vno beneficio capellam, vel pensionē, aut portionem monachalem. Potest tamen habere duo beneficia dependētia ab vno, ac eodem monasterio, vel etiam quando sunt connexa, aut vnita, in quibus casibus nulla desideratur dispensatio, vt constat ex dicto ca. cum singula, de præbe. in 6. & resoluit cum Rebuffo idem noster Auctor dicto ar. 9 relato suprà dict. num. 12. Vnde asserit, quòd si Regularis habeat parochiam Ecclesiam, petatque alteram sibi commendari, & Pontifex in signatura dicat, fiat, vel conceditur, vt petitur, in titulum; tenebitur dimittere priorem, & habebit posteriorem in titulū: quia absque expressa dispensatione nō potest duas Ecclesias in titulum possidere. Nec Papa (ait Sanchez suprà citatus) solet dispensare, vt duo sui Ordinis beneficia retineat in titulum, sed vnum in titulum, alterum in commendam. Verum si dispensetur cū Regulari, vt simul cum Prioratu, vel alio beneficio Regulari possit habere aliud sæculare simplex, vel curatum, si sibi legitimè conferatur, & ad vitam retinere concedatur, non licebit Ordinanario commendare beneficium sæculare illi religioso: quia non datur beneficium sæculare illi religioso: quia non datur beneficium sæculare in cōmendam Regulari, etiam à Pontifice, nisi expressè id concedatur in signatura. Nec quidem in titulum dari potest ab Ordinario, eo quòd duo non dantur Regulari in titulum, nisi in dispensatione exprimatur. Sic Auctor cum Rebusso, & sequitur Sanchez suprà nu. 79. & 80.

Falso imputatur Auctori

62. Qui num. 81. sequenti addit, quòd nec etiamsi dispenset Pontifex cum Regulari ad beneficium sæculare curatum, licebit virtute huius dispensationis obtinere simplex; quia multo difficiliùs, & maius est beneficium simplex sæculare, quàm curatum obtinere: quippe huius absque dispensatione est capax, vt tenent plures relati ab ipso Sancio suprà numer. 35. simplicis autem est incapax, nisi ex Pontificis di-

dispensatione. Secus verò esset, si dispensetur cum monacho ad alterius monasterij beneficia Regularia: nam possunt ei conferri tam regularia cura ta, quàm non curata, quòd ex persona sua sit illorum capax. Hæc Sanchez ex Rebuffo *in praxi benefic. tit. de commend. num. 47. Mandos. in signat. gratiæ, tit. de dispensatione monach. pro beneficijs obtinendis, vers. notandum est.*

63. Ex quibus deducitur, dispensationem, seu prouisionem factam monacho etiam Episcopo de Abbatia alterius Ordinis, non expressa qualitate Monachatus, subreptitiam, ac nullam esse: quia specialiter est interdicta Regularibus hæc pluralitas in dict. cùm singula, etiam si Pontifex conferat ex certa scientia, quæ scientia non præsumitur adesse in Papa, quia monachatū non expressit in prouisione, qui, inquā, Pontifex si sciret illum esse monachū non conferret illi Abbatiam simul cū Episcopatu. Ita cum Rebuffo resoluit Auctor *tom. 2. quæst. 58. art. 5.* quem refert, & sequitur Sanchez suprà nu. 82.

65. Atque eadem ratione impetratio beneficij sæcularis à Regulari facta, non expressa qualitate beneficij, & impetrantis, erit etiam subreptitia: sicut è côuerso impetratio beneficij Regularis facta à sæculari sine expressione qualitatis beneficij, & personæ impetrantis, est inualida omninò: quia adest specialis incapacitas in Regulari ad beneficium sæculare, & in sæculari ad beneficium Regulare. Quod adhuc procedit, etiam si in tali concessione adsit clausula, Motu proprio, quam quidem non supplere personæ inhabilitatem, nec operari, quãdo tacetur intrinseca qualitas beneficij, probat Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 21. n. 49. & duobus sequentibus.* Atque ita docent Felin. *cap. in nostra. torol. 40. num. 41. initio, de rescript.* Selua *de benefic. 1. p. quæst. 11. n. 122.* Ojeda *de incompat. benefic. 1. par. q. 11. num. 93.* Flamin. *de resignat. benefi. ll. 4. q. 5. numer. 4.* quos refert, & sequitur idem Sanchez *d. c. 29. nu. 83.*

66. Vbi nu. sequenti resoluit, posse Regularem coadiutorem Episcopi, aut parochi constitui ex sola superioris sui licentia: quia cùm vtriusque officij absque dispensatione sit capax, erit subinde coadiutoris vtriusque, seu in vtroque, tunc enim vtriusque munere fungetur. Sed non poterit absque dispensatione creari coadiutor in eo beneficio, cuius absque dispensatione, vt illi principaliter præficiatur, incapax est. Ita Abbas *cap. fin. num. 4. de clerico ægrotan. vbi Cardin. q. 10. nu. 9. & qu. fi. num. 9. & in Clem. 2. q. 17. num. 18. de rescriptis, Azor. tom. 2. instit. moral. libr. 3. cap. 2. q. 8.*

67. Circa nu. 14. dum resoluimus constitutionem salarij pro seruientib. Ecclesijs Regularibus ad Episcopum pertinere. Idem docet cum nostro Auctore, Sanchez lib. 7. decalogi capit. 4. num. 14. sicque decerni in cap. beneficium, de Regularib. in 6. & satis significat Glossa ibi. verb. sed interim, & Syluest. verb. Religio, 2. q. 8. Angel. verb. Nouitius, num. 22. & ibi Tabien. quæst. vltima. Sed in dicto cap. beneficium, non id expresè decernitur, sed tantū, quòd beneficio nouitij, interim dum non profitetur, deseruiatur per alium, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione, benè tamen id deciditur in Tridentino decreto à nobis dic. 14. relato, de cuius intellectu agit idē Sanchez dict. lib. 7. decalogi capit. 29. num. 191. Trid. sess. 7. c. 7. de refor.

68. Circa num. 19. nempe non vacare beneficium nouitij ante professionē idem docet Sanchez *lib. 5. decalogi c. 4. num. 2. & seqq. vbi num. 3. & 4.* addit id habere verum in omnibus beneficijs, siue sint maiora, siue minora, ac etiam si in beneficij fundatione cautum sit, vt vacet beneficium absente beneficiario certo tempore; quia in dubio cēsenda est voluntas institutoris iuri cōmuni conformis, vt tradunt Doctores communiter in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. Item id etiam extendi ad beneficium nondum acceptatum à nouitio, docet Glossa in dict. cap. Beneficium, de regul. in 6. verb conferendum, vbi Ioannes Andreas, Monachus, Dominicus, & Franc. Tapia in Authē. ingressi, verb. sua, cap. 2. num. 8. C. de sacrosanctis Ecclesiis, Sayro in Claui

Re-

Regia libro 6. cap. 5. num. 25. vers. possunt etiã, quos refert, & sequitur Sanchez supra num. 5. Cuius quidem ea ratio est, quia ideò in anno nouitiatus non vacat ius in re, quòd adhuc nouitius non eligat profiteri, & sic nec eligat statum incompatibilem, per quem censeatur iuri illi in re renunciare, & pari ratione nec vacat ius ad rem.

69. Item ex eadem ratione nõ vacabit beneficium, si annus nouitiatus ex aliqua iusta causa prorogetur, quã prorogationem ex ea causa permitti, dicemus infrà, de nouitijs num. 62. tũ quia ea prorogatio facta videtur cum omnibus qualitatibus rei, quæ prorogatur, l. lecta, ff. si certum petat. tum quia, si nouitius anno illo probationis renũciasset, iuxta cap. ad Apostolicam, de regularibus (quod ante Conciliũ Tridentinum licebat) vel si ex Pontificis dispensatione hodie ante eum cõpletum profiteretur, absque dubio vacabit eius beneficium à die professionis emissę, vt habetur in dicto cap. beneficium, ergo idem pari ratione dicendum est, si prorogetur professio. Tandem quia ratio Concilij Tridentini *sess. 25. c. 16. de regularibus*, nolentis nõ spoliari nouitium intra probationis tẽpus, nẽpe ne libera egressus auferatur occasio, etiam procedit in beneficijs, vt tradit Mayol. *de irregular. lib. 3. cap. 6. num. 2.* & Mandosius *in casibus annalibus, num. 63. casu 192.* qui ad finẽ docet, non vacare beneficium, etiam si pluribus annis duret nouitiatus. Ita Sanchez eo. cap. 4. num. 6. vbi in fine addit, posse Episcopum, nulla existente iusta causa differendæ professionis, assignare terminum nouitio, vt beneficio renuntiet, casu quo id posset, quãdo absque legitima causã abesset, quo termino transacto, alteri illud tanquã vacans conferre licebit, quando ad ipsum collatio pertinet, ab eo enim tempore non reputatur absens ex causa legitima. Vnde in Societate Iesu non vacare beneficium nouitij toto biẽnio probationis, si eius resignatio non fieret, iuxta statutum Ordinis, consequẽter dicendum est, vt optimè probat idem Sanchez suprà num. 7.

70. Vbi nu. sequenti deducit, collationem illius beneficij non transacto probationis tempore irritam fore, nec subsecuta professione reualidari, quia quod à principio ratum non fuit, tractu temporis non conualescit, vt regula vulgaris iuris habet, & sic noua collatione opus est. Ita Tiraqu. *de retract. lignag. gloss. 8. §. 1. num. 40.*

71. An autem pensio beneficij vacet ante professionem? Affirmat Auct. *tom. 1. dict. q. 37. art. 1. in fine.* Negat tamen Sanchez supra num. 13. tunc quia inquit, textus *in dict. cap. beneficium*, intelligunt Doctores de quibuscunq; beneficijs, vt diximus num. 68. at pensiones largè dicuntur beneficia, vt probat Gigas de pensionibus quęst. 28. n. 1. Tum quia per matrimonium vacant pensiones, sicut & beneficia, vt probat idem Sanchez *li. 7. de matrim. disp. 44. num. 5.* Sed eà ratio mihi magis probat, quæ habetur in præfato Tridentino decreto, nempè vt consulatur libertati nouitij, ea enim pari ratione militat in pensione, ac in beneficio, vt manifeste patet.

De renunciatione beneficij Ecclesiastici à nouitio facienda, & an debeat fieri cum solemnitate dicti decreti Concilij Tridentini, nempè cum licẽtia Ordinarij, & intra bimestre professioni proximum, affirmant Sanchez *lib. 7. decalogi cap. 5. num. 38.* vbi ad id plura congerit.

72. Circa num. 20. nota cum Zerola *in praxi Episcop p. 2. verb. dispensatio, vers. 3.* quem refert Barb. *in remiss. ad Trid. sess. 14. cap. 7. nu. 4.* posse Episcopum dispensare cum presbytero homicida voluntario beneficium curatum antea possidente; vt illud possit retinere in futurum, & similiter cum Canonico homicida, vt possit interesse choro, & gaudere fructibus suæ præbendæ. Ad quod vide Sayro *de censuris libr. 6. cap. 7. num. 20. & 21.*

73. Item nota cum Reginaldo *3. par. fori panit. lib. 30. tract. 2. sect. vlt. n. 112.* dictum decretum Tridentinũ non videri extendendum ad casum commissi homicidij ad necessariam vitæ defensionem, cum moderamine incul- Trid. sess. 14. c. 7. de reformat.

patæ

patæ tutelæ, cùm talis homicida tunc nō incurrat irregularitatem, vt omnes concedunt. Vnde si factum sit occultū, & per eam necessitatem homicida excusetur à mortali, is nec dispēsatione, nec sententia declaratoria de commisso homicidio ad vitæ propriæ defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ indigebit ad habendum, vel retinendum beneficium, nisi fortè ad vitandum scandalum, & ad occurrendū scrupulis, qui suboriri possunt, vt cum Henriquez *lib.14.cap.10.§.2.sub finem*, resoluit idem Reginal. citato loco.

74. De resignatione, & permutatione beneficiorum vide Auctorem *in addit. summæ cap.33.* & de præsentatione cap.34. tractat *lib. 7. decalogi ca.29. n num.145.* De priuatione, seu inhabilitate excommunicati ad Ecclesiastica beneficia, & eorum fructus percipiendos, vide latè Suarez de censuris to.5. disp.13. Vbi de impetratione, & resignatione beneficij in fauorem excommunicati facti, sect.1.num.11. & 12. & de beneficiorum priuatione, & inhabilitate ad ea ratione hæresis, vide Sāchez *lib.2. decalogi cap.26.* vbi num.9. agit de resignatione beneficij hæretici ante condemnationem, & num.12. tradit posse ea beneficia tanquam vacantia impetrari, & ad ea patronū præsentare, possessore non citato, & num. 14. & sequentibus beneficia suspectorum, aut diffamatorum de hæresi, vel etiam receptatorum, fautorum, & defensorum hæreticorum non vacare ipso iure. Item *eodem lib. 2. cap. 28.* agit de filijs, & nepotibus hæreticorum, aut receptatorum, defensorum, aut fautorum eorundem, an priuentur beneficijs obtentis, & sint ad ea obtinenda inhabiles? Vide etiam *lib.4.cap.17.nu. 21.* eundem Sanchez, vbi agit de eo, qui iurauit non resignare beneficium, an possit illud resignare, non obstante iureiurando.

RETRACTATIO.

De Mendicantibus, an sint capaces beneficij Curati.

75. Partem affirmatiuam ex Auctore nouissimè tom.3.sum.cap.30.n. 3. resoluimus suprà num.51.

ADDITIO.

76. Multa de hac materia congessimus in notis. Illud nunc addo, quòd breuiter memini tetigisse ibid. nu.28. in fine, an scilicet capellania fundata in Ecclesia Regulari censeatur in dubio Regularis, an verò sęcularis? Dixi, in dubio regularem censendam, quam sententiam apertè probat Auctor *to.1. quæst.34. art.3.* vbi existimat, propter solam fundationem cappellaniæ in Ecclesia Regulari manere Regularē, pro cuius sententia potest non ineleganter expendi textus *in l.Minitius 61. in fine, ff. de rei vindicat. l.3. ff. de diuersis, & temporal.* Auctoris sententiæ vltra Rebuffum, fauet Mascardus *de prob. conclus. 172. num.17. Sanchez lib.7. Decalog. cap. 29. num.27.* vbi docet, Capellanias præsumi esse regulares ex eo solum, quòd sint fundatæ in Ecclesijs Ordinū. Hanc tamen nostri Auctoris sentētiam licèt stricta iuris ratione inspecta, verissimam agnoscam, limitandam tamen cēseo, nisi huiusmodi capellaniæ à sæcularibus fundatæ sint in Ecclesijs regularibus, non vt à regularibus obtineātur, sed à sæcularibus, quæ ratiò præcipuè facere debet, vt hæ capellaniæ prę sumantur sęculares, cùm pro sęcularibus fundentur, licèt in Ecclesijs regularibus, & ita de hac re consultus docet Garcia *in additionibus ad tract. de benefic. 7. p. c. 10. n. 37. vers. sed hoc non obstante.* Sanch. d. nu.27. vbi sic ēt limitat nisi per sęculares teneri solitę sint.

RE-

RESOLVTIO XVI.

De bigamia.

Bigamia alia est vera, quæ contrahitur per copulam successiuam duarũ vxorum, c. de bigamis, eo. tit. Alia est interpretatiua, quæ contrahitur, cùm quis viduam, vel ab alio corruptam duxit in vxorem, cap. vltimo, de bigam. cap. curandum, capit. si quis viduam, & sequent. 34. distinct. Altera verò similitudinaria, quæ contrahitur cùm clericus in sacris constitutus, vel religiosus professus contrahit matrimonium, cognoscendo vxorem, capit. quotquot, cap. monacho 27. quæst. cap. nuper, cap. final. de bigam. Prælati igitur Regularium non possunt dispensare cum religioso in bigamia vera, & interpretatiua, vt sacris ordinetur, quia id Papæ reseruatur, & nulla inuenitur concessio facta Religionibus circa hoc: possunt tamen dispensare, vt minoribus ordinibus initietur, ad instar Episcoporum, quibus id licet circa suos subditos. Nam prælati Regulares iurisdictionem quasi Episcopalem habentes eandem habent auctoritatẽ, & potestatem erga sibi subditos, quam habent Episcopi erga suos. Item cum bigamo similitudinario optimo iure possunt dispensare dicti prælati, vt ad maiores Ordines ascendat, vt tenent communiter Doctores, vnde priuilegia Apostolica concedentia prælatis Regularibus facultatem ad dispensandum in irregularitatibus, excepta bigamia, sunt intelligenda tantùm de bigamia vera, & interpretatiua quoad Ordines maiores, nã respectu minorũ optimè pñt dispensare. Vt autem sit vera bigamia indispensabilis per dictos prælatos requiritur quòd copula interueniat, intrando claustra pudoris, licèt nõn fiat seminis effusio intra vas, *capitul. debitum de bigamis*, hoc tamen debet intelligi in foro exteriori Ecclesiæ, quæ præsumit copulam fuisse consummatam; secus in foro conscientiæ, siquidem ius requirit copulæ consummationem *in dict. capitul debitum, Azor tom. 1. quæstio. 24. articul. 1. & 2. & in addit. summæ tom. 3. capitul. 215. numer.* 4. De quo Soto cum D. Thom. *in 4. distinct. 27. quæstion. 3. artic. 1.* Nauarr. *in summa capitul. 27. numer. 179.* Henriquez *libro 11. de matrimonio cap. 15. numer. 4. Sanchez de matrimonio disput. 83. numer. 6. Suarez de censuris disput. 49. secti. 1. numer. 1. & sequentibus*, & quoad dispensationem in bigamia, *sect. 6. à numer. 7.* quidquid ibi númer. 17. teneat contra nostrum Auctorem non posse prælatos regulares cũ suis subditis bigamis ad Ordines Minores dispensare.

2. Idem dicendum est, si claustra non intrauit pudoris vir, sed matrix attraxit semen, & grauida facta fuit virgo, & postea ferreo instrumento genitale membrum apertum fuit, quo aperto egressa est creatura, licèt enim copula realis intra vas non interuenerit, secutus tamen est effectus copulæ ex attractione seminis in vias, id est, partus, & per consequens contrahitur vera bigamia, ibidem art. 2. in fine, de quo Bibald. *in Candelabro aureo tit. 2. irregular. num. 24.*

4. In concessione Generali dispensandi in irregularitatibus semper habetur pro excepta bigamia, iuxta stylum Curiæ, nisi specialiter exprimatur, quia Papa non solet super ea, nisi rarissimè dispensare, & cum maxima difficultate, & dilatione. Vnde ita debet intelligi quoddam priuilegium Sixti IV. concessum Ordini S. Hieronymi in Hispania, quo indulgetur, vt quilibet Fratrum possit semel in vita dispensari in foro conscientiæ à confessore deputato per superiorem super quacunque irregularitate quacunque occasione contracta, *tom. 2. q. 105. art. 1. & 2.* de quo vide Portel. *in addit. ad dubia, verbo*, dispensare nu. 5. & infra in notis num. 14.

4. Addo cum Auctore citato loco addit num. 5. quòd instantia, seu vrgẽte necessitate, & penuria ministrorum, & quando ob magnam distantiam non potest recurri ad Papam, vt contingit in partibus distantioribus Indiarum, bene poterunt Episcopi dispensare cũ bigamis ad omnes Ordines sacros, & refert pro hac sententia Sanchez *de matrimonio disp. 40. num. 3. Henriq. libr. 12. de matrimonio cap. 6. num. 11.*

5. Tandem addo, quòd ex concessione Benedicti X. I. facta Ordini S. Hieronymi, si aliquis bigamus de lõginquis partibus sit in monasterijs Beatæ Mariæ de Guadalupe, & de la Sila possit dispensari, ad sacrosque Ordines promoueri. Et in compendio Societatis Iesu verbo, dispensare §. 5. & 6. habetur, quòd Generalis Ordinis potest dispensare cum subditis in bigamia, ex concessione Sixti I V. pro Carthusiensibus, teste Portel. verbo, dispensare num. 4. Quo priuilegio possunt vti per communicationem aliæ religiones, dato quòd valeat, vt sonat. vide suprà numer. 3. & infra in notis, numero 14.

NOTÆ.

6. Circa nu. 1. nota, quòd propriissimè bigamus dicitur, qui secundas nuptias contraxit post mortem prioris coniugis, & vtrasque consummauit, vt tradunt Canonistæ in rubrica de bigamis, & D. Thom. *in 4 dist. 27. & ibidem Soto q. 3. art. 16. Richard. art. 4. quæst. 1. Nauar. cap. 27. num. 195.* & patet ex ipsa voce, bigamus, quæ idem significat, quod bis coniugatus. Vnde communiter hanc tamùm vocari solere veram bigamiam, docet Suarez *tom. 5. de censur. dict. disp. 49. num. 1.* Per hanc igitur bigamiam contrahitur irregularitas, vt habetur cap. 1. & 2. de bigamis, & cap. 1. dist. 26. & colligitur ex Canone 16. Apostolorum, & sequentibus. Contrahitur autem ex defectu sacramenti orto ex iterata susceptione matrimonij, cap. debitum, de bigamia, non quia talis sacramenti secunda susceptio illicita sit; sed quia tale matrimonium non est ita accommodatum ad perfectam illius sacramenti significationẽ, quæ consistit in coniunctione Christi cum Ecclesia, ex Paulo *ad Ephes. 5.* matrimonium autem spirituale inter Christum, & Ecclesiam est vnicum, & vnius viri cum vna vxore, seu sponsa. ad Eph. 5

7. Nota etiam circa idem, non contrahi veram bigamiam ex duplici matrimonio exteriùs contracto, & consummato, quando contingit alterum eorum inualidum esse, vt fit semper, quoties vtrumque matrimonium fit viuente vtroque coniuge, quia ad eam bigamiam requiritur duplex matrimonium consummatum verum, & validum, vt colligitur ex capitulo nuper, de bigamis: ibi, licet in veritate bigami nõ existant, quidam (scilicet) plures vxores simul habentes; quod à fortiori dici posset de habentibus plures successiuè, alteram tamen non verè: tunc enim re vera non iteratur sacramentum, & per consequens nec est defectus in significatione, nec vera bigamia. Ita Suarez *dictis disp. 49. sect. 1. num. 5.* & ex sententia Canonistarum, & Theologorum cum D. Thom. in 4. dist. 27. resoluit Villalobos *1. par. summæ tract. 21. diffic. 31. num. 3.* vbi addit, sufficere ad hoc alteram vxorem ante baptismum habuisse, & aliam post baptismum, vt constat ex capit. acutius, 26. dist. & ex cap. si quis viduam, el primero, 34. distin. vbi expressius id habetur, & tradit Maiolus *de irregularit. lib. 1. cap. 33. num. 3. Suarez sup. sect. 6. num. 12. & sequentibus.*

8. Benè tamen is qui duplex matrimonium cõtraxit, quorum alterum est inualidum, contrahit bigamiæ interpretatiuæ irregularitatem, si vtrunque consummauit, vt deducitur ex capitulo nuper, de bigamis, & tradit glossa in capitulo secundo verbo, bigamis, eodem titul. Ita Suarez dicta disput. 49. sect. 2. numero 1. vsque ad 7. Villalobos suprà numero quarto, vbi addit, non contrahi hanc bigamiam,

niam, quando prior maritus non cognouit eam, cum qua secundæ nuptiæ celebratæ sunt, dicto capitulo debitum, iuncta glossa ibi, verbo, viduæ, vel etiam si illa decessit ante consummatum matrimonium cum posteriore coniuge, vt omnes fatentur. Quo loco num. 5. etiam aduertit idem Villalobos, quod si matrimonium contractum cum vidua fuit nullum ratione alicuius impedimenti dirimentis, fit irregularis ille, qui cum illa taliter contraxit, propter affectum intentionis cum opere subsecuto, vt constat ex dicto capitulo nuper, in fine, & capitulo vltimo, de bigamis, & dicit communem Theologorum, & Canonistarum Couarr. in Clementin. si furiosus, 1. part. §. 2. num. 2. quem etiam refert, & sequitur Suarez *ea disput. 49. sect. 3. numer. 3. 4. & 5.* ad quod etiam est quædam decisio Rotæ. Quidquid in oppositum contendat Nauar. *capit. 27. num. 195. & lib. 2. consil. 1. de bigam. num. 43.*

9. Pro quo adhuc aduerte, contrahi dictam irregularitatem ex duplici matrimonio, quando alterum est inualidum, etiamsi per ignorantiam contractum sit, non propter culpam, à qua excusatur ignorans, vel bona fide imbutus, sed propter publicam significationem incontinentiæ, seu quandam effigiem (vt ita dicam) vel similitudinem defectus sacramenti, à qua non excusat ignorantia, vel bona fides. Nam irregularitas, quæ sine peccato contrahitur, in vniuersum ex bona fide non impeditur. Ita contra Archidiaconum in dicto capit. nuper, & in capitul. vnico, de bigamis in 6. resoluit Suarez vbi suprà num. 8. vbi num. sequenti subiungit, idem esse dicendum, quando alterum ex duobus matrimonijs irritum fuit ex alio capite, præter iterationem viuente coniuge. Et idem, siue vtrumque matrimonium fiat viuente priore côiuge, siue eo defuncto, siue validum, siue inualidum antecesserit, hoc enim per accidens est ad indecentiam, quæ in vtroque casu est eadem. Tandemque nu. 10 & 11. idem impedimentum contrahi, asserit, etiam si nullitas matrimonij proueniat ex defectu consensus, vel in vtroque matrimonio ea nullitas reperiatur, dummodò in vtroque sit idem affectus cum opere subsecuto. Hoc autem vltimum, ait, expressè tenere Nauar. *lib. 1. consil. 1. tit. de bigamis, & in summa cap. 27. num. 195.*

10. Idem contrahitur hoc impedimentum bigamiæ interpretatiuæ, quando quis contraxit cum virgine, quæ postea adulterium commisit, quo nô obstante vir eam carnaliter cognouit, vt expressè habetur capit. si cuius vxorem, & cap. si laici 34. dist. Quod habet verum, etiam si per vim absque culpa mulier ab alio violetur, quia hæc irregularitas magis respicit operis côsummationem, quàm affectum voluntatis. Et idem, quando à marito adulterium ignorante cognita fuit, sicut etiam contrahens cû corrupta, id ignorans bigamus fit, ex capit. curandum, ead. dist. 34. quod absolutè loquitur. Item idem procedit, quando id matrimoniû contractum fuit ex iudicis mandato, vel adulteræ thoro eo iubente restitutus, fuit coniux, etiamsi illa per pœnitentiam iam factam sordes sui criminis abluta sit, vt cum Couar, Matolo, Syluestro, & alijs resoluit Villalobos vbi suprà num. 6. Suarez *sup. sect. 14. & sequentibus*. de quo vide D. Th. *in 4. dist. 27. quæst. 3. art. 1. ad 4. Angel. verb. bigamia nu. 2. & 4. & ibidem Sylu.*

11. Circa bigamiam similitudinariam nota, quòd vt incurratur requiritur vt clericus in sacris constitutus, vel monachus consumment contractum matrimonium, cap. monacho. 27. quæst. 7. vnde si minoribus tantùm ordinatus sit, non est dicendus bigamus, quia cùm sit pœna, non est amplianda, & ad non expressa extendenda, vt benè docet Villalobos sup. nu. 9. & quòd hæc irregularitas extendatur ad clericos in sacris, latè probat cum gloss. in cap. super eo de bigamis, Suar. ea. disp. 49. sect. 4 nu. 3. & seqq. qui sect. 5. n. 5. id extendit ad Clericos minorib. initiatos, quantum ad priuationem vsus suscepti ordinis.

12. Circa dispensationem in biga-

mia nota, quòd hæc irregularitas, non tollitur ipso facto per professionem in religione, vt tradit Suarez supra *sect. 6. num. 16.* At prælati regulares possunt dispensare cum suis religiosis bigamis quoad Ordines Minores, prælati, inquam, iurisdictionē quasi Episcopalem habentes, quia id Episcopi habent circa suos subditos, quibus illi assimilantur, quidquid dicat Suarez suprà relatus sect. 6. numer. 17. Quòd tamen limitat Villalobos supr. num. 13. casu, quo aliqua magna, & vrgens causa dispensandi adsit, vel quoad ordines receptos, & non recipiendos, vt tradit Nauar. *cap. 27. num. 197.* & *Vgol. n. de irregularit. cap. 56. num. 2.* sed Syluest. *verb. bigamus, quæst. 9.* absolutè affirmat, & tenet idem quod noster Auctor supra num. 1.

Firmatur sententia Auctor.

13. Suarez *ea. sect. 6. num. 7. & vltimo* concedit, Episcopos, & Prælatos regulares quasi Episcopalem iurisdictionem exercentes posse dispensare in bigamia similitudinaria cum suis subditis, dummodo hoc impedimentum cum alijs non misceatur, quale erit, si cum vidua contraxerit clericus vel religiosus: tunc enim nullo iure possunt, vt aduertit cum eodem Suario suprà num. 17. Villalobos *dict. difficult. 31. num. 14.* vbi numero seq. addit, non requiri, vt quando petitur dispensatio bigamiæ, fiat mentio de trigamo, vel quatergamo, & vltrà: quia in his nulla ponitur differentia à Doctoribus, nec est in vsu, vt docent Nauar. *lib. 8. consf. 2. de bigamis*, Vgolin. vbi supra num. 3.

Bull. bul. 9. & 10. Paul. 3.

14. Tandem nota cum Portel. *in addit. ad dub. verb. dispensare, numer. 5.* quòd Prælati regulares per quandam concessionem Pauli III. de qua in Bullario, possunt semel singulis annis prima die lunæ quadragesimæ dispensare cum suis subditis in omni irregularitate quauis occasione, vel causa contracta. Vbi nil excipit, neque bigamiā, neque homicidium voluntarium, quæ solent excipi in priuilegijs: vnde cùm lex, vel Princeps non distinguat, nec non distinguere debemus. Quæ sententia tanquam pia, & probabilis potest in praxi sequi, licèt opposita sit tutior, & conformior menti Pontificum, qui semper bigamiam excipiunt, vel pro excepta habent, vt communis Doctorum tenet iuxta stylum curiæ, & nos suprà nu. 3. cum Auctore resoluimus. An bigama, vel post castitatis votum præuaricata possit esse Abbatissa? Vide Sanchez *lib. 5. decalog. cap. 5. numer. 23.* & nos diximus suprà *de Abbatissis numer. 23.*

RESOLVTIO XVII.

De bonis Regularium.

1 Fratres Minores licitè recipere permittuntur quæcunque malè quæsita, & incerta eis oblata, de illisq; liberè disponere. Item malè ablata, & illicitè acquisita, quæ testatores, aut datores ignorant, quibus sunt restituenda, legata etiam ad pios vsus relicta indeterminatis personis distribuenda arbitrio executorum, seu testamentariorum, si ipsi Fratribus indigentibus applicare velint, licitè possunt acceptare Fratres non obstante contradictione Prælatorum Ecclesiasticorum, Ita concessit Alexander IV. & Sixtus IV. Item Paulus IV. & Pius etiam IV. & alij Pontifices indulserunt Patrib. de Societate, vt possint acceptare quæcunque loca sæcularia, vel regularia, Ecclesias, eremitoria, & monasteria cuiusuis Ordinis, etiam strictorijs obseruantiæ, cum omnibus suis bonis, mobilibus, & immobilibus, si pia fideliū largitione illa sibi donari contigerit, & illi, quorum interest, consentiant, quæ donata, relicta, & legata eo ipso auctoritate Apostolica perpetuò applicata, & appropriata eisdem Patribus esse censentur. Ita in Compendio Societatis §. 1. 2. vbi collector refert super hoc concessionē Martini V. & aliorum Pontificum factam Mendicantib. *n. 1. q. 38, art. 2.* de quo Portel. verb. bona,

Bull. bul. 15. & 16. Alex. 4. & Bul. 14. Sixti 4. n. 10. & bul. 33. n. 28.

na, num. 3. Compend. Minor. verb. bona, §. 2. Sanchez lib. 7. decalog. cap. 27. à num. 1. & cap. 5. num. 11. vbi agit de bonis, quæ nouitij renuntiant in societatem.

2. Bona feudalia, & emphyteutica, etiam Ecclesiastica donata, seu relicta possunt acceptare religiosi, modò ad onera teneantur, ad quæ donator, seu testator occasione illorum tenebatur, aut ipse donator imposuerit, etiamsi ad certum numerum generationum, aut nominationum concessa fuerint, ex Leone X. pro societate Charitatis, & habetur in Compendio Societatis Iesu, §. 6. titulo, bona. Emphyteutamq; cadere in commissum, si infrà annum à fine biennij moram non purgare curauerit per solutionem pensionis solitæ, seu debitæ solui monasterio, ac posse expelli auctoritate prælati ipsius monasterij, concessit Pius V. ordini Sanctissimæ Trinitatis in Portugallia, ibid. art. 2. de quo vide Nauar. *comm. 2. de regularibus, nu. 55. ad finem, Gama decis. 6. num. 1. Molina lib. 1. de primogen. cap. 13. num. 76. Menoch. consil. 519. nu. 6. 6. & 13. Lessium lib. 2. de iustit. cap. 41. du bio 10. num. 84. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 8. quæst. 5.* quos refert cum nostro Auctore, & sequitur cum alijs multis Sanchez *lib. septimo decalog. ca. 17. nu. 36. vsque ad* 50. vbi latè tractat de bonis feudalibus, & de emphyteuticis agit *num. 51. vsque ad* 65.

3. Idem concessit Celestinus V. monachis suæ congregationis apud Compendium Cister. titulo bona, §. 4. & Compend. Societ. §. 7. addens, quòd per viginti annos pro qualibet generatione dicta bona retinere possint, nec propterea cadere in commissum, si inuestitura de illis, vt solet, non fiat. Aduerte tamen, quòd seruitium præstandum à monachis feudalia recipientibus debet esse compatibile cum statu monachali, ibidem art. 3. de quo Sanchez supra, dict. nu. 36.

4. Ius petendi bona, & res deperditas, quorum dominus diligenter inquisitus inueniri non potest, olimque prætori competens transtulerunt Reges Hispaniæ in ordines sanctissimæ Trinitatis, & beatæ Mariæ à Mercede pro redemptione captiuorum. At dicti Fratres redemptores captiuorum tantùm habent ius petendi dictas res in foro exteriori, sicut prætor habet, ita vt si non petantur, nõ debeantur, nam Reges tantùm in illos transtulerunt ius competens prætori, ac per consequens, si non petant, res manent in sua natura incertorum, & de ipsis fieri potest compositio, sicut de alijs incertis, vel possunt expendi in pia opera, præsertim de consilio Episcopi, aut parochi, vt mos est, manetque inuentor tutus in conscientia. Et hoc modo debent intelligi excõmunicationes Paulinæ, quæ quotidie publicantur contra detentores talium rerum, nam si iam applicatæ sunt pijs operibus, non ligant, cùm nulla iam sit actio exigendi: secus si adhuc supersunt in propria specie, & non sunt applicata: quia tunc restituendæ sunt sub pœna dictæ excommunicationis, si petantur. Itẽ prædicta tantùm habent locum, quando res inuentæ sunt animatæ, vt pecora, & animalia: secus si sint inanimatæ, vt pallium, galerus, & similes, *ibidem ar. 4. & addit. summ. tom. 3. cap. 53. num. 3. de quo Nauar. cap. 17. num. 93. & cap. 27. num. 259. Aragon. 2. 2. quæst. 66. artic. 5. pag. 430. Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 36. littera g.*

5. Adiudicantur etiam dictis Fratribus pro redemptione captiuorum vltra Mostrencum, septimæ quædam in Hispania, quæ dicuntur consuetæ obligationes, & ordinariæ sunt triginta quinque dipondia, quorum decem dantur Mercedi, quindecim Trinitati, quinque Ecclesiæ maiori, & alia quinque beato Antonio, aut Lazaro, si modò vnus alium præueniat. Item adiudicatur quinta pars bonorum morientium ab intestato absque hærede intra quartum gradum, deductis expensis pro anima. Immò & totum adiudicari Trinitati, deducto quinto pro anima, alij affirmant. Priuilegia autem regalia huiusmodi bona, & alia dictis ordinibus applicantia sunt intelligenda respectu eorum, quæ pertinent ad Cameram, seu Fiscum Re-

gium, quæ censentur donare posse reges, & non alia, vt constat ex l. 1. tit. 8. lib. 1. ordinam. Tandem applicantur dictæ redemptioni captiuorum bona naufragorum reperta in mari, aut in flumine, incerto domino. Quæ omnia ad effectum redemptionis debêtur dictis ordinibus, iuxta priuilegia regalia, & Apostolica confirmata per Philippum II. Regem Hispaniæ, & Gregorium XIII. summum Pontificem, ibidem articulo 5. de quo Henriquez *lib. 7. de indulgen. cap. 36. li. er. b. in fine.*

Refert in Bull. Bul. 14. Sixti 4. nu. 30. Compen. Minor. verbo bona § 4. Bull. Bul. 16. Alex. & bull. 26. Iulij 2. Bull. Bul. 14. Sixti 4. nu. 35. & bull. 34 num. 34.

6. Clemens IV. concessit ordini Minorum, vt Ministri, & Custodes, eorumque Vicarij possint conuertere in pios vsus, prout secundùm Deum viderint expedire, bona ingredientium Religionem, ad quorum restitutionem faciendam diuersis personis, quæ sciri, & inueniri nequeunt, tenebantur, & hoc ipsum facere possint Guardiani. Quæ concessio, licèt pro alijs religionibus parum, aut nihil prosit, cùm iure communi id liceat, plurimum tamen deseruit nobis Minoritis, ob prohibitionem in regula, ne soliciti simus de rebus temporalibus intrantium religionem, sed permittantur eos liberè de illis facere, quidquid Dominus inspirauerit eis, *ibidem art. 4. in fine*, de quo vide apud Bullarium Bullas Alexandr. IV. & Iulij II. & Compend. *verbo, bona, §. 4.* Portel. *verbo, bona, num. 3.*

7. Bona Monasteriorum desertorum, seu destructorum cum omnib. ædificiorum materialibus, & alijs ad illa pertinentibus, possunt Fratres Minores secum deferre ad loca, ad quæ se transferunt (dedicatis Ecclesijs duntaxat exceptis) vel etiam vendere, pretiumque eorum in vtilitatem, vel ædificationem Monasteriorum côuertere. Ita concessit Sixtus IV. apud Bullarium. Bona autem monasteriorû sanctæ Claræ destructorum, de quorum reformatione spes nulla superest, cum ipsorum structuris, & ædificijs pertinent ad Fratres Minores propinquiores, sub quorum cura erant, possuntque de illis disponere, dummodo Ecclesiæ, & oratoria ad prophanos vsus non redigâtur, ex dicta Bulla 14. Sixti IV. *num. 46. ibidem art. 6. & tom. 3. q. 5. ar. 4.* de quo vide Portel. *verb. monasterium, nu. 5. 7. & 8. & in addit. ad dubia, verb. monasterium, nu. 2. & 3.*

8. Occupantes bona Regularium incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, nisi infra tres dies à notitia indulti Eugenij IV. pro Congregatione Montis Oliueti se correxerint, aut debitam cautionem de satisfaciendo præstiterint. Eidem concessit Leo X. & Iulius II. Eremitis sancti Augustini, & habetur in Compen. Socie. tit. 60. §. 5. & in Compendio Cister. titul. bona, §. 9. pro quo etiam est quædam Bulla Vrbani II. apud Bullarium ibid. art. 7. Idem docet Portel. verb. bona, num. 1. & in addit. ad dubia, num. 3. Bull. B.il. vnic. Vrb. 2. nu. 11. in fine.

De bonis apostatarum vide suprà resolut. de apostatis à nu. 9. vsque ad 12. & in notis num. 31.

NOTAE.

8. Circa bona Fratrum Minorum vsui deputata, de quibus suprà num. 1, nota, quod eorum bonorum dominiû, & proprietas pertinet ad Sedem Apostolicam, ad cuius potestatem recepta sunt per Nicolaum IV. Alexandrum VI. & alios Pontifices. Vnde Papa est dominus etiam temporalis omniû bonorum mobilium, & immobilium, quibus vtuntur dicti Fratres, qualia sunt ædificia, seu domus, Ecclesiæ cum hortis, ornamenta, calices, & alia vasa cultui, & seruitio altaris dicata. Nec obstat extrauagans, quia quorundam, in quo Ioannes XXII. abdicauit à se, & à Sede Apostolica dicta bona, quia id fertur reuocasse in hora mortis, vt colléctor priuilegiorum Mendicantium testatur, factamque fuisse mentionem istius reuocationis in Capitulo Generali Ordinis Meclinensi, refert Portel mox citandus. Collect. Mendic. verb. bona §. 8.

Quoad tria verò potissimum potest hæc receptio bonorum in dominium Sedis Apostolicæ deseruire. Primò vt Fratres tuta conscientia, & sine præiudicio sui instituti, & regulæ vtantur suis rebus, alieni à dominio temporaliû, & puriores in voto altissimę paupertatis-

pertatis, quàm profitetur. Secundò, vt caueant prælati ab alienatione talium bonorum indebitè facienda, scientes grauiùs in hoc delinquere, cùm nō sint sua, sed Sedis Apostolicæ. Tertiò, vt aduertant sæculares ea indebitè vsurpantes (maximè si sint immobilia) res Ecclesiæ vsurpare, ideoq; fortassis incurrere posse excommunicationē Bullæ in Cœna Domini latam contra subripientes bona Ecclesię. Ita benè obseruat Portel. *in addit. ad dubia num. 2.* de quo vide Sanchez *lib. 7. decalog. capit. 18. a num. 9. vsque ad 22.* vbi latè agit de dominio rerum, & pecuniarū Minoritis in eleemosynam largitarum, ac multa congerit notatu digna.

9. Circa bona feudalia, de quibus suprà num. 2. nota quòd per ingressum Religionis non amittitur feudum, qualecunque illud sit: vnde si nouitius Religionem deserat, illud retinebit Nam quamcūque aliam dignitatem eum retinere, & in quancumque succedere, vt in maioratum, probat citatis multis Sanchez *lib. 7. Decalogi cap. 14. num. 2.* Atque idem est de quibuscunque alijs bonis, etiam de feudo, aliàs impediretur ingressus Religionis. Ita ex Gregorio Lopez *in l. 6. verbo, religioso, tit. 26. partit. 4. Tapia in authen. ingressi, verbo, cap. 14. numer. 16. c. de Sacrosanct. Eccles.* docet Sanchez *dicto lib. 7. cap. 15 num. 34.* vbi aduertit cum Tapia ibid. nu. 15 idem dicendum esse de ijs, qui solùm ingrediendi Religionem votum emisere, cùm ijs nullius successionis incapaces reddantur. Supradicta procedūt in Religione capaci successionis bonorum, & possidendi in communi. Nam si est incapax, non succedit in feudum monachi professi, sicut nec in Maioratum, aut in alia illius bona, sed per professionem omnino, ac morte naturali cessat, vt ex Odof. *in auth. ingressi, nu. 10. in fine, C. de Sacr. Eccles.* benè tradit Sanchez suprà nu. 39. & de successione maioratus, num. 8. præcedenti, vbi addit, cessare etiam per professionem, aut vota Coadiutorum formatorum in Societate Iesu tam maioratum, quā feudum. Vide infrà de feudo, n. 2. & 8.

10. Bona data monacho in sæculo ea lege, ne possint alienari, transeunt in monasteriū eo profitente, non obstā te tali pacto non alienādi, quia ea prohibitio debet intelligi de alienatione voluntaria, & ex facto hominis procedente, non autem de alienatione necessaria inducta à lege in translationis personæ consequētiam, qualis est hęc. Ita ex Molina *lib. 1. de primogenijs, nu. 13. & numer. 77. Tapia in auth. ingressi, verbo sua, cap. 12. num. 38.* resoluit Sanchez *eo. cap. 15. num. 67.* vbi addit *nu. 69. & 70.* ea bona sic alienari prohibita transire perpetuò, & irreuocabiliter in monasterium, ex traditis à Beroio in cap. in præsentia, num. 554. de prob. Sed id limitat, nisi prohibitio fideicommissum tacitum, vel expressum contineat, tunc enim nullatenus ea bona perpetuò in monasterio remansura credit, nisi ad solam monachi vitam. Et concordat alia limitatio Syluestri, *verbo hæreditas 1. quæst. 7. num. 10. dict. 4.* vt transeant ad monasterium, quando eo transitu non frustraretur finis prohibentis alienationem: secus si frustraretur, vt ibid. refert idem Sanch. n. 68.

11. An bona religiosi ab Ordine expulsi ob demerita, & culpas, vel etiam degentis extra claustrum de licentia superiorum pertineant ad Religionē, vel ad Cameram Apostolicā tanquam spolia? Affirmat Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 10. cap. 14. quæst. 9. & 10. & tom. 2. lib. 8. cap. 3. quæst. 15.* ad Pontificem Romanum, & ad Cameram Apostolicam pertinere, idque declaratum fuisse à Gregorio XIII. in quadā sua constitutione, quā se vidisse testatur Portel. in addit ad dubia, verbo, bona, n. 1. qui etiam idem tenet cum Azor. ibidem, & verbo, eijcere ab Ordine, nu. 3. De quo vide à nobis dicta in notis ad resolut. de apostatis numer. 31. vbi standum esse praxi, & consuetudini resoluimus.

12. De renunciatione bonorum facta ab ingredientibus Societatis Religionem, & an habeat inhibitam cōditionem, si profiteatur nouitius, sicut in alijs religionibus, iuxta termi-

nos Tridentini decreti? vide Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 1. numer. 31. vsque ad 39. vbi resoluit, quòd si ea renunciatio iuxta præscriptum constitutionum Societatis post vota fiat (vt communiter iam fit) nullam habet imbibitam conditionem, sed est omnino absoluta, & irreuocabilis. Vnde si ea facta sit in fauorem eiusdem Societatis, nihil ex ea restituendum est renuncianti egresso, vel dimisso a religione. Et addit. num. 35. idem dicendum esse, quando renunciatio facta fuit post primum nouitiatus annum ante vota biennij, ac proinde nouitium à Societate resilientem non habere ius recuperandi ea bona, siue Religioni, siue cuiquam alij donata sint, Quod quidem valde dubium, (ne dicam falsum) mihi videtur, quia ante vota biennij de ea renunciatione iudicandum censeo, ac de ea quæ fit contemplatione ingressus, vel etiam ante professionem apud alias religiones, quæ quidem pendet à futura professione, vt ipse Sanchez tradit ibidem numer. 37. & constat ex mente dicti Tridentini decreti. Qui num. 39. addit quòd, quamuis ea renunciatio (vt ipse sentit) sit absoluta, & irreuocabilis, tenetur tamen Societas præstare alimenta ipsi renuncianti egresso, aut dimisso à Religione, si egenus sit, alioquin integrum erit donatori reuocare donationem ex causa ingratitudinis, donatarius enim tenetur alere donantem egentem, secus reuocari poterit donatio, ex traditis à Lara *in l. si quis à liberis §. idem iudex, num. 58. & 59. ff. de liber. agnoscend.* Iulio Claro *lib. 4. receptarum, §. donatio quæst. 21. nu. 3. Surdo de alimentis, tit. 1. quæst. 48. à num. 1. vsque ad 7.*

Trid. sess. 25. ca. 16. de Reg.

13. An autem donatio à nouitio, vel volente ingredi religionem censeatur facta contemplatione Religionis, seu professionis, & eius firmitas pendeat à futura professione? videatur Sanchez, qui latè ac peregregiè rem tractat lib. 7. Decalog. 1. à num. 1. vbi num. 6. & sequentibus resoluit, & tenet partem affirmantem, quando donatio est omnium bonorum, vel maioris, aut notabilis partis eorum, idque cum quadruplici limitatione temperat ibi nu. 9. vsq; ad 16. De quo et vide Auct. *tom. 2. quæst. 80. art. Syluest. verb. Religio 4. quæst. 10. & eodem verbo, Religio 5. quæst. 12. Surdum cons. 333. nu. 61. Menoch. de præsumpt. lib. 3. de præsumpt. 132. nu. 84. & lib. 5. præsumpt. 21. & num. 22. & lib. 6. præsumpt. 64. num. 45. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 3. quæ 3. in fine, & nos dicemus infrà, de donationibus num. 8. 9. & 10. resolutione 101. numero 48. & vsque ad 51.*

14. Inter limitationes verò quas ponit Sanchez suprà, ea præcipua est, quam constituit num. 9. nempe, quòd bonorum donatiò fuit à nouitio tacitè, vel accessoriè facta, nullatenus subsistit, quando professio inualida subsecuta est, etiam profitente conscio nullitatis professionis, nedum quando nulla prorsus professio fuit secuta. Quando autem dicenda sit hæc donatio facta æquè principaliter, & quando accessoriè, tradit ipse Sanchez suprà num. 22. vsque ad 24.

15. Quota bonorum pars parentis professi sit assignanda filijs legitimis ad alimenta, consulatur Surdus de alimentis, tit. 4. q. 23. numer. 6. Lara in l. si quis à liberis, § item rescriptum, nu. 13. ff. de liberis agnoscendis, Menchaca de success. progress. lib. 1. §. 1. num. 48. quos refert Sanchez lib. 7. decalogi cap. 10. num. 9. vbi resoluit, non esse fructus totius legitimæ mensuram huius obligationis; & ideò si hi fructus ampliores sint, quam alimentorũ præstandorum necessitas petit, residuum erit monasterij, si verò non sufficiant, tenebitur monasterium ministrare ex alijs bonis parentis, quæ vltra legitimam habet, quod deficit ad alimenta ex legitima; sicut pater in sæculo existens ad id tenetur.

16. Bona aduentitia filij familias ante Clericatum, vel ante professionem in Religione, acquisita non esse i

quasi

quasi castrensia clericatu assumpto, vel professione secuta, retinereque patrem vsumfructum eorum, dum viuit, & eo mortuo cōsolidari cum clerici, vel monasterij proprietate, resoluit citatis nostro Auctore tom. 3. quæst. 16. ar. 4. Et turba magna DD. Sanchez lib. 7. decalogi cap. 13. num. 26. & 39. Secus dicendum de bonis acquisitis post clericatum, vel post professionem, quæ quidem sunt quasi castrensia, & pleno iure acquiruntur filio clerico, vel monasterio filij monachi, vt constat ex *Auth. presbyteros, la primera, C. de Episc. & cleric. & l. sacrosancta 33. de Episcop. & cleric. & iunat ca. quia nos, de testam.* & resoluit idem Sanchez vbi proximè *num. 31. & 44.*

RESOLVTIO XVIII.

De Canonica portione, seu quarta funeralium.

1 CAnonica portio dicitur ex eo, quod à Canonibus sit approbata, & debita iure decretorum capit. de his 10. quæst. 1. Clement. dudum, de sepulturis. Est autem duplex, alia debita Episcopo ab omnibus Ecclesijs suæ diecesis, de omnibus, quę legantur, seu relinquuntur eisdem Ecclesijs. Alia debita Ecclesiæ parochiali de relictis à parochiano, vel obuenientibus ratione funeris loco, in quo eligit sepulturam. Quæ est varia, scilicet, medietas, tertia, vel quarta, iuxta varias consuetudines prouinciarum, quibus standum est cap. certificari, extrà de sepulturis, hancque tenentur Religiosi soluere ex decreto Tridētino modo mox explicando, tom. 1. q. 39. art. 1. De quo latè Miranda *tom. 2. quæst. 48. art. 1. & sequentibus. Azor. tom. 2. instit. moral, li. 9. c. 12. q. 2. & ca. 13. quæst. 1. & sequentib.* Trid. sess. 25. ca. 13. de refor.

2. Monasteria Regularium ante annos quadraginta à dicto Concilio cōstructa, quæ quartam funeralem soluere consueuerant, modò eam soluere tantùm tenentur. Vnde si dicta monasteria fundata fuissent, etiam ab annis quadraginta, si dictam quartam non persoluebat, nec etiam modò ad eam soluendam tenentur. Idem à fortiori dicendum est de monasterijs, quæ post Concilium in dies ædificantur, vel in futurum ædificabūtur, quæ quoad hanc solutionem quartæ funeralis non comprehendi in dicto decreto Concilij, Cōgregatio sacra Cardinalium declarauit, & idem Motu proprio, & ex certa scientia declarauit Pius V. anno Domini 1568. apud Bullarium, & Clemens VIII. post contradictorium iudicium, & ventilata causa idem definiuit pro Fratribus Carmelitis Discalceatis, ne ad solutionem dictæ quartæ tenerentur, ibid. art. 2. de quo Azor. d. c. 12. q. 3. Miranda supr. art. 7. Villalob. *2. part. sum. tract. 31. difficult. 7 numer. 9. Portel. verb. Canonica portio. nu. 1. vsque ad 4.* Bull. bul. 2. & Pij & bull. 7. nu. 23. & bull. 26. Clem. 8.

3. Appellatione autem quartæ funeralis soluendæ à Religiosis casu quo soluere teneantur) non veniunt, nisi ea tantùm, quæ in die funeris cum corpore defuncti deferuntur, nō verò de his, quæ Fratribus in testamento relinquuntur, vel quæ postea offeruntur, vel etiam quæ dantur in manibus Religiosorum, vt cādelæ, ex declaratione Sixti IV. & aliorum Pontificum apud Bullarium, & tenet vsus *ibidem in fine, & tom. 3. q. 46. art. 1. De quo Card. in Clem. dudum, §. verum, Couar. in ca. vlt. de test. num. 6. & 7. Mol. 2. 2. tract. 2. disput. 215. col. 1309. Miranda sup. art. 4. Villalob. supra numer. 6. & 8. Portel. supra numer. 5. Azor. dicto cap. 13. q. 13. §. funeralia, & q. 2.* Bull. bul. 14. nu. 34. & 42. Sixti 4. & bulla, 35. num. 32. & bul. 37. num. 59. & bul. 12. Eug. 4. & bull. vnica Vrb. 2. num 8. & bull. 2. Pij 5.

4. Quarta tantùm debetur, quando mortui sepeliuntur in casu à iure, vel à priuilegio permisso: secus quando in prohibito, vt tempore interdicti, nam tunc non deberi, etiamsi Fratres Mendicantes defunctum sponte tali tempore sepulturæ tradant, constan-

ter

-ter tenet Federicus consil.119. Nec itē debetur quarta Ecclesiæ parochiali interdictæ ex culpa sua, & non defuncti parochiani, quocunque eligat sepulturam, vel aliàs ex non electione in sua sepelitur, ibid. artic. 3. De quo Geminian *in capit.1. de sepulturis libr.6. Azor dict. cap.13. quæst.4. casu 5. & 6. Mirand. suprà artic.10. Portel in addit. ad dubia, verb. canonica portio, num. 3.*

5. Nouitius decedens extra Monasterium intra annum nouitiatus, & cū habitu Regulari, in domo, verbi gratia, parentum, vbi ad se curādum cum licentia prælati existebat, sepeliendus est in suo Conuentu sine aliqua obligatione ad soluendum quartam funeralem Ecclesiæ parochiali, *ibidem art.* 4. De quo Ancharran. & Philipp Frāc. *in cap. nullus, de tempor. ordin. libr.6. Azor dict. cap.13. quæst.4. §. quid si in monasterium, casu 3. Mirand. suprà, art.9. concl.3. Villalob. suprà num.10.*

6. Electa sepultura apud Ecclesiā, vbi defuncti maiores solent ab antiquo sepeliri, quarta funeralis ei nō debetur, sed Ecclesiæ, in qua consueuit audire Diuina, & recipere sacramenta, vt c. cùm quis, de sepult. li.6. Innuitur. ibid. art. 5. De quo Villalobos supra num.3. Azor eo cap.13. quæst.8.

7. Electio sepulturæ extra Ecclesiam parochialem valet, etiamsi defunctus illi non relinquat quartam funeralem, quia semper debetur, & pro relicta censetur, etiamsi id non exprimatur, per text. *in c. de his, de sepult. Auct. ibid. art.6.* De quo Abbas *in dict. cap. de his, notab.2.* Gregor. Lopez *in l.5. tit.1. p.1. verb. si non dexase,* Miranda vbi suprà *art.11.*

Illustratur doctrina Auctoris. 8. Si autem legatum æquiualens quartæ funerali relinquatur Ecclesiæ parochiali ab eo, qui alibi eligit sepulturam, computari debet in quartam, nec quidquam aliud potest peti ab ipsa Ecclesia, iuxta magis communem sententiam traditam à Gregorio Lopez vbi suprà, *verbo demas.* Auct. *ibidem art.7.* Idem docet Portel suprà *num.7.* Miranda *dict. art.11. concl.2.*

Bene tamen notat idem Portel in addit. ad addit. dubiorum Regularium, verb. canonica portio, num. 2. hoc esse limitandum per capit. officij, de testament. vbi Innocentius III. respondit, quòd si portio propria fuit legata Episcopo cum conditione, vt esset illa solà contentus, & Episcopus acceptauit, de cæteris non poterit exigere portionem, quia per hoc alijs renunciasse videtur: secus si absolutè fuit relicta, tūc enim poterit de cæteris suam vendicare portionem. Ex quo fit, quòd si legatum relictum est æquiualens quartę funerali, & relinquitur cum clausula, vt illo contentus sit pro quarta, & parochus acceptat, non licet amplius petere. Quæ limitatio mihi consona videtur iuri d.c. officij, ideoque per eam debet explicari dictum Auctoris, & tradidit multo ante Portel, Azor *d.c.13. q.5. cas.9.*

9. Renunciatio Canonicæ portionis in damnum Ecclesiæ Cathedralis, vel parochialis, facta nullius est valoris, nisi fiat cum protestatione, quod per hoc non fiat præiudicium iuri Ecclesiæ: Compositiones tamen, & pacta super iuribus parochialibus facta inter prælatos conuentuales, & parochos sunt valida, etiamsi celebrata sint absque licentia superiorum, prouincialium, scilicet, vel Generalium, dummodo sint licita, & honesta, & fiant cum consensu conuentus, nec irritentur per sequens Capitulum Generale, vel prouinciale, ex decreto Leonis X. in Concilio Lateranensi. Imò etiamsi dictę compositiones, seu conuentiones sint repugnantes, Clementinæ dudum, §. ceterum, quia ibi tantùm reuocantur factæ ante illam, non verò faciendæ de nouo tom.1. q.69. artic.3. & tom.3. quæst.46. art.4. de quo vide infrà num.18. Azor dict. cap.12. quæst.4. Syluest. verb. canonica portio, quęst.2. Mirand. supr. artic.12. licèt ibi contendat, in dicta clementina, etiam reuocari conuentiones futuras, & nō tantùm præteritas: sed Leo X. fuit post illam, & potuit ius commune reuocare, vt bene notat Portel verb. canonica portio, num.9. & 10.

10. In locis vbi Fratres non soluunt quartam funeralem ab hinc quadraginta annis, iuxta dispositionem Concilij Tridentini, ordinarij cogentes religiosos, aut testamentarios, vel hæredes ad illam soluendam ipso facto interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ, cæteri excommunicantur per Sixtum IV. apud Bullarium d.q. 39. art. 9. vide Miranda vbi suprà art. 14. Portel suprà num. 11.

Bullar. bul. 23. & 24. Sixt. 4. nu. 53.; & 54.

11. Neque per vnum, aut binos actus contrarios censendi sunt religiosi renunciare iuri quæsito de non soluendo quartam, nisi talis solutio facta sit per spatium quadraginta annorum, iuxta dispositionem iuris in cap. accedentibus, capit. si de terra, de priuilegijs, quia priuilegium ad non faciendum non perditur vno, aut bino actu, capit. cùm accessissent, vbi gloss. de consuetudine. Imò etiã si super dictum spatium quadraginta annorum soluta sit quarta, adhuc præscriptio non tenet, quia contra bona, & iuria regularium non nisi centenaria currit præscriptio ad instar Ecclesię Romanę, ex quodã singulari priuilegio Eugenij IV. de quo infrà de præscriptionibus. *ibidem dict. q. 46. art. 2. tom. 3.* Vide infrà in resolutione casus, §. *nec facit*, & P. Miranda suprà *art.* 13. Portel vbi suprà *nu.* 8.

Bullar. bul. 17. Eug. 4. nu. 15.

12. Si quis tempore belli, aut pestis à ciuitate discedens animo redeũdi extra illam moritur, quartam de funeralibus habebit Ecclesia loci, vbi habet domicilium, & non Ecclesia, vbi ad tempus habitauit animo redeundi, & defunctus est. *ibid. art. 3. & dict. qu. 39. art. 5. tom. 1. de quo Abb. in cap. de his, de sepulturis, lib. 6. Mirand. suprà art. 9. conclus. 2. Villalob. suprà num. 3.*

13. Monasterium exemptũ quoad legem dioecesanam, & iurisdictionis habens parochianos, seu populum non exemptum, tenetur ad Canonicam portionẽ Episcopalem, & ad omnia alia, ad quæ ratione populi aliæ Ecclesię tenentur, in quantum lex dioecesana populum tangit, vel membra non exempta: quoad alia verò, quæ populum nõ tangunt, vt in donatis intuitu pietatis, vel Religionis, ad nihilum tenetur. Secus si Ecclesia parochialis pleno iure sit subiecta monasterio, cuius Abbati cura animarum imminet, tunc enim nullo pacto deberi dictam quartam Episcopo indubitatum est, cùm præfata Ecclesia sit omnino exempta. *ibid. dict. quæst. 46. art. 5.* de quo Innocent. *in cap. 1. glossa magna, verb. item, de statu monach. & in cap. fin.* iuncta glossa, *verb. monasterium, vers. nisi in monasterijs, de officio Arch.*

14. Parochus violenter rapiens, vel spolians funus antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, perdit ius, quod habet, & quartam Canonicã, tenetur q; restituere cũ corpore quidquid accepit. *tom. 3. quæst. 61. art. 3.* de quo Portel *verb. Canonica portio num. 6.*

N O T Æ.

15. Circa num. 6. dum ex Auctore resoluimus non deberi quartam funeralem quando nouitius decedit cum habitu regulari extra conuentum vbi de licentia prælati curandæ valetudinis gratia existebat. Idem docet Azor tom. 2. inst. moral. libr. 9. capit. 13. quæst. 4. casu 3. §. quid si in monasterium, quando nouitius decedit in monasterio. Imò & id extendit ad eum, qui ingreditur monasterium intuitu professionis emittendæ cum morbo teneretur, & ibi decessit: tunc enim non deberi quartam parochialem ex eius bonis docet cum Panormitano: ex eo, inquit, quia si domicilium mutaret, quarta illa portio non deberetur parochiæ, & in hoc casu præsumitur habere, seu potiùs haberet domicilium in monasterio. Idem sentit Portel in addit. ad dubia verb. Canonica portio, numer. 2. sed Miranda tom. 2. manual. quæst. 48. art. 9. id limitat quando quis sanus in monasterium se transfert, ibique intra annum nouitiatus decedit, idque expressè definiri cap. de ijs, de sepulturis, asserit. Vnde si quis in ægritudine, de qua decedit, se sitaque monasterio offerat, ex eis soluenda erit portio Canonica Ecclesiæ parochiali. Quod intelligendum puto, si habitu non assumpto decedat, et in-

nitit

nuit ipse Miranda *ibidem conclus.* 3.

16. Non deberi quartam parochialem quando fit depositio funeris ad tempus in aliquo loco, vt inde postea alio transferatur, & detur in sepulturam perpetuam, docet idem Azor *dicto cap.13.quaest.4.casu* 23. quia tunc nō potest dici sepultura, sed depositum.

17. An autem debeatur ista parochialis portio, quando quis eligit sepulturam apud monasteria, seu Ecclesias Monialium ordinis Minorum, & Prædicatorum, ibique de facto sepeliatur; Negat Azor suprà quæst.15. §. insuper. quia, inquit, clementina dudum, de sepulturis, loquens de dictis Fratribus, cùm sit lex pœnalis, non est extendenda, sed restringenda. Sed hoc nullo iure potest sustineri; post Tridentinum Cōcilium, vbi receptum est, quia in illo generaliter, in quibuscunque locis pijs, ac monasterijs, vbi solita esset persolui, id obseruari præcipitur. Vnde quantum ad hoc consuetudini loci standum esse omninò censeo, idque innuere videntur illa verba Tridentini, solita esset persolui. Ideoque id absolutè tenet Portel verb. Canonica portio num.8. referens quandam Bullam Pij V. vbi expressè fit mentio de Monialibus & de earum monasterijs, & declarat Pontifex non deberi quartam seu portionem Canonicam de missis, & alijs relictis Fratribus, & Monialibus, ac eorum monasterijs.

Trid. sess. 25. ca. 13. de refor.

Resolutio cuiusdam casus super quarta funerali non soluenda a monasterijs extructis post Concilium Tridentinum.

18. Pro maiori complemento, & intelligentia suprà dictorum, maximè quoad conuentiones, & pacta inter fratres Mendicantes, & Ecclesias parochiales super quarta funeralium inita, & celebranda de quibus suprà num.9. operæ pretium duxi inserere hic sequentem resolutionem, quæ fuit quædam consultatio super lite exorta inter Conuentum de Cambados ordinis Minorum in Prouincia sancti Iacobi, & Rectorem parochialem illius oppidi super solutione quartæ funeralis, à qua se eximere prætendebat præfatus Conuentus, eo quòd fuerat extructus post Concilium Tridentinum. Super quo consulti primarij, & vesperarij vtriusque iuris professores Salmaticenses subscripserunt pro Fratribus, & tandem obtenta fuit sententia definitiua executoralis apud curiam nuntij apostolici in his Hispaniarum partibus pro præfato conuentu, die 28. Septembris, anno Domini 1622.

Resoluitur Casus.

19. Canonica portio semper fuit varia, & ideò post varia iura præcipitur in cap. certificari, de sepulturis, stari consuetudinibus cuiuscunque prouinciæ, prout multis adductis confirmat noster Auctor tom.1.quæst.39.art. 1. Molina de iustitia tract. 2. disp.215. à principio. Quod autem de iure debeatur hæc quarta funeralis Ecclesiæ parochiali vltra alia iura extat textus formalis loquens in Minoribus, & Prædicatoribus in Clementina dudum, §. verum, de sepult. vbi prædicti tenentur soluere quartam Ecclesiæ parochiali. Nihilominus tamen hoc reuocatū est postea per varia priuilegia Apostolica, vt patet ex allegatis per præfatos religiosos contra supradictum parochum, seu Rectorem, quæ omnia expressam faciunt mentionem dictæ Clement. dudum, quia lex generalis clausa in corpore iuris, & præsertim in Cōcilio edita, ad hoc vt reuocetur, requiritur quòd fiat specifica mentio de ea *capit. nonnulli* 28. *de rescriptis, c. cum te, de etat. & qualitate, c. ex parte, de capellis monach.* & post innumeros plenè tradit Sanchez *de matrimonio lib.3. disp.* 26. *nu.*7. *Auctor tom.3.quæst.* 39. *art.* 4. §. *circa quam*, quidquid Cenedo *ad decretales collectanea* 123. *nu.* 3. *Espino de testament. gloss.* 30. *nu.* 18. vnde cum ordo B. P.N. Francisci, de cuius familia est præfatus Conuentus de Cambados, sit vnus de numero quatuor Mendicantium, nulli dubium esse debet, priuilegia concessa alijs Mendicantibus, eidé

etiam

etiam suffragari per communicationē ad non soluendam quartam, quam prę tendit præfatus rector exquirere à Religiosis. Imò hoc executioni ex parte mandatum fuisse pro Conuentu Fratrum de Guatimala apud nouam Hispaniam contra Episcopum illius ciuitatis, testatur Mirada in suo Manuali prę latorum tom. 2. qu. 48. art. 7. & quod talis sententia executorialis prosit alijs conuentibus, licèt res inter alios acta alijs non præiudicet, probat text. in l. ingenium 25. ff. de statu hominum, cui addo quæ notab. liter resoluit Pinel. in l. 1 3. part. num. 50. vers. in quo notabili, & n. 51. C. de bonis maternis. Pro quo extat quædam Bulla specialis Clementis VIII. apud Bullarium continens processum, & sententiam latam in iudicio contradictorio pro Conuētu Carmelitarū discalceatorum apud Barchinonem in Hispania.

Bull. Bul. 26. Clem. 8.

Supradicta à maiori procedunt in nostro casu, duplici ex capite. Primò, quia quando res ista incepta est litigari, nondum completi erant quadraginta anni post fundatum Conuentū prædictum, sicque nō potuit aliqualis prę scriptio allegari à Rectore, siquidem est vulgatum ex cap. de quarta, & toto titulo, de præscriptionibus, & cap. accedentibus, de priuilegijs, quòd requiruntur quadraginta anni. Neque obstat text. in cap. si de terra, eod. tit. vbi tātùm requiritur tempus triginta annorum, vt præscribatur priuileg:ū, quod Religiosi habent de decimis non persoluēdis. Quia omissis multis, quæ Doctores ad hoc cōgerunt, r̄ndetur quod dictum cap si de terra, tantùm probat, quod sufficiunt triginta anni ad hoc, vt priuilegium præsatum non amittatur, non verò vt præscribatur, & ideò meritò non requirit tempus quadraginta annorum necessariū ad præscriptionem. ita interpretantur Innoc. in d. ca. accedentibus, in secundo intellectu, Gotfredus, & alij antiquiores, de quib. Ioan. Andr. & Cardin. in d. capit. si de terra.

20. Nec facit pro præfato Rectore, quòd Religiosi multoties dederunt medietatem oblationum funeralium, sicque succedere, quòd per huiusmodi multiplicatos actus contrauentionis suorum priuilegiorum, eadem amiserunt: quin imò vnicum actum sufficere probat tex. in cap. cùm accessissent, in fine de constit. & notat Bartol. in l. r. per text. ibi C. qui sponte munera, lib. 10. explicat Rebuf. de decimis q. 13. num. 113. Cardinalis Tusc. *tomo 2. litera p. conclus. 507. num.* 10. vel saltē tempus decem annorum sufficere, notauit idem Bart. per text. *in l. 1. ff. de nundinis* Balbo *de præscriptionibus 4. p. quinta q.* 4. & testatur communem Mastrillo *decis. 96. num. 1. p. 1.* & plures alij, quos refert Suar. *de legib. lib. 8. cap. 34. nu. 19.* Nam his respondetur dupliciter.

Primò quòd licèt verum sit, quòd vnicus actus contrauentionis sufficit si persona illum gerens talis sit, quæ possit priuilegio renunciare, non tamen sufficit in personis, quæ eam potestatē nō habent, quales sunt Religiosi respectu suorum priuilegiorum Religioni conuenientium, iuxta vulgatum iuris, delictum personæ, &c. lib. 6. & quæ notantur in cap. vltimo de confessis, atq; ita tradunt Abb. in d. ca. cùm accessissent, num. 6. & 8. Felin. numer. 28. & in terminis tuetur noster Auctor *tom. 3. q. 46. art. 2.*

Secundò respondetur, quòd licèt dicti Religiosi per plures vices dictas oblationes funerales soluerint, ad id tamen per vim, & violentiam compulsi fuerunt, facientes semper de eo iuridicam protestationem, ob idque neque quasi possessio huius solutionis acquiri potuit, ex his quæ in materia pensionis per vim extortæ cum protestatione non solutæ, resoluit, adductis pluribus Rotæ decisionibus Garcia *de benefic. 1. p cap. 5. à num. 451. Gratian. 1. to. discept. foren. c. 113. num. 10. & 2 to. c. 310. num. 38. & seqq.* Hercules Mascarot. *libr. 2. variar. c. 22. à num. 22.*

21. Ex alio deinde capite nullum ius habet præfatus Rector ad extorquēdam quartam à dictis Religiosis. Mouetur ex decreto Tridentino, iuncta declaratione Cardinalium relata à nostro Auctore to. 1. q. 39. art. 2. quam ex F. Ioanne de la Cruz adducit etiā Bar- Trid. sess. 25. c. 13.

Barbosa in remiss. ad dict. cap. 13. Tridentini, quæ est huiusmodi. Congregatio Concilij censuit, nō comprehendi monasteria ædificata 40. annis citrà, aut quæ in dies ædificantur, vel in futurum ædificabuntur, præsupposito quòd huiusmodi monasteria sint eius religionis, cui à Sede Apostolica indultū sit, vt quartam funeralem non debeat soluere Episcopo.

22. Nec obstat dictum quorundam asserentium huiusmodi declarationes Cardinalium non habere maiorem auctoritatem, quam habet particularis quidam Doctor. Nam oppositum verius est, nempe quòd dictæ declarationes, si authenticæ proponantur in iudicio, sunt obligatoriæ, & iuxta eas sæpè fuit iudicatum, teste nostro Auctore, qui multa de earum vi adducit *tom. 1. quæst. 11. art. 2.* Delrio *disquisit. Mag. ca. lib. 6. cap. 1. sect. 13. in fine*, & post Zerolla subscribit Garcia *in prolog. tract. de beneficijs*, Barbosa *in prologo etiam in suarum remissionum ad Tridentinum*, & vltra dictam declarationem Cardinalium, idem antea definitum fuit à Pio V. vt ex Gutierez *de iuramen. 2. p. cap. 4. num. 3.* testatur Auctor *dict. q. 39. art. 1. vers. 2. aduertendum.*

23. Neque etiam obstabit dictum testium pro parte dicti Rectoris deponentium dictum monasterium fundatum, & erectum esse ab hinc 50. annis, quia contrarium cōstat ex allegatis, & probatis à dictis Fratribus, testesque præfati de falso conuicti sunt, vt patet ex licentia D. Archiepiscopi Compostellani data dictis Religiosis ad ædificandum dictum Monasterium. Cui addo, quòd, & si verum sit, quòd secundùm iura antiqua sufficiebat licentia Episcopi diœcesani, aliter tamē disposuit Bonifac. VIII. relatus in cap. vnico, de excessibus prælat. lib. 6. loquens in specie de Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, vt absque speciali Sedis Apostolicæ licentia non possint ædificare, quod etiam confirmauit Gregor. X. in cap. vnicō, § confirmatos, de Relig. domib. lib. 6. & quamuis sit controuersum, an attenta noua dispositione Tridentini, reuocata sit dispositio d. c. vnici, de excess. prælat. dum tantū exigit licentiam Episcopi, dicendum tamen est ex Congregatione vtranque debere concurrere, atque ita allegata prædicta declaratione tradit Auct. *to. 1. q. 23. art. 7. & 2. t. q. 49. art. 3.* & post alios Barbosa *in Remiss. ad Trid. d. cap.* Trid. ses. *3. num. 5.* verum est tamen, quòd secundùm priuilegia Pontificia Regularib. concessa, & specialiter Minoribus, & relata ab Auctore *d. art. 7. & d. art. 3.* possunt ædificare Monasteria cum licentia Episcopi tantùm, quia in ipsis priuilegijs expressa reuocatio fit *d. ca. vnici de excess. prælat. lib. 6.* 25. de reg. cap. 3. in fine.

24. Tandem non obstat adductum, & allegatū à præfato Rectore pro suo iure defendendo, nempe quòd interuenit pactum, & concordia inter ipsum, & Conuentum, vt diuiderentur inter eos dictæ oblationes funerales per æquales partes, & in virtute huiusmodi conuentionis pro sua Ecclesia in prima instantia iudicatum fuisse à D. Archiepiscopo Compostellano, fundando totum suum ius ad eam sententiam ferendam in præfata concordia. Nam respondetur.

Primò, quòd nullo vnquam tempore talis concordia celebrata fuit sicque nunquam fuit in iudicio exhibita, ac proinde succedit vulgata regula l. 2. ff. de probat. & sententia in illa fundata est omninò nulla, siquidem intolerabilem cōtinet errorem, & probat cap. per tuas, de sententia excommunic. & ibi glossa magna, verbo, intolerabile, & de errore calculi probat l. 1. §. 1. ff. quæ sent. sine appell. rescindantur, & quòd talis error faciat nullam exhæredationem, probat l. posthumus 14. § vltimo, & l. sequenti, ff. de l. & posth. & sententia notoriam continens iniustitiam, seu errorem nulla dicitur capit. inter cæteras, § ibi, nec ei debet stare, de sent. & re iudic. & notant scribentes ibi, Felin nu. 28. Parif. 107. Berovo cap. quoniam contra nu. 241. de prob. Afflictis decis. 28. num. 7. Vancio tit. ex defectu processus à nu. 129 & alij relati à Gabriel l. l. 2. Communium tit. de sent. conclus. 10. à princ. ipso, & in nostris terminis, quòd huiusmodi sen-

tentia

tentia sit nulla, eo quòd fundatur in cōcordia, quæ non adest, nouè post alios tradit Gratian. *1. to. d. scept. cap. 263. nu. 8.* & confirmatur ex his, quæ ipse tradit de sententia nulla per errorem facti expressum in ipsa sententia, vt in ipsa sententia, vt in nostris terminis, *1. tom. discept. cap. 103. num. 18. & 10.* Ex quo inferri potest, quòd attēta hac sententiæ nullitate poterat optime idem D. Archiepiscopus proferre secundam sententiam contrariam primæ, siquidē illa fuit nulla, vt post Surdo *cons. 160. num. 50. lib. 2.* nouissimè tradit prædictus Gratian. *3. tom. d. scept. cap. 531. nu. 70. & 71.*

Trid. sess. 25. de reg. cap. 5. in fin.

25. Secundò respondetur, quòd etiā data tali concordia (quod negamus) non potuit valere ex quadam Bulla Sixti IV. apud Bullarium, vbi expressè reuocat quascunque concordias inter Religiosos, & parochos, seu Rectores Ecclesiarum initas, quidquid contrarium defendat noster Auct. *d. quæst. 69. art. 3. §. secundò dico, tom. 1. & q. 46. art. 4. tom. 5.* Eius tamen sententiam rectè procedere existimo in terminis Clem. dudum, in quibus tantùm loqui legenti apertè cōstabit, nam in his terminis agnosco valere quæcunque pacta inter ipsos inita, cùm præfata Clementina præteritas tantùm, & non futuras conuentiones tollat, vt ibidem notant scribentes relati ab ipso Auctore dict. art. 3. ad finem. Vnde cum dicta Bulla Sixti IV. sit expedita post dictam Clementinam, & in ea annullentur prædicta pacta, patet quòd secundum eam debeat iudicari.

Bull. bul. 23. Sixti 4 nu. 55. Exponitur semētia Auct.

26. Postremò dico, quòd visis his debet proferri sententia in fauorē præfati conuentus contra dictum Rectorem, quæ statim executioni mandetur, cùm in causis Regularium iudices teneantur procedere appellatione remota, ex Bull. Pauli IV. Pij IV. Pij V. & Gregorij XIII. de quibus Auctor *to. 1. quæst. 8. art. 1.* Quæ clausula ita intelligenda est, vt solùm habeat effectum deuolutiuum, non vero suspensiuum, vt loquens in nostris terminis, multis confirmat idem noster Auctor d. q. 8. art. 13. iunctis multis resolutis per scribentes in cap. 1. de Rescriptis, in c. pastoralis, §. in principio, de appellat. & post Couarr. *Pract. cap. 33. nu. 6. in fine*, Menoc. *de Arbitrarijs, casu 197.* Duenas *regula 403. limitat. 4.* plenissimè Lancelot. *de attentatis 2. p. ca. 12. limitat. 8. per totam*, vbi firmat conclusionē, quòd prædicta clausula tollat effectum suspensiuum, Goncalez ad regulā 8. post glossam 9. numer. 245. Cardinal. Tusc. tom. 1. litera A, conclus. 400. & 401. Marta de clausulis, clausul. 12. Zeze de inhibitionibus, cap. 8. §. 2. à num. 10.

RESOLVTIO XIX.

De Cantu Ecclesiastico.

1 Cantus Ecclesiasticus, quo Diuina mysteria in Ecclesia celebrantur, licitus, & laudabilis est, vt ex multis Sacræ Scripturæ testimonijs conijci potest, cepitq; tempore S. Ignatij, qui eum audiuisse Angelos cantantes fertur. Vnde inter alias qualitates, quas clerici debent habere, vna est quòd sciant benè cantare, ex Concilio Tridentino. Cantus autem organicus modo, quo eū depingit Ioannes XXII. in Extrauaganti vnica, de vita, & honestate cleric. ab honestate, & grauitate Ecclesiasticorum, maximè Religiosorum est alienus, ac ideo vitādus, aut saltem moderandus est, præcipuè apud Regulares *tom. 1. quæstio. 40. articul. 1.* De quo vide D. Thom. 2. 2. q. 91. art. 2. & 2. Nauarr. in Manual. cap. 12. nu. 87. Suarez tom. 2. de Religione lib. 4. de horis canonicis cap. 7. num. 9. & seqq. & cap. 8. de Cantu organico, num. 1. & cap. 13. num. 16. & 17. Sanchez libr. 2. decalog. cap. 37. num. 7. & 6.

Trid. sess. 22. de obser. in missa.

2. Dicta tamen Extrauagans non reuocatur in dicto decreto Tridentino, sed tantùm præcipitur remoueri cantus

tus lascivos ab Ecclesia, aut quibus impurum aliquid miscetur, ibid. De quo vide Suarez suprà *dict. cap. 8. num. 1. vsque ad 5. & Sanchez dict. num. 7. Miranda tom. 1. q. 37. art. 6. conclus. 3. ad finem.*

6. NOTAE.

3. Antiqua Ecclesiæ consuetudine receptum est, vt psalmi alternatim per singulos versus à psallentibus dicantur: quæ alternatio à Græcis Antiphona vocatur, hoc est, vox contra sonans, quod fieri videtur in vicissitudine illa canendi versus alternatim, quamuis nunc aliam significationem habeat, hæc vox, Antiphona. Qui quidem alterni cantus mos à Diuo Ignatio (quem sic alternatim decantantes Angelos in laudem Trinitatis audiuisse fertur) originem trahit, & ab Ecclesia Antiochena, cui illum tradidit, per orientem propagatum esse fertur. Eiusdem consuetudinis meminit Basilius Flauiano antiquior Epistola 63. non vt à se inuentæ, sed vt ab alijs iam vsitatę; inde verò creditur à Diuo Ambrosio Mediolani fuisse introductum, vt colligitur ex Augustino, atque eodem ferè tempore à Damaso approbatam, & Romanę Ecclesię traditam, & præceptam. De quo videri potest Rodulphus prop. 12. Amalaric. *lib. 4. cap. septimo*, Vvalfridus *de rebus Ecclesiast. cap. 28.* Nicephorus *lib. 13. cap. 8.* quos refert Suarez *tomo 2. de religio. li. 4. de horis Canonicis capit. 12. numero 1.* Imò hunc morem originem duxisse à Seraphinis, quos clamantes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, audiuisse testatur Isaias, auctor est Isidorus *lib. 1. de Eccles. offic. cap. 7.* qui tamen apertè tradit, hanc Institutionem Græcorum fuisse, adumbratam verò in illa visione, seu ad instar illorum Seraphinorum introductam fuisse, quæ quidem sufficiens fuit ad excitandos pios animos ad hunc ritum laudandi Deum introducendum. De quo vide eundem Suarez *dicto libr. 4. c. 7. nu. 9. & sequentibus.* Vbi tradit, consuetudinem dicendi horas Canonicas cum cantu, & psalmodia in Ecclesia habere fundamentum in Sacra Scriptura, vt constat *Exod. 15. & Deuteron. 32.* Isaiæ 6.

quo tempore Moysis mos fuit canendi diuina cantica, & tempore Dauid cœpit vsus canendi Psalmos, & laudes Dei in cithara, vt sumitur ex *2. Reg. 7. & 1. Paralip. 5. & 6.* & in nouo testamento etiā legimus *Matth. 26. & Marc. 14.* Christum post cœnam in nocte passionis dixisse hymnum cum discipulis suis. Est autem hymnus laus Dei cum cantico, teste Aug. in enarrat. ad Psal. 70. & in illo hymno Christi cantū non defuisse, apertè sentit Chrysost. hom. 83. in Mat. Paulus etiā Ephes. 5. & Colossens. 3. fideles cohortatur ad cantandum Psalmos & Hymnos Deo. Exod. 15. Deu. 32. 2. Reg. 7. 1. Paral. 5 & 6. Matth. 26 Marc. 14. Ephes. 5. Ad Col. 3.

4. De cantu, quem organicum, seu figuratum appellant, dubitant aliqui, an licitus sit eius vsus in officijs Diuini celebratione? Id enim videtur prohiberi à Ioanne XXII. in dicta Extrauaganti vnica, de vita, & honestate clericor. vt sentit Nauar. in Enchirid. de oratione capit. 16. num 33. propter varias circumstantias, quas ibi expendit, & ob dictam prohibitionem. Nam magis, inquit, canere videntur hunc cantū exercentes ad demulcendas aures, quàm ad excitandam deuotionē, quod est finis huius instituti, ex traditis à D. Thom. 2. 2. quæst. 91. art. 2 vbi notat Caiet. articul. 1. videri per se malum, intendere cantui in rebus Diuinis, præcipuè ob sensibilem ex cantu delectationem, & non potiùs ob spiritualem ex re cantata deuotionem.

5. Nihilominus tamen asserendum est, cantus organici vsum in Missa, & officijs Diuinis, nec esse per se malum, nec iure Ecclesiastico simpliciter prohibitum, imò laudabilem, & deuotionis excitamentum, si fiat cum debita moderatione, & grauitate, quæ quidē maiestatem Diuinorum officiorum maximè condecorat, solemnitatem commendat, & extollit, auditum animor ad maiorem reuerentiam quandam, ac æstimationem multum excitat, deuotionem spiritualem auget, eleuareque mentem mirabiliter in Deum facit, vt ipsa experientia nos docet. Quapropter hic laudabilis vsus in vniuersa ferè Ecclesia, & in ipsam et Ecclesiarū Primate Romana Ecclesia seruatur, &

rem-

Exod.15. Deu.32. 2.Reg.7. 1.Paral.5 & 6. Matth.26 Marc.14. Ephes.5. Ad Col.3.

retinetur, vbi in Pontificio Sacello hoc solemnitatis modo decantata Diuina celebrantur: quod non permitteretur, si in hoc cantu esset aliqua intrinseca deformitas contra decentiam clericorum, vel cõtra sanctitatem talium officiorum.

Nec obstat, quòd aliquando propter multitudinem vociferantium in eiusmodi cantu, & varias cantorum conditiones aliquis excessus, vel perturbatio in eo inueniatur, id enim accidentarium omninò est, & regulariter leue quid est, vbi Ecclesiastica disciplina viget. Vnde Concilium Aquisgranense *capit. 132. & sequenti* monet, vt huiusmodi cantus per clericos benè institutos, vel per Religiosas personas fiat. Nec etiam obstat, per hunc cantum interdum magis incitari, & trahi populum ad sensus delectationem, quàm ad spiritus deuotionem. Nam id accidit præter intentionem, & non ex natura actionis, tota enim illa sensus delectatio ex se apta est ad excitandam mentis deuotionem. Intendere autem hoc modo voluptatem ipsius cantus non est malum: quia ipsa de se indifferens est, & ordinatur ad bonum finem. Sic etiam olim prophetæ per instrumenta musica excitabantur ad spiritum prophetiæ recipiendum, media eleuatione mentis in Deum, vt benè ponderat Suarez vbi suprà numero secundo. Idem docet Miranda *tom. 1. q. 37. art. 6. conclus. 3.*

6. In illa autem Extrauaganti non fuit hoc simpliciter prohibitum, sed solùm modus indecens talis cantus. Nullibi verò in alijs decretis Canonicis talis prohibitio inuenitur. Cantus igitur indecẽtes, & modulationes indecoræ sunt quæ vetantur in dicta cõstitutione, & ex vitandæ omninò sunt in officio Diuino. Dicentur autem indecentes non solùm quæ turpes sunt, sed etiam illæ, quæ fiunt cum gestibus, aut motibus indecentibus, vel quæ ratione vsus prophani, aut propter peculiarem modum flectendi vocem, aut melodiam quærendi, profanas cogitationes, aut indecentes motus solent excitare. Quales sunt ferè, quæ in illa Extrauaganti numerantur, ac prohibentur etiam in decreto Tridentini citato. De quo videri potest Trid. sess.
Caiet. *in summa verb. organorum vsus*, 22. decr.
& quæ congerit Suarez suprà *num. 3.* de obser.
& cap. 13. num. 16. vbi approbat vsum in miss.
cantandi moteta lingua vulgari in magnis Festiuitatibus Natiuitatis Domini, & Corporis Christi, contra Palud. *in 4. dist. 15. quæst. 5. art. 2.* qui id absolute improbat, dum modo ea quæ cantantur ob deuotionem, & solemnitatem festi, pia sint, & cantus sit grauis, & prouocãs ad deuotionem, quod probat consuetudo multarum Ecclesiarum per pios, prudentes, ac doctos prælatos tolerata, & admissa. Nec est alienum ab vsu primitiuæ Ecclesiæ, quo tempore à singulis fidelibus hymni à se compositi in Ecclesia cantari solebant, teste eodem Suario *eo. num. 16. ad finem*.

Vbi etiam nu. 17. agit de vsu intermiscendi in diuinis officijs sonum organorum sine vllo cantu, solùm cum suauitate musicæ instrumentorum, vt interdum solet fieri in Missa solemni, vel inter Psalmos, & *dicto cap. 8.* iam suprà citato nu. 5. & 6. dicit vsum organorum in Ecclesia esse antiquissimum, & longo interuallo antecessisse Sanctum Gregorium, teste Stephano Durant. *lib. 1. de ritibus Eccles. cap. 13.* & iam fuisse tempore Vitaliani Papæ. Et quantum ad vsum aliorum instrumentorum musicorum dicit, nec per se esse indecentem pro Ecclesiastico officio, nec ab Ecclesia prohibitum, dummodo sit grauis, & moderatus.

7. Quale autem peccatum sit inter diuina officia voce, aut organo turpia cantare, turpesve sonos proferre, aut quando ea sunt vana, & profana? Ostendit Sanchez *lib. 2. decalogi capite 37. num. 7. vbi num. 8.* asserit esse peccatum mortale, in nocte Natalis Domini turpes rhythmos, vel scommata, & execrationes (vulgo *pullas, ò maldiciones*) sibi inuicem dicere, & intermiscere loco benedictionis petitæ à dicturis lectiones, nisi simplicitas, & ignorantia eos excuset: quia ea valde dedecent officium diuinum. Id tamen

temperat, si hæc interfererent vt partem officij diuini, vel essent turpia prouocantia ad malum, vel cum scandalo, de quo Nauar. *in summa capit. 12. num. 87. & in cap. quando, cap. 16. nu. 92. Armill. verb. cantus nu. 4.*

RESOLVTIO XX.

De Capitulis Regularium.

1 Capitulum est congregatio multorum, præcipuè Ecclesiasticorum, eiusque potestas, & auctoritas cõsistit in maiori, & seniori parte capituli, cap. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. capit. nisi maior pars Capituli delinquat, tunc enim apud minorem partẽ, quæ non deliquit, residet, vt notat Panormit. in dict. cap. 1. Capitula autem Prouincialia apud nos Minoritas celebrantur de triennio in triennium ad
Bull. Bul. electionem Prouincialis faciendam
27. Leo. ex Lone X. apud Bullarium, & idem
10. de Capitulis Generalibus, quæ fiunt etiam de triennio in triennium ad effectum electionis Commissarij Generalis, quę vocantur Congregationes Generales intermediæ, *to. 1. quæst. 41.*
Bulla 9. *art. 1.* Vide apud Bullarium Bullam 9.
Sixti 4. Sixti IV. de quo Miranda tom. 2. qu. 6. vbi de Capitulo generali, & quæst. 11. art. 8. vbi de capitulo intermedio, & quæst. 16. art. 1. vbi de capitulo Prouinciali, de quo etiam art. 3.

2. Apud Capitulum generale residet plenaria, & omnimoda potestas definiendi, & statuendi in spirituali-
Compen. bus, & temporalibus, nec non corrigẽ-
Cist. §. 2. di, & pœnas, censurasque imponendi,
3. & 4. salus tamen regulæ substantialib. quæ
Compen. eo ipso à Sede Apostolica confirmata
Cister. §. esse censentur, illisque omnes Fratres
11. omnino parere debent, ex cõcessione multorum Pontificum apud Compẽdium Cister. *ibidem art. 2.* Ad quod vide Sanchez *lib. 6 decalog. ca. 2. num. 17. vsque ad 20. & nu. 31. & sequentibus.*

3. Capitulo generali tantùm, & nulli alio apud Cistercienses competit depositio Abbatum, & Abbatissarum, ex Eugenio IV. vt habetur in eodem Compẽdio. Apud alias Religiones consulat vnaquæque suas constitutiones, ibidem art. *3.* de quo diximus supra resolut. 1. num. 11. & 28.

4. Capitulum Prouinciale, seu eius definitorium apud Indias potest confirmare, vel cassare electum in Prouincialem, & ad acceptandum censuris eum compellere. Definitorio autem in æquales partes diuiso Frater de eadem prouincia ab eodem designetur, & pars, cui ipse adhæserit, electũ Prouincialem confirmabit, aut cassabit ex concessione Clementis VII. ibidem art. 5. vide Syluest. *verbo electio, 1. & 2. quæst. 10.* Miranda *tom. 2. q. 23. art. 30.* vbi de electione nulla ipso iure, & de electione annullanda, & art 32. vbi de confirmatione electi.

5. Capitulum apud nos Minores differt à Cõgregatione intermedia in eo, quòd ad illud conueniunt omnes vocales Prouinciæ, aut Ordinis, & in eo fit noua electio Prouincialis, aut Generalis, & difinitorum. Ad Congregationem autem intermediam vocantur solùm diffinitores, seu Discreti Prouinciæ, aut vocales familiæ, si est Congregatio generalis, vt determinant statuta Barchinonensia, *tom. 1. q. 13. art. 9.* de quo vide Miranda *tom. 2. quæst. 16. art. 7. vbi conclus. 4.* ait, in dicto capitulo intermedio non posse condi constitutiones, quæ legis vim habeant.

6. Illa dicitur maior, & sanior pars Capituli, quæ nititur maiori ratione, & pietate. Vnde iure communi receptum est, vt pro causarum varietate in quibusdam ad numerum tantùm, in alijs præter numerum, etiam ad virtutum merita respiciatur, vt tenent plures cum Abbate in c. Ecclesia, col. 2. n. 9. & 13. de elect. ibid. de quo videatur Sylu. *verb. elect. 2. q. 9. Abbas in ca. quapropter, n. 10. vers. nam maioritas, de elec.*

&

& consil. 25. nu. 4. lib. 2. Surd. consil. 188. nu. 3. Perez l. 3. gl. 3. tit. 3. li. 2. Ordinament. relati à Barbosa in collect. ad decret. d. c. quia propter, nu. 27. Mir. to. 2. q. 23. art. 27. vbi resoluit, in omni electione Canonica sufficere maiorem partē capituli nulla meriti, aut zeli collatione habita, sed tantùm numeri seu maioris partis respectu totius capituli, seu suffragiorum.

7. Auctoritas Guardianorum, Priorum, & aliorum prælatorum localium potest restringi per Capitulum generale, aut Prouinciale, ut vsus obtinet, & eam excedentes peccati mortalis, vel venialis rei dicentur pro grauitate, vel leuitate materiæ, nisi ex verbis restrictionis expresse constet, noluisse transgressores ad culpam, sed ad pœnam tantùm obligare, tom. 1. q. 17. ar. 5. vide infrà resol. 69. num. 4. & 5.

8. Capitulum repræsentatiuum capituli Generalis nō potest tollere acta in capitulo generali auctoritate Papæ, quia acta illa sunt acta Papæ, quæ inferior non potest tollere, tom. 1. q. 10. ar. 4. idem docet Miranda to. 2. q. 29. ar. 8.

9. Capitula generalia religionum congreganda sunt temporibus præfixis per sua statuta, vt de obseruātia regulari, ac reformatione religionis, alijsque ad eam pertinentibus à patrib. pertractetur, ad instar Synodorū Prouincialium Episcoporum, quæ singulis triennijs pro morum correctione, & alijs similibus præcipiuntur celebrari in Concilio Tridentino. Generales autem, aut Prouinciales negligenter se exhibentes circa id à mortali non excusantur, sicut & Metropolitani. Nam rationes, quæ vrgent ad celebranda Cōcilia prouincialia ad minus de triennio in triennium, eædem ferè vrgent ad celebrāda Capitula generalia apud regulares de triennio in triennium. Et in eodem Concil. Trid. præcipitur fieri capitula, & in eis statui necessaria, & conuenientia ad stabilitatem, & reformationem regularis disciplinæ: deputarique visitatores ad visitandas Prouincias, & monasteria in capite, & in membris, to. 3. q. 47. ar. 2. & 3. & tom. 1. q. 16. art. 2. De quo Miranda

Trid. sess. 24. c. 2. de reform. Trid. sess. 25. c. 8. de regul.

tomo secundo quæstion. 6. articulo primo & 2.

NOTÆ.

16. Circa nu. 2. dum diximus, apud capitulum generale residere omnimodam potestatem definiendi, & statuēdi in spiritualibus, & tēporalibus, notandum est, quòd hoc debet intelligi de his, quæ sunt secundum regulam. Secus si sint super regulam, vt est D. Th. 2. 2. 104. art. 5. ad 3. & in 2. dist. 44. q. 3. & ibi D. Bonauent. art. 3. q. 2. & alijs pluribus copiosè relatis, resoluit Sanchez lib. 6. decalogi cap. 2. num. 15. vnde consequenter tradit nu. 17. & sequentibus. Non posse Generalem cum Capitulo Generali condere nouas leges, & statuta obligantia Religiosos ad altiorem, & asperiorem vitæ normā ea, qua in regula continetur, quia in his solis, quæ ad regulam, & eius obseruātiam pertinent, debitum obedientiæ ex voto consurgit. Imò nec ipsum Sūmum Pontificem id posse, addit num. 21. ipse Sanchez, ea ratione, quia in Religiosis speciale obedientiæ debitū Romano Pontifici vltra alios Ecclesiasticos, & fideles ex solo obedientiæ voto orit, ac proinde ea specialis obedientia non se extendit vltra obligationem ad contenta directè, vel indirectè in regula Monachali, & consequenter nec ad austeriorem vitam poterit Papa Religiosos cōgere: alioquin posset etiam præcipere, vt quis Religionis votum emitteret, quod nullo modo est dicendum. Idem docet Sylucst. verbo, Religio 6. q. 6. in fine, Corduba in exposit. regulæ c. 10. q. 2. pun. 6. Less. lib. 2. de iust. c. 41. dub. 9. nu. 74. & alij relati à Sanchez eod. nu. 22. limitant tamē Corduba, & Lessius benè, nisi id fiat ex causa, quæ sit secundùm regulā, vel ad maiorem obseruantiam regulæ, & ita de facto præcepta fuit Monialibus arctissima clausura, quam ante non vouerunt, per Bonifacium VIII. c. vnico de statu Regul. cuius decretum innouauit Tridentinum: vt etiam ipse Sanch. notat suprà num. 42.

11. Qui ideò num. 35. & sequentib.

11. Qui ideò *num.35.& ſequentib.* reſoluit, poſſe ſuperiorem cum maiori parte Capituli Generalis regulã iam ferè collapſam, & relaxatam ad priſtinum ſtatum reſtituere, & ad eam ſic reformatam obſeruandam Religioſos conſtringere, quia hoc non eſt ſupra regulam, ſed ſecundum regulam, & ad maiorem obſeruantiam regulæ, quæ erat relaxata, & ferè collapſa, quę vt inſtauretur, & ad ſuum priſtinum ſtatum reſtituatur, tenetur ſubditus pati, ac per conſequens regulam ſic inſtauratam obſeruare. Ita tenent Corduba, & Leſſius ſuprà citati, Syluester, *dicta quęſt.6.* Azor. *tom. 1. inſtit. moral. lib.13.cap.11.queſt. 17.* Tapia *in auth. ingreſſi, verbo, ipſo ingreſſu, cap.1.num.61 de ſacroſ. Eccleſ.* & alij plures, quos refert ipſe Sanchez *eo. num. 55.* qui *num. 38. vſque ad 41.* id in duobus limitat. Primò, niſi profeſſus ſit ita delicatus, vt non poſſit nouam regulæ reformationem ſuſtinere, tunc enim cum illo diſpenſandum eſt, vt ad aliam religionem ſimilem illi collapſæ, quam profeſſus eſt, tranſeat. Secundò, niſi tempore profeſſionis limitata fuiſſet intentio non ſe amplius obligandi, quàm ad illam regulam ſic relaxatam, quo caſu tenetur hic ad aliam religionem æqualis obſeruãtiæ, ac erat prior, tranſire, vel denuo ad illam regulam reformatam ſe obligare. Hoc tamen non videtur omninò certum, quia etiã moniales ante dictum decretum Bonifacij VIII. limitatam habuerunt intentionem non ſe obligandi ad clauſuram, & tamen ad illam perpetuò ſeruandam eas adſtrinxerunt, quamuis multæ eam non vouerunt.

RESOLVTIO XXI.

De Canonicis R,gularibus.

De origine Canonicorum Regularium vide infrà de origine religionum num. 6. De quo latè Didacus a Mota *lib.1. de fundat. ordinis S. Iacobi cap.1.§.2. vſque ad 5.*

1. Appellatione Monachi venit Canonicus regularis etiam in exorbitantibus, & poenalibus, quando eſt eadem ratio de Canonico, & de Monacho, cùm in hoc reperiantur ſecundũ ius antiquum exęquati, ſunt enim verè Religioſi regulam determinatam, & à Sede Apoſtolica approbatam profitentes. Nec differunt Canonici regulares Cathedralium Eccleſiarum à Canonicis regularibus aliarum Eccleſiarum non Cathedralium, ſed ſunt omnes eiuſdem Ordinis, & conditionis eundem religionis habitum eſſentialẽ portantes, & eandem ſolemnem profeſſionem, emittentes, *tom 1.q.31.art.3. & tom.3.q.42.art.3.* Idem docet Miranda *tom.1. Manual.q.10.art. 6.* quidquid dicat Azor. *tom.1. inſtit. Moral. lib.12. cap.22.q.6.*

2. Canonici Regulares non poſſunt eſſe patrini eleuando baptizatum de fonte, ſicut nec Monachi, quia id prohibens Monachis lex, cùm fundetur in Religione, ad Canonicos etiam regulares extenditur, *to.1. quæſt.1.a.2.* de quo Nauar. *li.3. conſ tit. de ſtatu Monachorum conſ.10.*

3. Eadem ratione non licet dictis Canonicis regularibus admittere intra clauſuram Monaſteriorum mulieres, etiam omni ſuſpicione maiores obſequiorum honeſtorum præſtandorum cauſa, & eas temerè admittentes incidunt in poenas conſtitutionis Pij V. *tom.1.quęſt.48. art.4. & tom.3.quæſt. 68. art.3. ad finem.* Idem docent Nau. *comment.4. de Regularibus, numero.65.* quem citato noſtro Auctore refert, & ſequitur Sanchez *lib.6. Decalog.cap.17. num.31.*

4. Item ex ea eadem ratione ipſis non licet intereſſe agitationi taurorũ, ex conſtitutione Clementis VIII. id Monachis, & Regularibus ſtrictè prohibenti, de quo infrà *de taurorum agitatione, num 4.* agemus, *ibidem dict.a.3.* vide Nauar. *capitul, non dicatis, numero 12.* Trid. ſeſ. 14. can. 11.

RESOLVTIO XXII.

De Casibus reserua-tis.

1 REseruatio casuum pertinet ad Episcopos,& ad habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, quales sunt Generales, & Prouinciales Religionum, idq; negare hæresim esse definit Concilium Tridentinum quantũ ad Episcopos. Imò quantum ad dictos prælatos habentes iurisdictionem Episcopalem, etiam hæreticare existimo eos, qui talem potestatem reseruandi casus adimunt ab ipsis. Verum est tamẽ quòd dicti Episcopi,& prælati, nec & Ecclesia nullam potestatem directè habent reseruandi actus merè interiores absolutè, & per se sumptos, sed indirectè bene id possunt, vnde possunt reseruare dictos actus interiores, vt sunt causæ contingentes, aut qualitates exteriorum actuum, vel omissionis, vel vt ordinatur ad exteriora, eaque calcificat, puta, siquis aliquod peccatũ mortale aliquo signo malo, verbo, aut scripto expresserit exterius, etiam occultissimè, nullo vidente, aut audiẽte: secus si per actum, vel signum bonum manifestauerit, putà ad consilium capiendum intra, vel extra sacramentum confessionis, *tom.1.quæst.21.art.1.& 2.* Pro quo D. Tho. *1.2.quæst.91.artic.4.& 2.2.quæst.11.art.3.& quæst.100.artic.16. ad 6.Soto de Iustitia,& iure lib.10.qu.5. art. 5. Nauar. de simonia num.20.& 21. fol.118.Couar.de Hæreticis,cap.42.& in regula, peccatum 2.p. in principio, Suarez de censur.disp.4.sect.2.à num.1.Miranda tom.2.Man.q.34.art.1.2.& 3.Villalob.1. p. summæ tract.16.diff.9.num 5.& diff.9. num.2.Portel.verbo, casus reseruati, nu. 1. in addit.*

2. Clemens VIII. cunctis Regularibus per suum Breue certos casus reseruatos taxauit, & præscripsit, vltra quos præcipit, vt alij non reseruentur a prælatis superioribus, nisi in Capitulo Generali, aut Prouinciali de cõsensu Patrum vocalium, & matura discussione. Sed hæc constitutio quantum ad istam restrictionem, & limitationem non est recepta apud nos Minores, nã sæpe, sæpiùs contingere solent casus particulares, qui necessariò reseruatione dandi sunt ante Capitulum, ob bonum regimen, & commodum Religionis, & ita vsus obtinuit, ibidem art.2. Cætera vide suprà de absolutione quo ad reseruata, & specialiter de prædictis casibus Clementis VIII. tractant F.Ludou.Beja 3. part. respons. moral. casu 16. fol. 326. Sorbus in addit. ad Compend. verbo, absolutio ordinaria quoad Fratres 1.par.fol.31. Francisc. Longus Capuccin.in suo tract.de casibus Clement. VIII. casu 1. & 9. relati à Portel. in tract.de eisdem casibus,& in addit.ad dubia, verbo casus reseru, in princ. & per totum.

NOTÆ.

3. Circa id quod resoluimus cum Auctore suprà, resolut.3.nu.21.nempè non tolli reseruationem peccati semel nulliter confessi, nota oppositum tenere Reginaldum tom. 1. praxis pœnit. lib.8.sect.2.num.61. & sequentib.cum Suarez tom.4. de pœnit. disp.31.sect. 4. num.9. & sequentibus, quos refert, & sequitur Portel. in addit. ad dubia dict. verbo, casus reseruatis numero 1. Ducitur Reginaldus ea ratione, quia ex quo subditus comparuit coram superiore, vel habente eius auctoritatẽ, eique integrè peccatum suum propalauit (vt supponit hæc sententia) cum proposito emẽdæ, superior verò ei debitam satisfactionem, seu pœnitentiã iniunxit, iam videtur fini reseruationis satisfactum, ac proindè nullam cõparendi coram superiore pro absolutione talis peccati reseruati obligatio nẽm remanere. Quod (addit Reginaldus num. 62.) habet verum, etiamsi pœnitens non habuerit propositũ firmum emendæ, vel integrè non propalauerit sua peccata, dummodo hoc nõ

contingat circa ipsum peccatum reseruatum, quòd non integrè declarauit, vel sufficienter de eo non doluit, aut non habuit firmum propositum in illud non reincidendi; tunc enim non censetur satisfacere intentioni superioris, & fini reseruationis, ac proinde ab eius onere non liberatur. Addit etiam eum Suarez hoc non habere locum, quando datur absolutio à reseruatis virtute alicuius iubilei, nam tunc, inquit, de intentione concedentis requiritur confessio valida, nec sufficit inualida. Hæc sententia quamuis minus probabilis, ac minus tuta potest in praxi amplecti, vt ait Portel suprà dict. num. 1. ob auctoritatem tot, ac talium Doctorum.

4. At mihi satis dubia, nec solido innixa fundamento videtur, vt à doctrina Auctoris recedamus: quia nihil facit ad rem integrè declarare peccatum reseruatum cum debita contritione, & proposito emēdæ, si defectus istius contritionis, & integritatis confessionis circa alia peccata contingit, siquidem in vtroque casu confessio semper est inualida, ac per consequens non videtur satisfieri intentioni superioris, & fini reseruationis. Nec datur maior ratio in iubileo, vt in eo requiratur valida confessio de intentione concedentis, quàm in superiore concedente auctoritatem ad absolutionem a reseruatis: si enim ipse superior sciret subditum inualidè cōfiteri, non vtique (vt credi potest) eam concederet auctoritatem ad absolutionem, & consequenter illius intentioni non fit satis. Vnde necessariò fateri debemus, vel in vtroque casu tolli reseruationem, vel in neutro, cū in vtroque militet eadem ratio, vt bene ponderat Portel. *dicto numer. 1. ad finem.*

Defenditur sententia Auctoris.

5. Nec tandem valet dicere cum Reginaldo suprà nu. 63. quòd ille defectus contritionis circa alia peccata est accidentarius reseruationi peccati sufficienter confessi, quæ solet esse peccati secundum se, non autem peccati in Ordine ad alia peccata. Nam saltem non est accidentarius respectu confessionis integræ peccatorum, quā reddit omninò nullam, etiam si peccatum reseruatum (vt supponit illa sententia) sit sufficienter, & cum debita contritione confessum. Imò est contra dictio in terminis asserere solam contritionem peccati reseruati esse sufficientem sine contritione cæterorum, cùm de ratione contritionis sit omniū peccatorum detestatio, siue dilectio Dei super omnia. Vnde illa contritio peccati reseruati (vt vocat iste Auctor) non est dicenda vera, sed potiùs ficta, imò & nulla contritio. Igitur si sufficiens non est ad tollendam nullitatem confessionis, nec erit pariter satis ad remouendam reseruationem: ista enim pendet ab absolutione peccatorum valida, qua non stante, & manente reatu peccati non remissi, consequenter remanebit reseruatio illi annexa, quomodo enim potest tolli accessorium, si principale, quo nititur, non tollitur?

RESOLVTIO XXII.

De Cardinalium declarationibus.

1 Cardinalium declarationes authenticè propositæ, sigillo ipsius Congregationis, aut alterius personæ in dignitate constitutæ signatæ obligant in vtroque foro, sicut lex Papæ, cuius nomine, & auctoritate sunt latæ, nec opus est, quòd promulgentur, vt obligent, sufficit enim quòd ipsæ leges quarū sunt declarationes, sint semel promulgatæ, & receptæ, nam eodem modo, quo ipsæ leges obligāt, & sicut tenemur recipere declarationē Pōtificis circa suas leges, eodem iure declarationes eorum, qui ex cōmissione Papæ id faciunt tanquā veras, & vere mentē legislatoris declarantes admittere adstringimur: secus si authenticæ non proponantur, *to. 1. q. 11. art. 2.* De quo Delrio *Disquisit. Magic. libr. 6. capitul. 1. sect. 3. in fine*, Zerola *in pra-*
xi

xi Episc 1. part. verbo, auctoritas, in fine, & part. 2. verbo, absolutio, in fine, vide quæ diximus resolut. 18 num. 22. de quarta funerali.

Trid. sess. 25. de ref. cap. 2. 2. Licèt verus sensus, seu declaratio Concilij Tridentini sit commissa à Papa Congregationi Cardinalium ad id deputatorum, adhuc tamen eiusdē Concilij decreta possunt interpretari iudices in tribunalibus, & Doctores in scholis ad communem vtilitatem, iuxta formam præscriptam in ipso Concilio, vt à simili de regula P. N. B. Francisci, cuius interpretatio specialiter est reseruata Sedi Apostolicæ, resoluit Corduba *super Regulam, quæst. 5. & 6. introductoria, ibidem art. 3. Pro quo vide C.uar. in regula possessor. 2. par. quæst. 9. num. 2. Soto lib. 3. de instit. quæst. 7. art. 3. & lib. 3. quæst. 4. art. 5. Henriquez, lib. 7. de indulgent. cap. 29. §. 5. Valer. Reginal. in Praxi fori pœnit. lib. 20. nu. 53. in fine*, relatus à Barbosa in Remiss. ad Triden. d. cap 2. de reform. vbi resoluit in Bulla edita à Pio IV. in confirmatione ipsius Concilij non esse sermonem de interpretationibus, quæ docendi gratia fiunt in Scholis. Idem docet Miranda *tom. 2. Man. quæst. 26. art. 12. conclus. 1.*

Trid. sess. 24. de ref. cap. 12. 3. Congregatio Cardinalium declarauit, quod Concilium Tridētinum requirens 22. ætatis annum ad obtinēdum dignitates, aut Canonicatus, quib. animarum cura non subest, loquitur de dignitatibus, & Canonicatibus Cathedralium Ecclesiarum, & non Collegiatarum, ibidem dict. art. 2. prope mediū. De quo Garcia *de Benefic. par. 7. cap. 4. num. 70.* vbi refert quandam Cardinaliū declarationem, quæ habet, hos 22. annos debere completos, & sequitur. Mandos. de ætate minorum, cap. 5. nu. 10. Molin. de iustit. tractat. 2. disp. 573. circa principium, licèt contrà teneat Henriq. lib. 14. capit. 8 §. 10. in fine, & alij relati à Barbosa in remiss. ad dict. capitul. 12. Trident. numero quarto. De delaratione legum vide infrà de legibus à num. 45.

RESOLVTIO XXIV.

De celebratione diuini Officij.

1 Ritus, quos Ecclesia Romana seruat in celebrando officio diuino ab ipsis primordijs Ecclesiæ per Christum Dominum, & Apostolos, aliosque eorum successores, originem trahunt, introductique sunt, ac ab omnibus vniuersali consensu recepti. Huiusmodi ritibus Romanæ Ecclesiæ tanquam matri debent omnes aliæ Ecclesiæ orbis conformari, ex præcepto Pij V. & Gregorij XIII. exceptis quibusdam Religiosis, de quibus in constitutionibus dictorum Pontificum, quæ habentur in Breuiarijs, & Missalibus nouiter reformatis, tom. 1. quæst. 42. art. 1. De quo Rodulphus li. de Canonum obseruat. proposi. 14. Durand. in rationali lib. 5. cap. 2. Vvaldens. lib. 1. de offic. ca. 21. Vvalfrid. lib. de rebus Ecclesiæ, ca. 25. Smaragdo in cap. 16. regul. S. Benedicti, & alij quos refert Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Canonicis ca. 6. num. 14. Isidorus libr. 1. de officijs, c. 25. quem refert Mirand. tom. 1. qu. 37. art. 1. & 10.

2. Leo X. concessit ad sedādos scrupulos Fratrum Minorum, vt satisfaciāt præcepto Ecclesiastico in cap. dolentes de celebr. Missar. ac etiam suæ Regulæ, dicendo horas Canonicas, & alia officia diuina, etiamsi dicant sedendo, deambulando, aut non integrè verba proferendo per imperitiam, negligentiam, aut malam pronūciationem, defectum linguæ, seu aliàs qualitercumque imperfectè cum animi distractione, ac sensuum vagatione, dummodo ex malitia non faciant. Et similiter, quòd non teneantur repetere recitātes cum alijs imperfectè dicta ab eis, aut non integrè audita ob distantiam, vel strepitum aut aliam causam, sed satisfaciant qua- In Bullar. oraculo 11. Leo 10.

litercunque audiẽdo, præsertim in choro. Sed quantum ad id, quod dicitur, vel non integrè verba proferendo, debet intelligi de omittentibus partem non notabilem alicuius horæ, vel psalmorum: nam partem notabilem omittentes minimè satisfaciunt. Item quando dicitur, dummodo ex malitia hoc non faciant, debet intelligi de malitia voluntaria, per quam perditur attẽtio, adminus virtualis satisfaciendi præcepto, non verò de malitia non tollente præfatam attentionem, tunc enim licèt recitans non mereatur, præcepto tamẽ satisfacit ibidem artic. 2. De quo vide Nauar. de orat. & horis Canonicis cap. 4. num. 12. & sequentibus Miranda sup. dict. art. 10. in conclus. Suarez dicto libro 4. cap. 27. num. 2. & loquens de attentione necessaria ad recitandum, seu orandum, cap. 26. num. 13. & sequentibus, & num. 22. 23. & 24. Vbi ait sufficere minimam attentionem.

3. Ad supplendum autem omnem defectum humana fragilitate contractum in recitatione diuini Officij satis est dicere post Completas horas vnum Psalmum, vel vnum Pater noster, & Aue Maria, aut orationem, quæ incipit sacrosanctæ, &c. ex concessione eiusdem Leonis X. Sixti IV. et aliorũ Pontificum, ibidem art. 3. De quo Nauarr. de orat. cap. 13. numer. 17. et 49. et 83. Miranda supra art. 20.

Bull. orac. cul. 48. Leo. 10. pag. 730.

4. Per concessionem eiusdem Leonis X. possunt Fratres mentaliter dicere illa, quæ sub silentio, & secreto præcipiuntur recitari, & hoc etiam absque vlla voce secreta, vel publica. Super quo aduerte non esse necessarium priuilegium ad dicendum horas Canonicas absque expressione vllius verbi, qđ audiri potest ab alio, sed sufficit formare verba inter dentes, & labia, ibidem art. 4. De quo Nauarr. *de oratione capit. 19. nu. 88. & cap. 20. nu. 14. vide D. Tho. 2. 2. quæst. 83. art. 12. Suarez dict. libro 4. cap. 6. nu. 2. & sequentibus. Miranda sup. art. 17. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 10. c. 11. quæst. Villalobos 1. p. Sum. tractat. 24. diffic. 10. num. 8. & 11.*

Bul. orac. 11. Leo 10. p. 731.

Bul. orac. 44. pag. 732.

5. Idem Leo X. concessit Fratrib. Minoribus occupatis in prædicando, & confessiones audiendo, vt possint mutare officia feriatum, quæ sunt prolixiora, in officia Sanctorum, quæ sunt breuiora, & ea reseruare in eos dies, quib. credunt se occupandos fore, modò id non faciant in fraudem diuini Officij, sed vt liberis valeant vacare studio, & consolationi spirituali fidelium incumbere. Circa quod aduerte, quòd tanta, & tam subita potest occurrere necessitas, seu occupatio, vt non possit ei prouideri, aut omitti sine scãdalo, vel peccato, & tunc iusta de causa excusatur à præcepto recitandi, etiam secluso priuilegio, puta si occurreret necessitas pacificandi populum rixari volentem, aut habendi concionem, quæ nisi cum magno scandalo omitti non potest, vel confessiones audiendi in Hebdomada sancta, vel tempore Iubilei, intra cuius terminum omnium confessiones audire necesse omninò est, vel habenda sit aliqua prælectio publicè, aut defendendæ aliquæ cõclusiones, in his enim casibus excusatur quis à recitatione Officij diuini, vel ad minus potest illud anticipare vespere præcedenti, ibidem art. 5. de quo Nauar. vbi supra in fine, Suarez dict. lib. 4. capit. 27. num. 33. vsque ad nu. 36. vbi num. 35. docet non esse necesse, quòd obligatio charitatis sit grauissima, vt omittatur Officium diuinum. De quo etiam Miranda suprà art. 19. vbi tradit dictũ priuilegium Leonis operari extra ius cõmune, quando non est tam stricta, & arcta necessitas.

6. Item dicti Fratres Minores prædicationi verbi Dei, audientiæ confessionem, vel etiam sacræ Theologiæ, & sacrorum Canonum lectioni, ac studio insistentes possunt vti alio priuilegio Clementis VII. cõcesso Clericis S. Syluestri de vrbe, aliàs vocantur Theatini, dicẽdo saltem sex, aut septem Psalmos assignandos à prælato cum septem Pater noster, & bis symbolum Apostolorum loco horarum Canonicarũ. Quo priuilegio etiam gaudere possunt infirmi, & infirmis fratribus intenti. Sed grauiter ægrotantes sufficit recitare septem

ptics in die salutationem Angelicam, & semel orationem dominicam pro septem Horis canonicis, vt habetur in Compendio D. Hieronymi Hispaniæ titulo horæ, Canonicæ, §.7. ibid. art.6. vide Miranda supra d. art.19.

7. Item pro infirmis Fratribus extat aliud priuilegium Leo. X. vt satisfaciant Officio diuino, recitando aliqd iudicio prælati, seu præsidentis Conuẽtus assignandum, quando scilicet, sunt indeterminati, an licitè possint abstinere à dicta recitatione, & hoc, si medicus, qui commodè haberi potuerit, dixerit esse nociuum infirmo. Ita refertur in Bullario inter viuæ vocis oracu-
Bul.orac. la Leonis X. Sed Eugenius IV. hoc
13. Leo. ampliauit concedendo, quod tempore
10.pag. infirmitatis, vel post conualescentiam
731. satisfaciant, dicẽdo aliquid ad arbitriũ Prælatorum, nec requirit dictum medici. Imò sufficere, quod dicat fratri infirmo medicus, ne recitet Officium diuinum, nullamque aliam licentiam Prælati requiri, tenet Nauar. mox citandus *ibidem, art 7. & in addit. sum. tom. 3. ca.* 197. *num.* 1. de quo Nauar. *de orat. cap.* 11. *nu.* 4 *& cap.* 21. *nu.* 16. *Suar. d. c.* 27. *n.* 19. & 20. Vbi docet, quòd si medicus absolutè iudicet morbum excusare à recitando, parendum simpliciter esse, si verò sit dubius, cõsulendum esse Prælatum: sed Mirand. ait supra art. 16. in fine, medicis in hoc non semper esse credendum, quia sunt faciles in absoluendis ægrotis ab hac obligatione: sed hoc absolutè non potest dici, si enim medicus est prudens, doctus, & timoratus, eius dicto stãdum esse omnino existimo, & ita tenet indistinctè Villalob. 1. *p. sum. tract.* 14. *dif.* 16. *num.* 2.

8. Fratres itinerantes, vel alterius rei gratia extra Conuentum existentes possunt recitare Officium diuinum simul cum alijs quibuscunque, quibus se inuenerint, vel separatim, alio quàm Romano vsu, & ordine placuerit, sicque recitantes satisfaciunt præcepto suæ regulæ, nec iterum propriũ officium dicere tenentur, ex concessio-
Bull. bul. ne Innocentij IV. apud Bullarium. Nec
11. Inn. 4. hoc est derogatum per Pium V. in bulla quæ extat in principio Breuiarij. Imò non obstante dicta non erit peccatum mortale dicere bis, aut ter horas mutato ordine Breuiarij, recitando de feria, aut de festo diebus, in quibus de ipsis non fit officium: secus si id frequenter adhibitum fieri soleat, ibidem art. 8 de quo videri potest Suarez sup. cap. 24. à num. 12. & seqq. Idem quantum ad recitandum cum alijs per Breuiarium diuersi ritus, docet Miran. to. 1. q. 37. art. 13.

9. Socius alicuius religiosi potest recitare Horas per Breuiariũ breuius, aut ante tempus, iuxta priuilegium cõcessum tali religioso, satisfacitque suæ obligationi. Hoc tamen intellige, casu quo priuilegium redderetur frustratorium, si socio non communicaretur, puta si alicui ratione senectutis, vel alterius necessitatis concederetur recitare Horas per Breuiarium trium lectionũ, alias minimè sine socio, nisi cum magna difficultate recitare, etiam breues Horas valenti. Extra quem casum dictum priuilegium ad socium non est extendendum, ibidem art. 9. Idem tenent Henriquez lib. 7. de indulg. c. 30. nu. 4. quem refert, & sequitur Portel. *verb. Horæ Canonicæ, numer.* 8 *Villalobos* 1. *par. summæ tractat.* 24. *difficul.* 14. *numero* 2.

10. Dispensatus ad Horas Canonicas non recitãdas ob infirmitatem, vel aliam similem causam, ab earum recitatione omninò liberatur etiamsi aliquam Officij diuini partem recitare commodè possit, à qua dicenda penitus liber, & immunis remanet, ibidem art. 10. de quo Nauar. *de oratione ca.* 10. *num.* 9. *vsque ad num.* 18. *Suarez eo. cap.* 27. *num.* 22. *vsque ad* 27. vide infrà in notis.

11. Post constitutionem Pij V. positam in principio Breuiarij Romani, nulli licet aliquid mutare, addẽdo, vel minuendo aliquid de diuino Officio, ibidem art. 11. de quo Suarez *tom.* 2. *de Religione lib.* 4. *cap.* 11. *numer.* 6. *& sequentibus.*

Qui eo. nu. 6. docet cum D. Antonin. 4 *p. titulo* 13. *capi.* 4. §. 2. Tabien. *nu.* 16.

*Armilla num.*13.*Nauar.cap.*27.*nu.* 217. posse prælatum ordinarium ex causa rationabili dispensare in mutatione officij. Quod debet intelligi in vna, vel altera occasione, dummodo officium dicatur, & mutatio non fit grauis totius Breuiarij, nec dispensatio fiat permanenter per modum legis, vt tali vel tali die dicatur Officium aliter, quàm in Romano Breuiario præscriptum est, id enim non potest fieri absque Papæ facultate, & auctoritate. Sed adhuc nullo pacto id licere, etiam pro vna, vel altera vice existimo, quia non potest nouum Officium, vel diuersum à suo introducere, vt bene notat Portel, ver. Horæ Canonicæ num.7.

12. Qui ex priuilegio potest recitare secundum diuersa Breuiaria, recitans horas vnius diei iuxta formam vnius ex illis, non tenetur ad recitandum aliquam ex Horis secundum formam alterius, etiam si Officium præcedentis diei per istud recitauerit, ibid. art.12. de quo Nauar. de oratione cap. 7.num.7. & cap.20.num.69.

13. Religiosus non addictus Breuiario Romano extra Chorum potest recitare iuxta Romanum absque licentia prælati, Pius enim V. tantùm loquitur de Horis dicendis in Choro, quas addictis alio Breuiario non licet inibi dicere absque consensu prælati, & maioris partis Capituli, *ibid. art.*13. *& in addit.sum.tom.*3.*cap.*195. *nu.*2. de quo Nauarr. *lib.* 3. *consil. tit de celebratione Missæ consil.* 15.

14. Addicti Breuiario Romano tam clerici sæculares, quàm Regulares non tenentur dicere in Choro, vel extra Chorum officium Defunctorum, Psalmos pœnitentiales, & Canticum Graduum, etiam vbi vigebat consuetudo ea recitandi: quia Pius V. ab hac exemit obligatione recitantes iuxta suum Breuiarium Romanum. Quod etiã ad Moniales addictas ipsi Breuiario Romano, præcipuè ad Clarissas sub cura Fratrum Minorum degentes, extenditur. Officium tamen paruum B. Mariæ Virginis recitare tenentur omnes Ecclesiæ, vbi in Choro dici consueuerat, iuxta mentem, & declarationem eiusdem Pij V. *ibid. art.* 14. *&* 15. *& dict. loco addit.sum.num.*4. de quo Suarez *dict.lib.*4.*cap.*25.*num.*7.*& seqq.* Villalobos 1.*p.sum.tract.*24.*diffi.*11.*6.num.*3.

15. Fratres Minores, & Moniales sub eorum cura degentes possunt recitare Officium corporis Christi sub ritu semiduplici omnibus ferijs quantis extra tẽpus Quadragesimæ, & Aduentus, dummodo non sint impeditæ aliquo festo nouem lectionum, ex indulto Pij V. anno Domini 1508. & extat apud Bullarium, ibid.art.16.

16. Item ex alio Indulto Pauli V. anno Domini 1609. ijdem Fratres, & Moniales possunt facere Officium de immaculata Conceptione beatæ Virginis Mariæ sub ritu semiduplici, quod incipit, Sicut lilium, &c. omnibus Sabbathis festo nouem lectionum non impeditis, addit. summ. loco citato nu.9. Vbi licèt Auctor resoluerit, posse recitari dictum Officium Conceptionis, etiam in Aduentu, & Quadragesima: quia id sine limitatione in dicto priuilegio indultum est, postea tamen contrarium fuit declararum per suam Sãctitatem, & ita vsus obtinet, vt in Aduentu, & Quadragesima non fiat dictũ Officium Conceptionis. Imò & nunc ex declaratione Congregationis sacrorum Rituum in Sabbathis quatuor tẽporum anni idem prohibetur, ne scilicet fiat Officium de Conceptione.

Item idem Dominus Paulus V. concessit anno Domini 1619. eisdem Fratribus Minoribus, vt semel in quolibet mense prima die non impedita festo nouem lectionum possint dicere Officium de sacris Stigmatibus B.P.N. Frãcisci sub ritu semiduplici, extra Aduẽtum tamen, & Quadragesimam. Qui Pontifex etiam concessit toti Ecclesiæ, vt possint celebrare festum præfatum de sacris Stigmatibus sub ritu duplici die 17. Septembris, vt habetur in fine Breuiarij Romani, vbi officium pro omnibus Ecclesiasticis approbatum extat.

Sixtus IV. concessit, quòd Fratres Minores possit dicere commemoratio-

nes

Bul. orac. 21. Sixti 4.

nes omnium Sanctorum Ordinis sub vna Antiphona, extat in Bullario inter viuæ vocis oracula dicti Sixti, & ita, solet dici in aliquibus Prouincijs illa Antiphona. Vos Sãcti Dei inclyti, &c. pro commemoratione dictorum Sanctorum, vt fit apud sancti Iacobi sanctam prouinciam.

17. Religiosus Ecclesiæ sæculari perpetuò præfectus tenetur seruare ritum ipsius Ecclesiæ in recitando, si verò ad tempus præest, ritum sui Ordinis, & Breuiarij seruet, excepto quod Missam maiorem celebrare debet secundũ ordinem, & ritum talis Ecclesiæ. Hoc tamen fallit in Fratribus ordinis Prædicatorum, qui etiam ad tempus translati ad Ecclesiam parochialem possunt se cõformare Officio & Breuiario ipsius Ecclesiæ, vt habetur in eorum Constitutionibus, ibidem art. 17. & citato loc. addit. num. 7. Idem docet citatis Goffredo, Hostiensi, & nostro Auctore cũ alijs, Sanchez lib. 6 de nalog. cap. 6. nu. 38 Miranda tom. 1. q. 37. art. 18. vide in simili Suarez dict. lib. 4. cap. 28. nu. 5.

Bul. orac. 26. p. 724. Bul. orac. 2. & 17. Pij 5. & orac. 17. Leo X.

18. Leo X. concessit Fratribus Minoribus occupatis, vt possint anteponere, vel post ponere Officium diuinũ, dicendum Matutinum vespere ante mediam noctem, & alias horas de mane vsque ad vesperas inclusiuè, etiam si occupatio non sit multum necessaria, credentes se deuotiùs, & quietiùs tunc dicturos. Ad hæc Pius V. concessit, quòd Fratres sine scrupulo possint dicere Matutinum ante Solis occasum. Item quòd ratione itineris vel alterius occupationis possint dicere totum Officium de mane vsque ad Completorium inclusiuè, credentes maiori cum deuotione tunc dicturos. Quæ omnia extant apud Bullarium, inter viuæ vocis oracula Leonis X. ibidem artic. 18. de quo vide Portel. verb. Horæ Canonicæ num. 9. vbi docet, quocunque anni tempore posse dici Matutinum ab hora quarta Vespertina, omni secluso priuilegio, & idem videtur innuere Suarez dict. lib. 4. cap. 24. num. 3. dummodo officium diei præcedentis iam fuerit recitatum, clariùs Villalob. dict. tract. 24. difficul. 12. nu 5. cum D. Tho. quodlibet 5. art. vlt. ad 1. & Azor 1. p. lib. 10. cap. 9. quæst. 5.

19. Fratres Minores recitantes horas Canonicas per librum consequuntur remissionem dimidiæ partis peccatorum illa die commissorum qua dictũ Officium soluerent. Ita concessit idem Leo X apud Bullarium, ibid. art. 6. Bul. orac. 73. Leo 10.

20. Anteponere, vel postponere priuatim Officium diuinum sine causa est peccatum: at ob honestas occupationes matutinas horas vespere præcedenti, & mane vsque ad nonam inclusiuè, & post meridiem reliquum recitare non est peccatum, sed potiùs meritum, etiam secluso quocunque priuilegio, melius enim est anticipare laudes Dei, quàm postea per alios actus impedire. Vnde consuetudo antiqua aliquarum Ecclesiarum Cathedralium & insigniorum monasteriorum dicẽdi Matutinum, publicè, & solemniter in choro illico post Completorium, ad Solis occasum non est reprobãda, nec reprobari potest. Aduerte tamẽ, quòd non conceditur facultas occupatis, vt de mane recitent Completorium, licèt ob honestas occupationes recitare liceat vsque ad Vesperas: quia illa Completorij instituta fuit ad finem diei, indecens verò videtur eam dicere ad ortum Solis, *ibidem dict. art. 18. & dicto loco ad dict. sum. nu. 8. & 9.* de quo D. Th. *quodlib. 5. art. 18. Nauar. cap. 3. de Horis Canon. Azor. lib. 10. instit. moral. cap. 9. quæst. 3. 4. 5. & 8. tom. 1.* Villalobos *to. 1. tract. 24. diff. 12. num. 3.*

21. Fratres Laici apud nos Minores non possunt ad clericatum promoueri absque consensu generalis Ministri, aut Capituli generalis tantùm, & non sufficit licentia Commissarij generalis familiæ, vt statutum est in Capitulo generali Lugdunensi, virtute cuiusdam indulti Leonis X Promoti autem, etiã vsque ad Sacerdotium absque tali licentia, omni honore clericali priuandi sunt, nec permittendi Canonicum Officium clericorum persoluere, sed ad merum statum laicalem omninò reducendi sunt, Officium Laicorum recitan-

citantes, vt in d. constitutione Leonis X. habetur, de qua in compendio Minorum *ver. laici Fratres* §. 5. *Anti. ibid. art. 19. & citato loco addit sum. cap. 194. num. 13. de quo Suarez dict. lib. 4. cap. 17. num. 7 Azor. tom. 1. instit. moral. libr. 10. cap. 6. quaest. 7.* & cum eo Villalob. *dict. tract. 24. difficul. 9. numero 11.* Qui docent talem Fratrem solutū esse ab obligatione recitandi diuinum Officium, sed non declarant an teneatur dicere aliud officium, scilicet Laicorum, ad id clarè docet cum Auctore Portel. verb. Canonicae, num. 4.

22. Religiosi professi, etiam sacris non initiati, & Moniales ad chorū destinatae tenentur ad recitationem horarum Canonicarum, etiam priuatim, ratione status regularis: quia constituti sunt in statu Ecclesiastico irreuocabili, & omninò ad matrimonium impedito, & choro addicti. Fratres verò Minores ad id insuper tenentur ex vi suae regulae praecipientis, vt clericij faciant diuinum Officium secundùm ordinem Romanae Ecclesiae, ad quod semper adstringuntur, etiam si pro culpis eijcian cur à religione, sicut ad idem tenetur clericus degradatus, quia taliter eiecto vel degradato non debet patrocinari sua culpa, *ibidem art. 2. & dict. c. 194. addit. nu.* 12. pro degradatis videatur Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 8. nu. 11.*

Vide etiam Caietan. *verb. Horae Canonicae*, & ibi Syluest. *quaest. 2. Nauar. de oratione cap. 7. §. 4. Durand. lib. 3. de ritibus cap. 22. num. 5.* Panorm. & Canonista, *cap. licet de voto, & c. 1. de celebr. Miss.* quos & alios plures refert Suarez *dicto c. 17 num. & seqq. Azor. to. 1. lib. 10. cap. 6. quaest. 1. & 2.* qui omnes docent obligationem hanc recitādi in religiosis fundari in consuetudine praescripta. Idem tenet Villalobos *dict. difficult. 9. num. 4.* & quoad Moniales destinatas ad chorum docent Azor. dict. quaest. 1. Suarez suprà num. 2. & moderni communiter cum Turrecremata *in ca. Eleutherius dist. 91. initio, art. 10.* Villalob. supra num. 5. Asserit, ea recitandi obligatione ligari Moniales in choro, seu in communitate ex consuetudine, qua non existente (addit num. 7.) nec illas nec Fratres iuuenes sacris non initiatos apud alias religiones (excepta nostra) ad id priuatim non teneri; quia id nullibi in iure inuenitur praeceptū. Et quantum ad eiectos à religione, & ad triremes condemnatos, idem cum Auctore tenet Suarez vbi supra nu. 9. in fine.

23. Moniales gaudent omnib. priuilegijs, & facultatibus concessis Fratribus circa recitationem diuini Officij. Moniales autem Sanctae Clarae nescientes dicere Officium diuinum satisfaciunt dicendo officium Laicarum de iudicio Praelatorum, vel Abbatissae, vt habetur in Compendio Minorum ver. Moniales §. 3. Idem concessit Pius V. pro Fratribus clericis nōdum sacro ordine initiatis, qui si ob imperitiam nesciunt recitare Officium diuinū perfectè, & integrè, dum hoc iudicatū fuerit à suis superioribus, satisfaciunt suae obligationi, dicendo Officium Laicorum. Extat apud Bullarium inter viuae vòcis oracula Pij V. *ibid. art. 20. & tom. 3. quaest. 6. art. 6.* de quo Villalobos *d. difficul. 9. num. 6. Portel. virb. Horae Canonicae, num. 3.* Bul. orac. 1. & 19 Pij V.

24. Fratres, & Moniales possunt recitare de Sanctis, & alijs festiuitatibus suorum Ordinum à Sede Apostolica approbatis, vel approbandis, & in religione receptis, iuxta formā à Breuiario reformato praescriptam, omissis alijs sanctis, seu festis occurrentibus. Huic tamen priuilegio possunt priuatim renunciare, recitando de sanctis suorum Ordinum, secus in communi: quia nemini licet renunciare priuilegio tangenti ius publicum, seu ius tertij, scilicet Ordinis, cui concessum est, ibidem art. 21. ad quod in simili vide Suarez dict. lib. 4. cap. 28. num. 9 & dicenda infra num. 32.

N O T Æ.

25. De attentione requisita ad recitationem diuini Officij, de qua supr. nu. 2. luculenter satis agit Miran. supra dicta quaest. 37. art. 21. vbi post multa ibi

ibi congesta, tandē concludit concl. 9. Præceptum recitandi horas Canonicas sufficienter adimpleri ab eo, qui in initio orationis attendit ad id, quod agit, nec postea voluntariè, seu cōsultò se diuertit, aut attentionem interrumpit. Quæ sententia, inquit, est Diui Thom. 2. 2. *quæst. 83. art. 13. in corpore, & in solut. ad tertium, Soti li. 10. de iust. quæst. 5. art. 5. conclus. 7. Nauarr. libr. de orat. cap. 13 & seqq.* de concessione verò Leonis X. supra eodem num. 2. relata, circa defectus occurrentes in Officio diuino, tradit ipse Miranda suprà art. 12. nihil in ea vltra ius commune concedi, multum tamen conferre ad remouendos scrupulos, & pacandas conscientias Fratrum, vel etiam ad supplendam, seu tollendam obligationem supplendi sub pœna, saltem venialis peccati, defectus cōmissos, qui non excedunt culpam venialem. De quo etiam vide Nauar. *de oratione cap. 10. num. 84. & seqq. & cap. 9. à num. 18. Azor. tom. 1. instit. moralium lib. 10. cap. 12. quæst. 1. 2. & 3. Villalob. 1. p. summa tracti. 24. diffic. 15. num. 2. & seqq.*

Bul. ofif. 1. & 19. Pij V.

26. Ad quod etiam nota cum Sanchez lib. 1. decalogi capit. 33. num. 16. eum qui horam Canonicam inceptam intermisit animo iterum incipiendi, satisfacere postea continuando. Idq; extendit ad eum, qui ab initio habuit animum non satisfaciendi, sed totam horam repetendi, contra Azor. tom. 1. instit. moral. libro 10. cap. 8. quæst. 7. quia, inquit, intentio non satisfaciendi non impedit, quin verè præceptū impleatur, & sufficit quòd mutet propositum, & adiungat cætera. Atque ita tenet indistinctè Leonard. lib. 2. de iust. cap. 37. dub. 10. num. 59. Sancio adhæret Portel in addit. ad dubia verb. Horæ Canonicæ, num. 5. & tenet etiam Villalobos 1. part. summæ tractat. 24. diff. 15. num. 10.

27. Circa nu. 10. Dum ex Auctore resoluimus dispensatum, seu absolutum à recitatione Officij diuini ob infirmitatem, vel similem causam nō teneri ad aliquam partem horarum dicendam, etiam si commodè possit, nota quòd oppositum tenet Nau. de oratione cap. 116. num. 6. Sanchez tom. 3. de matrimon. lib. 9. disp. 35. numer. 4. Soto lib. 7. de iustit. quæst. 1. art. 3. quos refert, & sequitur Villalobos 1. par. summæ tract. 24. differ. 16. num. 5. Distinguit tamen cum Nauarro, Azor. d. lib. 10. cap. 13. quæst. 4. & Leonard. dicto cap. 37. dub. 9. num. 54. Nam si infirmus potest maiorem officij partem soluere, ad eam recitandam tenetur: si verò minorem partem tantùm, ad nihil obligatur, quia regulariter maior pars trahit ad se minorem, capit. 1. de his, quæ fiunt à maiore parte, l. quod maior pars, ff. ad municip. Vnde qui non valet dicere maiorem partem horarum, ab omnibus absoluitur, nec est adstringendus ad quamcunque dicendam, etiam si minima pars sit.

28. Sed hæc distinctio non placet Suario tom. 2. de relig. lib. 4. capit. 17. num. 24. eamque multis exemplis, & rationibus improbat, tādemque resoluit numero 27. non sibi videri, veram esse generalem regulam negatiuā pro omnibus casibus, & impedimentis, nēpè vt qui non potest maiorem partem, seu pensum totius officij soluere, ad nullam teneatur. Ac ideo ad modum infirmitatis impedientis recitare attēdendum esse iudicat. Nam si peculiariter impedit recitationem alicuius horæ Canonicæ ob difficultatem in ea dicenda, vt verbigratia in matutino propter debilitatem visus, & capitis, & illā difficultas in alijs horis non sentitur, sed commodè dici possunt, non censetur legitima excusatio quo ad eas horas, siuè illæ sint plures, siue pauciores. At verò si infirmitas pensum diuini Officij indefinitè impediat, vt est febris grauis, vel quid simile, tunc non est nimis religiosè, seu scrupulosè ea licentia restringenda, nec inquirendum, an infirmus valeat vnam, vel alteram horam dicere: excusatio enim illa ex se indefinita æquipollet vniuersali, & ita consuetudo optima legum interpres hanc legem interpretatur; & fortassis quia est valdè difficile in huiusmodi casibus attingere punctum in iudicando, quid possit homo facere, vel non facere sine graui in-

hi incommodo. Atque ideò satis esse censetur, officium sine notabili salutis incommodo dici non posse. Hæc Suarez. Per quod sententia nostri Auctoris magis illustratur, ac tēperatur, sicque temperandam fore existimo.

Tempera sent. Auct.

29. Ex quibus deducit Suarez sup. num.28. quòd clericus, vel religiosus quartana diuturna, vel leui tertiana laborans tenetur recitare horas in tēpore habili, quæ commodè dicere potuerit, ex Nauarr. dict. cap.11. nu.3. idque anteponendo, vel postponendo instante necessitate, dummodo antepositio non noceat notabiliter accelerando febris accessionem, quæ speratur: vel postpositio, & concursus omnium horarum in vnum tempus sit nimis grauis. Quod prudentis, & timorati iudicio prælati, si dubium adsit, relinquitur.

30. An autem cæcus habeat sufficientem excusationem non recitandi diuinum Officium? Ostendit ipse Suarez dicto cap.27. à num. 14. vbi varias sententias pro vtraque parte refert. Et pro negatiua, nempe quòd non excusetur adducit Nauar. *dicto cap.11. num.13.* Graffis *lib.2. decis. cap. 53. num. 4. Azor. tom.1. instit. moral. libr.10. cap.13. qu.4.* & pro parte affirmante, quòd excusetur à recitando Armilla, verbo, Horæ num.16. Tolet. *lib.2. instruct. capitul.14.* & tandem resoluit, quòd si memoriter, vel cum socio commodè potest recitare, ad id tenetur, si potest sine magna difficultate, vel sine magno sūptu iuxta personæ qualitatem socium habere: & in his duobus concordat cū Nauarro. Cum quo etiam addit, sacerdotem, qui pinguem præbendam possidet, & cum famulo, vel Capellano recitare solebat, cùm esset sanus, non excusari à recitando, eo quòd cæcus fiat, si ita facile id facere potest, ac antea faciebat. Quod quidem mihi multum placet.

31. De præbendato verò, vel beneficiato cæco resoluit ibidem Suar. nu. 15. si aliud impedimentū non habeat, non excusari à residentia, seu assistentia in choro; satisfaciet tamen dicēdo quod commodè potuerit; & tandem num.16. concludit, clericum nōn teneri propter defectum memoriæ dicere cum socio suo, & audire alienos versus: secus de beneficiario, qui culpabiliter abest à choro in tempore obligationis, & sine legitimo impedimento, qui quidem non excusatur à culpa graui, si neque in choro, neque extra chorum dicat officium, saltem illo modo, si aliter dicere non potest.

32. Si autem cæcus sit simul, & surdus solùm memoriter tenetur recitare quantum memoria iuuare potest, quia is non potest auxilio socij vti, vt patet manifestè. Secus si surdus tantū sit, & non cæcus, quia cùm per se solus possit legere, ac officium dicere, surditas sola nullam secum fert excusationis causam, siue seipsum dicentem audiat (quod fortasse ita semper contingit) siue non audiat: nam satis est, vt mente attendat, & aduertat quid, & quomodo dicat, præceptum enim non obligat per se ad audiendum, sed ad dicendum. Dixi, Surditas sola, quia si aliunde adsit legitimum impedimētum, nec solus dicere potest, non est obligandus ad recitādum cum socio, quem non potest audire. Quod procedit, etiam si clericus non sit omninò surdus, sed ita surdaster, vt non possit, nisi cum magna difficultate, & vociferatione socij audire. Ita Suarez suprà num. 17. Vbi adiungit num sequenti, surdum præbendatum non excusari ab assistentia chori, quamuis cæcus sit, quia tale beneficium obligat ad eam assistentiam principaliter, per accidēs verò est, quòd non possit percipere sensibus quæ aguntur, vel dicuntur.

33. Circa num. 23. dum resoluimus cum Auctore, non addictum Breuiario Romano extra chorum posse recitare iuxta Ritum Romanū absque prælati licentia, idem docet Caiet. verbo, Horæ. Sed Suarez dicto lib.4. cap. 23. numer. 9. oppositum tradit, nempe non licere vnicuique priuata auctoritate vti Breuiario Romano, relictō suo proprio, propter verba Pij Quinti posita in sua Bulla, ibi, si fortè hoc nostrum magis placeat, dūmodo Episcopus, & vniuersum Capitulum in eo

con-

consentiant, vt id in choro dicere, & psallere possint, permittimus. Idéque videtur innuere Azor. *tom.1.inst. moral.lib.10. cap.11.q.1.in fine.* Neque id probare particulam illam, in choro asserit Suarez, qua insinuari videtur ad vsum chori tantùm requiri consensum Episcopi, & capituli, non verò ad priuatam recitationem: quia, inquit, esto ex illis verbis immediatè non colligatur, esse necessarium talem consensum ad vsum priuatum, colligitur nihilominus mediatè: Nam Pius V. nil innouat in Ecclesijs exceptis in sua Bulla, nisi voluntariè ea innouatio, seu mutatio ab ipsis fiat, ac per consequens ibi relinquitur integrum, ac in sua vi ius commune: ius autem decernit vt in recitando singuli suam Matricem, vel Ordinem sequantur capit. de ijs, cap. placuit, dist.12. ergo, &c.

34. Sed hæc instantia nil vrget contra nos, nec nos mouere debet a sententia Auctoris deferenda. Nam in eo ca. de ijs, apertè fit sermo de recitatione Diuini Officij publica, quæ præcipitur ibi vniformiter seruari ab omnibus prouincijs, conformando se cùm sua Metropolitana sede, vt apertè deducitur ex illis verbis textus, ibi, cætera officia publica, &c. Vnde non est cur id ad priuatum vsum extendamus; fauores enim ampliari, odia conuenit restringi, ex regula iuris vulgata. Et ita tenet Portel. verbo. Horæ Canonicæ numero sexto post Caietanum loco suprà citato, & innuit Miranda *tomo 1. quæstio. 37. articulo 13.* vbi in simili resoluit, posse nos Minores extra conuentum recitare cum Monachis aliarum religionum per sua breuiaria virtute concessionis Innocentij Quarti, id indulgentis, quam non reuocari per Bullam Pij Quinti, ibi asserit, ergo meliùs poterit addictus alio Breuiario, Romano ritui priuatim se conformare. Quapropter Suarez dicto numero 9. in fine, quasi temperans suam sententiam, addit, quod non auderet peccati mortalis arguere eum, qui priuatim ita recitaret relicto sui breuiarij ritu proprio.

35. De obligatione recitandi horas Canonicas, quam habent beneficiati ratione beneficij Ecclesiastici, etiam si nullus alius titulus intercedat vide c. si quis presbyter, 92. dist. & Concilium Lateranense sub Leone X. sessione 9. in Bulla reformationis, sub titulo, reformatione Curiæ, §. statuimus vbi priuantur fructibus beneficiorum illi, qui Officium diuinum non dicunt, quam constitutionem confirmauit, & auxit Pius Quintus sua speciali constitutione 138. in Bulla. Rom. de qua agit Auctor *tom.1. summæ cap. 140. nu. 3.4. & sequentibus, & in addit. tom.3. cap. 194.* & latè tradit Suarez *tomo 2. de religione lib.4. de Horis Canonicis ca. 18. per totum, vbi nu. 7.* resoluit, ad multiplicationem beneficiorum non multiplicari obligationes recitandi Diuinum Officium. Idem docet Villalob. statim citandus *numer. 18. & capit. 19. numer. 4. & sequentibus.* idem Suarez tradit cum Caiet. *in summa, verbo, Hora, Soto lib.7. de iustit. quæst. 5. articul. 3.* Armilla, *verbo, Hora, num. 1.* titulum, & beneficium non sufficere ad obligationem recitandi pro eo tempore, quo nec recipiuntur fructus, nec expectantur. Idem docet Auctor *d. tom. 3. capit. 194. num. 6.* Villalobos *1. p. summæ tract. diff. 8. num. 2. & nu. 5.* id limitans Suarez adiungit, teneri ad recitandum eum, qui volens, ac sciens beneficium accipit, cuius fructus recipiat alter: secus verò si per illum non stat, & cum hac limitatione idem tenent Ledesma *in 4. p. 2. q. 16. art. 4. dub. 5. Arragon. 2.2. q. 83. art. 17. Corduba in summa quæ. 186.* quos refert, & sequitur Auctor. dicto cap. 194. num. 5. Villalobos supr. num. 11. vbi addit, teneri ad recitandum eum, qui recipit distributiones quotidianas, & potest sumi ex Syluestro, verbo, Hora, quæst. 2. dicto 2. tradit etiam idem Suarez num. 7. beneficium ante acquisitam possessionem nõ obligare ad recitandum Officium diuinum ratione solius tituli, nisi per beneficiarium stet habere illam. Idem apertè supponunt Maior. in 4. distinct. 12. quæstion. sexta ad 9. & ex professio docet Flaminius *lib. de resignat. benefic. quæst. 9. num. 15.* & iudicat pro-

probabile Azor. *lib. 10. instit. moral. c. 4. quaest. 7. tom. 1. & docet Auct. dict. nu. 6. in fine.*

36. An verò post titulum, & pacificam possessione beneficij statum quis teneatur recitare, licèt statim fructus non percipiat, dummodo speret percipere, ostendit Auctor vbi proximè num. 7. Villalob. supra num. 13. idem docet cum communi ferè omniũ DD. consensu Suarez suprà cap. 20. citans Nauar. Turrecrematam, Paludan. Cordubam, Syluestrum, Medinam, & Toletum *lib. 2. sua instruct. cap. 14. in fine.*

37. Beneficiarius non recitans post sex primos menses ex culpa sua, tenetur ad restitutionem fructuum, vt cum Nauar. *in summa cap. 25. num. 122. & de oratione cap. 7. num. 32.* tradit Auctor *dict. cap. 94. num. 8.* Secus si intrà dictos sex menses non recitet. Vbi in fine addit, non excusari à mortali qui scit recitare, & non recitat, & idem docet Villalobos suprà dicto tract. 24. diff. 17. numer. 4. de quo latè agunt Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 10. cap. 14. & q. 3. & 4.* Lessius *lib. 2. de iustit. cap. 34. dub. 32. num. 175. & seqq.* Suarez vbi suprà *cap. 38. num. 2. & sequentibus.*

38. Nouissimè sanctissimus Dominus, ac P. N. Vrbanus VIII. die 19. Iulij anno Domini 1627. concessit nostrę sacrę Religioni Seraphicę, & Religiosissimæ Societati Iesu, vt vnaquęque de suis possint facere officium, & Missam de 26. Fratribus apud Iapones illustri martyrio coronatis, cruci scilicet affixis, & lanceis transfossis pro fidei Catholicæ confessione, ac prædicatione, die sexta Februarij, anno 1597. quorum 23. pertinent ad nos Minores, & alij tres ad Societatem Iesu. Eorum verò nomina sunt. Primus B. F. Petrus Baptista Hispanus, Commissarius, ac Prædicator, natus apud Oppidum de San Esteuan in Episcopatu de Auila, & filius Cõuentus S. Andreæ de Arenas in Prouincia S. Iosephi. Secũdus, B. F. Martinus de Aguirre Prædicator Hispanus, natus in Oppido de Vergara, filius eiusdem Prouinciæ, & Conuentus S. Sebastiani de Auson. Tertius, B. F. Franciscus Blanco, Prædicator Hispanus, ortus apud Galleciam in Episcopatu Auriensi, & filius Prouinciæ S. Iacobi, & Conuentus S. Francisci de Villalpando. Quartus, B. F. Philippus de Iesus Clericus, seu iuuenis (sic vocantur qui apud nos adhuc presbyteri non sunt) natus Mexici in noua Hispania ex parentibus Hispanis, & de prouincia S. Gregorij Quintus, B. F. Gondisalus Garcia Laicus, natus apud Indiam Orientalẽ ex patre Hispano Lusitano, & de eadem Prouincia. Sextus, B. F. Franciscus de S. Michaele Laicus Hispanus, natus in Oppido de la Parrilla, in Episcopatu Vallisoletano, filius Prouinciæ Conceptionis, & conuentus S. Francisci Vallisoletani. Hi sex illustrissimi Martyres sunt religiosi minores. Alij septemdecim sunt Fratres tertiarij Iaponenses, duo nomine Pauli notantur, duo nomine Thomæ, Cosmas, Petrus, Michael, Mathias, Leo, Ioachim, Ioannes, Gabriel, Bonauentura, Ludouicus & Antonius, ambo pueri, vnus 12. alter 13. annorum ætatis, & tandem duo nomine Francisci insigniti. Ex Societate Iesu omnes tres sunt Fratres, & Iaponenses, Ioannes, Paulus, & Didacus.

39. Concessiones ad faciendũ officium de Beatis Paschali, Petro de Alcantara, Ioanne Capistrano, Iacobo à Marchia, Felice de Cantalitio ordinis Minorum, & de B. Elisabetha Regina Portugalliæ, Conrado, & Margarita de Cortona Ordinis Tertij de pœnitentia B. P. N. Francisci, vide infra resolut. 95. num. 8. per totum.

RESOLVTIO XXV.

De celebratione Missæ.

1 Missa dicitur à verbo Hebræo, & Chaldæo, Missach, quod oblatio-

lationem spontaneã significat, in qua panis, & vinum in corpus, & sanguinẽ Christi consecrantur, eaque sub eadẽ specie Deo Patri offeruntur. Potest inchoari, seu dici (omni secluso priuilegio) duabus horis ante Solis or-
Bul.orac. tum. Vnde priuilegia Pij I I. Sixti
4.Pij 2.p. I V. & Pij V. de quibus in Bullario
300. & inter viuæ vocis oracula, conceden-
orac. 14. tia nobis Minoribus facultatem cele-
Sixti 4.p. brandi vna hora ante auroram, vel an
513. & pr. te, & post horam statutam ab Eccle-
18. Pij V. sia, debent intelligi, & operari aliquid vltra ius commune, sicque licitum est Religiosis tribus horis ante ortum Solis Missam dicere, & totidem post meridiem rationabili occurrente causa illam finire, *tom. 1. quæst. 43. art.* *e.* & 2. de etymolog. verbi, Missa, vide D.Tho. *3. par. quæst. 83. art. 4. ad 9. Innocent. lib. 3. de myst. Missæ ca.* 12. D.Bonauent. *opusc. de myster. Missæ, Isidor. lib. 2. etymol. cap. 19.* Concil. Carthag. IV. cap. 64. Concil. Illarden. ca. 4. quos refert Villalobos *1. p. summa tractat. 8. difficult. 3. num.* 1. & de hora, qua potest celebrari, vide Suarez *tomo 3. disp.* 80. *sect.* 4. Ledesm. in summæ 1. part. titulo de Euchar. cap. 19. post 9 conclus. Miranda tomo 1. quæst. 40. art. 10. & 11. Portel. verb. Missa num. 3. & 4 Villalobos dicto tractat. 8. diff. 22. num. 5. & seq.

Pro quo nota, quòd Alexander VI.
Bull. bul. apud Bullarium concessit Monachis
13. Alc. 6. Sancti Benedicti in monasterio Beatæ de Monte Serrato, vt possit celebrare Missas in suo monasterio duabus horis immediate post mediam noctem, quod est magnum priuilegium.

2. Imò aliqui probabiliter tenent, quòd potest Missa inchoari infra horam post meridiem, dummodo vnius horæ tempus non excedatur, in aliquo casu necessitatis, quando scilicet, causa est legitima, & non regulariter, sed raro fiat, & hoc de iure communi omni secluso priuilegio. Quod alij vltrà extendunt ad horam tertiam post meridiem, in qua Missam inchoari posse dicta causa interueniente intrepidè affirmant, ibidem art 2. de quo Nauarr. *25. num. 85. & de orat. cap. 21. numer. 22. Durand. in 4 dist. 13. quæst. 2. Miranda dicta art. 11. Villalobos dict. diffic. 22. nu. 1. Portel. num. 4. & in addit. ad dubia, verbo Missa, nu. 6.*

Pro quo vide apud Bullarium viuæ Bul.orac.
vocis oraculum Leonis X. in quo con 54. Leon.
cedit, posse Fratres celebrare illico 10. p. 731.
post matutinum, & post meridiem, Bull. bul.
præsertim diebus, quando est de au- 11. Eug. 4
dienda Missa præceptum, & de via ve num. 6. &
niunt, & non possunt ante meridiem orac. 26.
applicare ad locum, vbi commodè pag. 252.
Missam audiant, aut honestè celebrẽt. Bull. 22.
Item Eugenius I V. apud idem Bulla- Greg. 13.
rium concessit, quòd Fratres possint num. 2.
celebrare Missam vsque ad nonam inclusiuè sine scrupulo conscientiæ. Pro quo extat etiam die Bulla Gregorij XIII. concedentis Patribus de Societate Iesu infra horam post meridiẽ celebrare itineris, vel alterius impedimenti causa de licentia Generalis. Vide Portel. dict. num. 3. Villalobos suprà nu. 6. & 10. Soto libr. 5. de iust. q. 5. art. 4.

3. Prouinciales, sicut & Episcopi possunt dispensare iure communi attento, vt causa legitima interueniente possint sibi subditi sacrum facere ante auroram, vel post meridiem, idemque possunt prælati inferiores in absentia superiorum. At ex indulto citato Leonis X. bene possunt Fratres, præsertim instante necessitate, celebrare post mediam noctem ante finitum matutinum in choro, vel etiam ipso matutino ab eis priuatim non recitato. Ita debet intelligi, & interpretari dictum priuilegium: nam secundum Soti opinionem probabilem, & receptam non obligat recitatio matutinalis ante Missæ celebrationem, præsertim instante necessitate, ibidem art. 3. de quo Soto in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 2. & lib. 10. de Iustitia quæst. 5. articul. 4. Nauarr. de oratione cap. 3. numer. 70. Suarez 3. par. disp. 82. sect. 1. quæstio. 5. colum. 1. pagin. 12. Idem docet P. Miranda dict. art. 10. concl 1. Portel. dic. num. 4. Villalobos dict. difficult. 22. numero 9.

An autem Missa possit dici extra Ecclesiam in altari portatili, vide su-

prà de altaribus nu. 4. & 5. vbi resoluuntur art. 4. & 5. dictæ quæst. 43.

Trid. sess. 22. decr. de obser. & euit. in missa.

4. Licèt Episcopi non obstante Cōcilio Tridentino habeant potestatem concedendi licentiam in casu necessitatis, vt in loco honesto extra Ecclesiam fiat sacrum per modum dispensationis, hæc tamen facultas, seu potestas non communicatur Prælatis regularibus habentibus iurisdictionē quasi Episcopalem, nullo priuilegio Apostolico eos patrocinante, quia hæc dispensatio est quid muneris Pontificalis, sicut & deputatio oratorij priuati ad Missam celebrandam ad quod non extenditur iurisdictio dictorum Prælatorum, ibid. art. 6. de quo Suar. vbi supra *disp. 81. sect. 2. & 4 p. 1216. col. 2. Miranda d. q. 40. art. 9. Nauar cap. 25. num. 82. Soto dist. 13. q. 2. art. 2. Sylu. verb. Missa 1. q. 5.* quos refert, *&* sequitur Villalob *supr. tract. 23. num. 2. & 3.*

Bull. bul. 22. Leo. 10 & bull. 7. Pij V. nu. 20. Ante Bullas Clem. 7. in eodē 4. in ordine. Trident. decreto de obser. & euit. in missa.

5. Audientes Missam in Festis, & Dominicis diebus apud Ecclesias regularium, satisfaciunt præcepto Ecclesiastico, ex concessione Leonis X. & declaratione Pij V. in quadam Bulla edita in fauorem religionum, de qua in Bullario, & tenet vsus, & generalis consuetudo totius Ecclesiæ, quod & confirmauit Clemens VIII. & refertur in eodem Bullario. Nec cogendi sunt sæculares ab Episcopis per censuras Ecclesiasticas, vt Missam audiāt in suis parochijs, Concilium enim Tridentinum non dicit, vt præcipiant, sed solùm, vt moneant, quod necessitatem non importat, nec Episcopi possunt hanc generalem consuetudinem tollere, nec Concilium eam tollit, tanquam iam toleratam, approbatam, & tam vtilē omnibus Christi fidelibus. Possunt tamen compelli regulares, vt in dieb. Dominicis, in Missa maiori annuncient populo festa, & ieiunia obseruāda in Hebdomada sub præcepto, ex mente dicti decreti Tridentini, & ita obseruari se vidisse testatur Auctor in Regno Portugalliæ, ibidem art. 7. De quo Suarez to. 3. disp. 88. sec. 2. in dub. circa secundam Missæ diuisionē. Azor. instit. moral. 1. p. lib. 7. cap. 6. q. 4. 5. & 6. Nauar. in sum. cap. 21. nu. 5. Barbosa in remiss. ad dictum decr. Trid. nu. 8. refert ex Zerola, sacram Cardinalium Congregationem censuisse, non posse Episcopum cogere populum multis & pœnis, etiam casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ ire ad audiendam Missam in parochia sua. Idem docent Azor. dict. q. 6. vbi addit non posse Episcopos statuto id præcipere. Portel. *in addit. ad dubia verb. Missa, num. 1. & 2.*

6. Missa votiua priuata potest dici in festis non duplicibus, idque nō debet fieri passim sine causa rationabili, putà quia data pitantia quis commendauit Missam de B. Maria, vel requiē. In duplicibus autem satisfacit Sacerdos dicendo de sancto, seu festo occurrente, vt ita se conformet missali, & communi vsui, quia ex opere operato non minus satisfactionis applicatur, suppleturque directa vis applicationis, ex deuotione sancti, vel festi, ibidem art. 8. Idem à fortiori in festis duplicibus fieri posse, docet Portel. in addit. supra nu. 7. post Suar. *to. 1. de Euchar. disp. 83. sect. 3. concl. 1. §. in quo est,* vbi concludit, regulariter loquendo optimum consilium esse non prætermittere, etiam in hoc, missalis ordinē absq; rationabili causa, ex Sylu. verb. *Missa, q. 1. a. 7. 8. & 10. Soto d. st. 13. q. 2. a. 1. in fine, Villalob. d. tract. 8. diff. 31. n. 5.* addit hoc esse verum, & debere intelligi in diebus ordinarijs, & non solemnibus.

7. Fratres minores post Bullā Pij V. positam in principio missalis non possunt vti priuilegio Clementis VII. concedentis, vt pro missa passionis commendata, liceat eis missam dicere de Cruce, vel de quinque plagis, dicēdo loco Euangelij, aut in fine missæ passionem secundùm Ioannem, quia id est contra ritum, & ordinem missalis reformari, quem fratres absque rationabili causa non possunt prætermittere. Aliæ tamen religiones non addictæ missali Romano, rectè eo priuilegio vti possunt, ibid. a. 9. idem docet Portel. *in dubijs d. verb. Missa, n. 11.*

8. Sacerdos, cui commendatæ sunt missæ de s. Gregorio pro aliquo defuncto,

functo, satisfacit dicẽdo triginta missas de festis, & Dominicis occurrentibus, eas applicando pro tali intentione: quia id non minus prodest defuncto, & recompensatur fructus, & vtilitas directæ applicationis per suffragium sancti imploratum in missa, vel per deuotionem maiorem celebrantis, seu offerentis. Nec continuatio missarum dicendarum per triginta dies continuos absque interruptione adeò obligat, quin prætermitti queat, nam debet interpretari, vt quanto frequentiùs fieri possit, dicatur, salua sem per decentia, deuotione, ac debita reuerentia tanti sacramenti. Tandem quia dicere missam de requiem, vel facere collectas pro defunctis in die resurrectionis Domini, vel in alijs solemnitatibus indecens videtur, & contra consuetudinem Ecclesiæ, & ritum missalis reformati Pij V. qui omninò abstulit vsum cæterorum missalium, ibidem art. 10 de quo Alcozer in summa cap. 14 fol. 45. Cirnelo de superst. 3. p. c. 11. quos refert Sanchez lib. 2. decal. c. 40. nu. 40. & 41. vbi damnat dictam continuationem missarum per 30. dies, si superstitiosè fiat, & addit, ortum habuisse a D. Gregorio qui faciebat triginta diebus orare pro defunctis.

9. In festo duplici Sabbatho occurrente potest dici missa de Domina nostra iuxta morem antiquum ex deuotione introductum, qui iuri derogat, sicut etiam licet celebrare de defunctis in feria secunda ob institutionem seu fundationem alicuius capellæ. Nec obstat regula seu rubrica missalis reformati, quia ibi tantùm præcipitur, quòd missa principalis in duplici, vel semiduplici non fiat, nisi de festo diei, vnde non vetat, quin missa priuata fiat de defunctis, vel votiua de B. Maria, ibid. art. 11. Ad quod vide Portel supra d. num. 7.

10. In Quadragesima, Aduentu, & vigilijs Ecclesiæ collegiatæ tenentur dicere duas missas, vnam de feria, & alteram de Sancto, seu festo occurrente, vt præcipitur in missali reformato, hoc tamen ad Ecclesias Regularium non extenditur: quia in onerosis nominè Ecclesiæ collegiatæ non venit monasterium, vt declaratum est in cæremoniali Ordinis minorum edito auctoritate Congregationis generalis Toletanæ. Circa quod est quoddam priuilegium Martini V. pro Ordine S. Hieronymi apud Compendiũ mendicantiũ, titulo, missa quemadmodum §. 17. per quod possunt Fratres in dictis diebus, vbi non est tantus numerus Fratrum, dicere missam de feria cum commemoratione festi occurrentis, qui non sit duplex quo possunt vti mendicantes, ibidem art. 12. Idem docet Villalob. supra diff. 19. num. 4.

11. Episcopis, Abbatibus, & Generalibus Ordinum datur facultas in Cõcilio Tridentino reducendi magnum numerum missarum ad minorem numerum, quando illis non potest satisfieri pro singulis diebus iuxta præscriptum testatorum, vel quando adeò tenuis pitantia pro illis celebrandĩs assignata, vel relicta est, vt non facilè inueniatur, qui huic oneri, seu muneri velit se subijcere, Super quo Conciliũ onerat dictorum prælatorum conscientiam, vt re diligenter inspecta statuat circa hoc quidquid magis ad honorẽ, & cultum Dei, Ecclesiarumque vtilitatem viderint expedire, ita tamen, vt eorum semper commemoratio defunctorum fiat, qui pro suarum animarũ salute legata reliquerunt. Circa quod aduerte, quod declaratum fuit à Congregatione Cardinalium, hoc tantum intelligi de onere missarum ante Concilium imposito, non verò de futuro, teste Parassel. in tract. priuil. fol. 232. Trid. dict. sess. 25. c. 4. de ref.

Item Episcopus, etiam absque Synodo exercere hanc potestatem valet, vt recentiores consulti subscripsẽrunt. Aduertant tamen dicti prælati, quòd loco missarum detractarum debent præcipere fieri in sacrificijs speciales applicationes, commemorationes, seu collectas pro defunctis benefactoribus, ne omninò defraudati maneãt, vt fieri in simili præcepit Leo X. in quadam Bulla Fratribus minoribus, in qua eos, & moniales Sanctæ Claræ degentes in conuentib. reformatis ob- Bull. Bul. 9. Leo X.

seruantiæ exemit ab onere Missarum per Fratres Cõuentuales receptarum, dummodo tam in cõmunibus officijs, quàm in priuatis orationibus, & in extraordinarijs Missis, & suffragijs solitis fieri in ordine pro benefactoribus, fiat specialis memoria illorum, qui talia anniuersaria reliquerunt. Ita habetur in Bullario, ibidem artic. 13. De quo Henriquez 2. *tom. libro 9. de Missa cap. 22. num. 6. littera p. Nauar. cap. 25. num. 138. qui addit lib. 5. consil. tit. de priuilegijs consil. 3.* posse fieri dictam reductionem Missarum non solùm pro præteritis ante Concilium, sed etiam pro futuris Missis. Ita refert Portel. verb. Missa num. 1. & 2. vide Villalob. *1. p. sum. tract. 8. diff. 15. num. 3.*

12. Fratres, & Moniales ex eleemosynas viuentes tenentur dicere, vel celebrare facere Missam conuentualẽ maiorem quotidie pro benefactoribus viuis, & defunctis, si commodè fieri potest, vel non adest impedimentum, aut causa rationabilis eam non dicendi pro tali intentione, putà si vna tantùm Missa esset in die festo, & occurreret defunctus, pro quo necessariò celebrandum esset de Requiem. Secus si non viuunt ex eleemosynis, sed ex suis redditibus, quia tunc ad id non adstringuntur, *ibidem art. 14. & to. 3 q. 7. art. 7. & 8. & in addit. sum. tom 4. cap. 51. num. 21.* Idem docet Portel. suprà in dubijs num. 7.

13. Religiosi non possunt dicere hymnum Angelicũ, seu Gloria in excelsis, nisi in Missis votiuis B. Mariæ, & Angelorum, vel pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa iuxta formam, & ritum missalis reformati, nec quantum ad hoc priuilegijs Apostolicis vti licet ibidem, articul. 15. de quo Suarez *tom. de Euchar. disp. 83. sect. 1. conclus. 2. §. 4. additur in fine*, vbi ex Damaso refert, huius hymni consuetudinem cœpisse à Telesphoro Papa: alij verò ab Apostolis fuisse cõpositum, teste Clemente lib 7. constit. cap. 47. & 48.

14. Symbolum Apostolorum, seu Credo, dici potest à Regularibus in Missis festorum principalium suorum Ordinum, & per eorum octauas, apud Ecclesias tamen ipsorum Ordinũ tantùm, vt constat ex Rubrica Missalis reformati Romani. In Missis autem votiuis B. Mariæ, quę in omnibus Sabbatis non impeditis solent ex antiqua deuotione solemniter celebrari primo mane apud aliquas Religiones, probabile est posse dici Credo, licèt contrarium sit probabilius, loquendo secundùm rigorem, ibidem art. 16. de quo Suarez *d. sect. 2. conclus. 2. §. 10. post Euangelium.*

15. Leo X. apud Compendiũ verb. Missa §. 14. concessit Fratribus Minoribus, vt vnam tantùm Missam dicentes possint satisfacere pluribus commendatis, si eleemosyna æquiualens vni Iulio, seu Regali, pro qualibet Missa non elargitur. Nec hæc concessio est inualida, cùm Papa dispenset ex causa rationabili, scilicet quando stipendium est valde tenue, & minutum. Imò omni excluso priuilegio, si stipẽdium Missæ lege, aut consuetudine taxatum est ad certam quantitatem, & commendans Missas non soluit tale pretium taxatum, sed diminutum, licebit pauciores Missas dicere accipiẽdo plures pitantias vsque ad quantitatem stipendij taxati, nisi expressè acceptentur Missæ cum illis stipendijs diminutis, quæ aliàs non commendarentur, tunc enim acceptans tenetur tot dicere Missas, quot commendatæ sunt ratione pacti, per quod iuri suo cedere, & consentire videtur. Si autẽ tale stipendium Missæ non est lege, vel consuetudine taxatum, non licebit pro vna Missa plura stipendia accipere vsque ad quantitatem sufficientem pro sustentatione Religiosi, aut Sacerdotis ad vnum diem, loquendo iuxta metas iuris communis, ibid. art. 17. de quo vide Soto lib. 9. de iust. q. 6. art. 1. ad 2. Nauar. c. 25. nu. 106. Cord. l. 1. quæstionarij q. 4. dub. 2. Suar. tom. 3. disp. 86. sect. 2. Villalob. 1. p. sum. trac. 8. diff. 15. à nu. 1. Portel. tamẽ d. verbo, Missa, nu. 6. asserit cauendum omninò esse à dicta concessionis Leo. X. quia non est, nec vnquam fuit in vsu, vt aduertit collector Minorum in compen. verb. miss. §. 4.

16. Iu-

Bull. Bul. 28. Julij a 16. Iulius II. concessit Generali Minimorum, quòd reperiens in Conventibus copiosum numerum Missarum, quæ per Fratres non possint celebrari iuxta obligationem per eos factam, possit dispensare, vt dicendo in vnaquaque Missa nouem collectas satisfaciant pro nouem Missis, & septē collectas pro septem Missis, & sic de cæteris descendendo. Pro quo aduerte, quòd licèt Pontifex assignet causā ad hoc concedēdum, quia, scilicet, per alia operā satisfactoria ordinis, vt per ieiunia, vigilias, disciplinas, suffragia, orationes, & sacrificia satisfit benefactoribus Missas commendantibus, à tali tamen concessione abstinendum esse omninò iudico, maximè apud nos Minores, vbi non est in vsu, imò nunquam apud alios vsu receptam fuisse, saltē in nostra Hispania, affirmat Portel. *in addit. ad dubia Regularia, verbo, Missa, num. 8.* Trid. sess. 23. ca. 16. de refor.

17. Peregrini, aut ignoti Sacerdotes non debent facilè admitti ad celebrandum sine litteris dimissorijs sui prælati, ex decreto Concilij Tridentini. Religiosi autem peregrini sufficit, quòd ostendant suorum prælatorum licentias ad iter peragendum, nisi ita sint cogniti, vt de eis nullus omnino suspicioni, aut dubitationi locus relinquatur, vt in simili præcipit fieri Sixtus V. in quadam sua constitutione contra prælatos Regulares admittentes Fratres hospites sine licentia suorū prælatorum, *ibidem art. 18. & tom. 2. qu. 121. art. 1.* de quo Nau. *cap. 27. n. 153 & lib. 3. consil. t. s. de celeb. Missæ, consil. 5.*

18. Presbyteri sæculares possunt celebrare Missas, & exequias in Ecclesiis Regularium, & debent libenter ad id admitti à Religiosis, vt contra Clementem V. decreuit Leo X. in Concilio Lateranensi, de quo apud Bullariū. Sed Eugenius IV. statuit, quòd nō debent ad id cogi inuiti. Prælati autem Ecclesiarum sæcularium, aut alij quicunque non possunt impedire Religiosos in suis Missis, vel alia diuina Officia celebrare volentes, ac oblationes & alia ad eorum altaria peruenientia liberè, & integraliter recipere, sub excommunicatione ipso facto incurrē da, ex concessione Bonifacij IX. pro Prædicatoribus. Quod & videtur confirmare Leo X. pro Minoribus apud Bullarium, & Bonifacius VIII. pro Cistercieñsibus, vbi declarat, quòd prælati Ecclesiarum celebrantes in eorū monasterijs oblationes nullatenus sibi vsurpare præsumant, sed eas eisdem monasterijs demittant, tom. 3. q. 4. art. 1. vide Portel. in addit. ad num. 3. Bull. bul. 45. Leo 10. nu. 3. Bull. Bul. 7. Eugen. Bull. bul. 32. Leo 10. & Iul. 9. Bonif. 8 & Bull. 8. Eugen. 4. num. 23.

19. Leo X. concessit Minorib. apud Compendium, verbo, Missa 3. §. 13. quòd quando illis commendantur Missæ dictæ vulgo, de reuelatione, de S. Amatore, & de consolatione, cum certis candelis, vel aliæ similes, vel quòd non discontinuentur, possint illas Missas dicere, ad quas magis dispositi fuerint, maximè si sint de Officio diei, quibus satisfaciunt, nec ad tali modo commendatas tenētur, cùm id videatur sonare superstitionem. Vnde cessante superstitione debent Missæ celebrari, pro vt sunt recommendatæ, & acceptatæ, tam respectu Officij, quàm loci temporis, & candelarum Concessio namque præfata Papæ solùm loquitur de Missis, in quibus deprehenditur aliqua superstitio, quod est conforme decreto Tridentini, quo præcipitur, vt talis certus numerus candelarum in Missa, qui magis à superstitioso cultu, quā à vera religione est inuentus, omninò ab Ecclesia remoueantur, Auctor ibidem art. 2. de quo vide Sanchez, & alios relatos supra numer. 8. & Portel. *verb. Missa, num. 9. Villalobos 1. par. sum. tract. 8. diff. 31. num 6.* Trid. sess. 22. decreto de eitan. & obser. in Miss.

Pius V. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula concessit Minoritis, vt Missas, & eleemosynas vni loco cōmēdatas, vel aliquib. Fratrib. liceat prælatis commendare alijs Fratrib. et aliorū Ordinum, vel clericis sæcularib. nisi expressè oppositum dixerint dantes, seu commendantes. De quo Portel. in addit. ad dubia num. 5.

20. Sacerdos relinquens Missam inceptam non incurrit excommunicationem, debet tamen ad tempus suspendi à celebrando, iuxta mensuram delicti, & ad arbitrium prælati, capit. Bullar. orac. 26. Leo. 10.

nullus Episcopus, de consecrat. dist. 1. vbi verbum, sit suspensus, denotare videtur suspensionem non iure imponendam, ibidem art. 3. de quo Nauarr. de oratione miscell. 83. & cap. 25. num. 75. D. Tho. 3. par. quæst. 83. articul. 6. ad 2. Salzedo in pract. crim. cap. 45. pag. 125. Villalob. vbi proximè num. 8. qui num. 9. addit Nauarro, & Ledes. posse iterū repeti Missam inceptam, accedentib. de nouo multis, quibus non superest alia Missa audienda in festo, siquidem in isto casu possunt duæ Missæ celebrati, teste eodem Villalobos suprà diff. 21. num. 8.

Bullar. orac. 63. Leo X. Leo X. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula concessit, quòd quando Moniales S. Claræ grauiter infirmantur, & non possunt venire ad cratem ad audiendas Missas, possit illo tempore confessor earum, vel prælatus introire clausuram ad celebrandum, dummodo ad nulla alia loca, quàm ad altare diuertat, nec moretur, nisi tanto tēpore, quanto indiget ad celebrandum, nec loquatur, nisi quantum opus est in Missa.

21. Quidam testator elegit sepulturam apud quandam Ecclesiam Regularem, v. g. Fratrum Prædicatorum, & præcipit pro anima sua celebrari certum numerum Missarum, non declarando vbi essent dicendæ, in dubio sunt celebrandæ in Ecclesia in qua elegit sepeliri, & est sepultus, cùm ibi domicilium eligere videatur, nam etiam legatum pium relictum incertæ Ecclesiæ debetur Ecclesiæ loci, vbi defunctus habebat domicilium, vt habetur in Authentica de Eccles. tit. §. si quis autem in nomine Domini, Aulio. in Addit. summa, to. 4. cap. 51. num. 3. Idem docet Portel. dicto verbo, Missa, num. 13.

22. In Sabbato Sancto potest dici Missa priuata postquam in Missa Maiori dictum fuerit, Gloria in excelsis Deo, siquidem in Missali reformato ponitur Missa pro illo die, & non præcipitur, quòd vna tantùm solemnis dicatur, ibidem nu. 20. idem docet Portel. dicto verbo, Missa num. 11. Sed Villalobos suprà, diff. 20. num. 3. & 4. oppositum docet, idque expressè haberi cap. Sabbato de consecra. dist. vbi expressè dicitur, ex traditione Ecclesiæ illo biduo sepulturæ Christi Domini sacramenta penitus non celebrari, exēplo Apostolorum. Ad quod dic, quòd eo ipso, quòd illa antiqua prohibitio abrogata est quoad solemne officium Resurrectionis Dominicæ illo die celebrari iam solitum ab Ecclesia, cessasse etiam pro eodem tempore quoad omnia sacrificia, & ideò per se licere, secluso scandalo. Cui sententiæ ante Auctorem adhæret Soto dict. 13. quæst. 2. art. 2. & satis probabilem, & in praxi securam dicit Suarez sup. disput. 80. sect. 2. in fine.

23. Promittens vnam Missam pro aliquo liberaliter dicturum non peccat mortaliter id non faciens, quia dānum proueniens ex Missa non dicta, licèt sit spirituale, non est notabile respectu personæ, cui promissio facta est liberalis. Secus quādo quis vouet Deo se dicturū vnam Missam, quia tunc facit cōtra votum, & promissum factum Deo, ibidem cap. 107. num. 4. De quo Sanchez lib. 1. de sponsal. disp. 5. dub. 3. num. 24. & 25. quem refert cum Auctore, & sequitur Portel. supra num. 10.

24. In Canone Missæ religiosi non debēt nominare suum generalem, sed Episcopum Diœcesis, in qua sunt, & contra facientes peccant mortaliter, vt fuit declaratum Romæ per sacram Congregationem Cardinalium ad instantiam Nuntij Apostolici Hispaniæ ibidem dicto 4. cap. 51. num. 13. Vbi aduertit Auctor, quod ignoranter facientes excusatur à peccato mortali. Hoc tamen non obstante existimo, talem declarationem Cardinalium non obligare, quia nec proponitur authetica, nec fuit sufficienter promulgata, vel Religiosis à superioribus intimata, quod necessariū omninò esse nemo est, qui dubitet. De quo Portel. verb. Missa, num. vltimo.

De censuris, & cessatione à diuinis vide, infrà de excommunicatione, Interdicto, & Suspensione.

De citatione vide infrà de Correctione Fratrum, quoad citationem.

AD-

ADDITIO.

25. De Missæ sacrificio illa solùm, quæ ad nostrum institutũ pertinebant, tractauimus; reliqua de hac materia petenda ab Henriquez *lib. 9. summæ, per totum, Azor. moral. 1. tom. lib. 10. cap. 18. & seqq. Couar. lib. 4. variarum capit. 22. Vasquez ad 3. par. D. Tho. to. 3. disp. 220. Reginal. in praxi lib. 29. à num. 143. vtiliter Barbosa tract. de offi. & potestat. Episcopi 2. p. allegat. 24. per totum*, quem consule circa quæstiones plures hac de re, & nouissimè in collectaneis ad decretales in rubric. de celebratione Missarum à num. 3. adducens sacram Congregationem Concilij S. D. N. Vrbani VIII. auctoritate sub die 26. Iunij, anno 1625. Vbi in hæc verba sanctè, & piè inter declarationes de celebratione Missarum censuit.

26. *Deinde vbi pro pluribus missis etiam eiusdem qualitatis celebrandis plura stipendia quantumcunque incongrua, & exigua, siue ab vna, siue à pluribus personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum sacerdotibus, Ecclesiis, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Monasterijs, Conuentibus, domibus, ac locis pijs quibuscunque tam sæcularibus, quàm Regularibus, sacra Congregatio sub obtestatione Diuini iudicij mandat, ac præcipit vt absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributa eleemosynæ præscriptæ fuerint, ita vt alioquin ij, ad quos pertinent, suæ obligationi non satisfaciant, quinimò grauiter peccent, & ad restitutionem teneantur. Id verò, vt deinceps obseruetur exactius sacra Congregatio eadem auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusuis personis, Ecclesiis, ac locis pijs, tam sæcularibus, quàm Regularibus cuiuscunque Ordinis, Congregationis, & Instituti, quamcunque ob causam concessa, quibus indulgetur, vt certarũ missarum, vel anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, pluribus missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat. Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia remouere volens prohibet sacerdoti, qui missam suscepit celebrandam cũ certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat.*

27. *Quo decreto attento cessant hodie pleraque, quæ Doctores Neoterici probabant de his tribus quæstionibus tractantes, & quæ nos diximus hac resolut. num. 15. & 16. nondum viso hoc decreto.*

RESOLVTIO XXVI.

De clausula Monialium.

1 CLausura Monialium iure humano indicta fuit diuersis temporibus. In Concilio Carthaginẽsi I. sub Syluestro, & Marco anno Domini 330. primum hæc clausula fuit commendata, postea autem anno 397. in Concilio Carthaginensi III. circa tẽpora Siricij Papæ idem fuit ordinatũ, deinde à Bonifacio VIII. in cap. periculoso, de statu Regul. lib. 6. circa annum 1299. idipsum strictiùs præceptũ fuit, cuius constitutio licèt recepta pro tunc non fuerit, tandem nunc per Concilium Tridentinum fuit innouata, & à Pio V. & Gregorio XIII. strictiùs confirmata, & ampliata. Quod autem Ecclesia habeat potestatẽ præcipiendi huiusmodi clausuram etiam his, quibus regulam illam non indicit, nemini dubium esse potest, hoc enim conducit ad regulæ, & castitatis, Trid. sess. 25. de reg. c. 4. & 5.

 sal-

saltem indirectam, commodioremque obseruantiam, tom. 2. quæst. 44. artic. 1. De quo vide Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 15. numer. 2. & sequentibus & cap. 2. numero 42.*

2. Hoc præceptum clausuræ imponitur omnibus prorsus Monialibus cuiuscunque regulæ, Ordinis, ac nominis fuerint, etiam sub gubernio quarumcunque Militiarum viuentibus, vel etiam si clausuram non vouerint, vel habeant priuilegia in fundatione obtenta ad eam non seruandam, aut habeant immemorialem consuetudinem in oppositum, vt habetur in eodē Concilio Tridentino, idemque obseruari præcipitur à Pio V. & Gregorio XIII. per suas cōstitutiones declarantibus, & extendentibus hoc ad quascunque Moniales, etiam Tertiarias in Congregatione viuentes, & votum solemne Religionis emittentes, ibidem art. 2. & 3. Idem docent Nauarr. *comment. 4. numer. 45. vers. vltimo nota, de Regularibus, Azor tom. 1. instit. moralium lib. 13. cap. 8. q. 1. §. ex his plane, & §. item quærebatur*, quos cum nostro Auctore refert & sequitur Sanchez dict. cap. 15. num. 10. vsque ad 13. vbi numer. 14. resoluit cum eodem nostro Auctore, mulieres in congregatione viuentes cum votis simplicibus ad clausuram non teneri, sed hortandæ sunt vt solemniter profiteantur, & ex tunc ad eam seruandam tenebuntur: secus non licet eis aliquam in suam congregationem admittere, ex constitutione Pij V. & idem dicit de oblatis (vulgò Donadas) & de nouitijs Monialium num. 15. & 16. & trad. t Auctor dict. art. 3. & art. vltimo in fine. Idem tradit quoad Tertiarias, & Militares Miranda de Monialibus quæst. 1. art. 3. vbi art. 4. concl. 6. docet, nō teneri ad clausuram Moniales professas sub conditione non seruandi clausuram, quem refert & sequitur Portel *verb. clausura Monialiū n. 1.*

Trid. sess. 25. de reg. c. 2. 5.

Firmatur doctrina Auctoris.

Bullar. Bulla 6. Pij 5. & Bull. 40. & 41. Gregor. 13.

3. In Ordine Sanctæ Claræ sunt duplicis generis conuersæ seruitrices. Aliæ quæ tria vota essentialia, & clausuram, sicut aliæ Moniales vouent, & hæ ad illam tenentur. Aliæ sunt seruitrices, quæ duo tantùm vota obedientiæ, & castitatis emittunt, quæ vocantur Donatæ, & in domibus contiguis monasteriorum viuunt pro colligendis eleemosynis, & hæ ad clausuram non tenentur, imò nec in illam intromitti possunt, aut ad professionem admitti, ex præcepto Pij V. declarato per Gregorium XIII. quorum constitutiones ita debent intelligi, & habentur in Bullario, ibidem. art. 4. De quo Nau. in c. statuimus num. 44. & 56. l. 3. consil. 81. & 82. n. 2. de regul. in 1. edit. Graffis 1. decis. l. 4. c. 23. nu. 17. quos cū nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez dict. nu. 15. vsque ad 58. vbi agit de ijs seruitricibus, Miranda dict. q. 1. art. 5. Portel suprà n. 2. idem Sanchez *dicto cap. 15. num. 54.*

4. Iure communi in dict. cap. periculoso, prohibetur omnibus frequēs accessus sine rationabili, & manifesta causa ad monasteria Monialium. Huiusmodi tamen accessus non prohibetur Fratribus Minoribus ex vi suæ regulæ, sed ex præcepto Apostolico non innouato in Concilio Tridentino. Vnde tantùm obligat ad culpam venialē, si fiat sine causa, & absque licentia prælati, nisi adsit huius legis inuincibilis ignorantia, qualem ferè omnes habent, videntibus, & dissimulantibus prælatis, tunc enim omninò à peccato excusat, ibidem quæst. 45. art. 2. & 4. De quo latè, & egregiè Sanchez *libr. 6. citato cap. 16. à num. 105.*

Pro quo nota Gregorium IX declarasse apud Bullarium nomine monasterij Monialium, ad quod ingressus Fratribus est in regula prohibitus, intelligi claustrum, domos, & officinas interiores Conuentus, non verò alia loca exteriora, ad quæ sæculares accedunt, nam ad ea etiam Fratribus accedere licet eleemosynæ petendæ, vel prædicationis causa. Ad quod vide Sāchez vbi suprà num. 112.

Bullar. Bull. 4. Greg. 9. nu. 9.

5. Prouinciales, & alij Prælati inferiores, vt Guardiani possunt licentiare Fratres ad accedendum ad monasteria Monialium, stando in opinione eorum, qui dicunt, præceptum Apostolicum Nicolai III. & Benedicti XII quo Fratribus Minoribus huiusmodi ac-

Bullar. Bull. 17. Leo. X.

ceffus inhibetur, non esse reuocatum per Sixtum IV. cùm ipse Sixtus, & Alexander VI. id concedant prælatis, scilicet, vt de licētia ipsorum Fratres accedāt ad monasteria Monialium ad loca, ad quæ sæculares accedunt, non solum pro petenda eleemosyna, & causa prædicandi, vel celebrandi, sed etiam pro alijs licitis, & honestis, in quo non est nimis scrupulizandum seclusa fraude, circa quod seruanda sunt statuta Ordinis, vt decernit Leo X. apud Bullarium. Prælati autem sicut suos subditos possunt ad hoc licentiare, ita & se ipsos, ibidem artic. 5. 6. & 7. De quo Nauarr. *comment. 4. nu. 51. de Regularib.* Sanchez suprà *num. 112. & 114.*

6. Non est prohibitum iure communi mittere epistolas ad Moniales. At Romæ promulgatum est edictum, ne quis scribat, alicui monachæ inclusæ vel eam alloquatur sine licentia vicarij Papæ, aut Protectoris Ordinis, sub pœna quingentorum ducatorum, aut alia arbitraria, exceptis deferentibus eleemosynam, vel operantibus, seu laborantibus in ipsis monasterijs, qui solam Abbatissam, & Vicariam poterunt alloqui. Hoc tamen ad alias non extēditur Prouincias, ibid. art. 3. De quo Nauarr. *in cap. statuimus, & lib. 5. consil. 60. de sentent. excommunic. in 1. edit. & consil. 19. in 2.* Sanchez suprà *num. 116. & 117.*

Posito autem præcepto Papali, vel statuto Ordinis sub excommunicatione latæ sententiæ, ne Fratres scribant ad Moniales, contra facientes non ligantur, nisi litteræ ad manus illius, ad quem missæ sunt perueniant, quidquid sit de peccato contra obedientiam, ibidem. Idem docent citato Nauarro vbi proximè Sanchez *dict. num. 117.*

Trident. d. cap. 5. de regul. 7. Prohibitus est omnibus ingressus in clausuram Monialium in Conc. Trident. sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, omnibus, inquam, habentibus vsum rationis, seu ætatem ad peccandum. Vnde pueri adhuc discretione carentes non prohibētur intromitti, non tamen puberes fatui, quia licèt peccare non possint, ad peccatum tamen incitare valent. Nomine autem clausuræ monasteriorum, ad quam prohibetur huiusmodi ingressus, veniunt claustra, domus, & officinæ interiores tantùm, vt constat ex declaratione, & definitione sex Romanorū Pontificum super præcepto Regulæ Fratrum Minorum, ne ingrediantur monasteria Monachorum. Item habitaculum, seu cubiculum, quod extat inter ostium clausuræ, seu portam Regularem, & claustrum, vt declarauit sacra Congregatio tēpore Clementis VIII. ad instantiam Episcopi Salmantini, & habetur in Bullario tom. 1. quæst. 46. art. 1. De quo Sanchez latè, ac egregiè *lib. 6. decalogi cap. 16. num. 1. vsque ad 8. Henriquez lib. 4. de pœnit. cap. 5. num. 2. in comment. littera M & lib. 13. de excommunicat. cap. 43. nu. 3. in comment. littera S. Azor tom. 1. inst. moral. l. 13. ca. 8. quæst. 5. Bianus in methodo curat. in append. posito in fine* §. 8. & quid nomine clausuræ intelligatur, ostendit idem Sanchez *eodem lib. 6. cap. 15. vsque ad 9. & eo cap. 16. num. 11.* Bullar. p. 1299.

8. Duo copulatiuè requiruntur ad licitè ingrediendum clausuram Monialium ex dicto Concil. Trident. Primò causa moraliter necessaria regulanda arbitrio prælati, non verò Logica, vel Metaphysica. Secundum superioris licentia in scriptis obtenta. Quod idem à Pio V. & Gregorio XIII. in suis Constitutionibus suprà citatis definitum extat. Superior autem potens facere hanc licentiam est quidem Episcopus pro monasterijs sibi, vel immediatè Sedi Apostolicæ subiectis, auctoritate eiusdem Sedis, aut Prælatus Regularis pro sibi subditis, ī quib. nec requiritur, nec sufficit Episcopi licentia, sed tantùm proprij superioris Regularis, cui Monasterium est subiectum. Licentia verò in scriptis non requiritur semper in casibus ordinarijs, puta quoad medicos, chirurgos, carpentarios, cæmentarios, & alios similes operarios, quorum opera passim egent Moniales, sed pro his licet Abbatissis dare licentiam ex præsumpta interpretatiua voluntate superioris: vel ad maiorem cautelam superior hanc generalem facultatem po-

post in scriptis committere Abbatissis, vel Monialium Confessarijs, seu Vicarijs, pro præfatis, & similibus casibus, ibidem art. 2. 4. & 12. De quo Nauarr. *in cap. statuimus 19. q. 3. num. 60. Azor. instit. moral. 1. par. lib. 13. c. 8. qu. 6. & 8. & alij relati à Barbosa in remiss. ad Trident. dict. sess. 25. cap. 5. de regul. num. 9. Villalobos 2. p. Summæ tract. 35. difficul. 46. num. 2. & sequentibus, Sanchez dict. cap. 16. num. 23. & num. 28. vsque ad 38.* & quę causa exigatur, tradit à nu. 39. & sequentibus.

Trid. sess. 25. c. 2. de regul. 9. Soli Papæ reseruatur concessio facultatis ad ingrediendum monasteria S. Claræ propter strictiorem clausuram, quam profitentur huius Ordinis Moniales, quas à tali instituto, & obseruantia Concil. Trident. amouere non esse suæ intentionis protestatur. Idemque de monasterijs Conceptionis omninò dicendum est. Superiores autem hanc ingrediendi licentiam minimè indulgere valent, nisi ijs tantùm, quibus ex concessione Regulæ, aut Sedis Apostolicæ ingredi fas est. Vnde cum Fratribus Minoribus ingressus in monasteria Monialium specialiter in sua regula inhibeatur, specialem etiam ad id requirunt licentiã à Sede Apostolica, nec licet intrare cũ Cardinali, aut Episcopo habenti facultatem generalem eligendi quoscunq; socios ad intrandum, nisi de illis in licentia expressa, & specialis fiat mentio. Sed ad hoc est quædam concessio

Bull. Bon. 6. Bonif. VIII. Bonifacij VIII. apud Bullarium, vt dicti Fratres Minores, inuitati ab Episcopis possint monasteria Monachorũ intrare, quæ licentia cùm sit specialis à Sede Apostolica facta dictis Fratribus, optimè illa vti licet, ibidem ar. 3. de quo Corduba ad Compend. Mend. titul. ingressus monaster. notabili 4 §. quoad quartum, Sanchez dicto capitu. 16. num. 2.

10. Minor causa requiritur ad ingrediendum clausuram Monialiũ pro feminis, quàm pro viris, & minor pro matre, aut sorore, quàm pro alijs fœminis. Causa autem moraliter necessaria ad hunc ingressum relinquitur iudicio peritorum determinanda, quæ moralis necessitas semper excepta intelligitur etiam lege neminem excipiente, vt communiter Doctores tenẽt, quia omnis restrictio, seu exceptio, quæ est de Iure naturæ, semper censetur apposita. Quapropter Confessores, Visitatores, & Medici, & artifices semper censentur excepti, iuxta quod debet intelligi quoddam decretum Tridentinum præcipiẽs, vt Præses in electione Abbatissæ, vel Priorissæ claustra monasterij non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestralem vota Monialium accipiat, hoc enim debet intelligi, nisi prælati iudicauerint, non posse fieri commodè Canonicam electionem, ipsis clausuram non intrantibus, ob inquietudinem Monialium, & suspitionem subornationis votorum inter ipsas subortam, vel ob alias iustas causas à superioribus rectè, & prudenter arbitrandas, ibidem art. 4 & 5. De quo Nauar. *in cap. statuimus 19. q. 3. nu. 59. & comment. 4. de regul. numero 59. Villalobos 2 p. sum. tract. 35. diff. 46. nu. 2. 11. & 12.* late Sanchez *dict. capit. 16. à num. 39. vsque ad 60.* & in casu electionis faciendæ sentit idem cum nostro Auctore num. 50. vbi nu. 61. id extendit ad eum, cuius ingressus ob aliquas circunstantias esset ad id necessarius, nec sufficeret extra clausuram, esse ex Auctore dicto art. 5. Trid. sess. 25. c. 7. de regul.

11. Causa sufficiens videtur, quam habet fœmina nobilissima, & generosa non habens commoditatem manendi in sæculo sine dispendio magno sui honoris, & famæ, vt possit cum licentia superioris comitata cum tribus, aut quatuor honestis puellis intrare, & manere intra clausulam Monialium: sicut etiam causa sufficiens est ad dispensandum cum puellis minoribus 12. annis, vt possint in habitu honesto educari in monasterijs strictè clausuram obseruantibus, ex declaratione Cardinalium, vt infra videbimus. Sed hoc quantum ad monasteria S. Claræ non est in vsu, sed ad Nuntium Apostolicũ prò tali ingressu recurritur, ibid. ar. 6. de quo Nauar. in dict. cap. statuimus, num. 66. & scitunt tradita à Sanchez supra num. 64. idque non negat Miranda

da de Monialibus quæst. 2. art. 7. loquē do de sororibus non Clarissis, vel Cōceptionis, quicquid illi imputet Portel. verb. clausura, num. 4. idque in expressis terminis tenet idem Miranda, ibidem art. 9.

12. Licitū est in monasterijs S. Claræ habere ancillas sæculares quę infirmis, in coquina, & alijs ministerijs, inseruiant, ex concessione Pauli III. qua habetur, vt Prouinciales Castellæ, & Abbatissæ possint pro quolibet monasterio assignare certum numerum seruitricum, & Pius V. Indulsit, quod in quolibet Conuentu possint habere Moniales tres, uel quatuor ancillas pro communi seruitio, dummodo sint honestæ vitæ, & à clausura non egrediātur, si autē semel egrediantur, amplius non recipiātur, vt habetur in Bullario inter vocis oracula eiusdem Pij V. & Gregorius XIII. concessit Generali Minorum, vt in quolibet monasterio pro decem Monialibus possit deputare vnam ancillam, dummodo clausuram seruent deputatæ, & egressæ semel ampliùs non admittantur, ibidem art. 7. Idem docent Miranda de Monialibus q. 2. art. 5. Sanchez dict. cap. 16. nu. 65. & innuit Portel. verb. clausur. Monialium, num. 5.

Bull. Bul. 6. Greg. 13.

13. Nohtamen possunt dicti superiores facultatem facere cuidam Moniali Clarissæ ad habendum priuatam famulam suo deputatam seruitio, etiā si talis famulatus habeat magnam necessitatem ob senectutem, & infirmitatem, quia licèt hæc causa sit sufficiēs, iuxta Tridentinum ad faciendam talem licentiam Moniali alterius Ordinis, vbi non est tam strictæ clausuræ obseruantia, at Moniali Clarissæ strictissimam clausuram ex voto profitenti talis ancilla non solet concedi, etiā habenti magnam necessitatem, vel cui Moniales renuunt deseruire. Nec hæc reputatur sufficiens causa ad id concedendum, sicut nec etiam solent admitti in dictis monasterijs Clarissarum puellæ honestę educationis gratia, vel nobiles viduæ honestatis ergò ob strictissimam clausuram, quam Conciliū nullo modo vult relaxare, à qua Moniales amouere minimè intendit, vt suprà iam notauimus. Ita Auct. in addit. summæ tom. 3. cap. 95. num. 8. vbi asserit ita debere intelligi quod dict. quæst. 46. art. 8. nobis scriptum reliquit, additque distinguendo, quòd si defectus famulatus, quo monialis eget, prouenit non ex malitia; sed ex impotentia Monialium, quæ cōmodè ei seruire non valent, tunc hæc censetur necessitas moralis ad concedendum ei talem famulam. Idemque resoluit posse concedi Moniali præ cæteris illustriori in monasterijs tertij Ordinis, vel Militiarum, seu Commendatarum, non verò moniali S. Claræ ibidem articul. 9. Idem docent indistinctè Sanchez *dic. cap. 16. num. 65. Miranda dict. art. 5. ad finem Villalobos 2. part. sum. tracta. 35. diff. 46. num. 16.* Sed addit cum Portel. verb. clausura, num. 5. id debere fieri cum magna cautela, nec concedendæ sunt tales ancillæ, nisi præcise necessariæ ob prohibitiones tam strictas Pontificum.

14. Puellæ educationis gratia possunt retineri in monasterijs Monialiū ex declaratione Cardinalium cum sequentibus conditionibus. Prima, quòd ratio aliqua, vel institutum Religionis id non prohibeat. Secunda, quòd maneant sine ancillis, & si semel egrediatur, iterum non admittantur. Tertia, quòd teneantur ad clausuram, & ad cætera, sicut Moniales. Quarta, quòd recipiantur de consensu Abbatissæ, & Monialium, & cum licentia in scriptis superioris. Quinta, quòd debent restitui parentibus, quandocunque eas petierint. Sexta, quod si ad balnea curandæ valetudinis gratia exierint, in monasterium admitti iterum possint, dummodo licentiam in scriptis superioris, & consensum monialium ad id habeant, & recta viā à balneis ad monasterium redeant. Septima, quòd vtātur eo habitu, & vestitu, qui virginali modestiæ, & pudori conueniat. Octaua, quòd non possint recipi minores septennio, & maiores 25. anno. Nona, quòd quolibet semestri ei anticipata portio

portio soluatur pro alimentis. Vltima, quod sint separatæ à loco, vbi degunt Moniales professæ, & nouitiæ pro dormitione, & laboritio. Hæ sunt præcipuæ ex conditionibus relatis ab Auctore, & Barbosa in remissis ad Trid. d. cap. 5. de regul. num. 13. quæ declarationes licet fuerint impetratæ pro Ordine S. Claræ, non est tamen in vsu apud Clarissas huiusmodi puellas educationis gratia admittere, vt in superioribus diximus. Vnde pro monasterijs aliarum Monialium non tam strictæ clausuræ tantùm deseruire poterunt, ibidem artic. 10. Idem docent Amon Cucus *lib. 3. instit. maior. tit. 2. num. 11. Azor. tom. 1. instit. moral. li. 13. cap. 8. quæst. 4. Nauarr. comment. 4. num. 67. de Regularibus, Miranda dict. quæst. n. art. 6. & late Sanchez d. c. 16. num. 61. & duobus seqq.*

15. Mulieres autem, quæ sunt in discordia cum maris, & eius sæuitiam timent, si sint extra culpam, quandiu iustam timendi causam habuerint, debent, si sunt in monasterijs, tolerari. Illæ verò, quæ probabili suspicione adulterij laborantes in monasterijs receptæ fuerint, ad breue tempus tantùm tolerari debent, in posterum verò huiusmodi mulieres recipi in eis nõ debent, ex declaratione Cardinalium, ibid. d. art. 10. §. decima quarta declaratio, & refert etiam ex Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Moniales §. 12. Barbosa vbi supra num. 11. & 12. idem docent Sanchez d. cap. 16. num. 64. citato Nauar. lib. 4. consil. 5. num. 2. tit. de diuortio in 2. edit.

At in Bullario Auctoris *fol. mihi 496. & in 1. edit. fol.* 200. si habetur cõtrarium respondisse Cardinalium sacram Congregationem Episcopo Salmantino, & refert etiã Portel. in addit. ad dubia, verbo, clausura Monialium num. 2. Declaratio Cardinalium facta ad supplicationem Episcopi Salmantini, & Congregatio Concilij sic respondit: Non licet Episcopis vel permittere, vel licentiam concedere mulieribus, vt ex causaltium matrimonialium, adulteriorum, ac dissensionum inter viros, & vxores apud monasteria Monialium sequestrentur securitatis gratia, imò ingredientes incidere in excommunicationem Concilio impositam.

16. Puellæ destinatæ ad Religionẽ possunt recipi in habitu sæculari septimo, vel octauo ætatis suæ anno, & manere in monasterio vsque ad duodecimum, vel decimum quartum annũ, sed expleto hoc tempore liberè mittantur in domum paternam, & si Religionem postea elegerint, habitu regulari induantur, si autem renuerint, ampliùs monasterium non ingrediantur, ex declaratione Cardinalium, ibidem §. 17. ad finem articuli, & extat in Bullario inter viuæ vocis oracula Pij V. de quo vide Sanchez dict. capit. 16. num. 6. & num. 63. Miranda dict. art. 6. conclus. 2. Bul. orac. 13. Pij V.

17. Non licet Episcopo, aut superiori dare licentiam matri, sororibus, & consanguineis monasterium ingrediendi ad visitandas filias, vel sorores graui aliqua infirmitate detentas, etiam morti iam propinquas; & multo minus quando professionem emittunt, vel habitum Religionis suscipiunt, vt declarauit sacra Congregatio, quia hæc nõ est sufficiens causa ad dispensandum, nec medium necessarium ad medendum illi ægritudini, aut ad tollendam talem necessitatem, & ita in praxi seruatur, ibidem art. 11. Idem citato Cuco *lib. 3. instit. maior. titul. 2. numero 12.* & Auctore docet Sanchez suprà nu. 67. Miranda supra art. 8.

18. Pœnæ contra indebitè ingredientes monasteria Monialium, sunt, excommunicatio ipso facto incurrenda Papæ reseruata, ex Concilio Tridentino, priuatio officiorum, & inhabilitas ad alia in posterum obtinẽda, ex Gregorio XIII. in sua Extrauaganti. Ad has tamen pœnas incurrendas requiritur præsumptio, & dolus. Quare si quis ingreditur, credens se habere legitimam, & sufficientem causam, & licentiam, licèt à parte rei itá se non habeat, non incurrit huiusmodi pœnas, nec etiam Moniales eum admittentes, Trid. dict. sess. 25. c. 5. de reg.

quia

quia in dicta Extrauaganti tantùm excommunicantur admittentes cũ præsũptione, seu dolo, prætextu licentiæ superioris, citra vrgentem necessitatem, vnde Moniales admittentes eos, qui prorsus absque licentia intrant, nullam ex vi dictæ Extrauagãtis censuram incurrunt, illa enim tamum loquitur de admittentibus ex præsumptione, prætextu indebitæ licentiæ, & cùm sit lex pœnalis, non est ad alios similes casus extendenda, etiam si in eis militet vrgentior ratio, quidquid sit de peccato, quod sine dubio grauius est, tom. 1. quæst. 47. artic. 1. & 2. de quo Suarez de censur. disp. 22. sect. 6. nu 14. Sanchez dicto cap. 16. à num. 71. & num. 82. vbi ait, non incurrere dictas pœnas ingrediẽtes virtute dictarum facultatum ex ignorantia talis decreti, seu Extrauagantis imponẽtis eas pœnas, vide Portel verb. clausura num. 7. & 8. Villalobos 2. *p. tract.* 35. *diff.* 46. *num.* 6.

Propugnatur doctrina Auctoris.

19. Sic doctissimum Portel in suis nouis addit ad dubia regularia, verb. clausura Monachorum num. 1. arguere ad hominem contra nostrum Auctorẽ, quod sui oblitus videatur, vel non consequenter locutus dicto 21. vbi resoluit, Moniales admittentes eos, qui prorsus absque licentia intrant clausuram, non incurrere pœnas positas à Pio V. & Gregorio XIII. ex vi suarum constitutionum, vt proximè dictum est à nobis, quod videtur, inquit, repugnare traditis ab ipso Auctore in explicat. cruciatæ super motu proprio Pij V. n. 6. & 7. vbi oppositum tenet quantum ad Fratres admittentes fœminas intra clausuram suorum monasteriorum ad libitum, & sine aliqua licentia, scilicet, quòd incurrunt præfatas pœnas. Nam facilè argumento satisfit distinguẽdo, quòd Auctor in explicatione dicti motus proprij Pij V. locutus est, prout apud nos Minores obseruantes per declarationem authenticam eiusdem Pij V. praxis recepit, & tenet, in qua expressis verbis declarauit, fuisse, & esse suæ intentionis comprehendere in dicta sua constitutione non solùm mulieres habentes, & habere prætendentes facultatem, & indultum ingrediendi huiusmodi monasteria, sed etiam omnes, & quascunque alias mulieres tam in genere, quam in specie. Ita respondet idem noster Auctor dictæ obiectioni, tom. 1. quæst. 48. art. 2. in fine. At in dict. art. 1. quæst. 47. obiecto, & adducto à Portel contra ipsum Auctorem, loquitur iuxta vim, & litteram Extrauagantis Gregorij XIII. in qua solùm interdicitur fœminarum ingressus in clausuram Monachorum prætextu licentiarum reuocatarum, vt patebit intuenti eius tenorem: sicut etiam in dicto art. 2. quæst. 48. idem resoluit, considerata littera dictarum constitutionũ Pij V. & Gregorij XIII. Quæ si attente perpenderet, vel potiùs oculis perlustraret apud nostrum eundem Auctorem locis citatis, non vtique eum argueret de reatu obliuionis, & non consequentis locutionis doctissimus aliàs præcinatus Pater.

Exponuntur duo loca antonoma Auctor.

Pro quo tamen aduertere oportet, quòd licèt ex traditis suprà, iuxta mentem, & sententiam Auctoris certæ veritatis sit, non incurrere præfatas pœnas excommunicationis, & priuationis, ingredientes in clausuram Monachorum, vel Monialium, & eos admittentes ex vi dictarum constitutionum: quia tamen iam constat de præfata declaratione Pij V. relata ab Auctore in principio dict. art. 3. quæst. 48. quòd sit authentica, & posita inter viuæ vocis oracula eiusdem Pij V. apud Bullariũ, nemini fas erit dubitare, dictas pœnas incurrere, non solùm ingredientes prætextu dictarum licentiarum, sed etiam omnes quoscunque indebitè, seu illicitè ingredientes dicta monasteria, & eos admittentes. Quod videtur congruum, & conforme menti Auctoris: nam in dict. artic. 2. quæst. 48. Ideo dissensit à Nauarro asserente, sic declarasse Pium V. & Gregorium XIII. super hoc consultos post præfatas Bullas emanatas, quia, inquit, huius declarationis non habemus litteràs authenticas, virtute quarum fiat cõtra iuris metas dicta extensio ad omnes qualitercunque indebitè ingredientes dicta monasteria: ergo cùm iam habeamus præfatam declarationem Pij V. authẽticam

Bullar. orac. 2. Pij 5.

iscam super hoc in loco citato Bullarij, consequenter videtur omninò dicendum ex mente Auctoris, omnes indebitè ingredientes incurrere dictas pœnas positas in præfatis Bullis. De quo Villalobos 2. *p. Summa tract. 35. diff. 34. nu. 2. & 3. Suarez de censur. disp. 32. sect. 6. à num. 11. Sanchez dict. cap. 16. num. 78. & 79.* Vbi Docet cum nostro Auctore non incurrere pœnas positas in Motu proprio Gregorij XIII. ingredientes monasteria Monialium, aut fœminas in cœnobia virorum, & eos admittentes, absque vlla prorsus licentia, & non virtute dictarum facultatũ. At incurrere fœminas ingredientes monasteria virorum, & eas admittentes pœnas positas à Pio V. in sua constitutione, etiam si ingrediantur, aut admittantur non virtute illarum facultatum. Et assignat rationem diuersitatis Sanchez, quia Pius V. hanc esse suam mentem declarauit in suo Motu proprio, quem edidit anno 1570. die 16. Iulij, & refertur ab Auctore vbi suprà, quod nõ fecit Gregorius XIII. cuius Motus proprius non eodem modo est interpretandus, nec intelligendus vniuersaliter de omnibus fœminis, sicut Bulla Pij V. nã Gregorius cõprehendit tam ingredientes in monasteria virorum, quàm fœminarum. Quare cùm pro ingredientibus illicitè in clausuram Monialium iam esset statuta excommunicationis pœna in Concilio Tridentino, non impunè ingreditur qui non virtute prędictarum facultatum ingredi præsumit, ac ideo solas personas ingredientes virtute earundem facultatum voluit punire. At quia ablato Motu proprio Pij V. nullis pœnis obnoxiæ erant fœminæ intrantes cœnobia virorum, ne impunitæ abirent, declarauit mentem suam fuisse, omnes, etsi nullius facultatis vigore ingredientes comprehendere. Ita colligit Sanchez ex Auctore *in ordine Iudiciar. capite 12. numero vltimo*, vbi concludit, hanc fuisse sententiam multorum Doctorum scholę Salmanticensis, & lite agitata obtentum in quadam Religione, vt solùm ingredientes, & admittentes virtute præfatarum facultatum incurrerent eas pœnas.

Trid. sess. 25. cap. 5. de regul.

20. Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit, vbi gratia, & indulta, renocauit omnes licentias ingrediendi monasteria Monialium quibuscunque etiam Comitissis, Marchionissis, & Ducissis concessas, & pœnam excommunicationis contra ingredientes prętextu dictarum licentiarum renocatarum, & priuationem officiorum contra prælatos, & prælatas monasteriorum, quocumque nomine appellentur, admittere præsumentes imponit. Pro quo aduertere oportet, quòd pœna excommunicationis omnes intrare, aut admittere præsumentes respicit, pœna autem priuationis officiorum solùm Abbatissas, & superiores monasteriorum, non verò singulares eorum personas, seu subditos comprehendit, ibidem articul. 3. Vide infrà de clausura Monachorum, num. 2.

Idem tradit Sanchez suprà num. 84. & sequentibus, vbi num. 85. & 86. docet nomine conuentus venire omnes illos in vnum capitulum congregatos, qui culpæ participes fuere suffragando pro ingressu, aut non contradicendo, cùm possent, & hos omnes, asserit, his pœnis ligari, quia illud est conuentum delinquere. Vnde si priuatim Prælatus cum Consultoribus, vel cum alijs Religiosis priuatis id tractet, ille solus his pœnis ligabitur, non verò consultores, vel alij religiosi: quia de his non fit mentio in Bulla Gregoriana, sed de Conuentibus: at tunc nullum est conuentus delictum, nec prædicti nomine Conuentus suffragium præstitere. Hæc Sanchez.

Defenditur sententia Auctoris.

Sed adhuc hoc non obstante existimo cum Auctore, hos Consultores, seu discretos Conuentus, vel etiam alios religiosos priuatim à prælato consultos ligari: tum quia nomine Conuentus veniunt soli maiores, vt ipse Auctor docet eo artic. 3. & probat ex cap. Romana, ad finem, verb. in vniuersitatem de sentent. excommunic. libr. 6. vbi non omnes de collegio, vel vniuersitate excommunicari permittitur, sed illi dumtaxat, quos culpabiles esse constiterit: vbi glossa verb. culpabiles, intelligi prælatos, vel consules, & hu-

huiusmodi maiores, qui in tali culpa admissionis fuerunt, idque satis constare videtur ex cap. dilectus, el secundo, de simonia, vbi cùm totus Conuentus in simoniaca monachi receptione deliquerit, soli prælati, & officiales puniri iubentur, & simile etiam habetur in cap. veniens, eodem titulo de simon. Tum etiam, quia illa verba Bullæ Gregorij, *& personis quocunque nomine vocentur*, omnes quoscunque religiosos talis admissionis reos, vel consultores comprehendere videtur.

21. Confessores, seu Vicarij Monialium possunt ingredi clausuram monasteriorũ pro ministrandis sacramentis, non tantùm per modum viatici, sed etiam quotiescunque ex præcepto Regulæ Moniales tenentur communicare, & adest aliqua Monialis, quæ ad cratem absque dispendio salutis venire non valet. Imò quoties infirma dixerit, se indigere salutari pœnitentiæ Sacramento, etiam nullo expectato mortis articulo, & necessitate extrema. Item ad dandam Eucharistiam tali infirmæ potest Vicarius, seu Confessor Monialium, vel etiam superior prælatus intrare, & celebrare, vt suprà diximus de celebrat. Missæ numer. 20. concessit Leonem X. Idemque concessit pro tempore pestis Innocentius VIII. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula, ibid. artic. 4. Idem docent Miranda *de Monialibus quæst. 1. art. 17. & 18. Sanchez dict. cap. 16. num. 45. & 46.*

Bullar. orac. 18. Innocen. 8. pag. 534.

22. Non tamen licet intrare ad renouandum Eucharistiæ Sacramentum in monasterijs, vbi ex indulto Clementis VII. non derogato per Concilium Tridentinum, solet in Ecclesia interiori, seu choro asseruari; quia hæc renouatio commodè, & decenter fit per fenestram cum debita clausura, & reuerentia, vt hodie est in vsu. Item potest intrare pro iuuanda moniali in extremis posita, & commendanda anima decedentis. Pro faciendo autem officio funeris possunt intrare sex Fratres ex declaratione Pauli III. apud Bullarium, & etiam ad obsequias ex Vrbano IV. in Regula Sanctæ Claræ. Imò, & pro sepeliendo sæculari intra clausuram, vt sæpe contingere solet, possunt ingredi Religiosi sufficientes cum Vicario Monialium, vt vsu compertum est, idemque pro aperienda sepultura, & postmodum coaptanda, ibidem art. 4. De quo Portel verb. clausura, num. 9. & 11. Villalob. vbi suprà diff. 47. à num. 2. vsque ad 9. Qui refert ex Marzilla, & Farinaceo quandam declarationem Cardinalium in hunc modum: Cadauera eorum, qui cupiunt in monasterijs Monialium sepulturæ tradi, respondit S.D.N. Gregorius, fieri debere in exteriori Ecclesia, non autem intra clausuram, ita Marzilla *lib. 1. tit. 12. cap. 10.* & refert Villalob. suprà *diff. 46. num. 7. sed dict. diff. 47. num. 8.* contrariũ innuit.

Trid. sess. 25. ca. 10. de Reg.

Bullar. bul. 2. Paul. 3.

23. Item Gregorius IX. apud Bullarium concessit, vt Fratres Minores deputati obsequijs Monialium Sanctæ Claræ liberè possint ingredi pro exercendo opere, quod commodè extra monasterium fieri non potest. Idque habet locum in quocunque opere ædificij, resarcimenti, plantationis arborum, aut cuiuscunque alterius operis, quod extra clausuram non potest commodè fieri, & Fratres æquè benè, ac artifices sæculares facere possunt, dummodo absit dolus. Nomine autem Fratrum disputatorum obsequijs Monialium, venit Vicarius, seu earum Confessor, & socius, seu Capellanus, non verò alij Fratres, qui loco capellanorum sæcularium inseruiunt monasterio, ibid. §. quartus casus, & in Addit. Summæ tom. 3. cap. 95. num. 4. De quo Villalob. vbi suprà numer. 10. Miranda *dict. quæst. 2. artic. 17. propè finem: Portel verb. clausura, num. 13.* qui idem docet. Pro quo aduerte ex Cordubα apud Capuccinum 1. part. Compend. fol. 154. quòd superior, vel prælatus inferior de eius licentia, etiam virtuali potest deputare vnum Fratrum aptum alicui operi faciendo intra clausuram, & talis Frater censetur pro tunc deputatus obsequio Monialium, eo quòd à prælato ad id est designatus. De quo Portel vbi suprà nu. 13. & Villalob. vbi suprà.

Bulla. bul. 12. Greg. 9.

24. Item occasione incendij, vel alterius periculi, aut dispendij possunt in-

intrare omnes, etiam Fratres Minores, quot fuerint necessarij ad subueniendum tali necessitati, quando scilicet, ad id non sufficiunt Moniales. Idem pro inundatione grandi, & repentina, vel pro tollenda violentia. Quale autem debeat esse dispendium, aut periculum, relinquitur iudicio Abbatissæ, & discretarum Conuentus, *ibid. §. septimus casus & art. 5.* Idem docent P. Miranda *dict. artic. 17. casu 6.* Portel suprà *num. 14.*

Trident. sess. 25. c. 5. de Reg. 25. Cardinalibus, etiam Protectori Ordinis est nunc interdictus ingressus in monasteria Sanctæ Claræ per Cōcilium Tridentinum: quia licet aliquādo fuerit prælatus Monialium, modò tamen ad prælatos Religionis hæc iurisdictio, & potestas super easdē translata est à Sede Apostolica, *ibid. art. 6.* De quo vide Miranda suprà *artic. 14. conclusion. 2. & articul. 13.*

26. Licitum est Generali Fratrum Minorum ingredi clausuram Monialium sanctæ Claræ cum quatuor, aut quinque Fratribus, quandocunque intus celebrare, vel proponere Verbum Dei voluerit. Alijs autem prælatis, aut visitatoribus Monialium cum duobus, vel tribus religiosis honestis ad celebrandum Capitulum, vel aliquid simile tangens suum officium peragēdum, quod deforis non potest fieri, v.g. ad videndum, num clausura sit in aliquo violata, socij verò dum intra clausurā fuerint, ad inuicem nullatenus separentur. Ita concessit, & declarauit Vrbanus IV. in regul. S. Claræ, ibid. artic. 7. Idem generaliter, omni secluso priuilegio, docet Sanchez dict. cap. 16. num. 54. Miranda loquens in nostris terminis *dict. quæst. 2. art. 15.* Portel *in addit. ad dubia, verbo, clausura monialium numer. 6.*

27. Fratres Minores inuitati à prælatis aliarum Monialium ad visitandū earum monasteria, vel exercendum aliquod aliud iurisdictionis munus, possunt cum ipsis intrare, dummodo si sint subditi, id faciant de licentia suorum prælatorum. Ita concessit Leo X. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula, ibidem artic. 8. Idem docet Sanchez *eo*

Bullar. orac. 38. p. 723.

cap. 16. num. 19. Miranda suprà *art. 16.* Portel *num. 16.*

28. Licet idem Leo X. concesserit, vt pro prædicanda kalenda possint Fratres intrare clausuram S. Claræ modò tamen post Concilium Tridentinum tali priuilegio vti non licet, quia extra clausuram potest prædicari in Ecclesia exteriori, *ibidem art. 9.* Idem docet Villalobos *2. part. summa tract. 35. diff. 47. num. 24.*

29. Episcopis non licet intrare monasteria Monialium subiecta Regularibus pro consecratione, seu benedictione Sororum, aut pro earundem confirmatione, quia id æquè benè per fenestram deputatam ad imponendum eis velum fieri potest. Nec item eisdem Episcopis licet intrare ad viuendum, quomodo clausura se habeat, quia id attinet ad prælatos regulares, quibus Moniales subduntur. Nec in Concilio Tridentino hoc dictis Dominis Episcopis permittitur, sed tantùm quòd vbi publicè violata fuerit clausura, & non restauratur, moneant prælatos dictorum monasteriorum de eo: si autem admoniti intra sex menses illud emendare neglexerint, possunt tunc vt delegati Sedis Apostolicę auctoritate eiusdem eorum defectum supplere, vt in eodem Tridentino definitur, ibid. art. 10. Pro quo extat apud Bullarium quędam Bulla Pij V. vbi habetur, *quòd Episcopi non possint ingredi, vel ingrediendi licentiam dare in monasteria Monialium sibi pleno iure non subiecta, sicut nec prohibere, quod alij cum licentia superiorum ipsarum possint ingredi dicta monasteria.* De quo Sanchez *eo cap. 16. num. 52. & 53. & num. 13. & cap. 15. numer. 21.* Miranda *d. quæst. 2. art. 14. conclusio. 3. & 4.*

Trident. sess. 25. c. 8. de reg.

Trid. sess. 21. cap. 8. de refor.

Bullar. bul. 7. Pij 5. num. 7.

30. Ingredientes cum debita licentia monasteria Monialium non tenentur finito negotio, aut opere, pro quo intrant, statim sine mora exire, sed possunt ibi aliquantulam facere moram vrbanam, & moralem, quadam curiositate videndi officinas, & interiora domus, dummodo absit dolus, seu corrupta aliqua intentio, ibid. art. 11. Idē docent Sanchez *eo c. 16. n. 68.* Mirāda *art. vltim.* Portel *in dubijs regul. num. 14.*

31. Fœ-

31. Fœmina nobilis habens licentiā à Papa ad semel ingrediendum monasterium quoddam Monialium, si ante impletum ingressum cum alia matrona nobilissima habente licentiam ingrediendi cum duabus, aut trib. honestis fœminis, vt socia ingrediatur, potest iterum virtute præhabitæ licentię intrare, quia licentia alterius, virtute cuius intrauit vt socia, non tollit licētiam illi specialiter concessam ad ingrediendum. Neque obstat declaratio Pauli III. apud Bullarum inter viuæ vocis oracula, quòd breuia pro ingrediendo monasterio monialium semel tantùm in anno suffragentur, quia id procedit in licentijs iam expletis, hic autem vna ex dictis licentijs adhuc expleta non est, quæ non est tam strictè interpretanda, quòd nunquam habeat effectum. Ita Auctor in addit. sum ma tom. 3. cap. 95. num. 12. vbi affirmat ita debere intelligi à se dicta to. 3. q. 6. art. 1.

Bullar. orac. 2. Pauli 3. pag. 819.

32. Licentia facta Abbati ad accedendum ad monasteria Monialiū extenditur ad socium, ibid. art. 2. idem in simili docet Sanchez li. 6. decalog. cap. 16. num. 47. & probat argumento capit. licet, de priuilegij in 6. vbi concesso alicui ingressu ad audienda diuina tempore interdicti, censetur quoque concessus ingressus comitum decentium, quia aliàs priuilegium redderetur inutile, vt notat glossa ibi, verbo non debent.

Ampliatur doctrina ex mēte Auctoris.

33. Intrantes, & admittentes in monasteria Monialium profitentium obedientiam, paupertatem, & castitatem coniugalem secūdùm regulam approbatam à Sede Apostolica, licèt iuxta statuta sui ordinis promittant castitatem absolutam, non incurrunt pœnas Concilij, & constitutionem Pij Quinti, & Gregorij XIII. quia votum castitatis, quod emittunt non est solemne, sed simplex, cùm non promittant ex vi regulæ, sed statuti sui ordinis, a ideo non sunt propriè, & verè religiosæ, & consequenter eorum monasteria non comprehenduntur sub decreto Concilij de obseruanda clausura, to. 1. quæst. 44. art. vltimo ad finem, & citato loc. addit. sum. n. 15. de quo Sanch lib. 6. decalog. c. 15. num. 10. & seqq.

34. An autem Fratres Minores intrantes dicta monasteria Monialium profitentium votum simplex castitatis coniugalis, vt sunt aliquæ Tertiariæ, & Commendatariæ Ordinum Militarių, sint transgressores suæ regulæ de non intrādo Monasteria Monacharū, vide Port. in addit. *ad addit. dubiorū regularių verbo, clausura Monialiū n. 2. & 3. & Cordub. super reg. c. 1. q. 2. pun. 1. §. sed his non obstantibus, in fine*, vbi resoluit, quod non est prohibitum dictis fratribus ex vi suæ regulæ intrare ad loca interiora domorum, vbi viuunt mulieres honestæ collegialiter, quæ non sūt propriè religiosæ, neque sunt monasteria religiosarum, seu monialium propriè dictarū sub regula canonicè profitentiū, sane viuentiū, quamuis sint, aut dicantur Beatæ, seu Bisochæ, & reddit rationem, quia non sunt propriè monasteria monacharum, de quibus agitur in dicta regula. Quod optimè quadrat dictis Tertiarijs, & Commendatarijs, quæ propriè non sunt religiosæ, & consequenter earum monasteria nō possunt propriè dici monasteria monacharum, ac per consequēs non est prohibitus ingressus ad illa dictis fratribus minoribus in sua regula. Quod ex doctrina, & mente Auctoris vbi supra deducitur, idq; verius, & probabilius iudico, quidquid in oppositum dicat Port. vbi supra, & in praxi seruatur in monasterio Commendat. S. Iacobi, quod vocant, sancti Spiritus, apud Salmanticam, in quod ego aliquādo cum meo socio intraui, ad visitandam quandam ex illis Dominis infirmam, vbi etiam moris fuit fieri quandam processionem in mane festi Corporis Christi per claustrum conuentus, ad quam intrabant sæculares, & religiosi, omnesque alij indifferenter intrare volentes. Vide Sanchez *dict. cap. 15. num. 14. & 15.* vbi docet mulieres in congregatione viuentes, si non sunt solemni voto professionis adstrictæ, non teneri ad clausuram, quò innuit non esse verè religiosas, nec earum monasteria esse Monacharum, ac proinde in illa

K omni-

omnibus ingredi licere tanquam clausuram non habentia, ergo si omnibus id licet, etiam fratribus minoribus idē vtique fas erit, vide Villalob. loco infrà proximè citando num. 8. & 9. vbi ait, necessariam esse ad hanc clausurā non seruandam, consuetudinem legitime præscriptam.

35. Porta, qua clauditur clausura monialium, duplici sera obfirmanda est, ex decreto Eugenij I V. altera ab intus, cuius clauis sit apud Abbatissam altera de foris, cuius clauem conseruet. Confessor, seu Vicarius. Nec licet habere ostium, per quod ex monasterio egrediātur Moniales ad Ecclesiam exteriorem sæcularibus communem, sed omninò muro obstructum sit. Imò nec possunt egredi à ianua clausuræ monasterij ad claudendam aliam vlteriorem ianuam, qua patere solet aditus sæcularibus, ex Gregorio XIII. in sua constitutione. Qui modus seruandi clausuram iam iam ante Cōcil. Tridentinum, & dictas constitutiones Apostolicas obseruari solebat apud Clarissas ex Vrbano IV. in earum regula, ad quam clausuram tenentur ex voto, & ab illo nullo pacto egredi possunt, nisi in casibus ab ipso Vrbano positis in regula, & statim dicendis, *tomo 1. quæst. 49. art. 1.* Idem docent attento motu proprio Gregor. X I I I. Sanchez *lib. 6. deca. og. cap. 15. num. 6. Villalobos 2. par. summæ tract. 35. diff. 44. num. 6.*

36. Casus positi ab Vrbano I V. in regula S. Claræ, in quibus Moniales possunt egredi à clausula sunt sex. Primus est ineuitabilis, & periculosa necessitas, vt incendij, incursus hostilis, seu alicuius consimilis. Secundus est, quando Moniales mittuntur à superiore causa plantandi, vel ædificandi, aut reformandi aliquod monasterium ordinis. Tertius causa regiminis, quando scilicet aliqua Monialis mittitur, vt munus Abbatissæ gerat apud alterum monasteriū. Quartus, causa correctionis, quando scilicet aliqua monialis non potest tutò corrigi in suo monasterio ob timorē cognatorum, vel ob aliam causam moraliter vrgentem. Quintus, causa alicuius valde euidentis, & grauis dispendij euitandi, vt si monacha aliqua sit infirmitate contagiosa infecta, & timetur magnum periculum, vel scandalum Communitatis. Sextus, quando de mandato superioris totus conuentus ad monasteriū aliud se transfert. In quib. casibus expectanda est superioris licentia, nisi sit periculum in mora, tunc enim existente conuentu in communi periculo, possunt Moniales ex præsumpta prælati licentia exire, dummodo se transferant ad locum aliquem honestum, & competentem, in quo quantum commodè fieri poterit, clausæ morentur, quousque eisdem de monasterio prouideatur, ibid. artic. 1. & 2. de quo latè Sanchez *dict. cap. 15. à numer. 38. vsque ad 54.*

37. Dicti casus non sunt reuocati à Pio V. in sua constitutione, cuius dispositio extenditur ad alios similes casus habentes eandem rationem, quales sunt numerati à præfato Vrbano I V. qui legitimas satis causas ab ipso approbatas præ se ferunt, iuxta decretum Concilij Tridentini permittentis exitum à monasterio ex legitima causa ab Episcopo approbanda, & specialiter quantum ad casum sextum ordinat vt superiores Monialium curent, monasteria extra mænia vrbis, vel oppidi constituta intra vrbes, & oppida reducere, si ita expedire videbitur, ibidem art. 5. Idem docent Nauar. comment. 4. num. 48. de regularibus, Azor. to. 1. instit. moral. lib. 13. cap. 8. quæstio. 1. ad finem, Sorbus in annotat. ad Compēd. Mendic. verbo, ingressus monasteriorum Monialium num. 6. §. & sic etiam, quos, & alios refert Sanchez dict. ca. 15. num. 37. idem docet Villalobos 2. part summæ tract. 35. diff. 45. num. 3. Trid. sess. 25. c. 5. de regul.

38. Quantum ad secundum casum, quando scilicet mittuntur moniales causa ædificandi, seu fundandi aliud monasterium, Iulius II. apud Bullarīū inter viuæ vocis oracula concessit, quod moniales primæ regulæ S. Claræ possunt transferri ad secundam, pro constructione alicuius monasterij. Et quantum ad tertium casum obserua, quòd non solùm potest egredi à clausura Bullar. orac. 7. Iulij 2.

sura quædam Monialis, vt sit Abbatissa alterius monasterij, sed etiã, vt habeat aliquod aliud officium pertinens ad bonum regimen conuentus, puta vt sit Magistra nouitiarum, vel vt habeat custodiam portæ, aut Rotæ, & pro hoc exitu necessaria est licentia Papæ, vel legati ipsius, & non sufficit licentia superioris, ex declaratione Cardinaliũ, quam refert Auctor in addit. summæ tom. 3. cap. 3. num. 2. & Marzilla super Concilio Trid. lib. 1. cap. 25. tit. 2. §. ex alio, pag. 41. Quo loci Auctor oppositum videtur tenere eo, quod resoluerat dict. art. 5. addit enim, quòd superiores petentes hanc licẽtiam à Papa, vel ab eius legato debent supplicare, vt exprimatur in illa, quòd peracto officio dicta Abbatissa cum socijs possit ad suum monasterium reuertere. Sed iterum *dict. tom. 3. cap 96. n. 4.* affirmat, quòd non est necessaria licentia Papæ, sed superioris tantùm, quod puto (ni fallor) seruari in praxi, non obstante dicta declaratione Cardinalium. De quo Portel. *in addit. ad dubia regular. verbo, Moniales, nu. 3. Villalobos 2. part. summæ tract. 35. diff. 45. nu. 9.* vbi aduertit quòd non est necessaria noua licentia Papæ, vel Nuncij, vt peracto officio Abbatissa cum socijs ad suum monasterium reuertatur, quia id consequens est ad priorem licentiam, vide etiam Sanchez lib. 6. capit. 15. num 45. 46. & 47. & de casu in cursus hostilis agit ibidem num. 44. & de casu correctionis num. 48. & cap. 9 numer. 6. de quo etiam Miranda de Monialib. quæstione 3. art. 2. & 3.

Elucidatur sententia Auctoris.

39. Pius V. in sua Constitutione signat tres casus, in quibus licet omnib. Monialibus, cuiuscunque ordinis sint, exire à clausura, scilicet incendium, lepra, & epidemia, seu pestis. Idem iudicium est in casibus similibus, in quibus militat ratio causarum signatarum à Pio V. videlicet, quando communitas Monialiũ in maximo, & probabili periculo constitueretur, ipsis non exeuntibus, vt tenet communior opinio, ac ideò non potest licentiari Monialis ob infirmitatẽ grauem, quæ in monasterio curari non potest, quando non est nociua communitati. In prædictis autem casibus requiritur etiam licentia superioris, nisi sit periculum in mora, vt diximus suprà de casibus positis ab Vrbano IV. At semper erit necessaria licentia specialis, vt Monialis priuata causa lepræ vel epidemiæ exeat a clausura, ibidem art. 3. Quid veniat nomine epidemiæ, vide infrà monialibus, nu. 19. de quo latè Sanch. lib. 6. cap. 15. num. 31. vsque ad 35. & de extensione ad casus similes ibi nu. 36. & 37. Miranda quęst. 3. de monialibus artic. 4 & 5. Portel. verb. clausuræ num. 18. vsque ad 22.

40. Infirmitas contagiosa, vt Monialibus licentia ad egrediendum concedatur, & debet esse contagiosa de persona ad personam, & non de membro ad membrum. Super quo debent prælati caute sub iuramento interrogare medicos, ne nimium Monialibus indulgere volentes, cauillosa verborũ simulatione faciant ipsas licentiari in casu non permisso, *tom. 3. quæst. 6 art. 3. ad finem.* De quo Sanchez latè suprà *num. 34. & sequent. & numero. 38. vsque ad 43.*

41. Non est necessaria licentia Episcopi, vt egrediatur Monialis subiecta regularibus, sed tantùm sufficit facultas sui superioris regularis, non obstante Constitutione Pij V. quæ quantum ad hoc in his Hispaniarum partib. per non vsum abolita est. Superior tamen debet habere iurisdictionem quasi Episcopalem, sicuti habet Generalis, vel Prouincialis, & ita debet intelligi dicta Bulla Pij V. ibidem d. q. 49. art. 6.

Idem citatis multis docet Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 15. num. 28.* vbi ad finem reprobat nostrum Auctorem asserentem, ad huiusmodi egressum Monialis necessariam esse licentiam superioris habentis iurisdictionem quasi Episcopalem, quales sunt Generales, & Prouinciales: dicit enim sufficere licentiam prælati immediati conuentus, quia hi, inquit, tali iurisdictione gaudent. Sed falso nititur fundamento, tum quia dicti prælati locales regulariter non habent eam iurisdictionẽ quasi Episcopalem (præcipuè apud

Tuetur se- | mendicantes) vnde si ea insigniti sunt,
tentia Au- | vt Cistercienses, & Benedictini, extra
ctoris. | dubium est, posse illos ea auctoritate vti: tum etiam, quia prælatis inferioribus tantùm conceditur potestas ad minora negotia, maiora verò reseruantur prælatis maioribus, quale est istud, de quo agimus. Et quantum attinet ad nostram religionem (quando aliud non obstaret) vsus, & praxis obseruat hoc, & similia pro Monialibus ad generales, & Prouinciales spectare, nec scio aliud practicari in religionibus extra dictos Cistercienses, & Benedictinos.

42. Dantes licentiam in casibus nō permissis, & Moniales indebitè egredientes, & eas comitantes, & recipiētes incidunt in excommunicationem ipso facto reseruatam Papæ prælati verò, & Moniales contrafacientes priuātur officijs, & dignitatibus, & inhabiles fiunt ad ea in posterum obtinenda, ex Pio V. in dicta Bulla: Aduerte tamen, quòd seculares illas comitantes, vel recipientes affectu consanguinitatis, aut amicitiæ, maximè vt tueantur à periculo, exhortando ipsas, vt ad monasterium regrediantur, non incurrunt dictam pœnam excommunicationis, sicut nec receptores, & fautores hæreticorum simili affectu non manēt ligati excommunicatione lata in Bulla Cœnæ Domini contra tales, secundùm communem opinionem, ibidem art. 7. De quo Nauar. *in manuali ca. 27. num. 561. & comment. 4. de regularib. nu. 58.* Miranda suprà art. 7. Portel. suprà num. 26. Sanchez *d. cap. 15. num. 71. vsq. 73. Villalob. ca. diff. 45. num. 16.*

43. Prouinciales possunt absoluere religiosos, & Moniales à pœnis supradictis, & cum eis dispensare, tom. 1. quæst. 24. art. 17. Vbi id innuit Auctor, & nos dicemus infrà de dispensationibus numero 24. De quo Portel. suprà num. 27. Sanchez dict. capit. 15. nu. 76. vsque ad 78. Villalobos num. 17.

NOTÆ.

44. Circa accessum ad monasteria Monialium, de quo suprà num. 4. nota, quòd in cap. Monasteria de vita, & honestat. cler. clerici frequentantes monasteria Sanctimonialium, si ab Episcopo moniti nō destiterint, ab officio Ecclesiastico iubetur Episcopus eos suspendere, si verò laici sint, eosdem excommunicare: quæ censuræ non latæ, sed ferendæ sunt, vt patet ex textu, ibi, excommunicationi subdantur, vt benè aduertit Sanchez *lib. 6. decalogi c. 16. num. 107.* Quid autem intelligatur per frequentiam accedendi ad dicta Monialium monasteria interdictam in ea Decretali? Variæ sunt sententiæ Doctorum, quas refert idem Sanchez, ibidem num. 109. & 110. Auctor dicto art. 4. quæst. 45. tom. 1. & Nauar. comm. 4. num. 61. vers. quibus addo, de Regul. arbitrantur, esse frequentiam, ter tribus diebus continuis Monialem alloqui. Llamas in methodo curat. in append. posito ad finem §. 4. dicit esse frequentiam, loqui duabus vicib. vna die, vel duabus diebus continuis. Quæ posterior sententia placet Sancio num. 111. vbi addit, credere dici frequentiam, quando semel singulis mensibus, aut ter tribus diebus continuis id fit. Mihi quidem videtur cum Nauarro, & nostro Auctore hoc relinqui debere prudentis arbitrio, pensatis circumstantijs personarum, rei, seu negotij gerendi, scādali, periculi, loci, finis & aliarum similium circumstantiarum. Sicque sentiunt Host. in dict. cap. Monasteria, Io. Andreas, & Cardin. relati ab eodem Sancio dict. num. 110. | Auct. sententia firmatur.

45. Vbi etiam num. 106. notat, nomine clericorum non comprehendi religiosos, nec clericos in aliqua dignitate constitutos, nec Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, quia lex hæc est pœnalis, ac ideò restringenda. Quod quidem mihi non placet, dicta enim decretalis indefinitè, & illimitatè loquitur de clericis, & licèt sit materia odiosa, fauore tamen Religionis, & vitan-

vitandæ libertatis, & relaxationis in frequentantibus has confabulationes cum fœminis Deo speciali voto castitatis dicatis (respectu cuius fauorabilis dici potest) amplianda est, vt in simili materia extendût DD. leges pœnales cótra generalem iuris regulam. Et constat ex traditis à Suarez de legibus, loquens de lege odiosa simul, & fauorabili respectu diuersorum, lib. 5. cap. 2. num. 12. & agens de extensione legis pœnalis ob rationis identitatem, lib. 6. cap. 4. num. 2. De quo etiam Sanchez lib. 3 de matrim. disp. 42. nu. 4. & lib. 7. disp. 9. num. 8. vbi ostendit, leges pœnales, & odiosas ampliandas esse in animæ fauorem, & ad euitanda peccata. Legat qui velit ca. definimus 18. q. 2. & Concilium Cabilonense II. can. 55. 56. & 61. & Concilium Hispalense II. cap. 11. & refertur cap. in decima actione 18. q. 2. Vbi hæ confabulationes cum monialibus strictè prohibentur, & ad minus limitantur.

46. An autem sit culpa mortalis accedere ad monasteria Monialium absque legitima causa, aut illa frequentare? Tradit idem Sanchez suprà numer. 119. & 120. vbi resoluit, seclusis alijs circunstantijs scandali, aut mali finis non esse culpæ lethalis reum iudicandum eum qui absque iusta causa, & licentia accedit, nisi frequentans ab Episcopo monitus non desistat, iuxta dictum ca. Monasteria. Et concludit, rarissimè attentis circunstantijs extrinsecis frequentantes excusari à mortali quia rarissimè non inde scandalum consurget, & rarissime deficiet finis aliquis non ita honestus. Hæc Sanch.

47. Circa nu. 10. nota, non esse iustam ingressus causam, qua aliqui, præcipuè fœminæ sub specie alicuius muneris necessarij in conuentu exercendi ingrediuntur, post ingressum verò parum, aut nihil faciunt, cum non sit ministerium eorum statui consonum, & hac occasione per non modicum spatium temporis in clausura demorantur. Nam hoc in fraudem præcepti huius esse quis non videt? Verum est tamen, quòd si reuera ingrederentur ad opus necessariû monasterio, quod commodè per Moniales exerceri nequit, & in illo occuparentur ad instar famularum, & mulierum vilium, quæ ad id alias essent ingressuræ, benè excusarentur, quamuis quandam videndi cœnobij curiositate, vel alia honesta causa, visitandi scilicet aliquam Monialem consanguineam in sua cella potiùs ducerentur: quia ex causa re vera necessaria ingrediûtur, & opus exequuntur. Sed tunc non possunt ingredi cum famulis ducentibus, quibus nô indigent ad ministerium exercendum, quod per se debent facere tanquam famulæ. Ita Sanchez eo. c. 16. nu. 49. sed Villalob. 1. p. Sum. tract. 35. num. 17. id absolutè negat, & mihi magis placet.

48. Licitus tamen est ingressus virorum ad expellêdum malefactorem, qui monasterium ingressus est, nec egredi vult, nec Moniales erunt potêtes ad eum expellendum, vt tenet expressè Auctor to. 1. q. 47. art. 4. in fine, & sequitur, citato etiam Lamas in meth. curatio. in append. §. 6. Sanchez supra num. 57. Vbi addit benè à fortiori licere iudici ingredi ad illum eijciêdum. Sed nô licet ibi illius malefactoris confessionem excipere, aut illû captum in carcerem ducere, casu quo nô omninò exploratum sit, ipsum malefactorem non gaudere immunitate Ecclesiæ, sed tantùm potest illum è monasterio expellere ad aliquod exterius spatium Ecclesiæ immunitate munitum, à quo non potest eum extrahere. Secus si manifesta res sit, eum non gaudere Ecclesiæ immunitate, tunc enim de licentia superioris potest ingredi ad illum capiendum; vel etiam sine illa, si esset periculû in mora, vel si iniustè denegetur talis Facultas. Sic tradit Sanchez supra nu. 58 qui nu seq. adiungit, licere ipsi malefactori ingredi, vt in sequentem iudicem euadat, à quo meritò timet ab Ecclesia extrahi, nec peccare ingrediendò, si fores clausuræ apertas reperiret: quia ius tuendi vitam, vel vitandi graues pœnas mortis, flagellorum, aut triremium ipsum excusat. At Monialibus non licet eum admittere, dedecet enim eorum statû,

honestatem, & institutum malefactorem intra clausuram tueri.

49. Item licitã, & iusta ingressus causa reputatur admittere in hospitiũ Monialem in aliud monasterium transeuntem, aut ex iusta causa extra clausuram existentem, dummodo sit eiusdem Ordinis, & instituti, & ita id in facti contingentia nostrum Auctorem consultum de eo respondisse, testatur Villalobos 2. p. summæ tract. 35. diff. 47. num. 27. vbi addit, id non licere, quando ingredi vult, solùm videndi interiora monasterij gratia, vel etiam causa animi recreandi, aut Monialis cognatæ inuisendæ in monasterio diuersi ordinis, vt tradit Sanchez dicto cap. 16. num. 10. & num. 67. in fine, vbi eo. num. 10. docet, quod quando Monialis esset in aliqua priuata domo recuperandæ sanitatis causa, velletque animi recreandi gratia, aut Moniales inuisendi ingredi monasterium eiusdem Ordinis, vel habitus, id vtique liceret, quia talis Monialis non censetur extranea, cùm sit eiusdem instituti. Idemque affirmat, quando iter agendo non esset monasterium eiusdem Ordinis in eo loco, aut si esset, Moniales nollent eam admittere, nec reperiretur domus, in qua commodè, & honestè, seu religiosè pernoctaret, tunc .n. ex superioris illius monasterij licentia posset vtique intra illud in hospitium admitti, & esset hæc legitima, & sufficiens causa ad id cõcedendum.

50. Circa num. 39. dum resoluimus non posse iustè licentiari Monialem ad egressum à clausura, causa medendi morbo ita graui, & periculoso, vt desperetur salus, ea non egressa. Idem docent Gutierez lib. 1. Canonic. ca. 14. num. 7. & sequentibus, qui num. 9. refert Reuerendissimum, ac Illustrissimum F. Franciscum Gonzaga Archiepiscopum Mantuanum, cùm esset Generalis Ordinis, visa contraria Nauarri sententia, & re communicata denegasse egressus licentiam cuidam illustrissimæ Moniali ob præfatam causã idem tradit Thomas Zerola in praxi Episcop. par. 2. verbo, Moniales, in fine, in 2. edition. dicens, sic esse decisum à Sacra Congregatione, quos cum nostro Auctore dicto art. 3. supra relato, refert, & sequitur Sanchez *lib. 6. decalog. c. 15. nu. 39. Mir. de Monial. lib. q. 3. art. 4. conclus. 2. Portel. verbo, clausura Monialium, nũ. 22.* & eos referens Villalobos suprà *diff. 45. nu. 4. & 5.* & addit Sanchez num. 40. nec esse licitum ex præfata causa egressum ad aliud eiusdem Ordinis monasterium, cuius aer, situs temperies, & alia huiusmodi salubriora, commodioraque iudicantur à peritis medicis ad vitandum illud periculum, quia in hoc casu commune Conuentus bonum talem egressum nõ petit, quale requirit Pius V. extra casus in sua Bulla exceptos. Ita ex Collectore Mendicant. verbo, clausura Monialium, casu 5. Corduba in eius addit. ad finem, §. notandum, quòd determinatio, & ex sententia Doctorum peritissimorum Scholæ Salmaticensis resoluit ipse Sanchez.

51. Supradictam sententiam limitat Auctor ea quæst. 49. art. 2. §. secundo colligo, casu quo monasterium sit in loco deserto, ad quod medici non possunt ita frequenter, ac morbus petit, accedere: nec tenentur Moniales ex voto ad clausuram, nec illam seruauerant ante Concilij Tridẽtini decretum: Monialis verò est anus, & non vulgaris auctoritatis (fuit enim quõdam Abbatissa) & morbus non potest benè curari, nisi quotidie à medicis infirma visitetur. His enim concurrentibus sufficiens videtur causa, vt ex superioris licentia à clausura egrediatur, non obstante constitutione Pij V. quæ sic limitanda est. Neque obstat, quòd in hoc egressu versatur sola illius Monialis priuata vtilitas, vt contra nostrum Auctorem tradit Sanchez suprà num. 41. ac ideo non videtur casus similis exceptis à Pio V. Quia ex alio capite versantur vnà cum lege naturali vitandi periculum ineuitabile mortis, tot ac tales circunstantiæ concurrentes in hoc casu, quæ quidẽ præponderare censentur illi iuris rigori. Atque ita huic parti cum Auctore adhæret Villalobos suprà nu. 7. vbi nũ. 6. antecedenti docet sententiam Nauar-

Tuetur sententia Auctoris.

ri

ri posse sequi in monasterijs, vbi clausura ex solo præcepto, & non ex Voto seruatur. Et idem videtur innuere Portel. suprà nu. 18. dum ait, licitā egressus causam esse vrgens aliquod vitæ periculum, in quo ratio naturalis dictat, præualere ius naturale vitæ cōseruandæ præcepto positiuo clausuræ.

52. Vnde aduertit Auctor *dic. q. 49. art. 3. §. sed aduertendum*, posse Generales, & visitatores Religionum abstinere à punitione superioris, qui concessit egressum Moniali ratione morbi periculosi, secutus sententiam Nauarri, quam tuetur *comment. 4. num. 49. & 50. de Regularibus*, quia iustam excusationis causam habet, qui tanti viri auctoritate nixus probabili opinioni adhæsit. Idem docet Sanchez suprà num. 42. Villalobos *ea. diff. 45. num. 7.*

RESOLVTIO XXVII.

De Clausura Monachorum in suis Monasterijs.

1 OMnibus fœminis, etiam Comitissis, Marchionissis, aut Ducissis prohibitus est ingressus in monasteria virorum sub excommunicationis latæ sententię pęna Papę reseruata, ex Bulla Pij V. & Greg. XIII. apud Bullarium. Prælati verò, & religiosi eas introducere, vel admittere præsumentes, vltra excommunicationem latam ipso facto à Gregorio, manent priuati ab officijs, & inhabiles ad alia in posterum obtinenda, suspēsique à Diuinis. Hòc tamen non comprehendit Reginas, Principissas, & Regum filias *tom. 1. qu. 48. art. 1. & 2. vide sup. de clausura Monialium nu. 20.* De quo Sanch. *lib. 6. Decalogi cap. 17. nu. 2. vsque ad 6. & num. 37. & duobus sequentibus*, Cruz, & Villalobos statim citandi.

Bull. 18. Pij V. & Bul. 40. & 41. Gregor. 13.

Bul. Pij V.

2. At prætatus Gregòrius XIII. in dicta Bulla 40. excipit a prohibitione ingressus in clausuram Monialiū fundatrices monasteriorum, dotatrices, seu altrices, necnon coniuges, & filias Comitum, Marchionum, Ducum, & superioris gradus Principum. Vnde cū exceptio firmet regulam in contrariū, omnes aliæ mulieres, quantumuis nobilissimæ prohibentur ingredi dicta monasteria Monialium. Vide dict. art. 1. §. circa quam, vbi Auctor agit de ingressu fundatricum in clausurā virorum, & resoluit pro Ordine Minimorum, Gregorium XIII. consultum respondisse, non censeri derogatum per Bullā Pij V. suæ Regulæ concessioni, quoad fœminas stirpes regiæ, & fundatrices.

Idem docet Sanchez suprà num. 7. vbi in fine addit, idem quoque dicendum esse de quacunque Religione habente similem regulæ concessionem, secus non possunt admitti dictæ fundatrices. Idque satis indicat Auctor in expositione motus proprij Pij V. de quo in explicat. Cruciatę ad finem nu. 3. dicendo, ideò ipsum Pium V. declarasse Ducissas, Marchionissas, & Comitissas, quia hæ solent esse fundatrices, ne putaret quispiam licitum esse fundatricibus ingredi dicta Monasteria. Possunt verò ingredi dictæ fundatrices, & reginæ, ac regum filiæ decēter comitatæ solitis ancillis, vt etiam tradunt F. Ioannes à Cruce *in Epitom. lib. 1. cap. 5. dub. 1. concl. 1. in fine*, Villalob. *3. part. sum. tract. 5. diff. 35. nu. 4.*

3. Omnibus mulieribus licet ingredi claustra Monasteriorum pro audiēda Missa, concione, aut alijs Diuinis Officijs, vel quando fit aliqua processio, aut funus, ac etiam suffragia pro defunctis, dummodo officinas interiores non penetrēt. Quando autem Verbum Dei in Ecclesia proponitur, si cōmodus non sit ingressus, & egressus per portam principalem, possunt ingredi, & egredi per ostium claustri recto tramite ad portam qua de Monasterio exitur; vt declarauit Pius V. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula, ibi. ar. 3. De quo Sanch. sup. n. 22.

Bul. orac. 2. Pij V. in princ.

4. Caueant tamen prælati, ne aliqua fiat processio extraordinaria, vt illius occasione mulieres dicta loca Monasteriorum ingrediantur, id enim videtur in fraudem legis: nam Pontifex in sua declaratione tantùm prætendit scrupulos remouere, & non præbere relaxationis motiuum. Casu autem, quod ob malum finem admittantur prætextu dictæ processionis, nec ingredientes, nec admittentes incurrunt pœnas dictæ Constitutionis, quia Ecclesia nõ iudicat de occultis, quidquid fit de eorundem peccato. Nec debent statim finitis Diuinis Officijs à Claustro eijci, sed tempore moraliter cõgruo possunt ibi moram facere, ibidem d. art. 3. §. circa quam, vsque ad finem. Idem docent Sanch. sup. n. 23. & 24. & n. 28. & 29. Villalob. suprà, nu 12 & 14.

5. Portel. in Additionibus ad dubia Regularia, verb. clausura Monachorum numer. 6. §. Scio, impugnare contendit rationem proximè adductã à nostro Auctore, qua nititur ad probandum non licere prælato locali Cõuentus facere aliquam processionem extraordinariam, vt illius occasione mulieres claustrum ingrediãtur, quia, inquit, Pontifex tantũ prætendit scrupulos remouere, & non præbere relaxationis incentiuum. Hanc igitur rationem volens impugnare Portel. ait, nam in processione extraordinaria non datur talis occasio peccati, libertatis, & relaxationis, cùm intrent multæ fœminæ, ac viri, imò maior occasio libertatis, relaxationis, & abusum dari potest, quando fœmina intrat ad audiendam Missam priuatam, quam postulat sibi dici in claustro, quod licitum esse, concessit suprà Rodriquez, ergo licita erit similiter processio extraordinaria, in qua minor occasio est relaxationis, libertatis, scãdali, & abusus, vt patet. Præterea, addit idem Portel. argumentor ad hominem, nam si idem Rodriqnez ait, posse prælatum facere secundam vnã processionem vesperè, vt mulieres intrent ad videndum claustrum, etiamsi manè facta fuerit iam alia processio, & illa processiõ facta vesperè est insolita, & voluntaria ad libitum, solumque vt videatur claustri ornatus, cur non poterit idem prælatus facere extra festum, aliam processionem insolitam, vt videatur fabrica templi? Hæc Portel. contra fundamentum nostri Auctoris.

Sed facillimo negotio potest huiusmodi impugnationis iaculum recudi, ac retorqueri, nam maior libertatis occasio potest sumi, quando in processione extraordinaria intrent mulieres, & viri, quàm quando intrat nobilis, quædam fęmina audiendam sacrũ in claustro, quia si semel licitè cõceditur fieri quandam processionem extraordinariam, & insolitam, inde aditus, seu porta aperitur ad faciendam aliam, & aliam, & plures processiones toties, quoties ad libitum voluerint prælati, quod magnæ libertatis, relaxationis, & abusiuum non posse motiuũ gignere, quis non videt? Præterea quando Papa aliquid indulget absolutè dicendo, toties, quoties, adhuc vsum prudẽtem, & rationabilem tantùm cõcedere censetur, idque ratio, & æquitas dictat. Vnde quando concedit, & permittit mulierũ ingressum ad claustra Monachorum causa processionis, id debet intelligi, iuxta mentem præsumptam concedentis, qui si super hoc rogaretur, proculdubio responderet, nõ esse suæ intentionis dare tam amplam facultatem ingrediendi, nisi in diebus, quibus ex more Ecclesiæ, vel Religionis solet fieri processio. At diuersa ratio militat in fęmina ingrediente claustrum ad audiendam Missam, quam facit ibi pro se celebrari, maximè si est nobilis, nam hæc intrat associata honestis, & solitis ancillis, & clientibus, & ad rem sacram solitam quotidiè fieri, & cùm aliquoties eueniat esse in claustro aliquod sacellum, vel altare dicatum alicui sancto, vel in quo iacẽt sepulti maiores dictæ fęminæ, sufficiẽs moraliter videtur hæc causa deuotionis ad illum Sanctum, vel celebrandi Missas, & officia pro suis defunctis, vt huius intuitu possit ingressus talis permitti. Sic debet intelligi, & explicari doctrina Auctoris d. art. 3. vt ipse apertè explicat in explicat. cruciatæ super dicta Bulla Pij V. num. 4. 15. & 16.

Ne-

Neque obstat argumentum ad hominem adductum pro confirmatione suæ sententiæ à Portel, nam ex dictis facilè patet solutio, ibi enim nu. 20. expressè loquitur de processione solita fieri apud quosdam Conuentus in Hispania in festo corporis Christi, in quibus non solùm manè, sed etiam vesperè solet fieri processio, vt omnes commodè videat ornatum claustri, & laudem reddant Domino. Vnde resoluit Auctor, quòd ad hunc finem potest fieri altera processio ad vesperum, vt mos est fieri apud insigniores Conuentus Salmanticæ, vnde perperam intelligit Portel dictum nostri Auctoris de processione in solita, & ad libitum facta vesperè. Cū nostro Auctore tenet Villalob. 2. *part. sum. tract. 35. diff. 35. num. 12. citans Sorbo Capuccin. in addit. ad Compend. pagin. 364. num. 7. Ioan. Cruz in epitom. libr. 1. c. 5. conclus. 3. ad finem*, idem docet Sanchez *dict. cap. 17. num. 23. & 24.*

6. Prælati superiores possunt absoluere à prædictis pœnis, & dispensare cum Fratribus admittentibus mulieres intra clausuram, ex animi simplicitate, bona fide, & fine dolo, vt concessit Gregorius XIII. *ibid. dict. art. 1. & quæst. 24. art. 17. tom. 1.*

Idem docent Cruz in epitome lib. 1. cap. 6. dub 15. conclus. 6. Portel verb. clausura Monialium nu. 27. Villalobos d. diffic. 35. num. 19. Sanchez eo cap. 17. num. 41. & 42. vbi num. 43. Addit, posse excommunicatum, vel suspensum absolui in foro cōscientiæ, virtute Bullæ cruciatæ, vel priuilegiorum Religionum, quamuis censuræ illæ iam deductæ sint ad forum contentiosum. Quia, inquit, in dicta Bulla, & priuilegijs ea facultas conceditur illimitatè, & fine vlla restrictione, & huius sententiæ fuisse, ait, nostrum Auctorem in addit. ad cruciat. §. 9. numer. 94. licèt olim aliud senserit in exposit. dicti motus proprij numer. 34. Sed reuera in dicto loco addit. tantum agit Auctor de absolutione excommunicati nominatim, cui eam posse impendi, etiam in foro exteriori, dummodo parti satisfiat, aut deatur cautio de satisfaciendo, ibi resoluit. Et nullum verbum facit de suspensione, in qua absoluenda cùm sit diuersa ratio, loquendo in terminis dicti motus proprij, aliud dicendum est cum Auctore dict. numer. 33. vbi tandem docet, posse absolui ab ista suspensione Regulares per suos prouinciales in vtroque foro, siue ea sit publica, siue occulta, eo quòd habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, ad instar Episcoporum, qui id possunt, quando suspensio non est reseruata Pontifici. Additque Auctor ibid. numer. 35. non posse Confessores absoluere ab inhabilitate ad officia contracta ex tali admissione fœminarum intra clausuram conuentus, virtute cruciatæ: bene tamen virtute cuiusdam magni priuilegij Eugenij IV. concessi Minoribus, vt religiosi possint semel in vita absolui ab ea, & similibus inhabilitatibus ad officia ordinis per confessores à prælatis deputatos. De quo vide Ledesma 2. p. quarti q. 26. art. 1. fol. 353. Henriq. lib. 8. de Eucharist. cap. 40. numer. 4. & lib. 7. de indulgent. cap. 13. num. 2. Couar. cap. alma mater, 1. p. §. 11. num. 16. Sotum in 4. dist. 22. art. 3. §. primus eius casus, quos refert, & sequitur Sanchez *dict. nu. 43.* qui ad idem *dict. lib. 6. ca. 15. num. 76.* Portel *in addit. ad dub. verb. clausura Monachorum, nu. 7. in fine, & verb. Abbas, num. 2. & seqq.* Vbi cum Auctore tenet, & limitat, nisi delictum sit deductum ad forum contentiosum.

Exponitur vera sentētia, & mens Auctor.

7. Attento iure communi licitè potest Monachus à suo monasterio exire cum licentia prælati Conuentualis, iusta ad id existente causa ab ipso prælato iudicanda; iure autem speciali maior causa requiritur, v. g. pro charthusiano. Vnde erit peccatum mortale frangere clausuram, quæ de iure communi obligat Regulares, quando fit cum contemptu regulæ, & professionis, & transgressione præcepti specialis superioris, vel cum notabili scandalo, aut damno monasterij, tom. 1. quæst. 50. articul. 1. de quo Nauarr. *in cap. statuimus, numer. 35.* Villalob. *dict. tract. 35. diff. 36. num. 1.* Portel *in addit. ad dubia num. 1.*

8. Monacho non licet fine licentia ad superiorem accedere, ex Consilio

Trident. sess. 25. cap. 4. de reg. cilio Tridentino, nisi accedat quasi appellando à grauamine illato à prælato inferiori, quo casu à culpa mortali excusatur, cùm propria defensio sit de iure naturali, & ita declaratum fuisse à sacra Congregatione testatur Auctor se accepisse à quodam religioso grauissimo diffinitore Generali Ordinis *ibid. art. 2. & quæst. 29. art. 2. & quæst. 30. art. 3. tom. 1*, de quo Nauar. *in cap. non dicatis 12. quæst. 1. num. 61.* & nos diximus suprà *resolut. 10. num. 3. & 13.*

De Monacho exeunte à claustro animo audiendi leges, vel Physicam, vide infrà *de Monachis num. 15.*

RESOLVTIO XXVIII.

De Commendatarijs Militiarum.

1. Commendatarij Militares tanquam personæ Ecclesiasticæ gaudent priuilegio canonis, & fori ex Pio IV. pro ordine sancti Ioannis Baptistæ, & Gregorio XIII. pro ordine sancti Iacobi. Vnde non licet iudicibus sæcularibus cognoscere de eorum causis, eo quòd sint exempti à iurisdictione sæculari. Praxis obseruat, quòd causæ criminales horum Commendatorum suis iudicibus conseruatoribus remittantur per Regios Consiliarios, declarando nullam vim inferre excommunicando iudices sæculares, nec ipsos iudices sæculares vllam vim inferre, nõ admittendi appellationem, etiã in grauibus delictis, vsquequò inhibeãtur. Verum est tamen secundũ aliquos, quod in causis ciuilibus, & in his, in quibus deliquerint, respectu officiorũ Rectorum, Correctorum, Magistratuũ, aut aliorum, quæ ab ipsis administrantur, tanquam merè sæcularibus, & in delictis grauibus, ratione quorum priuilegium fori amittunt, apud iudicem sæcularem possunt conueniri. *tom. 2. q. 2. art. 2. & qu. 62. art. 13. & tom. 1. q. 13. artic. 2. §. ex qua Bulla. de qua Bobadilla lib. 2. pol itica cap. 19 num. 12. Auendanno in cap. 2. num. 11. ad finem 2. p. Perez in l. 2. tit. 1. lib. 4. ordinamenti column. 1319.*

Azor *inst. moral. tom. 1 libr. 13. c. 3. §. tertio quæritur*, resoluit dictos Cõmendatarios coniugalem castitatem tantũmodo promittentes clericorum immunitate gaudere in his, quæ Romani tribuere Pontifices, in cæteris non item. Idem absolutè tradit Mota *libr. 2. confirm. Ordin. S. Iacobi cap. 1. § 8. probat. 6. num. 6. & 7. & §. 9. probat. 7. numer. 1. & seqq.* atque idem tenere Nauar. *de redditibus num. 55 & 56. & in apologia numer. 15. & 16. Greffii lib. 2. decis. aurearũ num. 33.*

2. Iudices sæculares vt possint inhiberi à cognitione causarum horum Commendatorum Militarium, necesse est, quod constet ipsos esse legitimè, & expresè professos residentes in Conuentibus Ordinis, nec sufficit deferre habitum Religionis, vt reputentur professi, & gaudeant priuilegio fori, etiã si gestent per annum, & diem, nam hæc tacita professio iuxta mentem Concilij in Monachis intra claustrum commorantibus, & in actibus professorum exercitatis tantum admittitur, *ibid. art. 4. d. qu. 62.* de quo Bobadilla vbi suprà *num. 17.* Trident. sess. 24. cap. 11 de refor.

3. Dicti commendatarij occidentes clericum perdunt priuilegium fori, & tanquam merè sæculares possunt puniri à iudice sæculari, etiam si post patratum occisionis crimen professionem fecerint. *ibid. artic. 15. de quo Bobadilla vbi suprà num 24. fol. 1144.*

4. Frangentes autem pragmaticas Regias non sunt conueniendi pro pœnæ solutione, aut condemnandi, nisi coram suo iudice conseruatore, iuxta veriorem sententiam, qui pœnam à pragmatica taxatam contra ipsos Cõmendatores ad vnguem exequi debet *ibid. art. 16.* De quo Salzedo *in practic cap. 55. pag. 202. vers. ex quibus*, Iul. Clar. *in tract. §. fin. q. 36. num. 26.* Bobadilla vbi suprà *num. 26. fol. 1144.*

5. Commendatorum exterorum regnorum priuilegia, & indulta examinanda

nanda sunt, quòd si sint localia pro solis Prouincijs, & Regnis, in quibus eorum Religiones Militares sunt institutæ, extra illas non fruuntur dictis priuilegijs, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, sicque coram iudicibus sæcularibus locorum, vbi contraxerint, aut deliquerint, optimo iure possunt conueniri, & sententia condemnatoria contra illos potest executioni mandari, nõ obstante declinatoria iurisdictionis intra annum fatalem, & missione litterarum, & censurarum à suo iudice conseruatore, maximè si extra taxatas dietas eas expedierit. *ibid. artic.* 17. De quo Conar. *lib.* 1. *pract. cap.* 11. *numer.* 5. *&* 6. Greg. Lopez *in lib.* 2. *tit.* 7. *part.* 3. *verb. alios Religiosos.*

6. Confratres ordinis D. Ioannis portantes mediam Crucem albam dictam, Thau, reputantur vt merè sæculares sine regula, & cum suis comis, & vxoribus viuentes, ac perconsequens non gaudent priuilegio fori, nec à tributis sunt exempti. ibid, art. 18. de quo Azeuedo in lib. 1. tit. 14. num final. lib. 6. recopil. Bobadilla libr. 2. polit. cap. 18. num. 232. vide Sanchez *lib.* 7. *decal. cap.* 8. *nu.* 40. vbi agit de Fratribus Ioannis de Deo, an possint testari.

7. Reges Hispaniarum sunt perpetui magistri, seu administratores Militiarum S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ cum omnibus suis iurisdictionibus, redditibus, iuribus, obuentionibus, & vniuersis pertinentijs suis, ex vnione perpetua, & incorporatione facta per Adrianum VI. Carolo Imperatori, & eius successoribus Regibus castellæ, & Legionis tom. 3. quæst. 34. art. 11. De quo Mota *lib.* 1. *de confirm. Ordin. S. Iacobi c.* 4. *§.* 36.

Trid. sess. 25. ca. 21. de regul. *8.* Propriè tamen non sunt Magistri dicti Reges, non enim faciunt professionem alicuius ordinis ex dictis Militaribus, iuxta decretum Tridentinũ, neque afferunt habitum illius, sed sunt tantùm administratores. *tom.* 2. *q.* 122. *art.* vide infrà *de electi. Prælatorum numer.* 22.

9. Dicti Commendatarij Militares tenentur de redditibus commẽdarum pauperibus erogare, sicut de bonis Ecclesiasticis, iuxta dispositionem suæ regulæ, nec licet illos expendere absque peccato, nisi in ea, in qua regula, quam professi sunt, iubet impendi. *tom.* 2. *qu.* 57. *ar.* 5. *de quo Nauar. in Apolog. de Redditib. Eccles. q.* 1. *monito* 38. 55. *&* 61. *nu.* 18. *& de redditibus q.* 1. *num.* 95. *&* 96. *& q.* 3. *nu.* 30. *&* 31. *Mota in lib. instruction. Commendatar. tendent. ad perfectionem cap.* 4. *§.* 4. *num.* 50. Quidquid in oppositum contendant Azor vbi suprà *cap.* 4. *§.* 6. *quæritur, & Sanchez libr.* 7. *decalog. cap.* 8. *num.* 29.

10. Commendatores S. Ioannis, vulgo, Maltenses, nuncupati, sunt verè religiosi tria vota essentialia profitentes, gaudentque priuilegio Canonis, & fori, & per eorum professionem dirimi matrimonium ratum non consumatũ, tenent plures, tanquam indubitatum, quia hi promittunt solemniter obedientiam, paupertatem, & castitatem absolutam, & non coniugalem. Aliorũ verò ordinum Militarium equites, seu commendatores sunt religiosi, non absolutè, & simpliciter, sed religiosi Militares tria vota substantialia, obedientiam, paupertatem, & castitatem coniugalem, secundùm sui ordinis regulam promittentes. Vnde per eorum professionem non soluitur matrimonium ratum. *tom.* 2. *q.* 1. *art.* 7. *& tom.* 3. *quæst.* 1 *art.* 6. de quo Corduba *in summa qu.* 143. *in fine, & quæst.* 198. *Nauar. de regularibus lib.* 3. *consil.* 12. *p.* 242. *& tit. de conuers. coniugatorum consil.* 1. *pag.* 196.

Idem docent Miranda tom. 2. Manual. quæst. 27. artic. 6. Azor vbi suprà cap. 6 §. 4. quæritur, Sanchez suprà nu. 35. vbi docet hos equites D. Ioannis posse testari, & posse succedere in maioratũ, sicut & alios commendatarios, qui vxorẽ ducere possunt, tradit dict. lib. 7. cap. 15. num. 5. & 50. & Mota suprà lib. 2. cap. 2. §. 18. numer. 3. vbi agit de potestate testandi commendatorũ coniugatorum. Vide apud Bullarium bullam exemptionis, & confirmationis Militiæ Sancti Iacobi de la espata. Bullar. bulla 3. Alex. III.

11. Commendatarij coniugati in Castella, & Portugallia dominium habent dispensatiuè fructuum iam perceptorum de suis commendis, & eorum, quæ

quæ sua industria acquirunt, ex vsu, & consuetudine antiqua Apostolicis priuilegijs roborata, ac proinde possint ea licite inter liberos distribuere, instituere de illis maioratum, ac testari; sed pro maiori conscientiæ securitate facultatem testandi illis concessit Gregorius XIII. apud Bullarium tomo 3. quæstion. 29. artic. 7. de quo Molin. 2. 2. tract. 2. disput. 14. col. 772. alter Molina *de primogenijs Hispan. lib. 2. cap. 9. num. 69. vide infrà de testament. num. 7.*

Bullar. bull. 35. Gregor. XIII.

Ad quod Azor vbi supra cap. 5. in principio, & capit. 4. in fine, Sanchez lib. 7. decalog. capit. 8. num. 2. vsque ad 38. vbi latè agit de voto paupertatis equitum militarium, & num. 32. docet ludentes cum his commendatarijs non teneri parta in ludo restituere, ex Alcozer *de ludo cap. 39. Mota lib. 2. de confirm. ordin. S. Iacobi cap. 2. §. 18. num. 11.* ait, hos milites habere tantùm vsum: & ad ministrationem bonorum. Et idem repetit eodem lib. 2. capit. 2. §. 26. num. 8. sed sibi ipsi contradicit, nam eodem §. 18. num. 3. supra num. 11. proximè citato dixerat, quòd nec summus Pontifex à Commendatarijs coniugatis fortè auferre possit potestatem testandi de bonis patrimonialibus, & sua industria acquisitis, quia per suam professionem, inquit, à se non abdicant dominium eorum bonorum.

12. Anniuersaria, & oblationes Ecclesiarum pertinentium ad ordines Militares, non pertinent ad commendatores, seu Præceptores Militiarum, sed ad Vicarios, & Rectores illarum, quia illa non veniunt appellatione decimarum, quarum perceptiones tantùm ex Apostolica dispensatione ipsis commẽdatarijs conceduntur, *tom. 2. quæst. 36. art. 7.* de quo vide Nauarr. *in Apolog. de reddit. num. 15. vsque ad 18.* Mota, *dict. l. 2. capit. 2. §. 10. numer. 9.* Sed non placet quod ibi docet oblationes pertinere ad Commendatores, ea enim deberi seruientibus altari, ius, & ratio dictat. De quo etiam Aluarus Valascus *lib. 1. Consult. consul. 14.*

De clericis Militaribus extra claustrum viuentibus ex legitima licentia, & beneficio inseruientibus, eosque posse testari, dummodo quotannis inuentarium bonorum tempore præfixo superiori, sicut alij commendatarij, præsentent, & quintam bonorum partem Monasterio relinquant, tradit Sanchez suprà, *num. 37.*

ADDITIO.

13. Quæ diximus in hac resolutione, numer. 10. circa matrimonium ratum, quod soluitur per professionem in religione D. Ioannis Baptistæ, probant etiam Barbosa in Rubricæ 2 part. num. 82. ff. solut. matrimon. cum pluribus Sanchez lib. 2. de matrim. disput. 18. numer. 8. ex regula capit. 2. cap. ex publico, de conuers. coniugat. Vnde deducitur, sub nomine religiosorum hos Milites comprehendi in omnibus iuribus, seu dispositionibus, quæ religiosorum mentionem faciunt, siue sint fauorabiles, siue odiosæ, vt docuit, glossa 2. in Clement. 1. de decim. Nauarr. cons. 12. de regular. numer. 2. noster Auctor 2. tom. quæst. 2. artic. 7. Azorius 2. part. mor. lib. 13. capit. 4. quæst. 4. Gratianus discept. 2. tom. capit. 363. à numer. 21. Non idem dices in cęteris Militibus, hi enim cùm non sint religiosi propriè, vt docent innumeri citati à Barbosa tract. de potestat. Episcopi 2. part. alleg. 12. numer. 16. nulla iuris dispositio de religiosis locuta ad hos Milites pertinebit.

14. Illud tamen videamus, quòd in hac resolut. adnotare omisi, quonam in re nitatur consuetudo Hispaniæ, qua receptum est, Regem solere promittere commendas vacaturas, & quod magis est, promittere præsentare aliquos in Ecclesijs sui patronatus in genere ob benè merita, & seruitia, de hácque promissione regiam prouisionem fieri in Lusitania, testatur Cabedo dè patronat. Regie Coronæ cap. 14. & 15. Et sanè quod attinet ad promissionem Ecclesiarum, iure non potest illa consuetudo subsistere, cùm refragetur *text. in cap. vltim de concess. prebend.* iunctis latè traditis à Garcia *de benef. 10. part. cap. 1. à num. 4.* Ex solo ergo tacito Ponti-

ficis priuilegio vires accipiet, quod ad has promissiones, ex iusta tamen causa faciendas, concessum videri debet, argumento cap. super quibusdam. §. praeterea, de verbor. significat. Quod verò ad praeceptorias, seu commendas pertinet, etsi prima fronte videatur huiusmodi expectatiuas non valere, cũ conferantur per Regem tanquam per Magistrum militiarum, qui cùm ad instar praelati inferioris aestimetur, Cabedo dict. cap. 15. num. 4. noster Auctor tom. 1. quaest. 36. art. 4. non potest has expectatiuas concedere, vetante regula ca. 2. de concess. praebend. Caeterùm verius existimo id iustè facere posse. Ducor, quia huiusmodi commendae non sunt beneficia Ecclesiastica, ex veriori sententia, de qua Cabedo *dict. cap.* 15. *d. nu.* 7. noster Auctor 1. *tom. quaestion.* 1. *art.* 6. *Gonçalez ad regular.* 8. *glos.* 8. *d. numer.* 55. Petr. Gregor. *syntag. de beneficijs, cap.* 34. *numer.* 2. & si aliter sentiat Valasc. *consult.* 108 *numer.* 28. ergo cessat prohibitio *dict. capit.* 2. Deinde suadetur, quia hae Commendae non obtinentur cum titulo spirituali, qui est de natura beneficij Ecclesiastici, sed sola temporalitas percipitur, Cabedo *dict. capit.* 15. *d. numer.* 18. Auctor noster *dict. artic.* 6. ergo, &c. Atque ita docet Barbosa *in collectaneis ad decretales in dict. cap. vltim. num.* 4.

RESOLVTIO XXIX.

De Commissarijs in ordine Minorum.

1. IN singulis Capitulis generalibus ob amplitudinem ordinis eligitur vnus Commissarius generalis de fa milia, de qua non est electus Minister generalis totius ordinis, vt si generalis assumptus est ex familia Cismontana, Commissarius generalis tunc erit assumendus ex familia Vltramontana, & vice versa. Cui electioni suffragantur patres illius familiae, de qua eligendus est praefatus Commissarius generalis, ex Bulla vnionis Leonis X. quae extat apud Bullarium. Eius autem officium durat tantùm per triennium, quo elapso alius eligendus est in Congregatione generali intermedia, nisi bello, aut simili alio impedimento impediantur conueniri vocales, tunc enim ad Ministrum generalem de consilio aliquorum patrum attinet eundem Commissarium generalem continuare, vel alium de nouo instituere, vt in statutis generalibus Toletanis cautum est, *tom.* 1. *quaest.* 51. *art.* 1. de quo Miranda *tom.* 1. *quaest.* 11. *art.* 1. *&* 6. Bullar. bulla 1. Leon. X.

2. Iurisdictio, seu potestas huiusmodi Commissarij generalis est plenissima super fratres, & Moniales suae familiae, sicut est generalis Ministri super totum ordinem, ex dicta Bulla vnionis, habètque iurisdictionem ordinariam, & non delegatam; tum quia eligitur ab Vniuersitate vnius familiae, quae licèt sit pars, respectu totius ordinis, est tamen totum, seu vniuersitas, & communitas respectu electionis illius familiae, tum etiam quia habet auctoritatem beneficio legis, quod sufficit ad constituendam iurisdictionem ordinariam. Vndè potest delegare, etiã quando est electus, seu institutus à solo Ministro generali extra Capitulum ob bellum, vel aliud simile impedimentũ, cùm id delegato ad vniuersitatem causarum concedatur, vt est notũ iuris, quidquid in oppositum nitatur dicere collector. Item est verus praelatus habens dignitatem Ecclesiasticam, eàmque amplissimam, & ordinariam, si est electus in Capitulo, *ibidem artic.* 2. *&* 3. de quo Miranda suprà *art.* 2. *&* 3.

3. Praefatus Commissarius generalis non potest amoueri à Ministro generali, aut Capitulo sine causa, quandoquidem auctoritate Papae instituitur, & per consequens à nullo nisi

inferiori potest deponi. Minister verò generalis totas suas vices illi committit pro sua familia, ex dicta Bulla vnionis, nec illi licet eiusdem auctoritatem pro libito limitare, quamuis sit illius verus superior, nam hæc superioritas quoad correctionem tantùm debet intelligi. Bene tamen ille existens in familia sibi reseruare aliqua specialia negotia, vel visitationem alicuius prouinciæ potest, quia hoc de iure, & consuetudine illi competit: vel etiam potest limitare, & restringere eius auctoritatem ex causa rationabili, & de consensu, & arbitrio Capituli generalis, etiam intermedij vnius tantùm familiæ. At non licet ab eo auctoritatem ordinariam auferre in prouincias suæ familiæ, super quas instituit aliquẽ commissarium nationalem, quia de eo est facta specialis prohibitio, ibidem attic.4. Idem docet Miranda supra art. 4. qui art.5. tradit prouincias Indiarũ, seu noui Orbis esse exemptas à Commissario generali Vltramontano, & idem ait de conuentu Parisiensi.

4. Minister generalis discedens à familia, de qua assumptus fuit, potest relinquere loco sui aliquem commissarium pro eo tempore, quo absens fuerit, de consensu tamen definitorum Capituli generalis, ex Leone X. *ibid. art.5.* idem docet Miranda suprà *art.9.*

5. Item apud nos Minores est alius Commissarius generalis Indiarum residens in curiis Regis Hispaniæ, qui in omnibus, & per omnia est immediatus Ministro generali, habetque vocẽ actiuam, & passiuam in Capitulo generali ordinis, cui etiam si subdantur omnes fratres Indiarum, non ideò priuatur iurisdictione in eosdem Commissarius generalis familiæ, à quibus etiam eligitur. Quamuis autem dictus Commissarius generalis Indiarum immediatè subdatur Ministro generali, quoad correctionem tamen grauium delictorum subditur Commissario generali familiæ, vel Prouinciali, in cuius prouincia residet, vt in simili circa regularem exemptum notoriè extra claustrum delinquentem cum scandalo, qui ab Episcopo puniri potest, si intra tempus à se præfixum, superior nun puniat, definit Concilium Tridentinum *tom.1.qu.52. artic.1.& 2.& tom.2.quæst.2.artic.6.& quæst.63.art.4* de quo Sanchez *lib.7.de matrimonio disput.33. num.23.* qui affirmat non posse puniri per censuras, vide infrà *de Episcopis, num.15.* Trident. sess.25. de reg. c. 14.

6. De officio, & auctoritate dicti Commissarij Generalis Indiarum latè agit Miranda suprà *quæst.14. art.1.* vbi tradit, primum præfectum huic officio, & dignitati fuisse P. F. Franciscum de Guzman filium illustrissimi Conuentus S. Francisci Salmanticensis, qui fuit creatus anno Domini 1572. tempore Philippi II. Regis Hispaniæ.

7. Commissarius curiæ Romanæ necessariò debet esse de familia, de qua assumptus est Commissarius generalis, habetque eandem auctoritatem in illa, quam habet Procurator generalis in sua familia cum omnibus suis præeminentijs, & obligationibus, vna sola dempta, orandi scilicet, coram Domino Papa, & interessendi in eius Capella, quę soli Procuratori Romano repræsentanti personam generalis Ministri apud suam Sanctitatem competit, *tom.1.quæst.53.art.3.* de quo Miranda *tomo 2.quæst.13.art.2.*

8. Procurator verò Romanus, cùm sit Vicarius Ministri generalis, ab eodem institui potest, non sequendo consilium definitorij, & Discretorij ordinis, licèt ex consuetudine, & statutis teneatur consulere definitores, & discretos in Capitulo generali congregatos, tantùmque auctoritatem, ac potestatem habet, quantam ei Generalis ordinis impartire, seu concedere pro libito sibi placuerit. Item voce actiua, & passiua gaudet in electione Ministri generalis, in definitorio, & in reliquis omnibus actibus, ex auctoritate Apostolica: qua etiam cautum est, vt non possit continuari in suo officio vltra triennium, neque post illud expletum iterum eligi in Ministrum, aut commissarium Generalem, nisi post lapsum duodecim annorum. Quoad cętera ad hoc attinentia consule statuta ordinis, *ibid. artic.1. & 2.* de quo latè Miranda *d.ct.quæst.13.art.1.*

9. Com-

9. Commissarij Prouinciales cum plenitudine potestatis à Ministro generali instituti nullam auctoritatem habent circa eos casus, in quibus capitulum Prouinciale vel Minister prouincialis habet potestatem, vt circa institutionem prædicatorum, & confessorum, ac receptionem nouitiorum, vel expulsionem ab ordine, & similia, ex declaratione capituli Burdegalēsis anno Domini 1520. Item nil possunt ordinare, & innouare, vel ordinata mutare, nec contra statuta Prouinciæ facere sine consensu patrum Prouinciæ, vel maioris partis vocalium, ex statutis Salmantinis, nec sunt exempti à potestate commissarij generalis de familia, tom. 1. quæst. 54. art. 1. Vide infrà numer. 13. de quo latè Mirand. tom. 2. q. 15. art. 3. vbi concl. 2. addit hos commissarios, seu Visitatores non posse fratres extra prouinciam sibi commissam mittere, nec in ea eligi in Prouinciales, nec habere votum in electionibus, aut diffinitorio, sed tantùm auctoritatem habere ad eas confirmandas, si præsideant capitulo in absentia Generalis, & Portel in addit. ad dubia, verb. Commissarius prouinciæ num. 3. addit, nec Generalē posse eis concedere, vt simul cum ipso habeant votum in capitulo, bene tamē, vt in eius absentia tanquam sui procuratores, seu Cōmissarij id nomine suo faciant, vt docet idem Portel *ibidem num. 2.*

10. Huiusmodi tamen Commissio data Ministro Prouinciali pro sua Prouincia, cum detur officio, & non personæ, non expirat cum Prouincialatu, sed transit ad successorem in officio, quoad vsque fuerit renocata, vt declarauit Capitulum Generale Florentinum anno Domini, 1493. expirat tamen morte cōcedentis, *ibid. in fine.* Vide Portel *verb. Commissarius Prouinciæ, num. 2.*

Trid. sess. 23. c. 1. de reform. 11. Commissarij in absentia Prouincialium eligendi sunt, iuxta statuta vniuscuiusque Prouinciæ, illis autem deficientibus, ad generalia ordinis recurrendum est, semel verò electi eandem potestatem habent, quam ipsi Prouinciales Ministri, à quibus non potest eorundem auctoritas limitari ex eo quòd non possunt recedere, nisi fuerit sufficienter prouisum de omnium gubernatione, iuxta Tridētinum Decretum. Verum est tamen, quòd generalia statuta illorum potestatem in aliquibus limitant, scilicet, quòd non possint celebrare Capitulum, vel Congregationē, dum vocales ad Capitulum Generale missi non fuerint reuersi, nec aliquod negotium graue peragere, nisi mora Prouincialis sit culpabilis, vel eius regressus sit plenus impossibilitate, tunc enim Præses Prouinciæ cum consilio Discretorum poterit de re, & super negotio prouidere, vt statuta Salmantina disponunt. Aduertant tamen dicti Cōmissarij, quod litteræ, & patentes Ministri absentis sunt ad vnguem seruandæ, non enim desinit esse prælatus, nec amittit iurisdictionem propter absentiam, *ibid. art.* 2. Idem docet Miranda *d. q. 15. art. 1.* vbi latè.

12. Commissarij vice Prouincialiū legitimè impeditorū missi ad Capitulum Generale eliguntur per Ministrū, & definitores Prouinciæ, habentque vocem actiuam, & passiuam in ipso Capitulo, ex statutis Toletanis, non obstante decreto Concilij Tridentini, quia hi tantùm instituuntur Commissarij, seu procuratores Prouincialium ad eligendum suo nomine, nec per eos supplentur vota absentium, nec hæc est vera suppletio, sed commissio, ex declaratione Cardinalium, *ibid. art. 3.* Idem docet Miranda *supr. art. 2.* Trid. sess. 25. de Reg. c. 6.

13. Commissarij missi ad visitandas prouincias habent plenariam potestatem, Ideòque vsu obtentūm est, vt in litteris patentibus mittantur, cùm plenitudine potestatis, per constitutiones tamen generales restricta est, quę super hoc consulendæ sunt. Pro quo aduerte, quòd non admittentes dictos Commissarios, seu visitatores, vel contradicentes, ipso iure excommunicantur, absolutioque reseruatur Papæ, & priuantur officijs habitis, inhabilesque fiūt ad futura, ex decreto Gregorij XIII. quod debet intelligi, nisi dicti visitatores aliquid attentent contra Ordinis statuta, tunc enim contradictores, & rebelles non incidunt in dictas pœnas. *ibid.*

ibid. art. 4. De quo Miranda *supra dict. art. 3. Portel verb. Commissarius Prouinciæ, num 1. & in addit. eodem verbo num. 1.* Vide suprà *num. 9.*

RESOLVTIO XXX.

De Conceptione B. Mariæ Virginis.

1. SIxtus IV. decreuit non peccare mortaliter, nec venialiter, nec esse hæreticum sentire B. Virginem Mariam in suo conceptu fuisse immunem à peccato originis, vel sentire eius rei oppositum, insuper damnauit affirmare præsumentes sanctam Romanam Ecclesiam de spirituali tantùm Conceptione, & Sanctificatione festum celebrare, vt habetur in Extrauaganti, *Graue nimis, de Reliq. & vener. Sanctorum*, & refertur in Bullario. Quod & confirmauit Concilium Tridentinum, ferens excommunicationem ipso facto Sedi Apostolicæ reseruatam contra contrarium dicentes, aut docentes. Hoc tamē debet intelligi, nisi adsit scandalum, aut pertinacia, tunc enim ex circunstātia maioris vel minoris scandali, vel pertinaciç erit culpa mortalis, vel venialis oppositum asserere. Quapropter prædicatores publicè populo prædicantes B. Virginem non fuisse immunem à labe originali vix à peccato excusantur, vnde tanquam scandalosi repellendi, & condemnandi sunt, non ratione falsitatis dicti, sed ex scandalo, & indiscretione in prædicando, maximè hisce temporibus, quibus erga B. Dominæ immaculatum conceptum tanta pietas, & deuotio viget, tantaque solemnitate eius festum celebratur, vt de eo non esse opinionis, sed fidei communiter fideles existiment. Ideòque Pius V. ex sacra Prædicatorum familia ad Pontificatum summum assumptus, volens sua pietate, & paterno affectu huiusmodi malis obuiare, in quadam constitutione confirmatoria illius, quam ediderat Sixtus IV. addidit graues pœnas suspensionis à Diuinis, & priuationis officiorum, ac inhabilitatis ad illa, contra refellentes, aut oppugnantes contrariam opinionem, vel de ea vulgari sermone scribentes. Quæ constitutio licèt quoad dictas pœnas non sit in vsu, non parum tamen conducit ad piam opinionem confirmandam, *tom. 1. quæst. 57. art. 1. & 2.* de quo Suarez *de censur. disp. 22. sect. 5. à num. 30. & tom. 2. in 3. p. D. Thom. quæst. 27. supra art. 2. & 2. sect. 6. Vasquez in 3. pag. D. Thom. quæst. 2. art. 1. & 2. Corduba in quæstionar. quæst. 44. concl. 3.* vbi refert, in Vniuersitate Parisiensi tanquam scandalosos castigari solere qui contra opinionem piam audent publicè prædicare, & de facto ob id punitum fuisse quendam Doctorem Ioannem veri, anno 1497. addit, teste Miranda *lib. de Immaculata Conceptio. Virginis cap. 99. fol. 736.* qui etiam ad idem citat Salazar *libro pro defensione Immaculatæ Virgin. Concept. cap. 42. sæculo 15.*

Bullar. Bull. 17. Sixti 4. Trid. sess. 5. can. vlt.

2. Post hæc Dominus Paulus V. volens submouere dissensiones, iurgia, & scandala, quæ cum magna Dei offensa in populo Christiano oriuntur ex occasione assertionis affirmatiuæ, quod B. Virgo fuerit cū peccato originali concepta, in generali congregatione sanctæ Romanæ Ecclesiç, & vniuersalis Inquisitionis contra hæreticam prauitatem habita, post longam, & maturam discussionem constituit, vt in posterum nullus audeat in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs actibus publicis id asserere, donec res à Sede Apostolica definiatur, sequenti decreto in forma breuis in hunc modū.

Feria quinta die 31. Augusti, annò à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1617. In generali congregatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in monte Quirinali coram sanctissimo D. N. D. Paulo diuina prouidentia Papa V.

Sanctissimus Dominus noster post longam, & maturam discussionem, auditis

vot*is*

votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium inquisitorum, re accuratè, ac diligenter perpensa, prouide considerans, quòd quamuis in constitutione felicis recordationis Sixti IV. super conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ, pro submouendis inter Christi fideles scandalis, rixis, & contentionibus edita, à sancta Tridentina Synodo innouata, & deinde in alia constitutione sanctissimi Pij V. super eadem re, quas similiter Sanctitas sua innouauit cum quibusdam prouisionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obseruatione, relinquatur vnicuique libera, facultas tenendi, & etiam asserendi vtramque partem, quòd scilicet; fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra veluti erronea, aut hæretica damnetur. Nihilominus ex occasione assertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatissima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Christiano, cum magna Dei offensa scandala, iurgia, & dissensiones. Propterea volens huiusmodi scandala ex debito sui muneris prouidere; decreuit, & præcepit, ac præsentis decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & singulis cuiuiuis ordinis, & instituti regularibus, & alijs quibuscunque tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus personis cuiusuis conditionis, status, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, etiam si specialis, specifica, & indiuidua earum esset necessariò mentio facienda, vt in posterum, donec articulus huiusmodi à Sancta sede Apostolica fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam, & sedem Apostolicam fuerit, aliter ordinatum, non audeat in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs quibuscunque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contrà facientes autem eadem Sanctitas sua voluit, & declarauit subiacere deberi, & subijci censuris, & pœnis contentis in supradictis constitutionibus suorum prædecessorum, & sua ipso facto incurrendis: Per huiusmodi tamen prouisionem Sanctitas sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus de præsenti reperitur, præter quam quoad supra disposita. Vlteriùs sub eisdem censuris, & pœnis mandans, quòd negatiuam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta in peccato originali, in prædictis publicis actionibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent. Insuper voluit, & expresse mandauit, vt extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ constitutiones firmæ, & illæsæ remaneant, & exactè obseruentur perinde, ac si præsens decretum non emanasset. Et ita decreuit, & mandauit vbicunque inuiolabiliter obseruari, non obstantibus in hac parte supradictis constitutionibus, & alijs omnibus in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obseruatione, & executione præsentis decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra huiusmodi transgressores, etiam regulares cuiusuis ordinis, & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascunque Ecclesiasticas, & sæculares personas cuiuscunque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, tam Episcopi, quàm Prælati superiores, aliique ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eos dem transgressores procedendi, ac pœnas coercendi, ac puniendi. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, quod præsens decretum, seu illius exemplar ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe,

Trident. sess. 5. canon. vlt.

Vrbe, & Aciae Campi Florae affixa omnes ita arctent, & afficiant, perinde, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensę. Andreas de Pittinis S. Rom. & vniuersalis Inquisitionis notarius. De quo Portel *verb. Praedicatores, num. 6. & in addit. ad dubia verb. Concep. Deiparae, numer. 8. Villalobos 1. p. tractat. 17. diff. 25. num. 11.*

3. Tandem S. D. N. Gregorius XV. anno Domini 1622. die 2. Iunij sub excommunicationis poena, & alijs pęnis praecepit, ne opinio Diui Thomae, etiā in priuatis colloquijs, vel scriptis practicetur, vel defendatur. Insuper quòd omnes, quicunque illi sint, clerici, vel Regulares recitantes officium Conceptionis Deiparae in festo ipsius exprimant in illo nomen Conceptionis, & non sanctificationis. De quo Portel *in add. ad dubia Regul. verb. Conceptio Deipara, num. 8. & 9.* Comitol. *li. 6. Respons. Moral. quest.* 40. qui ponit casum cuiusdam concionatoris, qui fuit accusatus, eo quòd praedicando subdocuit, qualiter possent infirmari argumenta partis oppositae.

4. Ad haec operae pretium duxi referre ad maiorem laudem Virginis quòd in Vniuersitate Parisiensi post solemnem conferentiam, seu disputationem anno Domini 130. accidit, in ea nāque noster Subtilissimus Scotus auxilio speciali Dei, & Virginis Immaculatae adiutus, simul cum ingenij illo acumine, quo praeditus erat, taliter se gessit, vt ex tunc decreto statuerit illa celebris Academia, ne cuiuis gradus Magisterij, aut Doctoratus concederetur, nisi prius iureiurando se adstringeret defendendi opinionem piam Immaculatae Virginis in suo conceptu, teste Bernardino de Bustis *in 1. p. serm. 8. de Concept. B. Virginis*, factumque fuisse illud decretum anno 1383. addit, licèt veritati historiae sit conformius edi tum fuisse anno 1303. vt ex testimonio Ioannis Bachon tradit Miranda *in libro de Conceptione Virginis, cap 93 fol. 675.* Idem decretum, seu statutum edidit Coloniensis Academia ad exemplum Pariensis anno 1304. viuente adhuc eodem Scoto, intuitu cuiusdam alterius disputationis ab eodem feliciter, & ingeniosè de eâdem re celebratae, teste Rodulpho lib. 3. hist. Seraphicae, in vita Scoti. Deinde anno Domini 1501. idem statutum esse in Vniuersitate Maguntiae, Valentiae, & Ossunae refert ex Laurentio Surio, & ex F. Ioane Baptista Lezana idem Miranda ibidem, qui etiam idem statuisse Scholam Complutensem, & Salmanticnam, illā anno 1617. istam verò anno 1618. adiungit, cuius nos testes sumus, & formulam iuramenti vtriusque refert ibi fol. 678. & 680. ad quorum imitationem eodem iuramento solemniter se adstrinxit ipsa ciuitas, seu Senatus Salmanticensis, quam imitati sunt alij plures Ecclesiarum cathedralium, & ciuitatum capitulares, & Magistratus, vt Caesaraugustę in Aragonia, & Eborae in Portugallia, teste Portel in addit. ad dub. verb. Conceptio Deiparę num. 4. vbi à nu. 1. multis rationibus, iuribus, & Doctorum ac miraculorum testimonijs probat contra quendam Doctorem Cęsaraugustanum, praefatum iuramentum, seu votum publicè celebratum ab Academijs, & communitatibus esse licitum, sanctum, laudabile, ac pium, ac ideò tanquam actum pium, & religiosum esse sufficientem materiam voti, vel iuramenti, vt videre est apud Theologos, maximè apud Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 1. de iuramento cap. 7. num. 4. & lib. 2. de voto capit 6. num. 3. & 13. Sayro lib. 8. clauis Regiae capit. 7. & lib. 6. cap. 3.* quòd verò sit actus Religiosus defendere Deiparam ab originis labis incursu, permittente, & fauente Ecclesia, expresse docet Bellarmin. *lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 16. §. neque rationis.* Et quòd sit laudabilis patet ex quadam Bulla Sixti V. vbi annuens petitioni Fratrum Minorum de celebrando festo Immaculatae Conceptionis Deiparae cum octaua ait; nos tam pium, & laudabile propositum fouere volen-

res, &c. ecce quomodo vocat actum pium, & laudabilem propositum celebrandi conceptionem istam Virginis Matris vt purissimam, & immaculatam, ac proinde votum, seu iuramentum super ea re celebratum esse licitum, sanctum, pium & laudabile quis dubitabit?

Bullar. Bull. 14. Leon. X. 5. Leo X. apud Bullarium concessit, quòd Fratres Minores Obseruantię, & Moniales S. Claræ celebrantes, vel audientes Missam de Conceptione B. Mariæ, ac intendentes orare pro sua sanctitate, & vniuersali Dei Ecclesia, con sequantur Indulgentiam plenariam. Item Sixtus IV. concessit, vt omnes, & singuli Christi fideles dicentes, vel interessentes Officio Conceptionis incipienti, sicut lilium, in festo eiusdem Conceptionis, eandem prorsus indulgentiam, & remissionem peccatorum consequantur, quę concessa est ab Vrb. IV. & alijs Pontificibus dicentibus, vel audientibus Missam, & Horas Canonicas in festo Corporis Christi, & per eius octauam, videlicet pro Matutinis, Missa, & vtrisque vesperis diei festi quadringenti dies, & pro qualibet reliquarum horarum centum sexaginta, & per octauam pro singulis Matutinalium, Missarum, ac vesperorum ducenti dies, & pro reliquis horis octoginta, *ibidem art. 3.*

Bullar. Bull. 15. Sixt. 4.

Bullar. Bul. 2. Sixti V. 6. Item Sixtus V. concedit Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem Monialibus Conceptionis B. Virginis ac omnibus, qui verè confessi, & sacra communione refecti Ecclesias earundem Monialium in festo Conceptionis eiusdem B. Mariæ visitauerint, & ibi pro pace inter Christianos Principes, ac sanctæ Ecclesiæ exaltatione, hæresumque extirpatione pias ad Deum preces effuderint *ib. d. art. 3.*

Nouissimè S. D. N. Vrbanus VIII. per suam Bullam ad perpetuam rei memoriam die 21. Maij, anno Domini 1627. concessit vltra plures alias Indulgentias, eandem indulgentiam, & remissionem peccatorum plenariam omnibus Confratribus immaculatæ Conceptionis visitantibus in eodē festo Conceptionis Deiparæ Ecclesiam S. Francisci Salmaticensis, cuius bulla originalis extat in archiuo eiusdem Conuentus.

7. Item vltra centum annos indulgentię concessos à Iulio II. verè pœnitentibus, & confessis in regno Castellæ, qui imaginem B. Mariæ, & eius filij à Monialibus Conceptionis deferri solitam, detulerint, & nouies Aue Maria recitauerint, Leo X. concessit vi Bullar. oraculi deferentibus prædictam imaginem orac. 35. Conceptionis, & fęminis scapularium Leo X. eiusdem Ordinis cum eadem imagine easdem gratias, quas consequuntur deferentes chordam B. P. N. Francisci, & corrigiam S. Augustini, quæ sunt eædem, quæ concessa sunt Fratribus Minoribus, & Augustinis. De quo apud Bullarium inter viuæ vocis oracula Leonis X. *ibid. art. 4.*

8. Item ex eodem Leone X. suspen- Bullar. ditur interdictum in festo Conceptio- Bul. 14. nis, & per totam octauam, sicut in festo Leo X. Corporis Christi. Quod etiam ad cessationem à diuinis extendit idem Pontifex in quodam priuilegio concesso Benedictinis. Quò indulto optimo iure possunt frui etiam Ecclesiæ, vbi non fit Officium Conceptionis ordinatum per Leonardum Nogarolum, nec dicitur Missa, quæ incipit, egredimini, &c. quidquid aliquid dicant, cum præfata concessio absolutè sine limitatione ad prædictum officium loquatur, *ibid. art. 5.* De quo Nauar. *cap. 71. num. 182.*

9. Tandem Dominus Paulus V. pro singulari erga B. Virginem deuotione concessit nobis Minoribus anno Domini 1609. vt in omnibus Sabbathis non impeditis Officio nouem lectionum possimus facere Officium de immaculata Conceptione sub ritu semiduplici, vt suprà iam diximus de celebratione diuini Officij nu. 16. Item concessit anno 1615. vt omnes recitantes Antiphonam, *hæc est virga, in qua nec nodus originalis, &c.* cum versu, *In Conceptione tua, &c. & Resp. ora pro nobis Patrē, &c.* & Oratione, *Deus qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c.* consequantur centum annos Indulgentiæ.

L 2 RE-

RESOLVTIO XXXI.

De Confratrijs Chordigerorum & Corrigiatorum.

Bullar. Bul. 8. Sixti 5. 1. Archiconfratriam Chordigerorũ B. P. N. Francisci instituit, & erexit Sixtus V. Assisij in conuentu Fratrum Minorum conuentualium, data facultate Ministro, & commissario generali obseruantiæ alias similes confraternitates erigendi, & instituendi in omnibus Conuentibus sui regiminis, vbi non sunt aliæ in monasterijs dictorum Fratrum conuentualium iam erectæ, vel vbi ipsi Fratres habent Conuentus. Huiusmodi confratriam ingredientes die sui ingressus lucrantur indulgentiam plenariam præmissa confessione, & communione; eandemque consequuntur in articulo mortis, inuocato nomine Iesu ore, aut saltem corde. Idem cùm intersunt processioni per singulos menses fieri solitæ: alij verò non confratres illi intercessentes centum annos de iniunctis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentijs lucrantur. Item eadem Indulgentia centum annorum conceditur eisdem confratribus chordigeris, quoties alijs confraternitatis processionibus interfuerint, vel Sanctissimum Christi corpus associauerint, dum ad infirmos defertur, vel quoties alicui miserabili personæ subuenerint; vel pacem inter inimicos composuerint, aut quod simile opus misericordiæ peregerint: vel Officium Domini nostri, aut B. Virginis, aut aliud quoduis recitauerint, vel recitantibus confratribus interfuerint. Tandem eis conceduntur huiusmodi confratribus omnes Indulgentiæ Fratribus Minoribus concessæ, & non reuocatæ, & quod eas, & omnes alias possint applicare defunctis per modum suffragij, *tom. 1. quæst. 38. art. 1.*

2. Sed ad omnia ista consequenda necesse est, vt chordam cinctam deferant benedictam ab aliquo prælato ordinis etiam Guardiano, aut Præsidente in absentia Guardiani, & in libro confratriæ simul eorum nomina scribantur, non tamen requiritur, vt confratriæ habeant œconomum, & maiores, quibus confratres subdantur. *ibidem in fine.*

3. Confratres corrigiati S. Augustini easdem fermè indulgentias, & gratias consequuntur, quibus frui diximus chordigeros S. Francisci, communicatque in omnibus bonis quæ geruntur in eodem ordine S. Augustini. Præcipua verò, & maxima indulgentia, qua gaudent, est illa plenaria pro die ingressus præmissa sacramentali confessione, & sacra Communione, quæ etiam pro mortis articulo concessa est à Gregor. XIV. Ad hæc tamen consequenda non tenentur deferre corrigiam datam, seu benedictam ab aliquo prælato Ordinis, cùm id non exprimatur in Bullis Apostolicis, sed tantùm tenentur quotidie dicere ter *Pater noster cum Aue Maria*, & vnum *Salue Regina*; cuius loco qui nesciunt, dicere debent quinque *Aue Maria*, ex eodem Gregorio XIV. *ibid. art. 2.*

4. Vnde, quidquid aliquibus dura nimis res videatur, possunt dicti Corrigiati lucrari magnam illam indulgentiam portiunculæ die 2. Augusti in Ecclesijs ordinis S. Augustini coram altari à superioribus deputato, dicendo ter *Pater noster*, cum totidem *Aue Maria*, cùm hæc iam sit communicata omnibus monasterijs Fratrum Minorum, per Sixtum IV. & per consequens Mendicantibus, quales sunt Augustinienses, quorum priuilegijs, & gratijs gaudent prædicti corrigiati. *ibid. art. 2.*

Sed oppositum loquens in terminis de dicta indulgentia portiunculæ non communicanda alijs Religionibus, tenet Portel, *verb. priuileg. communic. numer. 20.* idque addit, non esse in vsu apud cæteras religiones. Sententia tamen Auctoris iuxta amplissima priui-

priuilegia Religionum, vera quidem est: at de vsu earundem religionum circa hoc non possum non certi aliquid referre. De quo vide infrà *de indulgentijs num.* 50.

RESOLVTIO XXXII.

De Confessarijs Regularibus quoad præsentationem.

Nullus Regularis potest confessiones audire sæcularium, etiā sacerdotum, nisi præsentatus secundū formam iuris ab Episcopo per examen (si ipsi videbitur necessarium) approbatus existat, aut aliàs idoneus ab ipso iudicetur ex decreto Concilij Tridentini. Forma autem præsentationis ex Clementina dudum. §. statuimus, de sepult. fermè hæc est. Prælati superiores, quales sunt Prouinciales per se, vel per alios debent accedere ad Episcopum diœcesis, vbi habitant Fratres, rogantes vt ab ipsis electi, & nominati possint audire confessiones suorum diœcesanorum, quod dignetur acceptare, ac si per omnia seruata esset forma iuris. Quod si acceptet, pro admissis reputantur, aliàs minimè, sed personaliter debent præsentari, *tom. 1. quæst. 59. art. 1. & 3.* De quo Nauar. *in man. capit. 27. numero 260. & 261. Miranda tomo 1. quæstion. 45. art. 5.*

Trid. sess. 23. cap. 15. de refor.

2. Fratres legitimè præsentati, & ab Episcopo idonei reperti, si sine causa ab ipso non admittantur, possunt secundùm ius confessiones audire, nam Episcopus nudum tantùm ministerium approbandi religiosos habet, ac proinde non concedit illis iurisdictionem, sed habent eam à iure, seu à Papa immediatè. Idem dicendum est, quando absolutè Episcopus non vult admittere legitimè præsentatos, vel non expectata præsentatione, se non admissurū præsentatos affirmat, tunc enim post trinam monitionem, seu requisitionem pro approbatis habentur, ibid. De quo Cardin. *in d. Clement. dudum* §. *deinde num.* 5. Idem affirmant Henriq. *de pœnit. lib. 3. cap. 6. num.* 8. Mirand. *tom. 1. quæst. 45. art.* 10. Portel *verb. Confessor Regularis nu. 2. & 3.* Villalobos *1. part. sum. tract. 9. diff. 53. num. 1. & diff. 55. n. 3.*

3. Dicta Clementina quantum ad formam præsentandi Prædicatores, & Minores non est sublata per præfatum decretum Concilij, nam cùm sit lex incerta in corpore iuris, & non priuilegium, necessariò de illa deberet fieri mentio, vt derogaretur, iuxta cōmunē Doctorum, *ibid. art. 2.* De quo Nauar. *in manual. cap. 27. num. 264. in fine* Miranda *suprà art. 6.*

4. Præsentatio, & approbatio Minorum, & Prædicatorum semel facta est perpetua iuxta dictam Clementinam, nec debet iterum in eadem Diœcesi renouari, quia tantum ad hoc eius dispositio non est reuocata per decretum prædictum Tridentini, imò iurisdictio, quam habent dicti Fratres, est ordinaria ad instar Curatorum, vt innuitur in eadem Clementina, ac per cōsequens eorum approbatio omninò perpetua dicenda est, sic declarante Pio V. apud Bullarium in quadam Bulla edita in fauorem Mendicantium non reuocata per Gregor. XIII. imò confirmata per quoddam rescriptum cuiusdā Nuntij Apostolici in his Hispaniarum partibus, & per sacram Congregationē Cardinalium, *ibid. art.* 4. Pro quo Corduba *in addit. ad compend. tit. præsentatio Confessorum*, Soto *in 4. dist. 18. quæst. 4. artic.* 3.

Bullar. Bull. 7. Pij V. … 4.

Idem expressè tenet Ledesma in sūma 1. par. c. 13. pag. 572. in prima edit. Cruz in epitome lib. 2. c. 9. dub. 4. conclus. 4. quos refert, & sequitur Villalobos dict. diff. 53. n. 6. Zerola in Praxi Episc. p. 1. verbo, Confessores, §. 2. quidquid in oppositum cōtendant quidam, quorum fundamentis satis, superque præuius tempore satisfecit noster Auctor hic, adducens in confirmationem quoddam rescriptum Nuntij Aposto-

Firmatur Auctoris sententia. lici Hispaniæ, tempore Clementis VIII. qui non obstante declaratione Pij V. & Cardinalium in nostrum fauorem declarauit.

In fine dicti articuli quarti refertur constitutio Pij IV. per quam sanctum Inquisitionis Tribunal potest procedere contra solicitatores mulierũ in actu confessionis. De quo infrà *resol.* 130.

5. Hæc tamen præsentatio Regularium pro vna diœcesi non sufficit pro omnibus, sed debent in vnaquaque admitti, vt deducitur ex verbis dicti Cõcilij Tridentini, & ex dicta Clementina *Dudum*. At per priuilegium Gregorij XIII. pro Societate Iesu semel approbati ad prædicandum, & confessiones audiendum, iter facientes per mare, & per terras, possunt prædicare Verbum Dei, & confessiones fidelium auscultare, non repugnantibus curatis, dummodo in locis, in quibus existunt, non sit proprius Episcopus, *ibid. art.* 5. De quo Suarez 4. *tom. disput.* 28. *sect.* 7. Miranda suprà *art.* 8. Villalob. suprà *diff.* 54. *nu.* 1. & 2. Vbi refert priuilegia Nicolai V. & Leonis X. pro Minoribus, & Pauli III. pro Societate, vt possint audire confessiones omnium ad se venientium.

Cõmp. Societate tit. Confessarius §. 2. Bullar. bull. 2. Nicolai. 5. & orac. 1. & 2. Leon. x. Bullar. bull. 37. Sixti 4. n. 11. & 61.

6. Præsentatio perpetua competens Prædicatoribus, & Minoribus ex iure communi, competit etiam alijs Regularibus ex priuilegio, sic concedente Clemente V. pro Augustinis, & Ioanne XXII. pro Carmelitis, & confirmante Sixto IV. apud Bullarium, qui determinationem dictę Clementinę *dudum*, ad eorum Ordines extendunt. Ex quo fit, quòd cùm illis dicta præsentatio perpetua competat ex priuilegio tantùm, & non ex iure communi, sicut competit Minoribus, & Prædicatoribus, nec poterunt pro approbatis se habere, renitentibus Episcopis sine causa eos approbare, nec resistere suspensioni factæ ab Episcopo successore, quam ipse potest facere per quãdam Bullam Pij V. quæ omnes Regulares tangit, præter Prædicatores, & Minores iuxta dictam Clementinam admissos. Verum est tamen, quòd cùm Mendicantes modò possint vti in foro conscientiæ omnibus priuilegijs, etiam si sint contra Concilium Tridentinum, per aliam Bullam eiusdem Pij V. per consequens poterunt vti dicta præsentatione, & approbatione perpetua, quoad vsque de facto suspendatur, seu reuocetur ab Episcopo successore in foro exteriori, quia Pontifex non statim suspendit approbationem mortuo, vel amoto Episcopo, sed tantùm concedit, vt à successore fieri queat dicta suspensio. *ibid. artic.* 6. & 7. Pro quo Soto *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 3. *Sanchez de matrimonio lib.* 8 *disput.* 28. *num.* 80. Idem docent Miranda *supra artic.* 7. *ante finem*, *Poriel verb. Confessores præsentatio nu.* 1. & *citat Henriquez lib.* 3. *de pænitent. cap.* 6. §. 6. *littera S. Villalobos dicta diff.* 53. *num.* 7.

Bullar. bulla x. Pij 5.

Pro quo nota, quòd sacra Congregatio Cardinalium declarauit: quòd Fratres Mendicantes semel examinati non debent iterum ab eodem Ordinario, nec etiã à successore examinari; quod intelligunt aliqui, quando examinatus est in totum, & vndequaque sufficiens, & idoneus repertus, ac absolutè approbatus *ibid. art.* 4. De quo Zerola *vbi sup. d. verb. confessores* §. 2. *Henriq. sup.* §. 4. cunque citans Portel *sup. num.* 3. Villalob. suprà *num.* 7. vbi docet religiosum semel approbatum ad confessiones audiendas non posse impediri, seu tolli ab eo licentiam per Episcopum, qui eũ approbauit, aut per sedem vacantem, benè tamen per Episcopum successorẽ ex quadam Bulla Pij V. & declaratione Cardinalium, sed hoc debet intelligi, si iusta ad id existat causa insufficientiæ iuxta mentem Auctoris, & suprà tradita.

7. Approbatio dictorum Regularium potest iusta ex causa limitari, & restringi ab Episcopo ad certum locum, tempus, & personas, cùm per dictam Clementinam *dudum*, ex rationabili causa possit omninò reprobare aliquem ex sibi præsentatis, quod maius, & fortius est: secus si sine causa fiat. Tunc autem sine causa facere censebitur Episcopus, quando cũm omnibus Religiosis generaliter, & sine differentia, & non cum clericis sæcularibus

ribus ita se habuerit, approbationes annuales eis tantùm indulgens, & ad confessiones virorum, & non mulierũ eos tantùm admittens, quo casu in fauorem Regularium est quædam declaratio Illustrissimorum Cardinalium, *ibid. art. 8.* De quo Henriquez *libr. 3. de pœnit. cap. 6. num. 8. Angel. tit. confessor. 4. nu. 25. Miranda tom. 1. q. 45. art. 10. Villalob 1. p. Sum. tract. 9. difficult. 53. nu. 1. & 2. Portel dicto num. 3.*

8. Nemini Prælatorum, etiam Prouinciali licet renunciare huic iuri perpetuæ approbationis, quia exemptus non potest renunciare priuilegio exemptionis sine licentia Papæ, quando tale ius, priuilegium, seu fauor tãgit totum ordinem, & non priuatam personam, c. cum tempore, de arbitris, capit. cùm olim el segundo, de priuil. Auct. ibid. artic. 9. De quo Angel. *verb. reminer. §. 4.* Armilla, & Syluest. *verb. exemptio. §. 8.* & faciunt tradita à Sanchez *lib. 4. decalogi cap. 39. numer. 29. & sequentibus,* vbi resoluit posse religiosum ex licentia superioris cedere priuilegio exemptionis tangente eius priuatam personam, vt ab Episcopo, v. g. possit absolui, & dispensari.

9. Lectores, & graduati in sacra Theologia debent se præsentare corã Ordinarijs, & possunt examini subijci, vt etiam de eorum prudentia constet, vltra scientiam, per Bullam Pij V. supra relatam in Bullario. Quod ex tenore verborum dicti Concilij deducitur, vbi postquam dicit, aut aliàs idoneus iudicetur, statim subdit, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, quod vltra idoneitatem, manifestam approbationem etiam requirere designat. Sed hæc examinis approbatio non decet fieri pro huiusmodi viris doctis, de quorum scientia est euidens approbatio, & opinio in suis Religionibus. Vnde ad Fratres Minores, & Prædicatores id non extenditur, cùm ipsi ratione iuris communis in dicta Clemẽtina dudum, sine causa ab Episcopis reiecti, pro præsentatis, & approbatis habeantur, nulla verò potest adesse iusta causa, ex qua iustè dicti lectores, & graduati reijciantur, cùm in tã breui tempore non possit eorum defectus prudentiæ deprehendi, & experiri, *ibidem art. 10.* De quo Henriquez *in Sum. 1. p. lib. 3. cap. 6. à principio,* Miranda *supra art 9.* Villalobos *suprà diff. 55. n. 2.* Portel *supra n. 2.* qui idem docent.

De Confessarijs quoad absoluendum sæculares.

10. Religiosi per suos superiores legitimè præsentati, & ab Episcopis approbati licèt sint apti, nullo tamen modo exercere possunt hanc iurisdictionem contra superiorum prohibitionẽ, etiam si eligantur virtute Iubilei aut Cruciatæ, & contra facientes possunt ab eis puniri: quia nunquam Papa intendit eximere religiosos ab obedientia suorum superiorum, nisi id exprimatur. Ita declarauit Iulius III. pro Prædicatoribus, *tom. 1. quæst. 60. art. 1. De quo Soto in 4. dist 18. quæst. 4. art. 3. Villalob. 1. p. Sum. tract. 9. diff. 50. num. 3. & 4.*

Apud nos Minores qui contradicente prælato audit confessiones incurrit excommunicationem, & alias pœnas, de quibus *in Compend. verb. Confessor §. 5.* teste Villalob *suprà num. 3.*

11. Confessiones tamen factę contra huiusmodi prohibitionem prelatorum validæ quidem sunt, quidquid sit de peccato confessariorum, si extraiudicialiter facta sit prohibitio in aliquo, vel aliquibus casibus; secus si iuridice fiat, tunc enim nulla est absolutio post prohibitionem, vel suspensionem iudicialem facta, *ibidem artic. 2.* De quo Syluest. *verb. Confessor 2. §. 15. Medin. lib. 1. §. 8. de effectibus excõmunicat.* Henriquez *lib. 5 de pœnitent. cap 6. nu. 6 littera* T. Villalob. *dict. tract. 9. difficult. 49. num. 8.*

12. Religiosus ab Episcopo admissus sine prævia sui præsentatione per suum prælatum, validè quidem absoluit, quandiu superior non annullat confessiones illi factas (quas posse procul dubio ab illo irritari, concessit Iulius

II. Fratribus Prędicatoribus) peccat tamẽ mortaliter, nec gaudet gratijs Clementinæ Dudum, imò nec priuilegijs suæ Religionis ad absoluendum à reseruatis Papæ, vel Episcopi, sed tantùm nudam habebit auctoritatem, sicut Curatis conceditur. Vnde si absoluat à reseruatis, absolutio erit penitus nulla, iuxta Doctores communiter, *ibid. art.* 3. De quo Nauarr. *cap. 9. num. 6.* Henriquez *lib. 3. de Pœnitentia cap. 6. numer. 6. Portel in dubijs Regularibus verb. Confessor Regularis eiusque præsentatio num. 9. in fin. Villalobos supra n. 3. & 4. & diffic. 49. n. 8. Miranda tom. 1. q. 44. art. 12. & 13. Crux in epitome l. 2. c. 6. dub. 2.*

13. Religiosi approbati iuxta formã Clemẽtinæ *dudum*, possunt audire diœcesanos diœcesis, vbi habent approbationem, etiam contradicente loci parocho, imò etiam si in licentia data ab Episcopo dicatur, quòd ea non vtantur contradicẽte parocho: quia eorum iurisdictio dimanat immediatè à Papa, nec pendet ab Episcopo, vltra quod indulta Apostolica id expresè concedunt, quę ab Episcopis nullo pacto tolli possunt. Secus in sacerdotibus sæcularibus, quorum iurisdictio dimanat ab Episcopo approbante, ideòque potest ab illo restringi, *ibid. art. 4.* De quo Henriquez *lib. 3. de pœnitentia c. 6.* Portel supra *num. 8.* Villalobos *dicta diff. 49. nn. 7.*

Bullar. orac. 45. Sixti 4. 14. Dicti religiosi taliter approbati possunt audire extra diœcesim vbi sũt approbati, oues ipsius diœcesis, cùm id possint curati de iure, quod & declarauit & concessit Sixtus IV. Minoribus, quo fruuntur cęteri Mendicantes, & alij Communicantes in eorum priuilegijs, *ibidem art. 5.* De quo Miranda vbi suprà *art. 14. concl. 3.*

Bullar. bul. 2. Nicolai 5. & bul. 11. Sixti 4. & bul. 33. eiusdem, vbi refertur bulla Vrbani 4. nu. 14. & idem Bullarium. 15. Item possunt audire omnes ad se veniẽtes cuiuscunque diœcesis, tam Laicos, quàm Ecclesiasticos, etiam Regulares exemptos, nisi per sua statuta, aut obedientiam sint prohibiti absolui, per multa priuilegia Apostolica, quę habentur in Bullario. Item possunt illos absoluere ab omnibus peccatis etiam reseruatis Papæ per concessionẽ Pauli III. factam Societati Iesu apud Bullarium. Non tamen possunt cum extraneis in votis dispensare, licèt ea commutare valeant per indulta Eugenij IV. & Innocentij VIII. quia id Episcopo loci non conceditur quantũ ad exteros ad suam diœcesim accedentes, cui in hoc non debent esse superiores religiosi, ibidem artic. 6. & tom. 1. quæst. 20. artic. 8. Vide suprà de absolutione quoad sæculares, num. 35. de quo Miranda vbi suprà concl. 1. Villalob. suprà *diff. 54. num. 1. & 2.* orac. 1. & 3. Leo x. Bullar. bul. 7. Pauli 3. n. 3. Bulla. 11. Eugen. 4. nu. 12. & orac. 10. Innoc. 8. p. 533.

16. Qua auctoritate possunt vti dicti Regulares extra monasteria existẽtes, cùm huiusmodi priuilegium sit per sonale sequens personam, & non locale concessum personæ ratione loci, sicuti est priuilegium de ministranda sacra communione, super quo extat quædam Bulla Alexandri IV. apud Bullarium, *ibidem art. 7.* De quo Miranda suprà *dict. concl. 3.* Villalob. *dict. num 2.* Bulla bul. 23. Alex. 4. Bullar. bull. 1. Ioann. 22. & bul. 33. nu. 52. &

17. Erroneum esse definiunt Ioannes XXII. in Extrauag. Vas electionis, de hęreticis, & alij Pontifices sæculares peccata semel Regularibus confessa, & ab eis absoluta teneri iterum repetere parocho in Paschate, nam illi habent à Papę priuilegio iurisdictionẽ directam absoluendi eosdem sæculares, sic declarantibus Alexandro IV. & alijs Pontificibus apud Bullarium. Præceptum autem de annua confessione facienda proprio sacerdoti, de quo in c. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss. debet intelligi de peccatis, quæ aliàs non sunt confessa, & absoluta, vt exponit Benedictus XI. *in Extrauagan ti, inter cunctas §. in Ecclesijs, de priuileg.* & declarauerunt Illustrissimi Cardinales, *ibid. art. 8.* De quo Soto *in 4. dist. 18. q. 4. art. 3.* Miranda *sup. quæst. 45. artic. 3.* bul. 37. n. 12. & 49. vbi referuntur alij Ponti fices. Bul. 23. Alex. 4. & bul. 9. Clem. 4.

De potestate Regulariũ ad absoluendũ sæculares à reseruatis vide quæ suprà ex *quæst. 61. tom. 1.* diximus de absolutione quoad sæculares à *num. 33.*

De Cõfessarijs quoad absolutionẽ Fratrũ.

18. In Concilio Tridentino adhortantur Regulares tam viri, quàm mulieres

liceres ad confessionem, & Cōmunionem singulis mensibus peragendam. Ad confessionem autem venialium tenentur tantùm ex quadam honestate, & decentia sui status, nisi aliquod sit statutum ad id obligans Fratres, quod in nulla Religione (quod sciam) datur, *tom.1.q.62.art.1.* De quo Henriqu. *quodlibet.1.qu.32. Soto in 4. dist.18. q.1. art.3.* D. Bonauentura *num.4.dist.16.2. pars.articul.2.quæst.1. Miranda 2.tom. qu.33.art.3.*

19. Statutum obligans religiosos ad propalandum prælato omnia peccata alias confessa, & absoluta singulis annis, non obligat sub mortali, quia iamdiù per dissuetudinem, seu non vsum cessauit, vt fatentur religiosi Ordinū, in quibus sic ordinatum fuit, ibidem art.2. De quo Henriquez sup. quæst.17. num.5. & lib.1. de pœnit.cap.4.numer.10.& lib.2.cap.16. & 17. à num.1. Nauar in capit. placuit, de pœnit.dist.6.à num.112. Miranda supra art.4.

20. Similiter statutum apud aliquas Religiones præcipiens, vt saltem semel in vita fiat confessio generalis de peccatis, laudabile quidem est, & à multis Pontificibus commendatum, & confirmatum extat, ibidem artic.3.
Trid.sess. De quo Nauar. in cap. placuit num.118.
23.ca.15. 21. Nullus potest audire confessio-
Bull. bul. nes Fratrum, nisi sit à superiore corun-
4.Greg.9. dem Fratrum approbatus cum iurisdi-
& Bul.18. ctionis concessione. Decretum verò
Inno.4.& Tridentinum definiens, neminem pos-
Bulla 14. se confessiones sæcularium, etiam sa-
Sixt. 4. n. cerdotum audire, nisi ab Episcopo ap-
33.& bul. probationem obtineat; non habet lo-
33.nu.30. cum in confessarijs Regularium, quib.
& bul.29. possunt confiteri religiosi, etiam si nō
Alex.4. sint ab Episcopo approbati, sufficit enim quòd à suo superiore habente iurisdictionem quasi Episcopalem, qui est suus ordinarius, approbentur. Sicque olim ante Concilium fieri solebat à quo iure non est recedendum, nisi aliud in nouo exprimatur, in Concilio autem non fit mentio, nisi tantùm de Sacerdotibus sæcularibus. Quæ cōsuetudo semper viguit in Religionibus bene ordinatis, & est approbata per plures Pontifices, ideoque ab ea non est recedendum. Aduertas tamen, quòd Fratres instituti confessarij pro religiosis tantùm, non censentur etiam instituti pro Monialibus Ordinis, sed specialem ad id debent habere facultatem, & approbationem, ibidem articulo quarto. De quo Suarez *tom.4. dispu.28.sectio.4.numero.5.in principio Sanchez de matrim. lib.3.disp.29.nu.14. Reginald.in praxi fori pœnit.libr.1.c.16. num.182.*

22. Fratres itinerantes licitè con- Bull.Bul.
fitentur cuicunque sacerdoti idoneo, 30.Sixt.4.
etiam sæculari de licentia suorum superiorum, ex concessione Sixti IV. apud Bullarium. Virtute tamen huius licentiæ Generalis non possunt absolui à reseruatis, cùm in generali concessione non veniāt ea, quæ si specialiter peterentur, non essent concedenda nullus autem prælatus est (vt credo) qui concedat extra Ordinem auctoritatem ad reseruata confitenda, præsertim cōfessario sæculari. Aduerte, quod præfata licentia prælati ad se confitendum cuicunque sacerdoti, debet esse saltem rationabiliter præsumpta, vt quando quis obliuione naturali desijt illam petere, ibid art.5. De quo Angl. *in floribus 4.q.de confess.a.8.diff. 2.dub. 4.pag.9.Sylu.verb.confessor 1. numer.6. vers. 8. si sacerdos, Miranda vbi supra art.6.*

23. Hinc venit resoluenda alia for-
tior difficultas, an scilicet religiosus Acplia-
extra Conuentum existens cum om- tur doctri
nimoda necessitate celebrandi, & non na Auct.
habeat copiam confessoris Ordinis,
possit absolui à quodam peccato re-
seruato per clericum sæcularem ap- Extat in
probatum, virtute auctoritatis passi- Compen.
uæ, sibi ipsi factæ à Prouinciali, vt ab- Cist. titu.
soluatur à reseruatis. Auctor. dicto ar- Confesso
ticulo quinto, § neque his obstat, in- res §.5.
nuit parti negatiuæ; resoluit enim ex quodam priuilegio Innocentij VIII. concesso Prædicatoribus, quòd necessaria est expressa licentia prælati, vt religiosus possit extra Ordinem absolui à reseruatis, præsertim Presbytero sæculari, quia, inquit, in licentia generali ad se absoluendum, non censetur Fratribus data facultas, vt

possint

possint absolui à reseruatis. Quæ ratio adaptari potest nostro casui, quia in licentia Generali absoluendi à reseruatis non videtur includi facultas ad id faciendum, nisi per sacerdotem Ordinis, & nō per clericum sæcularem, nec præsumitur, quòd eum petenti daretur, nisi satis difficulter, ex eo quod est contra consuetudinem bonam, & receptam Religionis, & contra honestatem, & decorem ipsius; non enim (addit Auctor) peccata grauia conuenit extra Ordinem alijs propalare, præsertim clerico sæculari, ac ideò P. N. B. Franciscus in sua Regula agendo de peccatis, quæ reseruantur Ministris, ait: quòd ipsi Ministri, si Presbyteri nō sunt iniungi faciant pœnitentiam Fratribus peccantibus per Sacerdotes Ordinis. Vnde Corduba *super regulam c. 7. q. 3. punc. 1.* resoluit, non posse absolui Fratres extra ordinem de peccatis reseruatis, etiam de licentia ministrorum, quia id ex vi regulæ prohibetur in dictis verbis, quod fortiùs nostram, confirmat sententiam. Neque obstat necessitas celebrandi, ad quod requiritur expurgatio mētis peccato infectę, quia licitè potest accedere quis cum sola contritione in defectu confessoris, & melius, si adest, confitendo peccata non reseruata, & virtute absolutionis eorum manebit indirectè absolutum peccatum reseruatum, cum obligatione se præsentandi, seu reconfitendi se auctoritatem habenti, vt directè ab eo absoluatur, sicut in dicto casu resoluit Auctor, ex cuius mente hæc desumpta sunt. Scio quòd Portel in terminis tenet oppositum, verb. confessor erga Fratres num. 12. §. nota secundo, cuius opinio mihi omnino non displicet, eo quòd pia, & in fauorem animarum sit, & faciat iugum confessionis suaue, & leue, idque videtur absolutè concedere Innocentium VIII. in priuilegio suprà relato etiam sine licentia prælatorū, idem tenet Villalob. 1. *p. summæ tract. 9. d ff. 64 num. 7. ad fin.* licèt cum limitatione, nempe quando alias habet à prælato, vt possit se confiteri extra Religionem.

B. Franc. c. 7. Reg.

Pro qua sentētia facit quoddam indultum Leonis X. quo concessit nobis Minoribus, quando sumus extra monasterium, neque copiam habemus confessoris ex Ordine, vt possimus confiteri peccata nostra sacerdoti alterius Ordinis, vel presbytero sæculari cum obligatione reconfitendi reseruata suo prælato, vt habet collector compēdij titulo absolutio ordinaria §. 19. & refertur apud Cordubam vbi suprà in margine, fol. 243.

24. Sed adhuc pro hoc nota, quòd Martinus V. concessit Monachis S. Hieronymi in Hispania, vt extra Conuentum existentes possint absolutè eligere quemcunque confessorem sæcularem, vel Regularem qui eos possit absoluere ab omnibus casibus, à quib. absolui possent, si in monasterio essent, vt habetur in compendio dicti Ordinis, in quo videtur dari absoluta facultas fratribus se absoluendi à quocunq; sine præuia licentia prælati, non tamē à reseruatis, verba enim illa, à quibus absolui possent, si in monasterio essent, id innuunt, siquidem in conuentu existentes, ex eo præcisè, quo ibidem adsunt, non possunt absolui à reseruatis, nisi ad id habeant specialem facultatē seu commissionem a superiore. Quo indulto possunt frui per communicationem aliæ Religiones. Item Leo X. idem ferè concessit Prædicatoribus; & Clemens VII. Minorib. dicendo, quòd Fratres itinerantes in defectu confessoris sui Ordinis possunt se confiteri cum alio alterius Ordinis, vel cū presbytero sæculari, & ita declaratū est in ordinationibus Toletanis nostræ Religionis. Ita Auctor *in explicat. cruciatę § 9. num. 14.*

Comp. D. Hier. ver. absentes à monasterio §. 10. & verb. absoluere §. 12.

25. Episcopus, vel prælatus Regularis concedens subdito facultatem eligendi confessorem, non censetur illi concedere suam auctoritatem, vt à reseruatis, & censuris sibi à iure communi, vel particulari, aut à priuilegio, vel consuetudine commissis possit absolui, sed necessario requiritur, vt expressè id exprimatur, vel generalibus verbis dicatur, concedo tibi facultatem, vt eligas cōfessorem, cui omnem meā auctoritatem, & potestatem committo

ad tuas confessiones audiendas, tunc enim ad reseruata extenditur *tom. 1. q. 20. ar. 27.* de quo Nauar. cap. 27. n. 261. vide pro confessoribus electis à prælatis quandam Bullam Sixti IV. apud Bullarium, & Miranda *1. tom. quæst. 33. art. 6. concl. 2.*

Bull. Bul. 33. Sixti 4. nu. 141.

26. Gregorius XIII. declarauit, tépore Iubilæi posse omnes Regulares confiteri peccata sua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confessiones, in Bulla enim non fit mẽtio, nisi de ordinario eorum, qui audiunt confessiones, non autem de ordinario pœnitentium. Habetur in Bullario inter declarationes Cardinalium de mandato Gregorij XIII. §. Sanctissimus pag. mihi 438. De quo vide Villalobos vbi supra diff. 56. num. 23. & 24. vbi resoluit ex sententia præstantissimorum Theologorum, & Iurisperitorum Salmanticensium, & declaratione Domini Papæ, & Cardinalium, oppositum tanquam probabilius, & tenet Auct. *in explicat. cruciatæ §. 9. n. 5.* agens de eligentibus confessorem virtute Bullæ cruciatæ, qui debent illum eligere approbatum ab Ordinario pœnitentis, & non confessoris.

Bullar. p. 438.

De Confessarijs quoad dispensandum.

27. Eugenius IV. apud Bullarium concessit, vt semel in vita possint confessarij per prælatos deputati dispensare cum Fratribus in omni irregularitate (bigamiæ, homicidij voluntarij, ac mutilationis membri) casibus duntaxat exceptis) & quoties opus fuerit, vt possint etiam dispensare in irregularitatibus originem trahentib. à censuris ignoranter, vel inaduertenter contractis. Sed per priuilegium S. Hieronymi in Hispania, de quo in cópendio Societatis, quilibet Mendicantium semel in vita potest dispensari à confessario per superiorem deputato super omni irregularitate quacunque occasione contracta in foro conscientiæ. Quod est magnum priuilegium, nec derogatum per Concilium Tridentinum quoad facultatem dispensandi in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario, quia priuilegia nostræ Religionis, etiam cótraria Tridentino sunt reualidata in foro conscientiæ tantùm per Pium V. vel dic, quòd Concilium loquitur tantùm de Episcopis, & non de prælatis Regularibus, qui erga suos subditos maiorem habent auctoritatem, quam Episcopi, tom. 1. q. 2. art. vlt. de intellectu huius textus Tridentini, vide Reginald. *in praxi for. pœnit. lib. 30. tract. 2. nu. 152.* latè Cencd. *pract. lib. 1. q. 24. à num. 13.* Aegid. *de sacram. to. 2. disp. 18. à nu. 37.* & alios relatos à Barbosa *in remiss. ad dict. cap. 7. num. 1.*

Pall. Bul. 1. Eug. 4. num. 2.

Compen. Soc. titul. disp. §. 6. & comp. D. Hiero. verb. absoluere

fratres 9. Trid. sess. 14. 7. de ref.

28. Deinde hoc ipsum ampliatũ est per Sixtum IV. pro Minorib. apud compendium Mendicantium: vt non solùm ipsi, & Moniales S. Claræ, & Tertiarij vtriusque sexus, sed etiã nouitij habentes propositum profitendi, nec nõ famuli, & seruitores Fratrum, & sororum possint semel eligere confessorem Ordinis, qui audita eorum confessione dispenset cum eis in omnibus irregularitatibus (exceptis homicidio voluntario, & mutilatione membri) bigamia verò licèt non exprimatur, semper tamen pro excepta debet haberi, ibidem in fine. De quo Villalobos *1. p. summæ tract. 31. nu. 22. à bi num. 16* refert indultum Martini V. ad absoluendum in homicidio voluntario occulto.

Compen. Mendicã. tit. absol. extraordinaria quo ad fratres §. 5.

29. Confessarij Ordinis Minorum ex priuilegio Pij V. possunt dispensare de licentia suorum Prouincialium cum coniugatis ad petendum debitũ impeditis ob copulam carnalem vnius coniugis cum consanguineo, vel consanguinea alterius intra secundũ gradum iuxta decretum Tridentinum, dũ modo fuerit copula naturalis cũ emissione, & receptione seminis intra vas naturale *tom. 1. q. 63. art. 1*, Idem docet Villalob. *1. p. summæ tract. 13. num. 10.*

Bul. orac. 9. Pij V. p. 980. & Bulla 22. Iulij 2. n. 3. & 4. Trid. sess. 24. de ref. c. 4. Bull. orac. 2. Pij V. p. 980.

30. Idem Pius V. concessit eisdem Fratribus Minoribus à suis Prouincialibus

libus ad hoc specialiter deputatis, vt possint ex causa legitima, puta si coniuges non possunt continere, dispensare cum voto castitatis adstrictis ad petendum debitum, si ante matrimonium contractum votum fuit emissum, nam in eo, quod post contractum fit de consensu vtriusque solus Episcopus dispēsat. At dicta dispensatio à Fratribus facta durat tantùm matrimonio ipsorū coniugum stante: ita vt superstes post mortem alterius maneat cum obligatione non contrahendi secundum matrimonium, & post contractum non petendi debitum sine noua dispensatione. Quo priuilegio, & superiori Pij V. possunt frui alię Religiones per viā communicationis, ibidem art. 2. Pro quo D. Tho. 2. 2. quæst. 88. art. 11. Soto in 4. dist. 3. q. 2. art. 1. Ledesm. in 4. difficult. 32.

Bull. bul. 25. Eug. 4. & Bull. 7. Pauli 3. Compen. Societ. ti. de pœn. § 10. Cōpen. Mendic. tit. dispensat § 29.

Idem docet Sanchez lib. 8. de matrimonio disput. 16. num. 3. & lib. 4. decalog. cap. 43. num. 10. & seqq. vbi num. 11. ait id esse intelligendum, etiā quādo nondum consummatum est matrimonium, ad quod citat nostrum Auctorem *tom. 1. summæ c. 243. nu. 2. Sayro in claui Regia lib. 6. cap. 11. numero. 104. Vega tom. 2. sum. cap. 129. casu 118 puncto 2.*

31. Fratres Mendicantes possunt dispensare in votis sæcularium iure cōmuni Episcopis commissis, & ea commutare in alia pietatis opera toties, quoties opus fuerit, ex Eugenio IV. pro Benedictinis, & Paulo III. p Societate, exceptis votis Vltramarinis, Petri, & Pauli de vrbe, sancti Iacobi in Compostella, castitatis, & Religionis, Idem extendit Gregorius XIII. ad vota iurata; dummodo commutatio non fiat in præiudicium tertij, & idem de iuramentis, etiam votiuis, ibidem art. 3. 4. & 5. Pro quo Naua. in Manual. cap. 27. num. 272. D. Sotò 8. de iustitia q. 11 art. 9. p. 688.

Idem docet Sanchez lib. 4. decalogi cap. 43. num. 4. & sequentibus, & c. 53. num. 8. & 9. vbi id ad iuramenta extendit, & cap. 54. num. 3. & 22. vbi ait, id non procedere in iuramentis absolutis castitatis, & Religionis, & citat Suarez tom. 2 de Religione lib. 6. cap. 14. num. 11. & 12. id tamen limitat Lessius lib. 2. de iustit. cap 24. num. 60. quando iuramentum includit votum factum Deo.

32. Aduerte tamen, quòd dicti confessores non possunt dispensare, seu commutare vota commissa Episcopis iure speciali, vt sunt reseruata Sedi Apostolicæ, in quibus aliquando Episcopus dispensat vrgente necessitate, nec facilè patente recursu ad Pontificem, ibid. art. 6. Pro quo Soto de iust. q. vlt. art. vlt. Nauar. cap 12. num. 76.

Idem docent Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 7. & in commento littera p. Suarez lib. 6. cap. 16. num. 18. & 19. quos refert, & sequitur Sanchez lib. 4. decalog. cap. 43. nu 8.

33. At possunt commutare, & dispensare in votis pœnalibus, quamuis pœnæ appositæ sint reseruatæ Papæ, vt si quis voueat ieiunium sub pęna seruādi perpetuò castitatem: quia votum castitatis tunc non voluntariè, & ex deuotione fit, sed in pœnam, & ob indeuotionem, quæ ad esse continentem à vouente fit. Vt sit autem reseruatum Papæ, necesse est vt sit voluntariè, & ex deuotione emissum, vt tenens viri doctissimi, ibid. art. 7. De quo Henriq. lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 6.

Idem docent Miranda tom. I. Manual quæst. 47. art 6. Sayro in claui Regia lib 6. cap. 11. num. 72. Ledesma 2. tomo summæ tract 10 c. 8. post dictum 4 Suarez tomo 2. de Religione, de voto lib 6. cap. 13 num. 1. 6 & sequentib. quos refert, & sequitur Sanchez lib 4. decalogi cap. 40. numer. 91. Villalobos 1. p. summæ tractat. 27. clausul. 9. Bullę Cruciatæ num. 42. & 2 p. diff. 17. nu. 5. & 6.

34. Regulares à suis Generalibus designati, etiam nullo gradu insigniti, possunt aperire litteras sacrę pęnitentiariæ destinatas, seu commissas aperiri, & exequi Magistris in sacra Theologia, vel in iure Canonico Doctoribus, & secundùm earum tenorem imposita salutari pœnitentia absoluere, & dispensare cum pœnitentibus, ex Gregorio XIII. pro Societate Iesu, ibi. ar. 8.

De

De quo Sanchez 8. de matrim. disput. 34. & 35. Portel. in addit. ad dubia ver. Confessor aperiens litteras Papæ numero 4.

Bull. Bul. 13. Greg. 13. Circa dispensationem, & commutationem votorum, & iuramẽtorum vide Sanchez dict. lib. 8. de matrimonio disp. 30. & sequentibus, & lib. 4. decalogi capitu. 37. 38. vsque ad 47. vbi de commutatione votorum cap. 49. vsque ad 56. Suarez tom. 2. de Religione lib. 6. cap. 10. vsque ad cap. 27. Azor. to. 1. lib. 11. cap. 19. & 20. & nos iterum dicemus infra de dispensationibus, & de voto.

RETRACTATIO.

De Confessarijs famulorum Monasterij ab Episcopo approbandis.

35. Regulares ad audiendas confessiones suorum famulorum, seu familiarium sæcularium ab Episcopo diœcesis necessariò præuiam debent approbationem obtinere, iuxta Trid. Concil. Decretum, Ita expressè Auctor. tomo 2. quæstio. 67. artic. 1. Vbi se corrigens mutauit sententiam de opposito, quod senserat tomo 1. quæstio. 56. articulo 14. De quo Barbosa in remission. ad Trident. dict. capitulo 15. numer. 7. vbi resoluit ex Reginal. libro 1. fori pœnitent. numero 174. quod approbatio ad audiendas confessiones sæcularium requiritur, etiam in Religiosis habentibus priuilegium eas audiendi. Idem expressè docet Suarez to 4 de Relig. libr. 1 cap. 19. num. 7. versic. Vnde quatenus.

RESOLVTIO XXXII.

De consecratione Virginum.

1 VElum nigrum pro Monialibus est quintuplex. Primum professionis, quod datur fœminis post cõpletum annum 16. & hoc portant in Religione omnes professæ siue virgines, siue viduæ. Secundum consecrationis, quod datur anno 25. ætatis. Tertium ordinationis, quod secundum Canones dabatur anno 40. & Monialis taliter ordinata, seu consecrata dicebatur Diaconissa, ideò quia dabatur ei certa benedictio, ex qua accipiebat officium inchoandi horas in choro, & legendi homiliam, quod alijs non licet. Sed modò ex consuetudine hoc fit, quando consecratur, seu velatur, etiam ante 25. annum. Quartum est velum prælationis, qui Abbatissis dabatur 40. ætatis anno, sed hodie ex Concil. Tridentino in minori ætate constitutis datur. Quintum est continentiæ, & obseruationis, quod est viduarum, potestque dari virginibus, virginale tamen non potest dari viduis, etiam ex dispensatione Ordinarij. Imò nec omnes virgines velo consecrationis velantur, sed tantùm professæ tria vota essentialia in Religione approbata emittentes: imò nec omnes tales, nam neque Moniales Mendicantium, neque quædam aliæ consecrantur ab Episcopo, *tom. 1. q. 84. art. 1.* Trid. sess. 25. c. 7. de regul.

De quo D. Thom. *in 4. distinct. 38. q. 1. art. 5. & ibi Paludan. quæstion. quinto articul. 3. numero 16. D. Antonin. 3. par. titulo 2. §. 2. Nauar. libro 3. consil. 4. numero 4. & 5. de Regularibus in 1. edit. & titulo de statu Monachorum consil. 2. num. 4. & 5. in 2. edit. Sanchez vbi supra lib. 5. decalogi cap. 5. num. 12.*

3. Ve-

2. Velum continentiæ potest à quocunque sacerdote dari viduis. Velare autem virgines cum solemnitate coronationis, & dationis anuli ad solum Episcopum spectat, iuxta sacros Canones, cap. iuuenculas 20. quæst. 1. & c. 2. §. nouimus peccatricem 1. quæst. 7. quia id est consecrationis, & ordinationis Episcopalis. Vnde prælati Mendicantium non possunt cum hac solemnitate suas velare Moniales, nisi ex concessione Papæ, ibid. art. 2. de quo Sylu. verb. consecratio Virginum quæst. 1. Sotus in 4. dist. 25. quæst. 1. a. 2.

3. Non virgo, etiam si virginitatem animæ non amiserit nec aureolam, adhuc non est consecranda, seu velanda velo virginum. Imò etiam quando occultissimè integritatem amisit per quandam fortè pollutionem voluntariam peccat grauissimè velum virginum petens, non tamen tenetur se diffamare, detegendo se extra cõfessionem. Vnde Episcopus id sciens in sigillo confessionis debet in consecratione accipere in mẽte verbum virginitatis pro pro verbo castitatis, vel castitatem significante ad scandalum, & mendacium euitandum, ibid. artic. 3. De quo Nauar. lib. 3. consil. titulo de statu Monachor. consil. 5.

An corrupta, seu vidua possit esse Abbatissa vide supra de Abbatissa, numer. 261

RESOLVTIO XXXIII.

De Conseruatoribus iudicibus.

1 CONseruatores sunt quidam iudices delegati à Principe, ad quos spectat tueri, seu conseruare in sua possessione patientes aliquam iniuriam, vt sunt pupilli, viduæ, aduenæ, & aliæ miserabiles personæ, qui morę concedentis expirant, vt in iure ca. final. §. vt autem, vers. officium, de officio delegati lib. 6. habetur tom. 1. q. 65. art. 1. De quo Ancharanus, & scribentes in cap. 1. de officio delegati in 6. Salzedo in Practica Criminali Canon. cap. 3. pag. 10. Iason consil. 145. volum. 4. D. Antonin. de excomm. capit. 39. Vide etiam po hac materia, Gutierez lib. 3. Pract. quæst. 9. Marcerat. Papiæ decis. 15. & 16. p. 1. Aloys. Ricci in collect. decis. p. 4. collect. 899. qui nõnulla practicabilia de eo adducunt.

2. Nullus à Papa potest conseruatores dare. Ad quod munus tantùm deputantur Episcopi, Abbates, & in dignitate Ecclesiastica constituti, etiam in Ecclesijs Collegiatis, item Canonici simplices Cathedralium nullam aliã dignitatem habentes, iuxta Regulariũ priuilegia: imò & Vicarij Generales Episcoporum, eorumq; officiales etiã generales possunt instituti Conseruatores, ex Sixto IV. & Gregorio XIII. apud Bullarium, necnon prælati Regulares, etiam Conuentuales, seu Locales tanquam in dignitate Ecclesiastica constituti, à quo etiam non excluduntur Minores, quia Clemens V. in cap. exiui, id illis non prohibuit, verum est tamen, quòd per statuta Ordinis prohibentur Conseruatorias acceptare, ibidem art. 2. & 3. Idem docent Miranda *tom. 2. Manual. q. 47. art. 1. & 2. Portel. verb. Conseruatores num. 1.*

Bull. 14. Sixti 4 n. 53. & bul. 53. nu. 55. & bul. 34 nu. 54. & bul. 37. n. 108. & bull. 18. Greg. 13. Bull. bul. 9. Iulij 2. num. 7. & bull 8. & 22. Leon. 10. Bull. bul. Greg. 13. & Comp. Societ. ti. conseru. §. 7.

3. Electi, & requisiti à Fratrib. tenentur acceptare ministerium Conseruatorum, nec sine legitima causa licet id repudiare, sub obediẽtiæ præcepto, & excommunicationis pęna, ex Innocentio VIII. Iulio II. & Leone X. quod in re tam graui obligat ad mortale, nisi aliquo legitimo impedimento excusentur, ibi. ar. art. 4. Idem docent Mir. supr. 4. in fine.

4. Licèt iure communi attento, nominato in vna causa Conseruatore nõ possit alius pro eadem causa nominari ex priuilegio tamen Pij V. publicato per Gregorium XIII. pro Societate, quilibet Conseruatorum iudicum pręfatorum potest prosequi articulũ, seu causam per alium inchoatam, etiam si qui inchoauit nullo Canonico impedimento

memo

mento præpeditus sit contra 7. capit. cum plures, de officio delegat. in 6. Auctor ibid. art. 5. De quo Miranda supra art. 5.

5. Conseruatores nō expirant morte Papæ concedentis, non obstante quód sunt iudices delegati, iuxta terminos d.c.si.§.officde offi. deleg. in 6. quia priuilegia Conseruatoria Regularibus concessa, virtute quorum eliguntur, sunt realia, & perpetua, sicut Religionum personę sunt perpetuæ, & nunquam censentur perire per fictionem iuris, vt de ciuibus cuiusuis ciuitatis dicitur in iure l. proponebatur, ff. de iudicijs, l. 2. ff. de rebus dubijs, l. firma, §. quanquam ff. de censibus, Auct. ibidem art. 6. De quo Syluest. verbo, gratia num. 3. Idem docet Miranda supra art. 6. vbi addit, id videri expressè determinatum in Tridentino sess. 14. cap. 5. de reform. quo expressè excipiũtur Regularium conseruatoriæ à limitatione ad quinquennium, idemq; repetit ipse Mirāda art. 7. concl. 6. §. sed iterum. Vide infrà num. 8.

Trid. sess. 14. cap. 5. de reform.

6. Hodie possunt Conseruatores Religionum procedere contra rebelles vltra duas dietas, dummodo vltra tres ad iudicium non trahantur, ex Clemẽte VII. Sixto IV. Gregor. XIII. & alijs Pontificibus apud Bullarium. Dieta autem continet viginti milliaria, seu septem circiter leucas, & computandæ sunt à finibus diœcesis, in qua degit citandus, non verò à continentibus ædificijs, ex Bonifacio VIII. in cap. fin. de officio delegati in 6. cuius vestigijs inhæret lex quædam Regia Hispaniæ apud nouam Compilationem, ibidem art. 7. De quo Portel. supra nu. 5. Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 35. q. 8. fin. Miranda vbi supra art. 8. conclus. 3.*

Bullæ 7. Clem. 7. & Bull. 14. Sixti 4 num. 3. & Bull. 1. Greg. 13. & Bulla 3. Grego. 14. & Bul. 1. Clem. 8.

7. Monasterium habēs diuersos Cōseruatores in diuersis diœcesibus non potest trahere iniuriantē ad remotiorem iudicem, præsente alio Cōseruatore, ne vexatio fiat partibus. Nam cùm priuilegium de duabus, vel tribus dietis sit odiosum, & à terminis iuris communis exorbitans, præiudicetque ordinariæ potestati, restringendum est, ne cum dispendio à longè protrahatur reus, & graue illi damnum sine causa inferatur, idque videtur magis conforme menti Principis, ib. art. 8. Ad quod faciunt tradit ab Azor. dict. quæst. 8 in fine.

Trid. sess. 14. cap. 5. de refor. Bullar. d. Bulla 14. Sixti nu. 13. & d. Bulla 18 Greg. 13.

Licèt Conseruatoriæ Religionum sint perpetuæ, aliæ tamen ab eis nō durant post quinquennium, ex Concilio Tridentino, exceptis quæ inibi excipiuntur. Nec item durat post quinquennium iurisdictio Conseruatoris quoad negotia iam inchoata, in odiosis enim stricta interpretatio adhibenda est, ibidem art. 9. Idem tradit Miranda d. art. 6. in princ. Ad quod etiam vide Azor. loco infrà citando qu. 14.

9. Conseruatores Regulariũ possunt subdelegare, & alijs vices suas committere, esto sint iudices delegati, ex Sixto IV pro Minoribus, & Pio V. & Gregorio XIII. pro Societate, & ita tenet Capuccinus in addit. ad Compēdium Mendic. tit. conseruator fol. 230. Debent tamen delegare in dignitate Ecclesiastica constitutis. Et aduertant quod in citationibus, & sententiarum denunciationibus per alios faciendis, si tutus non videatur accessus ad loca, vbi partes citandæ degunt, possunt id agere per edicta publica in locis publicis affigenda, in quibus verosimiliter credatur ad ipsorum notitiam pertẽturum, ex dicta Bulla Pij V. pro Societate edita à Gregorio XIII. ibi. ar. 10. De quo Ioann. Audr. in addit. ad Spec. 1. par. tit. de offic. de leg. fol. 13. pagin. 1. col. 1. Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 5. cap. 35. quæst. 9. Portel. vbi suprà n. 6 Mir. sup. art. 3. & 8. conclus. 4.

10. Non est prohibitum Conseruatoribus præfatis de alijs causis vltra iniurias, & violentias manifestas cognoscere, si id ipsis concedatur in Literis Apostolicis, sicut de facto concessum est, quia Papa causas Ecclesiasticorum, & Regularium ad laicum iudicem spectantes auocare potest, & alteri terminandas committere iuxta Sacros Canones, & Trident. Concil. ac per consequens dictorum conseruatorum potestas à facultate, seu rescripto Pontificis dependet, quod inspiciendum est, Pro manifestis autē iniurijs, & Trid. sess. 14. c. 20. L. 58. tit. 6. p. 1. li. 4. tit. 18. p. 1.

& violentijs poſſunt procedere contra omnes tam laicos, quam Eccleſiaſticos, capitulo primo. & final. de offic. deleg. in 6. quamuis iniuriam patientes rei ſint, cùm tales cauſæ ſint mixti fori iuxta ſacros Canones, cap. cùm ſit generale, de foro cõpetent. & leges Regias Hiſpaniæ. Tũc verò manifeſta iniuria, & violentiæ inferri dicitur, vt pateat aditus iudicib. Conſeruatoribus procedendi contra laicos, quando Monaſterium, & Religioſi ſua poſſeſſione perturbantur, aut eorum priuilegia, immunitates, & exemptiones violantur, ex text. in cap. cum ſit generale, de foro comp. quod in qualibet iniuria, oppreſſione, vel dãno illato locum habet, ibidem art. 11. De quo Salzedo in Pract. Crim. cap. 5. fol. 10. colum. 1. & 2. Idem ferè tradit Azor. dict. cap. 35. quæſtio. 7. vbi docet poſſe Conſeruatorem defendere non ſolùm ab iniuria iam illata, ſed ab ea quæ probabiliter creditur inferenda, & ſequitur Miranda ſupra art. 7. concluſ. 4. quem etiam vide art. 8.

11. Imò & poſſunt cognoſcere de notorietate delicti ſummarim ad ipsã indagandam, cùm in re dubia competat iudici indagare, an iuriſdictio ſibi competat, necne, vt conſtat ex iure, l. ſi quis ex alie. ff. de in ius vocanda, l. 3. ff. de iudicijs, c. ſuper litteris, iunct. gloſſ. verb. nullatenus de reſcriptis, & tenent omnes ibidem, §. ſed quid, De quo Innoc. & Doct. in cap. 1. de refor. comp. num. 5. & 6. Idem docent Azor, dict. quæſtio. 7. Miranda ſup. dict. ar. 7. concluſ. 1. in fine, & art. 8.

Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 20. Bul. bull. 33. Sixti 4. n. 55. & bul. 34. nu. 54. & bull. 37. n. 108. & bul. 14. nu. 53. & nu. 54. & bull. 2. Clem. 6.

12. Item poſſunt dicti Conſeruatores Regularium procedere contra debitores ex cauſa ciuili, tum virtute iuris communis concedentis cognoſcere de manifeſtis iniurijs, quales ſunt, quæ infiguntur Monaſterijs, & Religioſis à debitoribus nolentibus ſoluere, tũ virtute priuilegiorum in Concilio Tridẽtino confirmatorum, vt conſtat ex generalitate verborum, quibus in ſuis Cõſeruatorijs vtuntur Summi Pontifices Sixtus IV. Pius V. & alij, de quibus in Bullario, pro Religioſi ſtatus protectione dantes omnimodam facultatem non ſolùm ad omnes cauſas, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, aut mixtis (per ciuilem autem cauſam nemini eſt dubium, quod debitum intelligatur,) ſed etiam pro omni damno dato reſarciendo, cuiuſmodi eſt debitũ, quod debitores nolunt ſoluere Monaſterijs, in quo non modicum damnũ, & detrimentum patiuntur, ibi. art. 12. De quo Perez in lib. 1. tit. 7. libr. 1. ordinam, num. 69. §. conſeruatores autẽ, Guido Papa decidon. 18. in fine, Idem docent P. Miranda dicto artic. 7. concluſ. 6. vbi plura alia priuilegia refert, Portel ſupra num. 7.

13. Imò & datur hodie dictis Cõſeruatoribus, vt poſſint cognoſcere de his, quæ requirunt altiorem indaginẽ iudicialem, vt patet ex quadam Bulla Benedicti XI. & alia Eugenij IV. pro Monaſterio Beatæ Mariæ de Guadalupe, de qua in Compendio D. Hieronymi, titul. conſeruatoris, §. final. quam Nicolaus V. poſtea extendit ad vniuerſum Ordinem, qui gaudent Mendicantes, & alij Regulares communicantes, ibidem §. videamus igitur. De quo Nauarro capit. 27. num. 125. Miranda dic. art. 7. concluſ. 6.

In Bullã bul. 3. Nicol. 5. & Bul. 1. Clem. 6.

14. Religioſi tamen conueniri non poſſunt pro debitis ciuilibus corã ſuo Conſeruatore, ſed coràm ſuis prælatis, qui ſunt eorum iudices ordinarij. Quod innumeris priuilegijs, & conſtitutionibus Apoſtolicis eſt iam declaratum, & praxis obſeruat. Vnde nullo modo poſſunt dicti Religioſi compelli per ſuos Conſeruatores, aut conueniri ratione contractus, aut debiti pecuniarij, vt expreſſè declarauit Nicolaus V. pro Minoribus, niſi extra clauſtra domicilium teneant, tunc enim ſi non habeant iudicem Apoſtolicũ ſpecialiter à Papa deputatum, fuit conueniendi coram Ordinario tanquam Sedis Apoſtolicæ in hoc delegato ex decreto Tridentino, ibidem artic. 13. De quo Nauar. comment. 2. de Regularibus, num. 63. & in cap. non dicatis, nu. 63. Cruz de ſtatu Relig. li. 1. c. 10. dub. 6. concluſ. 2. Portel ſupra num 8. Mir. ſup. art. 10. Villalobos 1. p. ſum. tract. 35. diff. 6. num. 8.

Trid. ſeſſ. 7. c. 14. de reform.

15 Re-

15. Religiosis non licet eligere Cōseruatorem contra iudicem sęcularem ob detentionem solùm suorum animalium damnum in pascuis facientium, ex eo quòd pecora sunt iurisdictionis Ecclesiasticæ, cùm re vera non sint, benè tamen talem Cōseruatorem possunt creare, quando ratione huius conueniuntur coram iudice laico, vel Ecclesiastico, imò & pro ipsa detentione animalium, si sit iniustè lata, putà quia nullum damnum intulerunt, vel si intulerunt, parati sunt satisfacere dantes sufficientem cautionem, quia ipsis tunc infertur grauis, & notoria iniuria, tam in sua exemptione, quàm in bonis iniustè detētis, quorum defensio, & protectio spectat ad suum iudicem Conseruatorem, & idem dicendum est, quando denunciatum est coram iudice laico de religiosis, eo quòd animalia sua describi non fecerunt sub pœna priuationis eorumdem, iuxta quandam legem Regiam Hispaniæ, cùm etiam in hoc casu iste non sit iudex cōpetens contra Fratres, sed suus prælatus, pro quo possunt Conseruatorem nominare, qui eos in sua exemptione cōseruet, & coram ipso de causa agatur, *ibid. art.* 14. De quo Gutier. *lib.* 1. *tract. quæst.* 4. Miranda *supra art.* 11.

lib. 13. tit. 28. libr. 6. noua cōpil.

16. Possunt religiosi creare Conseruatorem contra alios Regulares, aut Doctores, vel Scholares, seu Cancellarios vniuersitatum, & alias communitates habentes ex priuilegio Apostolico etiam suos iudices Conseruatores, ex quadam Bulla Clementis VII. pro Minimis relata *in Compend. Societat. titulo conseruator* §. 9. & ex alia à nobis sępiùs citata Pij V. pro Societate. Quamuis enim priuilegiatus non possit vti suo priuilegio contra pariter priuilegiatum, ex regula iuris, qui tamen actu læsus est, & indiget auxilio restitutionis ad reparationem damni habet priuilegium in actu, & in exercitio, quia actu lęditur, alter verò cùm læsus in ea causa non sit, non habet priuilegium in actu, ac proinde contra illum tanquam non actu priuilegiatum potest alter tanquam actu priuilegiatus vti suo priuilegio, *ibid. art.* 15. De quo Abb. *in cap.* Compend. Roderic. *ad aures, de præscript.* Couar. *in regula possessor,* 2. *part.* §. 2. *numer.* 4. Idem docent Miranda *suprà art.* 12. & faciunt tradita ab ipso *tom.* 2. *quæst.* 24. *artic.* 7. Villalobos *suprà num.* 10.

17. Dicti autem Conseruatores Fratrum possunt agere, etiam per censuras vsque ad inuocationem brachij sæcularis contra inobedientes, & contumaces ex dicta Bulla Pij V. pro Societate, & alia Martini V. pro Cisterciensibus *in suo Compendio, titulo Bullæ conseruatoriæ* §. 1. in quibus vltra censuras illis datur facultas procedendi vsque ad priuationem exercitij officij, & iurisdictionis ipso facto incurrendam. Verum est tamen quòd contra Ordinarium non possunt agere per excommunicationem, si non faciunt fidem de literis suæ commissionis, nisi constet de malitia Ordinarij asserentis malitiosè falsitatem esse in rescripto, tunc enim potest iudex delegatus per se exequi, & punire illum vsque ad mulctam triginta librarum, iuxta sacros Canones. *ibid. art.* 16. De quo Panorm. *in c. præterea de dilat.* Idem docent Miranda *supra art.* 8. *conclus.* 5. & 7. Portel *sup. numer.* 11.

18. Item possunt dicti Conseruatores cognoscere de iniustis manifestis seruitoribus Fratrum factis, qui actu in seruiunt monasterijs, vel alio pio loco exempto, ac intra septa monasterij resident, & sub illorum obedientia professi viuunt, de quo Ordinariò constare debet, iuxta decretum Tridētinum, *ibidem art.* 17. De quo Couar. *in cap. alma* 2. *part.* §. 2. *num.* 8. Cardinal. Tuscus *litera O. conclus.* 16. *num.* 15. Portel *sup. num.* 10. Villalobos *sup. num.* 9. qui duo idem docent.

Trid. sess. 24. ca. 11. de refor.

19. Aduertant tamen dicti Conseruatores, quòd debent procedere simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola veritate inspecta, sicut in causis Regularium solet fieri à prælatis. Simpliciter, inquā, & de plano, id est, quòd nō remoueatur ordo iuris, sed tātū pniciosa solemnitas, & fiat sine replica, & malitia, verba aūt, *sola veritate inspecta*, importantꝗ omittātur solemnitates, & subtilitates negotij, seu rei

veritatem non tangentes, quę vocantur apices iuris, & quòd res principalis per iura decidatur. *Ibid. art. 18. & Tom. 2. quæst. 3. artic. 3. De quo Bart. in l. si fideiussor, ff mandati, & Glossa in Clement. l. na sæpe, verb. simpliciter, de verborum significatione*. Idem tradit Miranda *dicto art. 8. concl. 6.*

20. Tandem præfati Conseruatores suam excedentes potestatem scienter, & præsumptuosè eo ipso ab officio suspenduntur per annum, *dict. cap. fin. de offic. deleg. in 6.* ac naturalitate priuantur per leges Regias Hispaniæ, *l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. recopil.* Pars autem id in iudicio suadens iudici excommunicationis pœnam incurrit, à qua non est absoluendus, nisi priùs integraliter satisfaciat de expensis indebitè castigato, vt expressè *dict. cap. fin.* habetur *ibidem art. 19. & 20.* De quo Nauarr. capit. 27. num. 125. Syluest. *verb. Conseruator num. 5.* Miranda suprà art. 9.

ADDITIO.

21. Plura de hac materia diximus; nunc addo *l. Regiam 1. titul. 8. lib. 5. Recopilat. Tetrum Gregor. libr. 47. Syntagmat. c. 21. num. 25. Valasc. consult. 152. à num. 1. Zeuallos communium 4 tom. quæst. 897. à num. 697. Tuscul. tract. Litera C. conclus. 780. Molina de iustit. tract. 5. disput. 29.* omnium latiùs Moneta per totum tractatum *de Conseruatoribus*, qui omnes multa de hac materia prosequuntur.

22. Illud præcipuè adnotare licet, sententiam Auctoris, de qua dicta resol. 33. num. 12. dum probat, Regulariũ Conseruatores posse procedere contra debitores ex causa ciuili, improbasse Gutierr. *lib. 3. Practi. quæst. 9. à num. 8.* Tusc. *de visitatione lib. 2. cap. 23. num. 5.* Cabedo *diuersor. lib. 3. cap. 18. nu. 4.* Zeuallos *d. quæst. 897. à nu. 711.* Quia tamen noster Auctor in multis, quæ in proposito dixerat Guttierez d. quæst. 9. adeò illum carpit, & reprehendit, vt coegerit à nostri Auctoris impugnationibus se liberare *lib. 4. pract. quæst. 63.* quam totam in præfata defensione consumpsit, idcircò non abire erit, rem iterum tractare, & sanè quantum breuiter potero quid de ea sentiam aperiã; sequentibus conclusionibus.

23. Prima sit. Conseruatores dati locis Religiosis, aut Regularibus, etiam in forma iuris communis possunt contra debitores ciuiles procedere, quando de debitis manifestè constat per publicum instrumentum, vel per confessionem partis, vel per sententiam transactam in rem iudicatam, & debitores nolunt soluere, quia tunc manifesta iniuria fit Monasterijs iuxta terminos *cap. 1. cap. vltim. de offic. deleg. in 6.* Ita Auctor expressè *tom. 1. quæst. 65. art. 12. §. secundo probatur, & §. ex quibus*, vbi id multis alijs rationibus, & auctoritatibus corroborat contra Gutierrez, quas hic non licet repetere. — Enucleatur & defenditur Auctoris sententia.

24. Secunda conclusio. Multo maiori ratione idem dicendum est, si Conseruatores Religionum ex forma suarum litterarum plenissimam potestatẽ habeant ad cognoscendum de quibuscunque causis, vtputà de ciuilibus, criminalibus, mixtis, & iudicialem indaginem requirentibus, quo modo Benedictus XI. & Sixtus IV. Minoribus, Eugenius IV. & Nicolaus V. Ordini D. Hieronymi, Pius V. & Gregorius XIII. Societati concessere, quorum Bullas apud Bullarium relatas inuenies suprà *resolut. 33. num. 12.* Ita Auctor latè *per totum d. art. 12.* nec dissentiunt Gutierrez *dict. quæst. 63. à num. 3.* Cabedo *dict. cap. 18 num. 5.* Probatur, quia licèt in dubio semper huiusmodi Conseruatoriæ ad iniurias, & violentias manifestas referri soleant, iuxta *d. cap. 1. & vlt. de offic. de leg. in 6.* id tamen locum non habet in Conseruatorijs amplissimis, ex quibus apertè constat, voluisse Pontifices naturam Cõseruatorum immutare, vndè non mirum si possint virtute talium priuilegiorum de debitis ciuilibus cognoscere.

25. Quę sententia confirmari potest ex Tridẽtino, vbi postquam prohibuit Cõseruatores de debitis ciuilibus cognoscere, in versic. Vniuersitates, Cõseruatores Religionum, & similes excipit, quas conseruatorias ex nulla parte diminutas esse declararunt Cardinales in — Trid. sess. 14 c. 5. de refor.

in d.cap.5. Vndè videtur succedere *regula lib.cum Praetor.10.ff.de iudic.* Neque vim huius decreti effugiet, qui dixerit exceptionem Tridentini, & declarationem Cardinalium tantùm concludere, hos Conseruatores non comprehendi sub eiusdem prohibitione, & restrictione, non tamen per hoc disponere, sub qua forma: & in quibus causis procedere debeat, quasi id omissum relinquens dispositioni iuris communis. Nã respondendum est, id verum esse posse, quando priuilegia dubia essent, non item quando amplissimam potestatem tribuunt, cuiusmodi sunt Conseruatoris Religiosorum, & vniuersitatum, quas Tridentinum à priuatis Cõseruatorijs excipit [illegible]

26. Tertia cõc. At verò si Religiosi sint rei, non coram conseruatoribus, sed coram suis praelatis pro debito ciuili conueniri possunt, *dict.c.2.de offic.deleg.in 6.* iuncta *regul.t. non debet, ff. de regul. iur.* Ita cum Auctore *dict. quaest. 65. art.13.* diximus suprà *resol. 33. num. 14.* A qua sententia immeritò recessit Gutierrez infrà citandus. Pro quo nõ faciunt verba litterarum, quibus huiusmodi conseruatoriç frequenter conceduntur, dum habent, *siue actores, siue rei sint*, nam intelligenda sunt respectu causarum, de quibus ipsi Conseruatores aliàs possunt cognoscere, non verò respectu debiti ciuilis.

Trid. sess. 7.c.14. de refor. 27. Multò minus obstat Tridentinum *sess.7. de reformat. cap.14. versi. addendo*, vbi disponitur, Regulares quoquo modo exemptos in causis mercedum, & miserabilium personarum conueniendos esse coram locorum Ordinarijs, etiam si iudicem habeant aliàs à Sede Apostolica deputatum: in alijs verò causis tunc demum coram eisdem Ordinarijs pro debitis conueniendos esse, quando ipsi Regulares iudicem nõ habuerint. A contrario ergo probare videtur Tridentinum iudicem habẽtes (prout habeant, si habeant Conseruatorem) coram illo esse conueniendos. Ita per hoc decretum sic expensum docet Gutierrez *dict.lib.3.quaest.10. nu.2.* Flamin *de resignat quaest.11. num.9.* Zeuallos *d.q.897. à num.813.* testantes esse vsu receptum, & videtur probare declaratio Cardinalium *d.sess.14.cap.5.*

28. Sed respondendum est, Tridentini Decretum non obstare, tum quia tantùm loquitur de Regularibus extra Monasterium degentibus, vt rectè explicat Auctor, quidquid eius explicationem postea idem Gutier. *li.4. pract. quaest.64.* contendat improbare, ac se insuper ab eisdem impugnationibus liberare tres casus distingens. Tum etiam quia dictum Tridentinum ibidem tractat de Regularibus, qui aliàs habent conseruatores, vt patet ibi: *Conseruatorum deputationibus*. quae clausula etsi posita in fine, ad omnes casus praecedentes referenda est, *cap. secundo requiritis 42. de appellat.* & tamen in illis terminis ait Tridentin. quòd si Regulares iudicem non habuerint, coram Ordinario conueniantur: ergò illa exceptio, *si ipsi iudicem non habuerint*, non est intelligenda de iudice conseruatore, sed de alio à Sede Apostolica deputato, ita vt non sufficiat Regulares habere conseruatorem ad effectum, ne coram Ordinario pro causis ciuilibus conueniantur, & sic cessat omninò fundamentum Gutierrez, itemque practicae illae, & modi procedendi, quos ipse ibidem ponit.

29. Maneat igitur hodie Regulares, & eorum Conuentus pro debitis ciuilibus, vtpotè exemptos esse conueniendos, vel apud suos superiores, qui sunt eorum iudices Ordinarij, vel apud Romanum Pontificem, seu eius Legatum in Prouincia existentem de iure, iuxta *cap.1.de verbor.signific.in 6. cap.si Abbatem,36.de elect. in 6.* glossam vltim. ab omnibus receptam *in capit.1. de offic.legat.* Apud Lusitanos verò coram Praetore ciuilium causarum posse conueniri fertur, ex *ordinat. lib.2. tit.1. in princip.* sicque practicari dicitur in eo Regno, etiam si existat in illo Nuntius Apostolicus, virtute consuetudinis immemorialis. De huius tamen legis iustitia multùm dubito tanquam exemptioni Ecclesiasticae, & Religionum contraria, nisi à Romano Pontifice sit permissa.

RESOLVTIO XXXIV.

De Consuetudine.

1. CONsuetudo est ius quoddam non scriptum moribus, seu assiduis actibus constitutum, quod pro lege suscipitur, cùm deficit lex, cap. consuetudo 1. dist. Quæ vt censeatur iusta, plura requiruntur. Primò, quòd sit rationabilis, seu iusta aliqua de causa, & ratione introducta contra legem humanam, nā si contra ius diuinum, & naturale sit, iam est irrationabilis, iniusta, & inualida, cap. final. de consuetudine. Quando autem non constat de iniustitia consuetudinis euidenter, præsumitur, quòd sit rationabilis ad effectum tollendi legem, *l. de quibus, ff. de legibus. cap. cùm dilectus, de consuetud.* Secundò requiritur, vt cōsuetudo sit rationabilis, & legem tollat, quòd sit legitimè introducta, & præscripta. Ad quod etiam requiritur, vt actus, per quos introducta fuit, fiant eo animo, ac si lege præcipiente fieret; & vt actibus continuatis, frequentata sit. Duo verò actus sufficere ad consuetudinem inducendam affirmant aliqui; alij autem vnicum tantùm, si actus habet causam successiuam, & continuationem temporis habilis ad huiusmodi consuetudinem inducendam, v. g. si beneficium sæculare confertur Regulari, & ab eo possidetur spatio 40. annorū, efficitur Regulare, licèt vnicus interuenerit collationis actus, qui quidem est vnus ratione rei factæ, sed ratione diuturnitatis temporis est multiplex virtualiter, quod arbitrio boni viri committendum est. Item requiritur, quòd consuetudo sit legitimè introducta, & præscripta, *dict. cap. final. de consuetudine*, scilicet quòd ea vtatur certo temporis spatio, per decem, inquam, annos (quos sufficere aliqui tenent) vel per 40. quos alij postulant. Tandèmque requiritur, quod personæ consuetudinem introducentes habeāt auctoritatem ad eam introducendam. Vnde pueri, mulieres, furiosi, & similes non computantur, quia legem concedere nō possunt, *tom. 1. quæst. 69. art. 2. & quæst. 11. art. 8.* De quo D. Thom. *in 4. dist. 23. & prima secunda quæst. 97. artic. 3. ad secundum*, Syluest. *verb. consuetudo quæst. 4. numer. 12.* Nauar. *in Manual. capit. 21. num. 13.* Couar. *lib. 1. variarum cap. 17. num. 8 §. quando.*

Vide Miranda *tom. 2. Manual. quæst. 28. art. 3.* vbi docet, quod si consuetudo est præter ius, sufficit tempus decem annorum de iure Canonico; si verò fuerit contra ius, requiritur 40. annorum: quia debet esse consuetudo præscripta. Ad idem Suarez *de legibus lib. 7. cap. 1. & 2.* vbi *cap. 6. num. 5.* agit de consuetudine rationabili, & irrationabili, & quòd per solos actus voluntarios induci valeat *cap. 10.* & de frequentia actuū ad inducendam consuetudinem *ibidem, cap. 10. & 11.* & quòd Principis consensus ad vim consuetudinis sit necessarius, tradit *cap. 13. à num. 6.* & quanti temporis consuetudo ad inducendam legem sufficiat *cap. 15. num. 5.* vbi sine vlla distinctione sufficere decennium, vt consuetudo censeatur inductiua legis, & præscripta, resoluit: & tandem quis illam introducere valeat *cap. 9. num. 3. & sequentibus.*

2. Nulla consuetudo potest eximere Religiosos à præceptis essentialibus Regulæ, paupertatis, scilicet, castitatis, & obedientiæ: quia non potest esse rationabilis, & iusta, vtpote contra votum solemne ius diuinum concernens; Benè tamen potest, si non omninò tollere obligationem præceptorum regulæ, ad minus interpretari regulam circa eius præcepta, etiam ad mortale obligantia. Vnde consuetudine tolerata dicta præcepta non solùm possunt mitigari, sed etiam quantum ad aliqua tolli cum consensu saltem tacito, & interpretatiuo Papę, aut Protectoris Ordinis, non autem superiorum Regularium. Sed videant religiosi, ne consuetudo sit corruptela, si enim aliquid

eorum per statuta Ordinis sæpè sæpius expressè prohibetur, consuetudinem interrumpit, ac proinde præscriptionem, *ibid. art.* 2. De quo Couar. *in* 4. 2. *p. cap.* 6. *q.* 5. *nu.* 2. *Nauar. in Manual. capit.* 12. *num.* 50. *& cap. nullam* 18. *q.* 2. *n.* 36. Idem docet Sanchez *lib.* 6. *decalog. cap.* 2. *nu.* 29. *&* 30. & faciunt tradita a Suarez *dict. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 5. vbi ait, contra obedientiam non præscribi, *cap. cum non liceat, de præscript.* vbi glossa, & scribentes notant, ad quod etiam vide Miranda *dict. quæst.* 28. *art.* 6.

3. Consuetudine potest introduci, vt Regulares ad aliquid plus, quàm ad quartam funeralem teneantur secundũ terminos Clementinæ *dudum, de sepulturis*, quia in illa tantùm tolluntur consuetudines præteritæ, non futuræ. Quomodo autem hoc intelligendum sit, vide suprà *de Canon. portio. n.* 19. *ibid. ar.* 3.

4. Non valet consuetudo emanans, quando lex expressè derogat præteritæ, ac etiam futuræ consuetudini. Idem est, quando indefinitè derogat, dicendo: non obstante aliqua consuetudine in contrarium, tunc enim derogat etiã futuræ, nisi consuetudo de nouo introducta sit ex noua causa à principio non cogitata ob varietatem temporum, vel ex præterita vero similiter incognita ipsi legislatori. Quando verò lex derogat præteritæ tantùm consuetudini, si in illa exprimatur irrationabilitas ipsius, videtur etiam abrogata futura consuetudo in contrarium. Secus si dicta ratio non subesset, vel ob varietatẽ temporum vel alia de causa: quia tunc præualebit consuetudo postea contraria. Consuetudo tamen immemorialis, quæ priuilegio æquiparatur nunquã à lege censetur abrogata per clausulam generalem derogatoriam omnis consuetudinis, nisi specialiter ipsa excludatur, & illi derogetur, *tom.* 1. *quæst.* 9. *art.* 5. *& tom.* 2. *q.* 44. *art.* 3. *in fine*. De quo Couar. *lib.* 3. *variarum cap.* 13. *num.* 5. Gutierrez *lib.* 3. *Practic. quæst.* 32. Mieres *de Maiorat.* 4. *part. quæst.* 20. *numer.* 30. Tiraquel. *de vtroque retract. tract.* 2. §. 1.

Vide Suarez latè de lege tollente omnem consuetudinem contrariam, dicto lib. 7. cap. 19. à num. 18. vbi num. 24. id limitat, nisi tanta sit in rebus facta mutatio, vt certò constet, ipsam etiã consuetudinem illam conditionẽ mutasse, & cap. 20. num. 17. de consuetudine immemoriali agens resoluit, non reuocari talem consuetudinem, nisi specialiter illi derogetur, idque innui videtur capit. 1. de constitut. in 6. in illis verbis, nisi expressè caueatur; vbi dicitur quòd ideò non tollitur consuetudo per legem, nisi expressè de ipsa caueatur, quia est quid facti, esse autem consuetudinem immemorialem est quid facti specialiter, ac ideò speciali indiget derogatione. Ita tenent multi Iuristæ relati, & secuti à Couar. & Tiraquel. supra loco citato.

5. Consuetudo interpretatur non solùm legem humanam, sed etiam diuinam. Vnde ante Concilium Tridentinum poterant sacerdotes ex antiqua consuetudine eligere in confessorem quemlibet sacerdotem simplicem ab Ordinario non approbatum, quæ consuetudo sic interpretabatur præceptum diuinum confessionis: similiter quæ interpretatur in multis præceptum ieiunij aliquando obligare, aliquando verò non. Vnde in Regno Castellæ consuetudine introductum est contra Ius in Sabbatis intestina, & extremitates animalium manducari. tom. 1. quæst. 11. art. 7. & tom. 2. quæst. 100. art. 8. De quo D. Thom. 2. 2. quæst. 147. artic. 4. Nauarr. cap. 15. num. 186. & cap. 21. numer. 11. Idem docent Miranda suprà art. 5. concl. 5. Suarez dict. lib. 7. cap. 4. numer. 13. & 14.

6. Consuetudo multùm præiudicialis immunitati Ecclesiasticæ, & Ecclesiasticis personis, etiam immemorialis omninò est repellenda, iuxta capit. 1. de consuetudin. capit. nouerit, capit. grauem, de sentent. excommun. Dicetur autem multùm præiudicialis, quando Ecclesiastici efficiuntur timidiores ob talem consuetudinem, & laici audaciores, & quando impediuntur facere, quæ à iure communi sibi concessa sunt. Secus si est parum præiudicialis Ecclesijs, & Ecclesiasticis, vt si aliquod particulare

eorum priuilegium frangatur, tom. 2. quæst. 50. artic. 3 De quo Syluest. verb. immunitas numer. 2. & 4. Idem docere videtur Suarez *suprà cap. 7. num. 10. & cap. 16. num. 11.* & expressius tradit Miranda *dict. art. 5. concl. 4.* vbi idem dicit de consuetudine contra bonum publicum.

7. Consuetudo inducta in Religione, vt prudentiores & ætate prouectiores tantùm habeant vocem in capitulo, & admittantur in electionibus, si est contra ius, oportet, quòd sit præscripta spatio 40. annorum, vt valeat. Quòd si sit præter ius, sufficit præscriptio decē annorum, ex Panormitano communiter recepto in cap. final. de consuetudine, Auctor ibidem quæst. 51. art. 12. De quo Nauar. lib. 1. cons. titulo de consuetudine cons. 2. Idem docet Miranda 2. *tom. man. quæst. 23. articul. 23.*

De Constitutionibus vide infrà *de legibus, & de priuilegijs.*

RESOLVTIO XXXV.

De Contractibus.

1. SVccessor tenetur ex contractu prædecessoris, ad quod etiam tenetur Papa, saltem ex æquitate, clementia, & vrbanitate, *cap. literas, de rescript. Auctor tom. 2. quæst. 49. art. 7. in principio, & tomo 3. quæst. 26. art. 1.* De quo Bald. *in l. digna, vox C. de legibus, vbi scribentes, & in dicto c. literis, & ibi glossa vlt. notab. vltimo, de rescriptis.* Idem tradit citato Auctore Sanchez *lib. 7. decalogi cap. 31. num. 41. in fine.*

2. Monacho potest solui, quod ratione contractus illi debetur, si in tali contractu non interuenit factum, seu consensus prælati; secus si interuenit, *ibid. art. 3.*

Ampliatur ac illustratur do-ctrina Auctoris.

3. An autem contractus à Religioso initi absque superioris licentia sint prorsus irriti, ac nullius valoris? Tradit Sanchez dict. cap. 31. num. 9. vbi resoluit, certissimum esse apud omnes monasterium non teneri ex his contractibus, nisi quatenus inde locupletius factum est, ad instar contractus filij familias, aut serui absque licentia patris, aut domini initi ex quo illi non tenentur, nisi quatenus inde locupletiores facti sunt, vt expressè habetur *l. 1. § si eum impubere, ff. de peculio.* At obligatur monasterium ex contractu inito a suo prælato, quatenus non excedit suæ administrationis limites, vt tradunt Angel. *verbo monasterium, initio,* Syluester *verb. Religio 8. quæst. 3.* quos refert & sequitur Sanchez *suprà num. 10.* qui *num. 13.* consequenter ex dictis deducit, nō teneri monasterium, si prælatus mutuò accepit pecunias in vsus proprios, vanos, ac turpes, aut in alios, in quos bona monasterij expendenda non erant: quia tunc excedit suæ administrationis limites. Secus autem, inquit, esset si id mutuum ad expendendum necessaria in monasterio accepisset, licèt postea mutata voluntate malè expendisset, tunc enim ex ea mutui acceptione, quæ legitimè facta est, obligatio in Monasterium translata est, & malæ dispensationis euentus id impedire nequit.

4. Sed hoc mihi plusquam dubium videtur, quia iste prælatus quamuis à principio rectè se gesserit in acceptione mutui, postea excessit limites sui officij, & administrationis malè expendendo, ac proinde casu, quo teneatur Monasterium ex eo cōtractu legitimè inito, saltem tenebitur ipse prælatus satisfacere Monasterio, quod iniquè in sui vtilitatem non dispendit. Et ita sentire videtur Lessius *lib. 4. de iust. cap. 41. dub. 11. num. 90.* vbi tradit, monasterium non teneri ex delicto, & contractu monachi, quamuis sit prælatus; nisi quatenus inde aliquid conuersum est in Monasterij commodum.

5. Ex quo deducitur, teneri Monasterium ex contractu monachi, ratione alicuius administrationis etiam tacitè illi commissæ, quatenus illius limites non excedit, vt cum Azor. *tom. 1. inst. mor. lib. 12. cap. 11. quæst. 11.* & Lessio, *dict. num. 90.* docet Sanchez *suprà num. 14.*

6. Vnde resoluit nu. 20. eos contra-

ctus à monacho sine licentia superioris initos non esse omninò irritos, sed integrum esse prælato, aut Monasterio illos irritare, vel ratos habere, prout illis magis commodum, ac vtile fuerit, ad instar contractus celebrati cum pupillo, aut minore absque tutoris, vel curatoris licentia, *l. Iuli anus, §. si quis à pupillo, ff. de action. empt.* Quod quidem in Ecclesiæ & Religionis fauorem concedunt plures non infimæ notæ Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *dict. num.* 28. qui *nu.* 37. adiungit, ex tali cōtractu obligationem naturalem oriri in religioso, dum superior non irritat, ac proinde teneri dare operam, quantum in se est, vt prælatus approbet, prout notat Lessius *suprà dict. num.* 90. Item & ad restitutionem damni, cū restituendo fuerit, obligari, tradit ipse Sanchez *n.* 38. vbi *n. seq.* cōsequēter addit, ex contractu inito cum superioris legitima licentia obligari religiosum naturaliter, & ciuiliter, nec posse ab eodem prælato, aut à successore, vel ab alio maiori illum contractum validè irritari, quia, vt suprà ex Auctore diximus, prælatus successor tenetur ex contractu prædecessoris.

ADDITIO.

7. Quæ de contractibus à Religiosis initis diximus, sunt etiam exemplificanda in contractu fideiussoris, Religiosi enim absque prælati, & maioris partis Capituli licentia fideiubere prohibentur, capit. quod quibusdam 4. de fideiuss l. 2. titul 12. part. 5. idem in clericis habetur, in capite 1. & 2. de fideiussorib. seruata tamen ea differentia, quòd fideiussio clerici de facto valida est cap. 3. de fideiussor. Cenedo ad Decretal. collect. 164. numer. 2. Gregor. in d. l. 2. Menoch. lib. 2. præsump. 46. numer. 15. fideiussio verò Religiosi nulla est ipso iure, exornant Molin de iust. tract. 2. disp. 549. num. 19. Azor moral. 1. p. lib. 12. cap. 11. quæst. 2. Rebello de obligat. 2. par. l b. 16. quæst. vnica num. 16. Ant Heringio de fideiussorib. ca. 7. à num. 243. Sanchez lib. 6. ad precepta, cap. 14. à num. 38. vbi tamen nu 42. subiicit quòd licèt Religiosus in studio existens de licentia prælati sui possit contractus inire, non poterit tamen vtiliter fideiubere, idem probat Surdus *de aliment. tit. 8. priuileg. 97. numero*, 1.

8. Rursus etiam ex mutuo suscepto à particulari Religioso non obligatur Monasterium, nisi in eius vtilitatem versum probetur dict. capit. quod quibusdam. Idem colligitur ex capit. 1. versic. cùm enim, de deposit. capit. 1. in fine de solut. Idem obseruatur in mutuo facto administratori ciuitatis, vel tutori, l. ciuitas 27. ff. de reb. credit. l. 3. C. quando ex facto tutor. Exornant Molina de iustit. disp. 300. à num. 2. Rebello 2. part. libr. 8. quæst. 2. sect. 3. latè Menoch. de arbitr. casu 432. à num. 2. plures citati à Cenedo ad decretal. coll sect. 24. num. 1. Marc. Ant. Genuensis in pract. quæst. 139. Quid autem dicendū, si mutuum accipiatur ab ipso Prælato, & Capitulo simul? adhuc desiderant Menoch. Molina & Rebell. probationem versionis in vtilitatem: negant tamen Couar. lib. 2. variar. capit. 17 num. 3. Pinel l. 2. 2 part. cap. 4. num. 68. C. de rescind. Mascard. de probat. conclus. 1165. à num. 17. Bellet. disquisit. clerical. 1 part. titul. de clerico debitore §. 3. num. 40. Hæc autem probatio versionis fieri potest per visum euidentem, atque etiā per coniecturas, & præsumptiones iure probatas, *glos. vltim. verb. probauit, in auth. hoc ius, C. sacrosanct.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 55. nu. 4.* Mascard. *conclusion. 1166.* Riccius *in praxi fori Ecclesiast. decis. 3.* Cetera, quæ in hac materia mutui accepti à Religioso, seu etiam à prælato, hic præstringere instituti nostri ratio non sinit, petenda ex DD. nuper laudatis, fusissimè prosequuntur.

RESOLVTIO XXXVI.

De correctione fraterna Euangelica.

1. Finis correctionis fraternæ, cùm sit salus spiritualis proximi, iure naturali, diuino, & positiuo omnes tenentur corrigere fratres mortaliter peccantes. Idem erit, quando peccatum veniale disponit ad mortale, tunc enim ratione periculi correctio cadit sub præcepto, tom. 2. quæst. 8. art. 1. De quo D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 2. vbi Theologi, & cum Magistro in 4. dist. 19. Soto de tegendo secreto memb. 2. quæstione 1. conclus. 2. & quæstione 13. conclusione 4 Nauarr. in capit. Inter cætera part. 3. num. 56. & Canonistæ *in cap. nouit, de iudicijs, & in capit. si peccauerit, 2. quæst.* 1. vide quæ ad propositum latè Miranda *tom. 1. ordin. iudiciar. quæst. 9. art.* 1.

2. Cùm hoc præceptum sit de affirmatiuis non obligat semper, & pro semper, sed tantùm quando, & vbi correctio proficere saluti spirituali proximi speratur. Vt verò dubitè fiat, sex circunstantiæ requiruntur: tres ex parte corrigentis, & aliæ tres ex parte corrigendi. Prima ex parte corrigentis est, vt habeat scientiam, seu cognitionem peccati, etiam incerti probabilis, si ex omissione talis correctionis grane damnum ipsi corrigendo potest accidere. Secunda quòd fiat cum spiritu lenitatis. Tertia quòd loco, & tempore opportuno. Aliæ tres ex parte corrigendi sunt. Prima, quod peccatum sit mortale, vel veniale disponens ad mortale. Secunda quòd sit spes emendæ, licèt dubitetur de spirituali profectu; nisi correctio bono communi præiudicet. Tertia, quòd non expectetur aliud tempus opportunius, *ibidem articul.* 2. De quo D. Thom. *loco suprà citat.* Gerson *tract.* 14. *de correctione capit.* 5. vide Suarez *de legibus libr.* 6. *capit.* 9. *numer.* 15. Soto *suprà memb.* 2. *part.* 1. *&* 2. *per totam*, & præcipuè *conclus.* 5. Miranda *dict. artic.* 1 *conclus.* 4. *& quæst.* 10. *art.* 1. *vsque ad* 5.

3. Existens in peccato mortali intelligens sua correctione proximum esse sanaturum spiritualiter tenetur illum corrigere. Secus si ratione sui peccati scit non esse profuturam correctionem. Nec etiam tenetur conuerti ad Deum, vt sic eum spiritualiter possit corrigere; nisi sit prælatus, vel etiam corrigendus habeat ignorãtiam inuincibilem alicuius præcepti decalogi, putà siquis ignoraret simplicem fornicationem esse peccatum, tunc enim quilibet, etiam priuatus ad eum corrigendum adstringitur, etiam si nulla sit de proficiendo spes, *ibidem artic.* 3. de quo D. Thom. *dist. quæst.* 33. *artic.* 5. Ludouic. Lopez *in instruct. conscientiæ* 1. *part. capit.* 16 *numer.* 13 5. Soto *de tegen. secret. memb.* 2. *quæst.* 3. *conclus.* 6. Idem docet multis congestis Miranda *suprà art.* 5. præcipuè *concl.* 3. *& art.* 7. *conclus.* 3. *&* 4.

4. Si frater secretò correctus non emendatur, coram vno, vel duobus testibus debet iterum fraternaliter corrigi, iuxta præceptum Christi Domini, si de profectu sit spes, etiam si testes sint ignari peccati. Sed antequam ad id peragendum accedat corrector tenetur vna, & iteratis vicibus (quot expedire videbitur) dictam monitionem adhibere, nisi certò sciat dictas iteratas monitiones non esse profuturas, tunc enim statim adhibendi sunt testes. Si verò adhuc sciatur, quòd admonitus coram testibus non emendabitur, sed potiùs deterior, & obstinatior fiet coram prælato eum denunciando, consultius erit pro tunc silere, nisi peccatum Reipublicæ, aut communitati sit præiudiciale. Quòd si deficiant testes idonei, coram quibus possit (vt conuenit) fieri correctio, statim prælato debet fieri denunciatio, seu admonitio charitatiua, si profuturum speratur, & ipsæ prælatus sit spectatæ virtutis, & prudentiæ vir, qui visceribus

bus charitatis fratrem delinquentem suscipiet, in re se prudenter gerens, *ibidem artic. 4. De quo Corduba in annot. ad Sotum memb. 2. quæst. 4. conclus. 6.* Bañez 2. 2. *quæst. 33. artic. 8. ad primum. Nauarra de restitutione lib. 2. capit. 4. numer. 261. vide Sanchez libr. 6. decalogi capit. 16. à numer. 42. vsque ad 52.* ad quod multa congerit Miranda *suprà quæst. 11. art. 3. vsque ad 7.*

Ampliatur doctrina Auctor.

5. An verò liceat quodcunque delictum occultum immediatè deferre superiori, tanquam patri nulla correctione charitatiua præmissa, & an licitum sit statutum Religionis id disponens? Latè tradit Sanchez loco suprà citato, & tandem numer. 46. parti adhæret affirmatiuæ, quando scilicet prælatus est vir prudens, qui prudenter in occulto medebitur non manifestando delinquentem, nec ad publicam pœnitentiam procedendo, ex quo speratur fore, vt meliùs corrigat, ac meliùs ad illius emendam, & cauendum à recidiuo proficiat. Idem tenent Valentia 2. 2. disp. 3. quæst. 10. puncto 5. §. quintus casus, Sayro lib. 11. cla. reg. capit. 4. numer. 20. Turrianus super dict. quæst. 33. D. Thom. articul. 6. disp. 89. dub. 4. vbi suam sententiam probare contendit ex D. Bonauentura, Angelo, Richardo, Salmerone, & Areualo tract. de correption. fratern. conclus. 3. & post conclus. 5. & 6. addit ex Angelo hanc sententiam esse omnium Magistrorum nostri Ordinis.

Oppositam sententiam defendit perdoctè M. F. Petrus de Lorca in 2. 2. D. Thom quæst. 33. artic. 8. sect. 2. disp. 47. numer 8. & sequent. vbi resoluit, partem affirmantem nullo modo esse probabilem, neque in Religionibus, neque extra fas esse denunciare prælato, etiã vt patri delictum occultum, omissa admonitione charitatiua si ea speratur vtilis. Nec præceptum prælati, aut constitutionem Religionis excusare posse à culpa, nedum obligare, quia iniusta, & contra diuinam, & naturalem legem esse censentur. Eamque sententiam asserit esse angelici Doctoris 2. 2. quæst. 33. artic. 7. ad 5. vbi expressè tenet, quem sequuntur eius discipuli, & expositores, Soto de tegendo secreto, memb. 2. quæst. 4. conclus. 3. dub. 3. Adrian. post quæst. de correctione, in dubio, quod incipit, ostenso, in fine. Abulens. quæst. 84. Palud. quæst. 4. Gabriel lect. 74. in Canon. Syluest. quæst. 4. Nauar. cap. 17. & alij plures relati ab ipso Lorca supra numer. 9. idem sentit Philiarcus de officio Sacerdotis, tom. 1. part. 2. libr. 4. cap. 14. & videtur eidem innuere noster Auctor dicto artic. 4. in fine, vbi postquam tradit conditiones, quibus potest fieri denunciatio prælato sine præuia correctione charitatiua, & non adhibitis testibus, concludit: his tamen non concurrentibus, omnibus (inquit) dissuadeo, ne ad prælatos, etiam vt patres accedant, quia aliquando hi, qui erant subditi, & ba conuersando videbantur benigni, & mansueti, postea facti prælati volunt magis videri iudices rigorosi, quam patres visceribus charitatis zelosi.

Notanda valde verba Auctoris.

Vnusquisque harum opinionum assertor, & fautor suis nixus fundamentis in suo abundet sensu quidquid tamen sit de probabilitate, vel improbabilitate prioris (quæ omnibus ferè viri doctis nimis dura semper visa est) posteriori tanquam probabiliori adhæreo. Circa statutum verò Religionis de quo suprà, nolo iudicem gerere, videant hi, ad quos spectat.

Solent verò referri pro prima opinione quoddam statutum Minorum, & quædam constitutiones S. Bonauenturæ editæ in quodam Capitulo generali de quibus in libro, monumenta ordinis Minorum, titulo constitutiones generales antiquæ capit. 5. fol. 259. Vbi præcipitur Fratribus executibus, vt secretò excessus notabiles prælato inuicem intiment. Sed hoc præceptum delationis ad superiorem, vel debet intelligi seruato ordine euangelico, vt patet ex illis verbis statuti Bonauenturæ: Frater qui fratrem correxerit de aliquo excessu secundum formam Euangelij, &c. Vt bene respondet Lorca vbi suprà numer. 14. vel dic, quòd tale statutum apud nos Minores (si aliquando viguit, de quo plurimum dubito) nunc per contrarium vsum est

est omninò abrogatum, nec inuenitur aliquis de scriptoribus Ordinis, qui testetur apud nos fuisse in vsu, & à præclaris semper commendatur in visitationibus, vt seruetur ordo Euangelij de correctione fraterna, vt rectè notat Portel in addit. ad dubia, verbo correctione fraterna, num. 5.

-Licitum esse per interpositum amicum bene affectum, & prudentem, magnaque amicitia coniunctum, cum delinquente, & ad cuius monitionem ad se reuersurum meliùs speratur, correctionem charitatiuam adhibere, docet Auctor in ordine iudic. cap. 5. numer. 11. quando scilicet, præuidit in idem peccatum relapsurum, si ab amico non corrigatur, & admoneatur. Quam sententiam esse D. Augustini addit, eamque tenent Durand. *in 4. dist. 19. quæst. 4. num. 4. ad finem*, & Gabriel *in cant. lecti. 74. sub littera i.*

August. sup. c. 5. Leuit.

7. Qui scit Fratrem in articulo mortis positum spiritualiter periturum, si eum non corrigat, tenetur hoc charitatis medium præstare, etiam cum periculo vitæ, extra tamen extremam necessitatem non tenetur ad id peragendum, tantumque peccabit venialiter ab eo se abstinens, nisi ex negatione huiusmodi monitionis in peccato moriturum fratrem præuideat, tunc enim reus erit gehennæ non monendo, quod debet intelligi, dummodo graue detrimentum famæ, & vitæ sibi ex eo non immineat, *ibid. art. 5.* De quo Cordub. super Soto *de legen. secret. memb. 2. quæst. 2. concl. 6.* Nauar. *in manual. cap. 27. num. 23.* Aragon. 2. 2. *quæst. 33. art. 2. dub. vlt. concl. 4.*

Idem docent Villalobos 2. part. summæ tract. 4. diffic. 5. num. 6 & Miranda, suprà quæst. 9. art. 6. concl. 1. Vbi resoluit id procedere, quādo peccatum, seu necessitas prouenit ex ignorantia, fragilitate, seu passione, non verò quando prouenit ex malitia, & idem dicit Villalobos *suprà num. 5. & 6.*

8. In opinione eorum qui dicunt, non teneri prælatum corrigere fraternaliter sibi subditos ex iustitia, sed tantùm ex charitate, cōsequens est, ipsum non adstringi ad id præstandum cum periculo mortis, aut alio graui damno, cùm in hoc non se habeat vt prælatus, sed vt priuata persona. *ibid. art. 5.* De quo Caietan. 2. 2. *quæst. 33. art. 2. ad 4.*

Vide Miranda d. quæst. 6 art. 6. concl. 2. vbi tenet, prælatos ex iustitia obligari ad correctionem suorum subditorum, ac proinde ad id teneri cum periculo vitæ, famæ, honoris, & aliorum bonorum temporalium. Idem docet citatis Caietano *d. art. 2. respons. ad 4. & ibi* Aragon, Villalobos *vbi suprà d. diff. 6. num. 4.* quamuis Turrianus *ad dictam qu. 33.* D. Thom. *art. 3. disp. 87. dub. 1.* existimet hanc obligationem non esse iustitiæ, quæ sit pars subiectiua propriæ iustitiæ, sed esse obligationem partis potestatiuæ iustitiæ, id est, fidelitatis ratione officij debitæ. Sed meliùs ad rem ipse angelicus Doctor *eo art. 3.* distinguit duplicem correptionem, vna quidem, quæ est actus charitatis, quæ specialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis per simplicem admonitionem, & hæc pertinet ad quemlibet charitatem habentem, siue subditus sit, siue prælatus. Altera verò, quæ est actus iustitiæ, per quam intenditur bonum commune, interdum etiam per punitionem, ad solos prælatos, & iudices spectat. Ex quo iuxta mentem D. Thom. deducitur, quòd ratione prioris correptionis charitatiuæ tenentur prælati ad eam tanquam priuatæ personæ ex charitate, respectu verò posterioris prælatiuæ correptionis tanquam prælati ex iustitia tenentur. Et iuxta huius distinctionis sensum debet intelligi sententia nostri Auctoris dicto articulo sexto in fine, vbi ait, prælatos teneri corrigere suos subditos fraternaliter ex charitate, & non ex iustitia, cùm in correctione fraterna, inquit, non se habeant vt prælati, sed vt priuatæ personæ, ac proinde ad id non teneri cum periculo mortis, quo innuit, quòd si vt prælati per correptionem prælatiuam procedant, ad id ex iustitia teneri, etiā cum periculo vitæ, Ad cuius confirmationem maximè faciunt tradita à Miranda dicta quæstion. 9. artic. 3. concl. 3. vbi postquam dixit cum D. Thoma dicto art. 3. duplicem illam correptionem, vna, quæ procedit ex virtute cha-

Exponitur sent. Auctor.

charitatis, alia ex virtute iustitiæ, addit quòd prælati, etiam ex vi præcepti charitatis de correptione fraterna ad plura tenentur intensiuè, & extensiuè quàm aliæ priuatæ personæ.

9. Accusator potens probare]mentum non tenetur præmittere correctionem fraternam, siue bonum commune, siue priuatum intendat, dummodo aliter bono communi, aut particulari non possit prouideri. Imò satis probabile videtur, non esse proponendam accusationem ante præmissam correctionē fraternam, etiam si bonum commune, aut priuatum adsit, vt commodo saluti spirituali fratris melius, & simul cōsulatur. Quando verò in accusatione sola correctio delinquentis intenditur, præmittenda est omninò ab accusatore fraterna monitio, nisi peccatum accusati sit commissum contra accusantem, [illegible] videtur iniuria cōmotum, & grauatum super grauari ad correctionem charitatiuam faciendam, qui nullum commodum ex accusatione reportare intendit, *ibidem art. 7.* De quo Sylvest. *ve. b. accusatio quæst.* Caiet. *2. 2. qu. 33. art. 7. in respons. ad 3.* Corduba ad Sotum *de teger. d. secret. membror. 2. quæst. 4. concl.* § Nauarra *lib. 2. de restit. cap. 4. num.* [illegible] § vide ad identica dicta à Miranda *suprà quæst. 11. artic. 2. concl. 2. & 3.* & ab Auctore *cap. 4.* [illegible] *num. 7.* & 8. [illegible]

Trid. sess. 13. cap. 7. de refor. 10. Prælati in arguendis subditorū excessibus spiritum lenitatis vt plurimum ostendant, ita vt se pastores, non percussores esse meminerint, sicuti illos admonet Tridentina Synodus, cū sæpe erga corrigendos plus agat beneuolentia, quàm austeritas, plus exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas. Si autem delicti grauitas aliud postulet, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibenda est, vt sic correcti emendentur, vel saltem à vitijs cæteri deterreantur, *[illegible] 2. quæst. 40. art. 1.* De quo D. August. relatus *in cap. corripiantur 24. quæst. 3.* [illegible] Vnde ratio, [illegible] debent superiores in correctionibus adhibere obiurgationes, & contumelias in delinquentes, nisi Spiritu sancto suggerente, solùmque obijciendum est vitium, cuius correctio prætenditur, non verò alia delicta iam castigata, emendata, & oblita, nam vt in plurimum representatur subditis, quòd non ex charitate, sed ex passione oritur correctio, ac ideò fiunt deteriores, leuius enim verbera, quàm verba contumeliosa ferre solent, *ibid. art. 1.* De quo D. Thom. *2. 2. quæst. 72. art. 2. ad secundum*, Nauar. *in Manual. cap. 18. num. 10.*

11. Dicti tamen prælati excedentes in reprehensionibus, & obiurgationibus subditorum nō sunt ob id aliqua pœna afficiendi, sed tantùm in secreto admonendi, ne inde ansa præbeatur subditis eos parui faciendi, *ibid. art. 3.*

ADDITIO.

12. In hac resolutione, num. 5 meminimus eius quæstionis, an in Religione possit esse licitum statutum, vt ad maiorem sui humilitatem quisque velit, vt omnes defectus ipsius deferantur ad prælatum, vt patrem, non præmissa secreta correctione: In qua quæstione duplicem retulimus opinionē, alteram affirmantem, negantem alterā, vtriusque auctores, quos tunc videre licuit, ibi congessimus. Nunc pro affirmatiua addimus præter relatos num. 5. Conink. 2. 2. *disput. 28.* Valentia 2. 2. *disput. 3. quæst. 10. puncto 5.* fusissimè P. Suarez 4 *tom. de Religione tract. 10. libr. 10. c. 7. à sque ad 12.* & data iuris cessione non improbat Bañez 2. 2. *quæst. 33. articul. 8. dub. 2.* Negatiuam verò opinionem probabiliorem censuit nuper Academia Salmanticensis scientiarum Princeps die 24. Aprilis, anno 1627. pro cuius decreti, & sententiæ defensione neruosè scripsit R. P. M. Fr. Angelus Manrique Cisterciensis Religiosissimæ familiæ dignissimus Generalis, & Moralis Philosophiæ acutissimus antecessor, quem omninò consule in peculiari allegatione, quam edidit de hac re, cùm ad sacrum Inquisitionis Tribunal quæstio delata [illegible]

RE-

RESOLVTIO XXXVII.

De Correctione Fratrum.

1. PRO Correctione Religiosorum oportet iudices esse in Religione ad pacem communem tuendam à partialitate, contentione, ambitione, & alijs prauis passionibus ita alienos, vt cęteros possint à suis continere affectionibus. Ne autem de partialitate arguantur, nec se inexorabiles debent ostendere, nec nimium exorabiles, maximè ad preces, & obsecrationes amicorum, & petentium, nam vitium intolerabile est in iudicibus negare omnia ab eo postulata, nec minus annuere omnibus petitis. Caueantq; omninò ab iracundia, verbis inordinatis, & vociferatione, quod est maximè alienum à grauitate, & modestia, qua in loquendo decet vti iudices, & prælati, præcipuè sacerdotali ordine insigniti, *tomo. 1. quæst. 1.* per quatuor integros articulos.

Vide Miranda *tomo 1. Ordin. iudic. quæst. 3.* vbi per totam agit de qualitatibus requisitis ad iudices, & prælatos, & præcipuè art. 6. tradit ad idem, non debere esse (quantum fieri poterit) originarios seu naturales illius loci, vbi præfecturam, seu iudicaturā exercent, iuxta *cap. penult. vt lite non contest.* & tradit Bart. in *l. fin. ff. de offic. assess. & in l. ei cui, ff ex quibus caus.* & apud Hispanos, *lib. 11. tit. 16. part. 1.* vt scilicet, ab omni affectione sanguinis, & amicitiæ ab omni passione, & personarum acceptione sint prorsus alieni.

Trid. sess. 3. c. 14. de refor. Bul la 5. & 13. Innoc. 4. & bull. 3. — 2. Prælati Regulares sunt iudices suorum religiosorum Ordinarij, cùm attentis suis priuilegijs notorijs sint exempti à iurisdictione Episcoporum, vt constat ex innumeris Bullis Apostolicis non abrogatis per Concilium Tridentinum, de quibus apud Bullarium. Quæ potestas in sibi subditos adeò est manifesta, vt id præsupponens Bonifacius VIII. Bulla 10. apud idem Bullarium dixerit, quòd prælati Ordinis Minorum in correctionibus, & punitionibus Fratrum delinquentium imponendis, seu affligendis possint procedere apicibus iuris postpositis, *ibid. q. 2. art. 8.* De quo Nauar. *in c. statuimus. nu. 63. & in cap. non dicatis, num. 96.* — Nicol. 5. & bul. 2. Bonif. 8. & bulla 14. Sixti 4. vbi refertur mare magnum Clem. 4. à nu. 15. vsque 18. & bull. 28. & 37. & 44. eiusdem Sixti. Bullar. bul. 3. Innoc. 8. Bull. 5. Pij 2.

3. Dicti prælati ex Innocentio VIII. pro Predicatoribus, & non alij possunt dictos Fratres corrigere, non obstantibus quibuscunque priuilegijs concessis Scholastico, ac vniuersitati Salmanticæ, vel alijs vniuersitatibus. Idemque concessit Pius II. Minoribus apud Bullarium, & alijs Mendicantibus cum grauibus censuris contra rebelles, *ibidem artic. 9* De quo Corduba *super Compend. Mendic. titul. correctione Fratrum, §. 14.* Idem tradit Villalobos *1. part. Summa tract. 35. num. 8 in fine.*

4. Prælato Regulari competit cognitio causæ nouitij, qui occidit religiosum professum, nam ille, vt talis est, gaudet priuilegio fori, & quoad iurisdictionem subiacet prælatis Ordinis, saltem reuocabiliter. Vnde poterit dictus prælatus eum torquere, si opus fuerit per aliquem clericum, vel religiosum, *ibid. art. 10.* De quo Nauar. *libr. 2. con. titul. de foro competenti con. 6. pag. 117.*

5. Duplici via possunt prælati procedere in causis Fratrum, vel vt patres procurantes, quoad fieri possit, vt nihil de supplicio cogitet, eorum vitia euellendo, pièque eorum vulneribus medendo: vel vt iudices, quo casu iuxta allegata, & probata seruato iuris ordine debent procedere, siue tamen strepitu, & figura iudicij, quod est idem, ac procedere summariè, & de plano, sola facti veritate inspecta, ita tamen, vt semper essentialia iuris seruentur, & nil incommodi patiantur ius naturale, & gentium, omissis apicibus iuris, & accidentarijs solemnitatibus iudicij. Ius autem gentium apud Regulares sūt statuta generalia Ordinis. Necessaria verò & essentia, sunt omnia ad defensio-

sionem naturalem pertinentia, vt sunt capitulorum, seu culparum reo manifestatio, concessio moræ, seu temporis ad respondendum, testiumque propalatio quoad nomina, & dicta. Sed hoc vltimum tantùm fieri debet in causis criminalibus grauibus, ex quodam statuto nostris Ordinis, ne reus indefensus succumbat. *ibid. qu. 3. artic. 1.* De quo Panormit. *in cap. qualiter, & quand.* Manso Victorian. *de causis Regular. cap. 17. p. 27 in fine.* Vide Miranda *vbi suprà quæst. 6. 7. & 8.* vbi agitur de modo procedendi per viam generalis, & particularis inquisitionis, & *quæst. 14. art. 1. 2. & 3.* agit de iuris ordine, seu de substantialibus iudicij, & de solemnitate, seu apicibus iuris, & *tom. 2. ordin. iudic. in prati. canon. quæst. 3. art. 1.* ponit differentiam in modum procedendi prælatorum vt patres, vel vt iudices.

6. Antequam iudex procedat contra delinquentem, debet constare de delicto commisso. Nec potest procedere per viam accusationis, nisi constet de persona delinquentis, & de persona offensa. Per viam verò denunciationis, in qua quis denunciat de aliquo delicto commisso, potest procedere ex officio, non tamen contra denunciatum, delicto non declarato à denunciante, donec constet, saltem ex præsumptione fuisse ab ipso denunciato commissum. Per viam autem Inquisitionis ad puniendum non licet procedere contra aliquem in speciali, nisi constet plena probatione delictum fuisse commissum ab eo, vel diffamato detur copia indiciorum, & audiatur. At si ad inquirendum tantùm procedit, & non ad puniendum, non licet procedere, nisi ob graue crimen, & quando inquisitio est particularis, idque ad capturam tantùm, & incarcerationem. Quod si delinquens sit Regularis, debet præcedere plena probatio, vt incarceretur, sufficit tamen semiplena, vt reponatur in custodia, seu domo disciplinæ *ibidem art. 2. & 3.* De quo Fortunius Garcia *in l. Gallus, in principio n. 55 ff de liberis, & posthumis.* Vide Miranda *suprà quæst. 13. art. 2. & qu. 14. art. 2. & 3.*

Sed quia in correctione Fratrum multa includuntur, operæ pretium erit de singulis sigillatim agere.

RESOLVTIO XXXVIII.

De visitatione in communi.

1. VISITATIO, seu syndicatio prælatorum, & iudicum originem habet à iure diuino. Vnde superiores Religionum tenentur per se, vel per alios prouincias sibi subditas visitare. Apud nos Minores id tantùm Ministris Prouincialibus præcipitur in Regula, quòd ex præcepto iuris diuini tenentur exequi, visitando quotannis monasteria sibi subdita ex Tridentino decreto, & apud Cistercienses sub pœna excommunicationis ipso facto contra prælatos negligentes, & rebelles per Innocentium VIII. *tom. 2. quæst. 4. art. 1. & 4. & tom. 3. quæst. 77. art. vltimo.* De quo Adrian. *in 4. senten. de correct. fraterna,* Gabriel *super Canon. lect. 74.* Syluest. *in summa, verbo, visitatio, & verb. correctio, et verb. inquisitio,* ad quod multa congerit Miranda *2. tom. ordin. iudic. in pract. crim. Canon. et Reg. q. 1. a. 1.* Trid. sess. 21. c. 8. & sess. 25. ca. 20. de reg.

2. Visitatores deputati ad visitandas prouincias, vel aliqua monasteria sint habiles, idonei, & in causis Regularibus experti, vel scientia pollentes, & nullo modo suspecti. Vnde in nostra Religione Seraphica statuto cauetur, ne instituantur visitatores, nisi qui aliquando fuerunt Prouinciales, aut Diffinitores in praxi causarum Regularium versati. Qui si instituantur pro visitāda tota vna Prouincia cū plenitudine potestatis optimo iure possunt subdelegare, secus si pro vno tantùm conuentu. *ibid. ar. 2. & 3.* De quo Nauar *in cap. nullam n. 20. & 34.* Oldrad. *cons. 42.*

Quales esse debeant visitatores seu Commissarij Prouinciarum ostendit Miranda vbi suprà articulus 2. & quod pos-

possint subdelegare tradit *d. quæst. 1. art. 5.* & faciunt quæ dixerat *tom. 1. ordin. iudiciar. quæst. 2 art. 11. & 12.*

3. Visitator primum debet proponere Fratribus Verbum Dei antequam accedat ad visitationem, deinde de vita, & conuersatione eorum, deque locis, & rebus Diuino cultui dicatis inquirere, iuxta dispositionem iuris, item quomodo obseruentur Canones Ecclesiastici, præcipuè decreta Tridentina, tandémque perquirat de obseruantia Regulæ, vt præcipitur in eodem Tridentino Concilio, & de alijs solitis inquiri in visitationibus iuxta consuetudines, & statuta vniuscuiusque religionis. Quando verò pro hoc ritè peragendo iusiurandum exigit, taliter debet fieri, vt quilibet manifestet quidquid scit, vel credit, vel fama est. ibid. art. 5. De quo vide Miranda latè in dicta practica Canon. quæst. 2. artic. 1. & pro Commissarijs, & Visitatoribus in Ordine Minorũ art. 3. 4 & 5. & circa iuramentũ sumendum, vel obedientiam imponendam visitantibus dict. art. 5. conclus. 1. & latè tom. 1. ordin. iudic. quæst. 6. art. 5. vbi id multis iuribus, & DD. auctoritatibus probat. Idem tradit Paz in pract. tom. 1. cap. 1. § vnico Nauar. in Manual. cap. 25. num. 46. & de modo, & forma peragenda in visitatione apud Monachales, & aliàs Religiones agit *dict. quæst. 2. art. 6. & 7.*

Trid. sess. 25. de reg. ca. 12.

4. Haud licitè agunt prælati in visitatione post generalem. Inquisitionem factam, qui præcipitanter transmittunt Fratres de aliquo indiciatos, sed non infamatos ad alios conuentus, & sub obedientiæ præcepto, & excommunicatione vetant ingressum ad certas domos sæcularium, quia ex eo suspitio populi maleuoli confirmatur contra ipsos Fratres, & nobiles, ac deuotæ fęminæ aliquali macula notantur in dedecus Fratrum transmissorum, & aliquando totius Communitatis, ac etiam Religionis. Sed secretò debent monere prælatum Conuentus, nullum verbum facientes de aliquo priuato Religioso, vt vigilanter se gerat circa clausuram domus, & Fratrũ egressiones. *ibid. q. 5. a. 9.*

Ad quod vide Mirãda *vbi sup. quæst. 7. art. 1. conclus. 1.* vbi resoluit, non posse prælatum publica pœna punire subditum, nisi infamia, aut clamorosa insinuatio præcedat, iuxta cap. inquisitionis §. tertiæ dubitationis, & § quęsiuisti. de accusat. in illis verbis finalibus, qui propter dicta paucorum cum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos, & graues læsa opinio non existit. notanda certè verba ad propositum.

5. Visitatores Monialium solicitè curent, ne vestibus indecentibus, & inhonestis, aut cultu, & ornatu crinium profano vtantur, nec choreis, & festis sęcularibus, & alijs similibus indulgeant. Item debent inducere Abbatissas electas ad suscipiendam benedictionem infra annum à die confirmationis computandum, tenēturque obseruare clausuram, & quòd vltra facultates, seu redditus bonorum nulla notitia admittatur, & alia de quibus *in capit. 1. de statu Monach. in 6. Auctor ibi lem articulo* 10.

6. Visitatores apud Cistercienses per Clementem IIII. habent facultatẽ deponendi officiales monasterij cum consilio prudentum, & expertorum in causis Ordinis, & causa id exigente, vt in simili disponit Tridentinum Concilium. Hæc tamen constitutio prohibens Abbates non posse deponi, nisi in Capitulo, non extenditur ad Consiliarios, seu Discretos Conuentus, ita nuncupatos in isto Ordine, quia illa fuit principaliter expedita ad præcludendã viam calumnis subditorum in prelatos, ideòque tanquam odiosa ad casum, de quo loquitur, debet restringi, *tom. 2. qu. 25. artic. 3.* De quo Zerola *in praxi Episcop. 1. p. verbo, capitulum §. ad octauum pag. 84.*

Trid. sess. 25. cap 6. de refor.

7. Visitatores nòn debent facilè audire leues, ac friuolas accusationes calumniatorias inferiorum contra prælatos, nec permittere, vt de rebus minimis, & impertinentibus syndicentur, maximè si in attinentibus ad obseruantiam Regularem, & bonum regimen Conuentus solicitos se gessisse inueniãtur. Sunt tamen de illis fraternaliter admonendi, informandique superiores

de

de ipsorum in gubernando stylo, ne ita facile, si expedire videbitur, eos ad prælaturas in posterum admittant. *tom. 3. quæst. 77. art. 1. & 2.* De quo Puteus *de Syndic. in princi. capit. 2. num. 23. fol. 96.* Azeuedo *lib. 10. tit. 7. num. 11. libr. 3. Recopilationis.* Vide Miranda *tomo 1. Ordin. iudic. quæst. 7. art. 2. conclus. 3.*

8. Cùm de bonitate iudicum, & prælatorum semper bene præsumatur, requiritur quòd testes contra eos deponentes sint omni exceptione maiores, vt constat ex *cap. accusatio el 1. 2. quæst. 7.* & probationes clariores, & euidentiores luce meridiana appareant, nam sæpè iustitia multos aduersarios, odiúmque parit, quapropter Sancti Patres prouidè statuerunt, vt accusatio prælatorum non facilè admittatur, nisi quando certò, & manifestò constat de ipsorum culpa, vel sunt homines malæ famæ. *cap. qualiter. & quando el. 2. de accus.* Vnde porrigendus est illis priùs libellus articulorum, in quo culpæ determinatæ, & particulares contineantur, vt ab illis valeant se purgare, vt habetur in iure, idque etiam si procedatur per viam Inquisitionis sola veritate inspecta, sine strepitu, & figura iudicij, vt fit apud Regulares, ibidem articulo 3. & 4. De quo D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 2. ad 3. Petrus Gregor. Syntagmat. iuris 3. part. lib. 3. cap. 55. nu 5. Puteus de Syndicat. verbo, testis, capit 2 nu. 3. Gregor. Lopez lib. 14. tit. 1. part. 7. verbo, accusatio, Azeued. lib. 4. nu. 90. tit. 2. lib. 4 Recopil. Salicet. in l. quærela C. de falsis, vide etiam ad idē, Farinac. de testibus quæst. 63. à nu. 1. vsque ad 206. vbi adid plura notatu digna adducit, & Mirande *tom. 1. Ordin. iudic. quæst. 17. art. 2. in respons. ad 1. argument.*

9. Testes falsi deponentes in visitatione contra prælatos, acriter, & seuerè puniendi sunt, cùm leges ciuiles hoc crimen in causa criminali, & capitali pœna talionis castigari decernant, licèt enim huiusmodi pœna sit hodie antiquata, & consuetudine abrogata, in casibus tamen grauibus, vbi viri spectatissimi falsò infamantur, admitti debere affirmant aliqui, etiam in Religiosis, qui tamen possunt excusari à pœna calumniatorum, quando ad id incitati inueniuntur ab aliquo bonæ famæ, & opinionis zelum boni publici monstrante, cui credere debebant, sed pœna seditiosorum plectendi sunt. Vnde dictos falsos testes, quantum ad laicos pœna capitali esse puniendos, tenent doctissimi viri *ibidem artic. 5. & 7.* De quo Anton. Gomez *in lib. 83. Tauri*, Redin *de Maiest. Principum, vers. sed etiam fol. 61. nu. 157.* Iulius Clar. *in Practi. Crimin. quæst. 62 sp. 81. num. 3.* vide Farinac. *de testibus quæst. 67. à numer. 1. vsque ad 57. & num. 77.* vbi multa tradit de pœna testis falsi, quem refert Miranda *vbi suprà dicta quæst. 17. art. 8. conclus. 12.*

10. Visitatores, seu iudices Syndicantes motu potentium, & populi clamoribus sine aliqua alia probatione, omnino abstineant à iudicio ferendo contra prælatos syndicatos, nam legibus, & iuris rationi magis, quàm clamoribus debet iudex adhærere, ne iniquissimam illam sententiam Pilati contra Christum Dominum ob inualescentes populi voces iudicio suo imitetur. At pro sedanda huiusmodi seditione, & vulgi tumultu debet iudex accelerare, quantum fieri poterit, iudicium, & inconsulto Principe, seu superiore aliqua ratione boni regiminis peragere, dummodò fiat absque grauamine innocentium, & commodo delinquentium, qui condemnari aliàs merebantur, *ibid. art. 6.* De quo Redin. *citato loco fol. 178. nu. 44.* Iulius Clar. *in Practi. Crim. §. fin. qu. num. 3.*

11. Quamuis liceat Prælatis Syndicatis proponere querelam contra calumniantes, non expedit tamen, pro tūc, ne pœnam culpis debitam subterfugere videantur, sed tantùm opponant calumniæ exceptionem in responsione capitulorum contra se obiectorum, relatorumque protestentur, probando statim calumniam, & eius qualitatē. Post manifestam verò accusati innocētiam, & accusatoris calumniam per sententiam poterunt ad talem querelam accedere, *ibid. art. 8.* De quo Puteus *de Syndicatione, verbo, iniuria ca. 1. nu. 4 fol. 197.*

12. Re-

eorum priuilegium frangatur, tom. 2. quæst. 40. artic. 3 De quo Syluest. verb. immunitas numer. 2. & 4. Idem docere videtur Suarez *suprà cap. 7. num. 10. & cap. 16. num. 11.* & expressius tradit Miranda *dict. art. 5. concl. 4.* vbi idem dicit de consuetudine contra bonum publicum.

7. Consuetudo inducta in Religione, vt prudentiores & ætate prouectiores tantùm habeant vocem in capitulo, & admittantur in electionibus, si est contra ius, oportet, quòd sit præscripta spatio 40. annorum, vt valeat. Quòd si sit præter ius, sufficit præscriptio decẽ annorum, ex Panormitano communiter recepto in cap. final. de consuetudine, Auctor ibidem quæst. 51. art. 12. De quo Nauar. lib. 1. cons. titulo de consuetudine cons. 2. Idem docet Miranda 2. *tom. man. quæst. 23. articul. 23.*

De Constitutionibus vide infrà *de legibus, & de priuilegijs.*

RESOLVTIO XXXV.

De Contractibus.

1. SVccessor tenetur ex contractu prędecessoris, ad quod etiam tenetur Papa, saltem ex æquitate, clementia, & vrbanitate, *cap. litteris, de rescriptis. Auctor tom. 2. quæst. 49. art. 7. in principio, & tomo 3. quæst. 26. art. 1.* De quo Bald. *in l. digna, vox C. de legibus, vbi scribentes, & in dict. c. literis, iuncta gloss. vlt. notab. vltimo, de rescriptis.* Idem tradit citato Auctore Sanchez *lib. 7. decalogi cap. 31. num. 41. in fine.*

2. Monacho potest solui, quod ratione contractus illi debetur, si in tali contractu non interuenit factum, seu consensus prælati; secus si interuenit, *ibid. art. 3.*

Ampliatur ac illustratur doctrina Auctoris.

3. An autem contractus à Religioso initi absque superioris licentia sint prorsus irriti, ac nullius valoris? Tradit Sanchez dict. cap. 31. num. 9. vbi resoluit, certissimum esse apud omnes monasterium non teneri ex his contractibus, nisi quatenus inde locupletius factum est, ad instar contractus filij familias, aut serui absque licentia patris, aut domini initi ex quo illi non tenentur, nisi quatenus inde locupletiores facti sunt, vt expresè habetur *l. 1. § sicuti impubere, ff. de peculio.* At obligatur monasterium ex contractu inito à suo prælato, quatenus non excedit suæ administrationis limites, vt tradunt Angel. *verbo monasterium, initio,* Sylnester *verb. Religio 8. quæst. 3.* quos refert & sequitur Sanchez *suprà num. 10.* qui *num. 13.* consequenter ex dictis deducit, nõ teneri monasterium, si prælatus mutuò accepit pecunias in vsus proprios, vanos, ac turpes, aut in alios, in quos bona monasterij expendenda non erant: quia tunc excedit suæ administrationis limites. Secus autem, inquit, esse, si id mutuum ad expendendum necessaria in monasterio accepisset, licèt postea mutata voluntate malè expendisset, tunc enim ex ea mutui acceptione, quę legitimè facta est, obligatio in Monasterium translata est; & malæ dispensationis euentus id impedire nequit.

4. Sed hoc mihi plusquam dubium videtur, quia iste prælatus quamuis à principio rectè se gereret in acceptione mutui, postea excessit limites sui officij, & administrationis malè expendendo, ac proinde casu, quo teneatur Monasterium ex eo cõtractu legitimè inito, saltem tenebitur ipse prælatus satisfacere Monasterio, quod iniquè in sui vtilitatem nõ dispendit. Et ita sentire videtur Lessius *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 11. num. 80.* vbi tradit, monasterium non teneri ex delicto, & contractu monachi, quamuis sit prælatus; nisi quatenus inde aliquid conuersum est in Monasterij commodum.

5. Ex quo deducitur, teneri Monasterium ex contractu monachi, ratione alicuius administrationis etiam tacitè illi commissæ, quatenus illius limites non excedit, vt cum Azor. *tom. 1. inst. mor. lib. 12. cap. 11. quæst. 11.* & Lessio, *dict. num.* 90. docet Sanchez *sup. num. 14.*

6. Vnde resoluit num. 18. eos contra-

ctus

ctus à monacho sine licentia superioris initos non esse omninò irritos, sed integrum esse prælato, aut Monasterio illos irritare, vel ratos habere, prout illis magis commodum, ac vtile fuerit, ad instar contractus celebrati cum pupillo, aut minore absque tutoris, vel curatoris licentia, *l. Iuli anus, §. si quis à pupillo, ff. de action. empt.* Quod quidem in Ecclesiæ & Religionis fauorem concedunt plures non infimæ notæ Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *dict. num. 28.* qui *nu. 37.* adiungit, ex tali cõtractu obligationem naturalem oriri in religioso, dum superior non irritat, ac proinde teneri dare operam, quantum in se est, vt prælatus approbet, prout notat Lessius *suprà dict. num. 90.* Item & ad restitutionem damni, cũ restituendo fuerit, obligari, tradit ipse Sanchez *n. 38.* vbi *n. seq.* cõsequẽter addit, ex contractu inito cum superioris legitima licentia obligari religiosum naturaliter, & ciuiliter, nec posse ab eodem prælato, aut à successore, vel ab alio maiori illum contractum validè irritari, quia, vt suprà ex Auctore diximus, prælatus successor tenetur ex contractu prædecessoris.

ADDITIO.

7. Quæ de contractibus à Religiosis initis diximus, sunt etiam exemplificanda in contractu fideiussoris, Religiosi enim absque prælati, & maioris partis Capituli licentia fideiubere prohibentur, capit. quod quibusdam 4. de fideiuss. l. 2. titul. 12. part. 5. idem in clericis habetur, in capite 1. & 2. de fideiussorib. seruata tamen ea differentia, quòd fideiussio clerici de facto valida est cap. 3. de fideiussor. Cenedo ad Decretal. collect. 164. numer. 2. Gregor. in d. l. 2. Menoch. lib. 2. præsump. 46. numer. 15. fideiussio verò Religiosi nulla est ipso iure, exornant Molin de iust. tract. 2. disp. 549. num. 19. Azor moral. 1. p. lib. 12. cap. 11. quæst. 2. Rebello de obligat. 2. par. l b. 16. quæst. vnica num. 16. Ant Heringio de fideiussorib. ca. 7. à num. 243. Sanchez lib. 6. ad præcepta, cap. 14. à num. 38. vbi tamen nu 42. subijcit quòd licet Religiosus in studio existens de licentia prælati sui possit contractus inire, non poterit tamen vtiliter fideiubere, idem probat Surdus *de aliment. tit. 8. priuileg. 97. numero, 1.*

8. Rursus etiam ex mutuo suscepto à particulari Religioso non obligatur Monasterium, nisi in eius vtilitatem versum probetur dict. capit. quod quibusdam. Idem colligitur ex capit. 1. versic. cùm enim, de deposit. capit. 1. in fine de solut. Idem obseruatur in mutuo facto administratori ciuitatis, vel tutori, l. ciuitas 27. ff. de reb. credit. l. 3. C. quando ex facto tutor. Exornant Molina de iustit. disp. 300. à num. 2. Rebello 2. part. libr. 8. quæst. 2. sect. 3. latè Menoch. de arbitr. casu 432. à num. 2. plures citati à Cenedo ad decretal. coll sect. 24. num. 1. Marc. Ant. Genuensis in pract. quæst. 139. Quid autem dicendũ, si mutuum accipiatur ab ipso Prælato, & Capitulo simul? adhuc desiderant Menoch. Molina & Rebell. probationem versionis in vtilitatem: negant tamen Couar. lib. 2. variar. capit. 17 num. 3. Pinel l. 2. 2 part. cap. 4. num. 68. C. de rescind. Mascard. de probat. conclus. 1165. à num. 17. Bellet. disquisit. clerical. 1 part. titul. de clerico debitore §. 3. num. 40. Hæc autem probatio versionis fieri potest per visum euidentem, atque etiã per coniecturas, & præsumptiones iure probatas, *gloss. vltim. verb. probauit, in auth. hoc ius, C. sacrosanct.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 55. nu. 4.* Mascard. *conclusion. 1166.* Riccius *in praxi fori Ecclesiast. decis. 3.* Cętera, quæ in hac materia mutui accepti à Religioso, seu etiam à prælato, hic præstringere instituti nostri ratio non sinit, petenda ex DD. nuper laudatis, fusissimè prosequuntur.

RESOLVTIO XXXVI.

De correctione fraterna Euangelica.

1. Finis correctionis fraternæ, cùm sit salus spiritualis proximi, iure naturali, diuino, & positiuo omnes tenentur corrigere fratres mortaliter peccantes. Idem erit, quando peccatum veniale disponit ad mortale, tunc enim ratione periculi correctio cadit sub præcepto, tom. 2. quæst. 8. art. 1. De quo D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 2. vbi Theologi, & cum Magistro in 4. dist. 19. Soto de tegendo secreto memb. 2. quæstione 1. conclus. 2. & quæstione 13. conclusione 4. Nauarr. in capit. Inter cætera part. 3. num. 56. & Canonistæ *in cap. nouit, de iudicijs, & in capit. si peccauerit, 2. quæst. 1.* vide quæ ad propositum latè Miranda *tom. 1. ordin. iudiciar. quæst. 9. art. 1.*

2. Cùm hoc præceptum sit de affirmatiuis non obligat semper, & pro semper, sed tantùm quando, & vbi correctio proficere saluti spirituali proximi speratur. Vt verò dubitè fiat, sex circunstantiæ requiruntur: tres ex parte corrigentis, & aliæ tres ex parte corrigendi. Prima ex parte corrigentis est, vt habeat scientiam, seu cognitionem peccati, etiam incerti probabilis, si ex omissione talis correctionis grauе damnum ipsi corrigendo potest accidere. Secunda quòd fiat cum spiritu lenitatis. Tertia quòd loco, & tempore opportuno. Aliæ tres ex parte corrigendi sunt. Prima, quod peccatum sit mortale, vel veniale disponens ad mortale. Secunda quòd sit spes emendæ, licèt dubitetur de spirituali profectu; nisi correctio bono communi præiudicet. Tertia, quòd non expectetur aliud tempus opportunius, *ibidem articul. 2.* De quo D. Thom. *loco suprà citat.* Gerson *tract. 14. de correctione capit. 5.* vide Suarez *de legibus lib. 6. capit. 9. numer. 15.* Soto *suprà memb. 2. part. 1. & 2. per totam,* & præcipuè *conclus. 5.* Miranda *dict. artic. 1. conclus. 4. & quæst. 10. art. 1. vsque ad 5.*

3. Existens in peccato mortali intelligens sua correctione proximum esse sanaturum spiritualiter tenetur illum corrigere. Secus si ratione sui peccati scit non esse profuturam correctionem. Nec etiam tenetur conuerti ad Deum, vt sic eum spiritualiter possit corrigere; nisi sit prælatus, vel etiam corrigendus habeat ignorātiam inuincibilem alicuius præcepti decalogi, putà siquis ignoraret simplicem fornicationem esse peccatum, tunc enim quilibet, etiam priuatus ad eum corrigendum adstringitur, etiam si nulla sit de proficiendo spes, *ibidem artic. 3.* de quo D. Thom. *dist. quæst. 33. artic. 5.* Ludouic. Lopez *in instruct. conscientiæ 1. part. capit. 16 numer. 13 5.* Soto *de tegen. secret. memb. 2. quæst. 3. conclus. 6.* Idem docet multis congestis Miranda *suprà art. 5.* præcipuè *concl. 3. & art. 7. conclus. 3. & 4.*

4. Si frater secretò correctus non emendatur, coram vno, vel duobus testibus debet iterum fraternaliter corrigi, iuxta præceptum Christi Domini, si de profectu sit spes, etiam si testes sint ignari peccati. Sed antequam ad id peragendum accedat corrector tenetur vna, & iteratis vicibus (quot expedire videbitur) dictam monitionem adhibere, nisi certò sciat dictas iteratas monitiones non esse profuturas, tunc enim statim adhibendi sunt testes. Si verò adhuc sciatur, quòd admonitus coram testibus non emendabitur, sed potiùs deterior, & obstinatior fiet coram prælato eum denunciando, consultius erit pro tunc silere, nisi peccatum Reipublicæ, aut communitati sit præiudiciale. Quòd si deficiant testes idonei, coram quibus possit (vt conuenit) fieri correctio, statim prælato debet fieri denunciatio, seu admonitio charitatiua, si profuturum speratur, & ipse prælatus sit spectatæ virtutis, & prudentiæ vir, qui visceri-

bus

bus charitatis fratrem delinquentem suscipiet, in recte prudenter gerens, *ibidem artic. 4. De quo Corduba in annot. ad Sotum memb. 2. quaest. 4. conclus. 6.* Bañez 2. 2. *quaest. 33. artic. 8. ad primum. Nauarra de restitutione lib. 2. capit. 4. numer. 261. vide Sanchez libr. 6. decalogi capit. 16. à numer. 42. vsque ad 52.* ad quod multa congerie Miranda *suprà quaest. 11. art. 3. vsque ad 7.*

Ampliatur doctrina Auctor.

5. An verò liceat quodcunque delictum occultum immediatè deferre superiori, tanquam patri nulla correctione charitatiua praemissa, & an licitum sit statutum Religionis id disponens? Late tradit Sanchez loco suprà citato, & tandem numer. 46. parti adhaeret affirmatiuae, quando scilicet praelatus est vir prudens, qui prudenter in occulto medebitur non manifestando delinquentem, nec ad publicam poenitentiam procedendo, ex quo speratur fore, vt meliùs corrigat, ac meliùs ad illius emendam, & cauendum à recidiuo proficiat. Idem tenent Valentia 2. 2. disp. 3. quaest. 10. puncto 5. §. quintus casus, Sayro lib. 11. cla. reg. capit. 4. numer. 20. Turrianus super dict. quaest. 33. D. Thom. articul. 6. disp. 892. dub. 4. vbi suam sententiam probare contendit ex D. Bonauentura, Angelo, Richardo, Salmerone, & Areualo tract. de correption. fratern. conclus. 3 & post conclus. 5. & 6. addit ex Angelo hanc sententiam esse omnium Magistrorum nostri Ordinis.

Oppositam sententiam defendit perdoctè M. F. Petrus de Lorca in 2. 2. D. Thom quaest. 33. artic. 8. sect. 2. disp. 47. numer 8. & sequent. vbi resoluit, partem affirmantem nullo modo esse probabilem, neque in Religionibus, neque extra fas esse denunciare praelato, etiã vt patri delictum occultum, omissa admonitione charitatiua si ea speratur vtilis. Nec praeceptum praelati, aut constitutionem Religionis excusare posse à culpa, nedum obligare, quia iniusta, & contra diuinam, & naturalem legem esse censentur. Eamque sententiam asserit esse angelici Doctoris 22. quaest. 33. artic. 7. ad 5. vbi expressè tenet, quem sequuntur eius discipuli, & expositores, Soto de tegendo secreto, memb. 2. quęst. 4. conclus. 3. dub. 3. Adrian. post quęst. de correctione, in dubio, quod incipit, ostenso, in fine. Abulens. quęst. 84. Palud. quęst. 4. Gabriel lect. 74. in Canon. Syluest. quęst. 4. Nauar. cap. 27. & alij plures relati ab ipso Lorca supra numer. 9. idem sentit Philiarcus de officio Sacerdotis, tom. 1. part. 2. libr. 4. cap. 14. & videtur eidem innuere noster Auctor dicto artic. 4. in fine, vbi postquam tradit conditiones, quibus potest fieri denunciatio pręlato sine pręuia correctione charitatiua, & non adhibitis testibus, concludit: his tamen non concurrentibus, omnibus (inquit) dissuadeo, ne ad pręlatos, etiam vt patres accedant, quia aliquando hi, qui erant subditi, & conuersando videbantur benigni, & mansueti, postea facti pręlati volunt magis videri iudices rigorosi, quam patres visceribus charitatis zelosi.

Notanda valde verba Auctoris.

Vnusquisque harum opinionum assertor, & fautor suis nixus fundamentis in suo abundet sensu: quidquid tamen sit de probabilitate, vel improbabilitate prioris (quę omnibus ferè viri doctis nimis dura semper visa est) posteriori tanquam probabiliori adhęreo. Circa statutum verò Religionis de quo suprà, nolo iudicem gerere, videant hi, ad quos spectat.

Solent verò referri pro prima opinione quoddam statutum Minorum, & quędam constitutiones S. Bonauenturę editę in quodam Capitulo generali de quibus in libro, monumenta ordinis Minorum, titulo constitutiones generales antiquae capit. 5. fol. 259. Vbi pręcipitur Fratribus exeuntibus, vt secretò excessus notabiles pręlato inuicem intiment. Sed hoc pręceptum delationis ad superiorem, vel debet intelligi seruato ordine euangelico, vt patet ex illis verbis statuti Bonauenturę: Frater qui fratrem correxerit de aliquo excessu secundum formam Euangelij, &c. Vt bene respondet Lorca vbi suprà numer. 14. vel dic, quòd tale statutum apud nos Minores (si aliquando viguit, de quo plurimum dubito) nunc per contrarium vsum

est

est omnino abrogatum, nec inuenitur aliquis de scriptoribus Ordinis, qui testetur apud nos fuisse in vsu, & à prælatis semper commendatur in visitationibus, vt seruetur ordo Euangelij de correctione fraterna, vt ibi etiã notat Portel. in addit. ad dubia, verbo correctione fraterna, num. 5.

6. Licitum esse per interpositum amicum bene affectum, & prudentem, magnaque amicitia coniunctum, cum delinquente, & ad cuius monitionem ad se, reuersurum meliùs speratur, correctionem charitatiuam adhibere, docet Auctor in ordine iudic. cap. 5. numer. 11. quando scilicet, præuidit in idem peccatum relapsurum, si ab amico non corrigatur, & admoneatur. Quam sententiam esse D. Augustini addit, eamque tenent Durand. *in 4. dist. 19. quæst. 4. num. 4. ad finem*, & Gabriel *in cant. lect. 74. sub littera i.* August. sup. c. 5. Leuit.

7. Qui scit Fratrem in articulo mortis positum spiritualiter periturum, si eum non corrigat, tenetur hoc charitatis medium præstare, etiam cum periculo vitæ, extra tamen extremam necessitatem non tenetur ad id peragendum, tantumque peccabit venialiter ab eo se abstinens, nisi ex negatione huiusmodi monitionis in peccato moriturum fratrem præuideat, tunc enim reus erit gehennæ non monendo, quod debet intelligi, dummodo graue detrimentum famæ, & vitæ sibi ex eo non immineat, *ibid. art. 5.* De quo Cordub. super. Soto *de tegen. secret. memb. 2. quæst. 2. concl. 6.* Nauar. *in manual. cap. 27. num. 23.* Aragon. 2. 2. *quæst. 33. art. 2. dub. vlt. concl. 4.*

Idem docent Villalobos 2. part. summæ tract. 4. diffic. 5. num. 6 & Miranda, suprà quæst. 9. art. 6. concl. 1, Vbi resoluit id procedere, quãdo peccatum, seu necessitas prouenit ex ignorantia, fragilitate, seu passione, non verò quando prouenit ex malitia, & idem dicit Villalobos *suprà num. 5. & 6.*

8. In opinione eorum qui dicunt, non teneri prælatum corrigere fraternaliter sibi subditos ex iustitia, sed tantùm ex charitate, cõsequens est, ipsum non adstringi ad id præstandum cum periculo mortis, aut alio graui damno, cùm in hoc non se habeat vt prælatus, sed vt priuata persona. *ibid. art. 5.* De quo Caietan. 2. 2. *quæst. 33. art. 2. ad 4.*

Vide Miranda d. quæst. 6 art. 6. conc. 2. vbi tenet, prælatos ex iustitia obligari ad correctionem suorum subditorum, ac proinde ad id teneri cum periculo vitæ, famæ, honoris, & aliorum bonorum temporalium. Idem docet citatis Caietano *d. art. 2. respons. ad 4. & ibi* Aragon, Villalobos *vbi suprà d. § 6. num. 4.* quamuis Turrianus *ad dictam qu. 33.* D. Thom. *art. 3. disp. 87. dub. 1.* existimet hanc obligationem non esse iustitiæ, quæ sit pars subiectiua propriæ iustitiæ, sed esse obligationem partis potestatiuæ iustitiæ, id est, fidelitatis ratione officij debitæ. Sed meliùs ad rem ipse angelicus Doctor *eo art. 3.* distinguit duplicem correptionem, vnam quidem, quæ est actus charitatis, quæ specialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis per simplicem admonitionem, & hæc pertinet ad quemlibet charitatem habentem, siue subditus sit, siue prælatus. Altera verò, quæ est actus iustitiæ, per quam intenditur bonum commune, interdum etiam per punitionem, ad solos prælatos, & iudices spectat. Ex quo iuxta mentem D. Thom. deducitur, quòd ratione prioris correptionis charitatiuæ tenentur prælati ad eam tanquam priuatæ personæ ex charitate, respectu verò posterioris prælatiuæ correptionis tanquam prælati ex iustitia tenentur. Et iuxta huius distinctionis sensum debet intelligi sententia nostri Auctoris dicto articulo sexto in fine, vbi ait, prælatos teneri corrigere suos subditos fraternaliter ex charitate, & non ex iustitia, cùm in correctione fraterna, inquit, non se habeant vt prælati, sed vt priuatæ personæ, ac proinde ad id non teneri cum periculo mortis, quo innuit, quòd si vt prælati per correptionem prælatiuam procedant, ad id ex iustitia teneri, etiã cum periculo vitæ. Ad cuius confirmationem maximè faciunt tradita à Miranda dicta quæstione. 9. artic. 5. concl. 3. vbi postquam dixit cum D. Thoma dicto art. 3. duplicem illam correptionem, vna, quæ procedit ex virtute cha- Exponitur sent. Auctor.

charitatis, alia ex virtute iustitiæ, addit quòd prælati, etiam ex vi præcepti charitatis de correptione fraterna ad plura tenentur intensiuè, & extensiuè quàm aliæ priuatæ personæ.

9. Accusator potens probare intentum non tenetur præmittere correctionem fraternam, siue bonum commune, siue priuatum intendat, dummodo aliter bono communi, aut particulari non possit prouideri. Imò satis probabile videtur, non esse proponendam accusationem ante præmissam correctionē fraternam, etiam si bonum commune, aut priuatum ad sit, vt commodo saluti spirituali fratris meliùs, & suauiùs cōsulatur. Quando verò in accusatione sola correctio delinquentis intenditur, præmittenda est omninò ab accusatore fraterna monitio, nisi peccatum accusati sit commissum contra accusantem, ... videtur iniuriæ ... motum, & grauatum super grauari ad correctionem charitatiuam, faciēdam, qui nullum commodum ex accusatione reportare intendit, *ibidem art. 7.* De quo Sylu. est, *ve. b. accusatio quæst.* Caiet. *2. 2 qu. 33. art. 7. in respons. ad 3.* Corduba ad Sotum *de tegend. secret. membro. 2. quæst. 4. concl. 5* Nauarra *lib. 2. de restit. tur. cap. 2. numer. 25.* vide ad idem tradita à Miranda *suprà quæst. 11. artic. 2. concl. 2. & 3.* & ab Auctore *cap. 4. ordin. indiciar. num. 7. & 8.*

Trid. sess. 13. cap. 7. de refor. 10. Prælati in arguendis subditorū excessibus spiritum lenitatis vt plurimum ostendant, ita vt se pastores, non percussores esse meminerint, sicuti illos admonet Tridentina Synodus, cū sæpe erga corrigendos plus agat beneuolentia, quàm austeritas, plus exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas. Si autem delicti grauitas aliud postulet, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibenda est, vt sic correcti emendentur, vel saltem à vitijs cæteri deterreantur, *ibidem* 2. *quæst.* 40. *art.* 1. De quo D. August. relatus *in cap. corripiantur 24. quæst.* 3. ... Vnde raro, aut nunquam debent superiores in correctionibus adhibere obiurgationes, & contumelias in delinquentes, nisi Spiritu sancto suggerente, solùmque obijciendum est vitium, cuius correctio prætenditur, non verò alia delicta iam castigata, emendata, & oblita, nam vt in plurimum repræsentatur subditis, quod non ex charitate, sed ex passione oritur correctio, ac ideo fiunt deteriores, leuius enim verbera, quàm verba contumeliosa ferre solent, *ibid. art. 1.* De quo D. Thom. *2. 2. quæst. 72. art. 2. ad secundum*, Nauar. *in Manual. cap. 18. num. 10.*

11. Dicti tamen prælati excedentes in reprehensionibus, & obiurgationibus subditorum nō sunt ob id aliqua pœna afficiendi, sed tantùm in secreto admonendi, ne inde ansa præbeatur subditis eos parui faciendi, *ibid. art. 3.*

ADDITIO.

12. In hac resolutione, num. 5 meminimus eius quæstionis, an in Religione possit esse licitum statutum, vt ad maiorem fui humilitatem quisque velit, vt omnes defectus ipsius deferantur ad prælatum, vt patrem, non præmissa secreta correctione: In qua quæstione duplicem retulimus opinionē, alteram affirmantem, negantem alterā, vtriusque auctores, quos tunc videre licuit, ibi congessimus. Nunc pro affirmatiua addimus præter relatos num. 5. Conink. 2. 2. *disput.* 28. Valentia 2. 2. *disp.* 3. *quæst.* 10. *puncto* 5. subtilissime P. Suarez 4 *tom. de Religione tract.* 10. *lib.* 10. *c.* 7. *vsque ad* 12. & data iuris cessione non improbat Bañez 2. 2. *quæst.* 33. *articul.* 8. *dub.* 2. Negatiuam verò opinionem probabiliorem censuit nuper Academia Salmanticensis scientiarum Princeps die 24. Aprilis, anni 1627 proscilius decreti, & sententiæ defensione strenuè scripsit R. P. M. Fr. Angelus Manrique Cistercensis Religiosissimæ familiæ dignissimus Generalis, & Moralis Philosophiæ acutissimus antecessor, quem omninò consule in peculiari allegatione, quam edidit de hac re, cùm ad sacrum Inquisitionis Tribunal quæstio delata ...

RE-

RESOLVTIO XXXVII.

De Correctione Fratrum.

1. PRO Correctione Religiosorum oportet iudices esse in Religione ad pacem communem tuendam à partialitate, contentione, ambitione, & alijs prauis passionibus ita alienos, vt cæteros possint à suis continere affectionibus. Ne autem de partialitate arguantur, nec se inexorabiles debent ostendere, nec nimium exorabiles, maximè ad preces, & obsecrationes amicorum, & petentium, nam vitium intolerabile est in iudicibus negare omnia ab eo postulata, nec minus annuere omnibus petitis. Caueantq; omninò ab iracundia, verbis inordinatis, & vociferatione, quod est maximè alienum à grauitate, & modestia, qua in loquendo decet vti iudices, & prælati, præcipuè sacerdotali ordine insigniti, *tomo. 1. quæst. 1.* per quatuor integros articulos.

Vide Miranda *tomo 1. Ordin. iudic. quæst. 3.* vbi per totam agit de qualitatibus requisitis ad iudices, & prælatos, & præcipuè art. 6. tradit ad idem, non debere esse (quantum fieri poterit) originarios seu naturales illius loci, vbi præfecturam, seu iudicaturā exercent, iuxta *cap. penult. vt lite non contest.* & tradit Bart. in *l. fin. ff. de offic. assess. & in l. ei cui, ff. ex quibus caus.* & apud Hispanos, *lib. 11. tit. 16. part. 1.* vt scilicet, ab omni affectione sanguinis, & amicitiæ ab omni passione, & personarum acceptione sint prorsus alieni.

Trid. sess. 3. c. 14. de refor. Bul la 5. & 13. Innoc. 4. & bull. 3. — 2. Prælati Regulares sunt iudices suorum religiosorum Ordinarij, cùm attentis suis priuilegijs notorijs sint exempti à iurisdictione Episcoporum, vt constat ex innumeris Bullis Apostolicis non abrogatis per Concilium Tridentinum, de quibus apud Bullarium. Quæ potestas in sibi subditos adeò est manifesta, vt id præsupponens Bonifacius VIII. Bulla 10. apud idem Bullarium dixerit, quòd prælati Ordinis Minorum in correctionibus, & punitionibus Fratrum delinquentium imponendis, seu affligendis possint procedere apicibus iuris postpositis, *ibid. q. 2. art. 8.* De quo Nauar. *in c. statuimus. nu. 63. & in cap. non dicatis, num. 96.* — Nicol. 3. & bul. 2. Bonif. 8. & bulla 14. Sixti 4. vbi refertur mare magnum Clem. 4. nu. 15. vsque 18. & bull. 28. & 37. & 44. eiusdem Sixti. Bullar. bul. 3. Innoc. 8. Bull. 3. Pij 2.

3. Dicti prælati ex Innocentio VIII. pro Prædicatoribus, & non alij possunt dictos Fratres corrigere, non obstantibus quibuscunque priuilegijs concessis Scholastico, ac vniuersitati Salmanticæ, vel alijs vniuersitatibus. Idemque concessit Pius II. Minoribus apud Bullarium, & alijs Mendicantibus cum grauibus censuris contra rebelles, *ibidem artic. 9.* De quo Corduba *super Compend. Mendic. titul. correctione Fratrum, §. 14.* Idem tradit Villalobos *2. part. Summa tract. 35. num. 8. in fine.*

4. Prælato Regulari competit cognitio causæ nouitij, qui occidit religiosum professum, nam ille, vt talis est, gaudet priuilegio fori, & quoad iurisdictionem subiacet prælatis Ordinis, saltem reuocabiliter. Vnde poterit dictus prælatus eum torquere, si opus fuerit per aliquem clericum, vel religiosum, *ibid. art. 10.* De quo Nauar. *libr. 2. con. titul. de foro competenti con. 6. pag. 117.*

5. Dupliei via possunt prælati procedere in causis Fratrum, vel vt patres procurantes, quoad fieri possit, vt nihil de supplicio cogitet, eorum vitia euellendo, pièque eorum vulneribus medendo: vel vt iudices, quo casu iuxta allegata, & probata seruato iuris ordine debent procedere, sine tamen strepitu, & figura iudicij, quod est idem, ac procedere summariè, & de plano, sola facti veritate inspecta, ita tamen, vt semper essentiala iuris seruentur, & nil incommodi patiantur ius naturale, & gentium, omissis apicibus iuris, & accidentarijs solemnitatibus iudicij. Ius autem gentium apud Regulares sūt statuta generalia Ordinis. Necessaria verò &, essentia, sunt omnia ad defensio-

sionem naturalem pertinentia, vt sunt capitulorum, seu culparum reo manifestatio, concessio moræ, seu temporis ad respondendum, testiumque propalatio quoad nomina, & dicta. Sed hoc vltimum tantùm fieri debet in causis criminalibus grauibus, ex quodam statuto nostris Ordinis, ne reus indefensus succumbat. *ibid. qu. 3. artic. 1.* De quo Panormit. *in cap. qualiter, & quando.* Manso Victorian. *de causis Regular. cap. 17. p. 27. in fine.* Vide Miranda *vbi suprà quæst. 6. 7. & 8.* vbi agitur de modo procedendi per viam generalis, & particularis inquisitionis, & *quæst. 14. art. 1. 2. & 3.* agit de iuris ordine, seu de substantialibus iudicij, & de solemnitate, seu apicibus iuris, & *tom. 2. ordin. iudic. in prati. canon. quæst. 3. art. 1* ponit differentiam in modum procedendi prælatorum vt patres, vel vt iudices.

6. Antequam iudex procedat contra delinquentem, debet constare de delicto commisso. Nec potest procedere per viam accusationis, nisi constet de persona delinquentis, & de persona offensa. Per viam verò denunciationis, in qua quis denunciat de aliquo delicto commisso, potest procedere ex officio, non tamen contra denunciatum, delicto non declarato a denunciante, donec constet, saltem ex præsumptione fuisse ab ipso denunciato commissum. Per viam autem inquisitionis ad puniendum non licet procedere contra aliquem in speciali, nisi constet plena probatione delictum fuisse commissum ab eo, vel diffamato detur copia indiciorum, & audiatur. At si ad inquirendum tantùm procedit, & non ad puniendum, non licet procedere, nisi ob graue crimen, & quando inquisitio est particularis, idque ad capturam tantùm, & incarcerationem. Quod si delinquens sit Regularis, debet præcedere plena probatio, vt incarceretur, sufficit tamen semiplena, vt reponatur in custodia, seu domo disciplinæ *ibidem art. 2 & 3.* De quo Fortunius Garcia *in l. Gallus, in principio n. 55 ff de liberis, & posthumis.* Vide Miranda *suprà quæst. 13. art. 2. & qu. 14. art. 2. & 3.*

Sed quia in correctione Fratrum multa includuntur, operæ pretium erit de singulis sigillatim agere.

RESOLVTIO XXXVIII.

De visitatione in communi.

1. VISITATIO, seu syndicatio prælatorum, & iudicium originem habet à iure diuino. Vnde superiores Religionum tenentur per se, vel per alios prouincias sibi subditas visitare. Apud nos Minores id tantùm Ministris Prouincialibus præcipitur in Regula, quòd ex præcepto iuris diuini tenentur exequi, visitando quotannis monasteria sibi subdita ex Tridentino decreto, & apud Cistercienses sub pœna excommunicationis ipso facto contra prælatos negligentes, & rebelles per Innocentium VIII. *tom. 2. quæst. 4. art. 1. & 4. & tom. 3. quæst. 77. art. vltimo.* De quo Adrian. *in 4. senten. de correct. fraterna, Gabriel super Canon. lect. 74.* Syluest. *in summa, verbo, visitatio, & verb. correctio, et verb. inquisitio,* ad quod multa congerit Miranda *2. tom. ordin. iudic. in pract. crim. Canon. et Reg. q. 1. a. 1.*

Trid. sess. 21. c. 8. & sess. 25. cap. 20. de regul.

2. Visitatores deputati ad visitandas prouincias, vel aliqua monasteria sint habiles, idonei, & in causis Regularibus experti, vel scientia pollentes, & nullo modo suspecti. Vnde in nostra Religione Seraphica statuto cauetur, ne instituantur visitatores, nisi qui aliquando fuerunt Prouinciales, aut Diffinitores in praxi causarum Regularium versati. Qui si instituantur pro visitāda tota vna Prouincia cū plenitudine potestatis optimo iure possunt subdelegare, secus si pro vno tantùm conuentu. *ibid. ar. 2. & 3.* De quo Nauar. *in cap. nullam n. 20. & 34.* Oldrad. *cons. 42.*

Quales esse debeant visitatores seu Commissarij Prouinciarum ostendit Miranda vbi suprà articulus 2. & quod pos-

de ipsorum in gubernando stylo, ne ita facile, si expedire videbitur, eos ad prælaturas in posterum admittant. *tom.3. quæst.77.art.1. & 2.* De quo Puteus *de Syndic. in princi. capit.1.num.23. fol.96.* Azeuedo *lib.10.tit.7.num.11. libr.3. Recopilationis*. Vide Miranda *tomo1. Ordin. indic. quæst.7.art.2.conclus.3.*

8. Cùm de bonitate iudicum, & prælatorum semper bene præsumatur, requiritur quòd testes contra eos deponentes sint omni exceptione maiores, vt constat ex *cap. accusatio el 1.2.quæst.7.* & probationes clariores, & euidentiores luce meridiana appareant, nam sæpè iustitia multos aduersarios, odiùmque parit, quapropter Sancti Patres prouidè statuerunt, vt accusatio prælatorum non facilè admittatur, nisi quando certò, & manifestò constat de ipsorum culpa, vel sunt homines malæ famæ. *cap. qualiter. & quando el.2. de accus.* Vnde porrigendus est illis priùs libellus articulorum, in quo culpæ determinatæ, & particulares contineantur, vt ab illis valeant se, purgare, vt habetur in iure, idque etiam si procedatur per viam Inquisitionis sola veritate inspecta, sine strepitu, & figura iudicij. vt fit apud Regulares, ibidem articulo 3. & 4. De quo D. Thom. 2. 2, quæst. 70. art. 2. ad 3. Petrus Gregor. Syntagmat. iuris 3 part. lib.3. cap.55. nu 5. Puteus de Syndicat. verbo, testis, capit 2 nu.3. Gregor. Lopez lib. 14. tit.1. part.7. verbo, accusatio, Azeued. lib.4. nu.90. tit.2. lib.4. Recopil. Salicet. in l. quærela C. de falsis, vide etiam ad idē, Farinac. de testibus quæst.63. à nu.1. vsque ad 206. vbi ad id plura notatu digna adducit, & Miranda *tom.1. Ordin. indic. quæst.17. art. 2. in respons. ad 1. argument.*

9. Testes falsi deponentes in visitatione contra prælatos, acriter, & seuerè puniendi sunt, cùm leges ciuiles hoc crimen in causa criminali, & capitali pœna talionis castigari decernant, licèt enim huiusmodi pœna sit hodie antiquata, & consuetudine abrogata, in casibus tamen grauibus, vbi viri spectatissimi falsò infamantur, admitti debere affirmant aliqui, etiam in Religiosis, qui tamen possunt excusari à pœna calumniatorum, quando ad id incitati inueniuntur ab aliquo bonæ famæ, & opinionis zelum boni publici monstrante, cui credere debebant, sed pœna seditiosorum plectendi sunt. Vnde dictos falsos testes, quantum ad laicos pœna capitali esse puniendos, tenent doctissimi viri *ibidem artic.5. & 7.* De quo Anton. Gomez *in lib.83. Tauri*, Redin *de Maiesta. Principum, vers. sed etiam fol.61.nu. 157.* Iulius Clar. *in Practi. Crimin. quæst. 62 §.81.num.3.* vide Farinac. *de testibus. quæst.67. à numer.1. vsque ad 57. & num. 77.* vbi multa tradit de pœna testis falsi, quem refert Miranda *vbi suprà dicta quæst.17. art.8. conclus.12.*

10. Visitatores, seu iudices Syndicantes motu potentium, & populi clamoribus sine aliqua alia probatione, omnino abstineant à iudicio ferendo contra prælatos syndicatos, nam legibus, & iuris rationi magis, quàm clamoribus debet iudex adhærere, ne iniquissimam illam sententiam Pilati contra Christum Dominum ob inualescentes populi voces iudicio suo imitetur. At pro sedanda huiusmodi seditione, & vulgi tumultu debet iudex accelerare, quantum fieri potest, iudicium, & inconsulto Principe, seu superiore aliqua ratione boni regiminis peragere, dummodò fiat absque grauamine innocentium, & commodo delinquentium, qui condemnari aliàs merebantur, *ibid. art. 6.* De quo Redin. *citato loco fol. 178. nu. 44.* Iulius Clar. *in Practi. Crim. §. fin. qu. num.3.*

11. Quamuis liceat Prælatis Syndicatis proponere querelam contra calumniantes, non expedit tamen, pro tūc, ne pœnam culpis debitam subterfugere videantur, sed tantùm opponant calumniæ exceptionem in responsione capitulorum contra se obiectorum, relatorumque protestentur, probando statim calumniam, & eius qualitatē. Post manifestam verò accusati innocētiam, & accusatoris calumniam per sententiam poterunt ad talem querelam accedere, *ibid. art. 8.* De quo Puteus *de Syndicatione, verbo, iniuria ca.1. nu.4 fol.197.*

12. Re-

12. Religioſos vnius Ordinis ab alterius Ordinis profeſſoribus viſitari nō decet, ſicut non conuenit eligi in prælatos, niſi eiuſdem Inſtituti profeſſores, circa quod habent Ciſtercienſes quoddam priuilegium Innocentij VIII. diſtrictè prohibentis ſub grauibus cenſuris, ne aliquis, quicunque ille ſit, prętextu quarumcunque facultatum, litterarum, & commiſſionum præſumat viſitare dicti Ordinis perſonas, vel monaſteria, *ibid. artic. 9. & 2. tom. quæſt. 52. art 8.*

Hæc de viſitatione in communi, ſed quia viſitatio tribus modis contingit, per viam ſcilicet inquiſitionis, denunciationis, & accuſationis, de his omnibus agere oportet.

RESOLVTIO XXXIX.

De Inquiſitione.

1. TRiplex eſt Inquiſitio, Generaliſſima, qua inquiritur ſuper ſtatu totius diocœſis, aut Prouinciæ: Generalis, qua inquiritur ſuper ſtatu alicuius ciuitatis, monaſterij, aut loci: & ſpecialis, qua inquiritur contra certam perſonam. Vel Aliter eſt triplex; alia generalis ſimpliciter, id eſt, quantum ad perſonas, & delicta: alia ſpecialis ſimpliciter, quia inquiritur de certo, & ſpeciali crimine contra certam, & ſpecialem perſonam: & alia ſpecialis ſecundùm quid, ac ſimul generalis, ſiue ſit generalis quoad perſonas, & quoad delictum ſpecialis, ſiue è cōtra ſit generalis quoad delictum, & quoad perſonas ſpecialis, vt inquiritur à prælatis in ſyndicatu tom. 2. quæſt. 5. artic. 1. De hac materia agunt Speculator tit. de Inquiſit. libr. 3. §. ad Inquiſitionem, Hoſtienſ. in ſumma eodem tit. lib. 5. §. 1. Bart. in l. 2. §. ſi publico. ff. ad legem Iuliam, de adulter. Panormit. in cap. qualiter, & quando, el ſegundo, de accuſat. Antonin. in ſumma 3. part. titulo 9. cap. 7. Syluest. verbo, inquiſitio 1. num. 1. Soto de ſecreto, membro 2. Nauar. in Rubric. de iudicijs à nu. 97. Boſſius in pract. crimin. tit. de Inquiſit. Marant. de Ordine iudicior. part. 6. Paz in praxi tom. 1. in 5. p. cap. 1. Iulius Clar. in pract. crimin. libr. 5. §. fin. Farin. 1. tomo. per 11. quæſtiones, Villagut. *in ſua praxi lib. 3. titulo de Inquiſitio. ca. 27. Folerius in pract. ſub eodem titul.* poſt quos, Miranda *tom. 1. Ordin. Iudic. quæſt. 6. art. 1. & ſequentib.*

In l. priuileg. Ciſte. tom. 2. priuil. 117. n. 2. & priuil. 110. fol. 153. & 149.

2. Quilibet prælatus poteſt, imò, & tenetur inquirere de ſuis ſubditis, ſed non debet committere, niſi peritis, & bene inſtructis inquiſitionem de delicto religioſi, quæ fieri debet per teſtes ſæculares (caſu quo poſſint teſtes eſſe.) Nam cauſæ clericorum, & religioſorũ cautè, & ſub ſigillo ſecreti debet peragi, niſi crimen ſit publicum, tunc enim palàm eſſe corripiendos Apoſtolus monet, quod iudicio prælati relinquitur exequendum, ſi expedire videbitur, iuxta Tridentinum Concilium *ibidem* Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de refor.
art. 2. & quæſt. 10. art. 5. eodem tom. 2. Vide Miranda *dict. quæſt. 6 art. 3.*

3. Ad inquiſitionem generalem faciendam non requiritur quòd præcedat infamia, nec quòd adſit denunciator, vel accuſator, ſed prælati iuſſu ſigillatim Fratres vocentur ad viſitandum, ipſe verò non admittat denunciationem niſi firmatam, & ſubſcriptam à denunciante, imò & qui nihil viſitat, ſeu denunciat, debet dictum ſuo nomine firmare. Aduertant autem prælati, quòd nullo modo admittant paſſim chartulas, quas monachi clanculò contra ſuos ſuperiores offerunt, quod reprobatur magnopere *in cap. inquiſitionis §. tertiæ dubitationis, de accuſat.* niſi adſit aliqua legitima cauſa, vt ad inquiſitionem criminis ſeruato iuris ordine deueniant. ibidem artic. 3. De quo Soto de tegend. ſecreto quæſt. 6. membr. 7. Hoſtienſ. de inquiſitione §. 2. verb. viſitantem. Vide Miranda ſuprà art. 4. concluſ. 3. & 4. vbi tradit, quòd in generali inquiſitione nō eſt de occultis inquirendum, & artic. 5. agit de iuramento ſumendo à teſtibus, & art. 6. tradit teſtes in generali inquiſitio-

stitione non est de occultis inquirendū, & art. 5. agit de iuramento sumendo à testibus, & art. 6. tradit testes in generali inquisitione, si in speciali reproducantur, & cum iuramento probant contra eum in particulari inquisitione, & de schedulis clanculum missis agit *qu. 7. art. 8.*

4. Non licet de aliquo particulari inquirere in generali inquisitione, nisi ille infamatus existat de aliquo crimine commisso, dict. cap. inquisitionis §. tertiæ dubitationis, c. qualiter, & quando el 2. de accusat. delinquens verò nō tenetur suum manifestare delictum, etiam publicè commissum, nisi legitimè, seu iuridicè sit interrogatus. Idem dicendum est in inquisitione particulari, cap. cùm oporteat, eodem titu. nisi enim infamia impositi delicti quis notatus sit, non est licitum de eo inquirere, vt quando indicia grauia, & notoria contra ipsum probantur, ità quòd si iudex desinat procedere contra infamatum, scandalum oriatur. Secus si indicia non sunt grauia, illa enim non sufficiunt ad procedendum per viam inquisitionis, benè tamen per viam accusationis. Vnde si tres, aut etiam quatuor secretò denuntient de quodam religioso, quòd crimen quoddam occultum commisisset, prælato non licet eū publicè punire, vel alios testes vocare, vt de eius vita inquirat, ibidem art. 4. & 5. De quo Nauar. in Manual cap. 8. n. 38. & cap. 18 nu. 38. & 137. & in rubric. de iudicijs à num. 77. & in c. inter verba 11. q. 3. concl 6 à n. 15. Soto lib 5. de iustitia quæst. 6. artic. 2. & de tegen. secre. memb. 2. quæst. 6. concl. 8. dub. 1.

Vide Aragon, & Bannez in 2. 2. D. Thom. quæst. 67. art 3. & P. Miranda supra quæst. 7. art. 1 vbi art. 2 tractat, quæ infamia requiratur ad particularem inquisitionem, & quæ differentia sit inter famam, & clamorosam insinuationem, de qua in dict. cap. qualiter & quando, & an infamia iuridicè sit probanda, tradit *art. 3.* & an sufficiant indicia ad id faciendum, agit *art. 4.*

5. Quando tamen crimen est contra Rempublicam, potest iudex procedere per viam inquisitionis, etiam contra de

eo, non infamatum, & probato delicto eum publicè punire, vt in criminibus atrocibus omnes vno ore fatentur. Crimina verò contra Rempublicam sunt crimen læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, cap. excommunicamus, §. adijcimus, de hæret. c. eod. tit. 1. in 6. l. nullus. C. ad l. Iuliam maiestat. furtum publici ærarij, homicidium qualificatum alicuius viri eminentis, à quo salus plurimorum pendet, latrocinia patrata in vijs publicis, & similia, ibidem artic. 6 & De quo Soto *de tegendo secreto memb. 2. quæst. 4. conclus. 3. & quæst. 6. conclus. 3. & casu 6.*

Vide Nauar in rubric. de iudicijs nu. 85. & 88. Anton. Gomez libr. 3. variarū cap. 1. num. 49. Miranda eos referens, & plura ad id tradens dict. quæst. 7. art. 4. & quæst. 11. art. 3. concl. 2. vbi ad finem addit, fornicationem apud Regulares censeri vergere in damnum publicum totius Religionis, ob infamiam, & scandalum inde prouenientia: & idem dicit de eo, qui noctu exit foras, vel fœminas in monasterium introducit. Idemque videtur dicendum de Minorita, qui pecunias contrectando cum notabili scandalo, & dedecore Religionis ludit cum sæcularibus, id enim vergit in damnum aliorum Religiosorum, de quibus simile suspicabitur. Sed vtrunque casum limitandum existimo, quando peccatum est publicum, & notorium sæcularibus, & scādalum est magnum, nec speratur emenda fratris per correctionem fraternam.

6. Infamatus de vno delicto non est inquirendus de alijs, de quibus non est infamatus, nisi sint adeò connexa, vt de vno sine altero non possit cognosci. Vnde contra complices non est inquirendum, nisi adsint indicia, vel infamia, vel crimen sit contra Rempublicam, *ibidem articul. 7.* De quo Soto *vbi suprà quæst. 9. dub. 5. conclus. 5.*

7. Licitè potest inquiri de genere alicuius, an scilicet habeat aliquod impedimentum canonicum, quo minus promoueatur ad aliquam dignitatem, etiam si nulla sit super eo infamia notatus, ne forsan indignus ad aliquam

dignitatem, seu officiũ assumatur, iuxta cap. postquam, & capit. nihil, de elect. Item possunt iudices, vel prælati punire delinquentem, qui confessus est delictum coram multis, etiam nulla de eo præcedente infamia, cap. 2. de accusat. lib. 6. Secus si coram vno, vel altero secreto, aut coram prælato tantùm nulla vi coactus confessus est, aut in Epistola ab eo subscripta, qua illud perpetrasse affirmaret, inuentus est. Similiter possunt procedere contra eum, qui coram multis deliquit, vel in præiudiciũ tertij, dummodo contra eum denunciatio intimetur, quę tũc habebit vim accusationis ad effectum veritatis indagandæ, iniuriamque punitione iuridica propellendi, ibid. art. 8.

De quo Soto vbi suprà conclus. 3. & quæst. 6. conclus. 1. dub. 2. Speculator titulo de inquisitione §. 1. Nauar, in rubric. de iudicijs num. 85. nouissimè Salon tom. 1. de iustitia & iure, in 2. 2. D. Thom. quæst. 69. artic. 2. quibus citatis idem docet Miranda dict. quæst. 7. art. 9. & quoad eum qui confessus est delictum art. 7. conclus. 2. de quo etiam videatur Nauar. suprà nu. 86. & quòd propter incidentem cognitionem absque præcedenti infamia possit fieri inquisitio, tradit idem Mirand. ibid. concl. 3. & quando crimen vergit in præiudicium tertij, vel est publicum, conclus. 4. & de his omnibus agit specialiùs in praxi canon. quæst. 3. art. 2.

8. Prælatis procedere non licet contra religiosos per viam punitionis de crimine, quod commisisse dubitatur. Immò neque per viam inquisitionis, vsque dum de delicto constet, & de eo infamati sint: iuxta capit. inquisitionis, & cap. qualiter, & quando el segundo, de accusat. Vnde maximè aduertant dicti prælati, ne de tali religioso non infamato vllum verbum faciant, aut post visitationem Fratres indiciatos de aliquo ad alios conuentus transmittãt, vt suprà de visitatione num. 4. obseruauimus, quod pro oppidis paruæ notæ magnopere aduertere oportet, ibidem art 9. Idem tradit Miranda dict. quæst 7. artic. 1. conclus. 1. citatis Anton. Gomez tom. 3. variar. de delictis cap. 1. numer. 49. Paz in praxi crimin. tom. 1. p. 5. cap. 1. per totum, & alijs pluribus.

9. Cùm delicta attento iure Canonico non præscribantur, si quis religiosus de crimine fuerit conuictus ab hinc quindecim annis, de quo non fuit punitus, adhuc potest ob ipsum puniri. Ex quo non est validum statutum, quòd elapso certo tempore, vel termino Fratres non possint denunciare, vel accusare, quando prælatus procedit ad correctionem, argumento, cuiusdam decreti Tridentini, vbi quoad correctionem morũ Episcopo conceditur omnimoda executio sine appellatione, id enim videtur in præiudicium Reipublicæ, cui interest, ne delicta maneant impunita, ibid. art. 11. De quo Nauarr. in cap. consideret num. 127. de pœnitentia dist. 2. Cantera in quæst. crimin. præludio 2. Trident. sess. 14. c. 10. de refor.

RESOLVTIO XL.

De Denunciatione.

1. DEnunciatio est manifestatio facta iudici alicuius criminis, vt anima delinquentis medeatur, & damnum euitetur. Quæ cùm ex charitatis fonte emanet, debet illam præcedere correctio fraterna, quam prætendit, in quo maximè differt ab accusatione, in qua non tenetur accusans priùs corrigere fratrem, cùm in vindictam tendat. Duplex autem est denunciatio, altera Euangelica, qua quis post charitatiuam correctionem Fratris sine aliqua spe emendæ accedit ad prælatum, vt ab eo secretò paternaliter corrigatur. Altera verò Iudicialis; qua quis ordine prius Euangelij seruato, videns non proficere, ad iudicem pergit, vel seruato priùs ordine iuris iudicialiter punitur, tom. 1. quæst. 6 art. 1. De quo Panormitan. in capit nouit de iudic. Soto de secreto memb 2. quæst. 1. & 5. & lib. 5. de iust. quæst. 5. artic. 1. Canonistæ in cap. si peccauerit 2. quæst. 1. & in dict.

cap. nouit. & latè tradit Miranda *tom. 1. ordin. iudic. quæst. 8. art. 1. 2. & 3. & qu. 11. art. 7. & quæst. 12. artic. 2.* vbi ponit differentiam iudicialis denunciationis ab accusatione.

2. In denunciatione iudiciali quoad peccatum commissum, & iam emendatum ille tantùm tenetur denunciare, cui ex officio competit, qualis est Fiscalis, ad quem tãquam ad patrem Reipublicæ id spectat, cap. nouit. de iudic. At quantum ad peccata commissa, & non correcta omnes, etiam Ecclesiastici tenentur denunciare, nisi ex eo aliquid damni illis obuenturum probabiliter timeatur, ibid. artic. 2. De quo Nauar. in manual cap. 25. numer. 26. & in cap. inter verba 11. quæst. 3. Soto de secreto gen. memb. 2. quæst. 5. concl. 3. Couar. in Clementina si furiosus, 2. p. §. 5. De officialibus, seu fiscalibus publicis, ad publica crimina denuncianda, vide Paz in practic. tom. 1. p. 4. cap. 2. num. 4. & sequentibus, & tom. 2. prælud. 4. num. 5. Anton Gomez tom. 3. variar cap. 1. numer. 4. & alij plures, quos ad idem refert Miranda *d. quæst. 12. art. 2 & art 5.*

3. Nominatim excommunicati nec denunciare, nec accusare possunt, cap. cùm dilectus, de accusation. bene tamẽ per viam simplicis monitionis iudicem de commisso delicto aduertere licet, & idem ad infames esse extendẽdum, tenent omnes. Ecclesiastici autem, & religiosi in causa sanguinis prohibentur denunciare, nisi sub debita protestatione. At apud Aragoniã per quandam Bullam Sixti V. possunt manifestare bannitos absque timore irregularitatis, *ibid. art 3.* De quo Caietan. *2. 2. quæst. 68. art. 1. ad primum*, Soto, & Couar. *vbi sup.* Salzedo *in præti. capit. 98. à pag. 340.*

Idem etiam quoad criminosos in criminib. perseuerãtes, & quoad infames si in crimine perseuerãt, tradit ex dict. cap. cum dilectus, Miranda dict. quæst. 12 artic. 4. conclus 2 & 3. De quo vide Speculat. tit. de denunciatione, §. quis denuntiare possit, & Panorm. in dict. cap. cùm dilectus, vbi etiam conspiratores à iudiciali denunciatione arcentur, & docet idem Miranda *ibi conclus. 6.* qui conclus. 5 præcedente extendit id ad eos, qui non monuerunt fratres suos seruato priùs Ordine Euangelico.

4. Peccatum si est publicum est denunciandum, vel accusandum, nulla præcedente fraterna correctione, nisi pro certo habeatur, quòd delinquens ex correctione ad agendam pœnitentiam publicè vitam in melius mutabit. Notorium autem delictum dicitur illud, quod nulla tergiuersatione celari potest, ad quòd licèt certa non possit regula præscribi, sufficere tamen videtur, quòd sciatur à decem personis, non enim credendum est, posse inter tantos tale delictum celari, ibid. art. 4. De quo Corduba in addit. ad Soto de tegẽdo secreto quæst. 4. conclus. 5. & idem in 4 dist. 12. quæst. 1. art. 6. Ad quod vide Antonium Gomez tom. 3 variar. c. 2. numer. 41. Iulium Clarum lib 5. sentent. §. fin. quæst. 9. à num. 1. & latissimè Farinac. quæst. 21. a num 1. quibus relatis, & alijs multis idem docet Miranda *dict. qu. 7. art. 10. & qu. 11. art. 3. concl. 1.*

5. Item quando crimen est in damnum tertij debet statim fieri denunciatio nulla præuia correctione, nisi emẽda speretur, qua posita semper damnũ resarciri debet, & reus, quantum fieri possit, non est lædendus. At si damnum illatũ parui momenti sit, & delinquens vir spectatæ famæ, & honoris, magis debet ponderari fama illius, quàm damnum tertij. Secus si delictum in damnum tertij non sit, tunc enim non erit licita talis denunciatio, quin correctio fraterna præcedat, vel si probabiliter emenda speratur, priùs reueletur peccatum prælatò, vt patri, vt delinquens secretò, & benignè ab eo admoneatur. Quod aduertant maximè religiosi visitantes, seu denunciantes, ibid. art. 5. De quo D. Thom. 2. 2. quæst 33. artic. 7. Syluest verb. correctio. Idem citatis Soto de secretò, memb. 2. quæst 4. conclus. 2. & Aragon dict. quæst. 33. D. Thom. articul. 7 docet Miranda *dict. articul. 5. conclus. 3.* vbi aduertit, quòd crimen in damnum tertij potius denunciandum est parti, vt se custodiat, quàm iudici, saltem vt iudicj.

6. Correctione fraterna adhibita si non speratur emendatio, sed deteroratio delinquentis, ad iudicialem denunciationem statim accedendum est, maximè in Religiosis. Vnde si ad meliorem frugem resurgat, non est facienda talis denunciatio iudicialis, licèt non omninò emendatus existat, sed iterum, atque iterum fraternaliter, & charitatiuè debet corrigi, omniaque media apponenda sunt ad eius salutem lucrandam, ibidem articul. 6. De quo D. Thom. 2. 2. *quæst.* 33. *articul.* 8. *ad* 4. Soto *vbi suprà quæst.* 4. *conclus.* 5. vbi Corduba, Nauar. *cap.* 24. *numer.* 12. Aragon *ad dict. art.* 8. *quæst.* 33.

Idem docet Miranda dict. quæst. 11. articul. 7. vbi addit, quòd ea denunciatio etiam facienda est prælato, quando creditur, fratrem per secretam admonitionem, & testium inductionem non emendandum fore, aut si semel correptus, & admonitus, timeatur quòd iterum delinquet, vel quòd ex non reuelando aliquod poterit scandalum suboriri. Hæc tamen denunciatio priùs facienda est prælato tanquam patri, quod si non sufficiat, tanquam iudici, quia sic ordo charitatis exposcit.

7. Nemo tenetur denunciare quod à personis paruæ æstimationis audiuit, etiam si à superiore sub obedientia, & excommunicatione præcipiatur denũciare de auditu, vt fit in edictis generalibus ad inquisitionem faciendam, quæ edicta non obligant, nisi quando à viris bonæ famæ, & veracibus audita percipiuntur, ibid. articul. 7. & in ordin. iudic. capit. 4. numer. 12. De quo Nauarr. capit. 25. numer. 46. Corduba libr. 1. quæst. 43. casu 6 Gutier. Canonic. capit. 11. in prima impressione. Idem docet Miranda *vbi suprà*, *quæst.* 12. *art.* 3. *conclus.* 6.

8. Non facilè moueatur iudex ad inquisitionem faciendam, nisi denuncians spectatæ sit probitatis. Vnde prælati circa hoc nec facilè fidem adhibeant, nec omninò incredulos se gerant, sed cautè procedant, ita vt pensatis conditione, & qualitate denunciantis, & denunciati, testium veritate, seu testimonio, delicti tempore, & qualitate, & alijs circunstantijs, ex his discernant, quid agendum sit, quod eorũ discretioni, & prudentiæ relinquitur. Et aduertant, quòd denunciatores, seu delatores solent plerumque ex odio, aut interesse moueri magis ad calumniandum, quàm virtutis amore, aut religionis zelo, maximè si sunt subditi contra prælatum, quibus omninò non est fides adhibenda, ibid. art. 8. De quo Speculator de denunciatione §. 1. in principio, & de depositione §. 6. Ad quod faciunt tradita à Miranda *dict. quæst.* 11. *art.* 8 *conclus.* 1. & *quæst.* 13. *art.* 2. *concl.* 1. § *sed an hæc.*

9. Delator iudicialiter de aliquo denuncians, & non valens probare delictum, quod defert, peccat mortaliter, pœnaque talionis puniri debet iuxta iuris metas, cap. 2. de calumniatoribus, cap. calumniator, cap. qui non probauerit, 2. quæst. 3. si testes proferat, iudicemque molestiùs excitet, ac vehementer vrgeat. Secus si denunciat ad officium iudicis excitandum renuens probandi onus. *in cap. inter verba, concl.* 6. *num.* 23.

Vide Miranda qui latè vbi suprà, qu. 12. art 7. vbi tradit, non debere puniri deficientes in probatione pœna talionis, sed alia extraordinaria tãquam calumniatores, & non statim puniendos esse ante datum terminum ad suam innocentiam probãdam, cap. finai. de calumniatoribus, vbi etiam conclus. 3. ponit octo casus, in quibus non præsumitur quis calumniator, etiam si obiecta non probet. Primus casus est quando quis denunciat, siue accusat ex necessitate sui officij, vt contingit in fiscali, siue tutore, per l. 2 C. qui accusare non possunt, Secundus, quando fit ex necessitate, nempe quia hæres est, & tenetur ad petendam vindictam necis defuncti, per l cum fratrem, C. de his, qui vt indigni. Tertius, ratione immensi doloris, putà si maritus accusat vxorem de adulterio, quod probare nõ potuit, per l. quãuis, C. de adulterijs. Quartus, quando quis denunciat, vel accusat propter immanitatem, & grauitatem delicti; vt de falsa moneta, vel alio simili, quo casu in probatione deficiens accu-

accusator non præsumitur in continẽti calumniator, per lib. 1. C. de falsa moneta. Quintus ratione infamiæ, vt si accusatus vel denunciatus erat infamatus de delicto, per l. miles § mulier, ff. de adul. Sextus, quando quis accusauit, vel denunciauit sceleratum, & criminosum, eo quod audiuit à fide dignis. Secus à vilibus, ad quod facit c. Inquisitioni, de sentent. excommunicat. Septimus, quando testes deceperunt denunciatorem, seu accusatorem, promittentes testificari, & postmodum retrocesserunt, per glossam *in cap. Paulum, 2. quæst. 3.* Vltimus casus est, quãdo quis semiplenè probauit crimen obiectum, quamuis de hoc adhuc sit controuersia inter DD. In quibus casibus, & similibus, vt docet Panorm. *in dict. c. 2. de calumniatoribus*, non præsumitur statim quis calumniator in probatione deficiens, sed iudex ex officio debet inquirere, an fuerit calumniatus, vel non, quòd si calumniam euidẽter repererit, etiam in istis casibus ad punitionem denuntiatoris debet procedere. De qua re consule Iulium Clarum *in libr. 5. sent. §. fin. quæst. 7. num. 12. & quæst. 62. & 81.* Hostiens. *in summa, titulo de calumniatoribus §. quali pœna calumniator puniatur*, Bartol. *in l. 1 ff. ad Turpil. & in lib. athletas, §. præuaricator, ff. de his qui notant. infamia.*

10. Litteræ infamatoriæ, seu delatoriæ incerto auctore scriptæ nullius sunt valoris, nec quoad accusationem, cùm per eas non constet de persona accusatoris, nec quoad inquisitionẽ, quia infamiam nullo modo inducunt, nec expressorum signorũ vim habent, quod requiritur, vt possit inquiri, nec quoad denunciationem, quæ si Euangelica sit, præuiam monitionem exigit, de qua hic non constat, si autem iudicialis, certum debet habere auctorem, cui iudex possit fidem adhibere, & ad inquisitionem progredi ex eius testimonio, *ibidem art. 10.* De quo Panormit. *in cap. Inquisitionem §. tertiæ col. 4. extrà de accusat.*

Notanda verba Adriani. Ad quod multum facit quoddam decretum Adriani Papæ relatum *capit. 1. 5. quæst. 1.* cuius verba sunt valdè notanda pro libellis infamatorijs: *qui in alterius*, inquit, *famam publicè scripturam, aut verba contumeliosa confinxerit, & repertus scripta non probauerit, flagelletur, & qui ea prius inuenerit rumpat, si non vult auctoris facti causam incurrere.* Vide Miranda *suprà dict. q. 7. art. 8. conclus. 1. & 2.* vbi idem latè probat multis rationibus, & auctoritatibus, de quo etiam *tom. 2. ordin. iud. in practic. quæst. 3. artic. 2. conclus. 4.*

RESOLVTIO XLI.

De Accusatione.

1. Accusatio est propositio delicti coram iudice competente, vt de eo vindicta sumatur. Et est iusta, & necessaria, si fiat loco, & tempore opportuno, Zelòque iustitiæ, ac boni communis, non verò prætextu propriæ vindictæ, debètque necessariò proponi in scriptis, *cap. accusatorum, c. quisquis, 2. quæst. 8. l. sicut ff. de accusation.* in delictis grauibus, non verò in leuibus, ex *l. senta ff. de accusationibus*, Auct. *tom. 2. quæst. 7. artic. 1.* De quo Caiet. *2. 2. quæst. 67. art. 3.* Soto *de secret. tegen. memb. 2. q. 5. concl. 1. & 4. & lib. 5. de iustitia quæst. 1. art. 1. & quæst. 5. art. 2.* Idem docet Mirãda *tom. 1. Ordin. indic. q. 13. a. 6. concl. 1.*

2. Iudices in causis criminalibus nõ possunt procedere ad effectũ puniendi delinquentes sine præuia accusatione, vt ius rationi naturali innixũ decernit *in l. illicitas ff de officio Præsid. cap. si legitimus, de accusat.* Vnde prælati Regulares licèt iuxta suas constitutiones, seu statuta possint sibi subditos punire in leuibus delictis sine accusatore, cùm procedant sine strepitu, & figura iudicij, vt in simili iubet procedere Tridentina Synodus, At in grauibus, quæ sine infamia delinquentis non possunt castigari, absque accusatore, & substantiali ordine iuris, & iudicij, cui non renunciant religiosi, minimè possunt, ibid. Trid. sess. 25. c. 6. & 14. de ref. & sess. 22. c. 10. 1. & sess. 24. c. 10.

Ibid. artic. 3. De quo D. Thom. 2. 2. *quæst.* 67. *artic.* 4. Soto 5. *de iustitia quæst.* 4. *art.* 3. Idem docet citatis multis iurium, Patrum, & Doctorum testimonijs Miranda *tom.* 1. *Ordin. iudic. quæst.* 13. *art.* 1.

3. Aliqui tamen sunt casus in quibus potest procedi contra reum sine accusatore, scilicet, quando coram iudice commissum est crimen in præsentia aliquorum, vel contra reum adsunt infamia, & indicia, tunc enim potest iudex procedere per viam inquisitionis: item quandò præcedit denunciatio iuridica, seu declaratio delicti coram prælato, vt de eo sumat vindictam: vel tandem quando prælatus non procedit vt iudex, sed vt pater ad correctionē. Pro quo aduerte quòd in Religionibus, cùm non sit vsus fiscalis, sicut apud sęculares, qui in defectum accusatoris nomine Reipublicæ accuset, necessarium omninò est, vt in causis criminalibus accusator instet aliàs grauis culpæ reus existet prelatus sine illo prosequens causam, *ibid. art.* 3. De quo Caiet. 2. 2. *q.* 63. *artic.* 3. Ad quod vide Sotum *lib.* 5. *de iust. quæst.* 4. *artic.* 3. *in solut. ad tertium*, Bañez, Salon, & Aragon ad D. Thom. 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 3. *in solut. argument.* & eos referens Miranda *dict. q.* 13. *art.* 2. *concl.* 1. vbi addit, quòd rebellio subditi fraternaliter denunciari vicem gerit accusatoris, & ius tribuit prę lato, vt cōtra ipsum iuridicè agere possit modo tradito ab eodem Miranda *quæst.* 13. *art.* 8. dummodo tamen crimē denunciatum testibus possit probari, nam si sit improbabile, & frater neget peccatum, non licet vlteriùs procedere.

4. Vnusquisque tenetur vel accusare, si adsunt testes ad probandum, vel denunciare delinquentem contra Rempublicam. Imò adeò nociuum Reipublicæ potest esse crimen, quòd absolutè accusare teneatur. At nemo accusare tenetur ob iniuriam sibi ipsi illatam; quamuis id cuiuis liceat, *ibidem artic.* 4. De quo D. Thom. 2. 2. *quæst.* 68. *artic.* 1. & Theologi *in* 4. *distinct.* 39. Canonistæ *in cap. nouit, de iudicijs*, vide Sotum *de secret. membr.* 2. *quæst.* 5. *& de iust. qu.* 4. *art.* 1. & Miranda *vbi supra art.* 3.

5. Tria vitia in accusatione contingere possunt. Primum calumnia, qua quis aliquem falsò accusat scienter, & ex proposito. Secundum præuaricatio, qua celatur crimen verum sceleratis hominibus. Tertium tergiuersatio, qua à proposita accusatione iniustè desistitur. Calumniatores falsò, & dolosè accusantes peccant mortaliter, & tenentur ad damnum, vt deducitur ex *cap.* 2. *de calumniatoribus, cap. si quem pœnituerit* 2. *quæst.* 3 & expressè definitur *cap. accusatio el* 2. *in fine* 2. *q.* 7. item & qui accusat aliquem de crimine secreto, quod probari non potest, quia tunc falsò impositum censetur. Præuaricatores verò, qui vel exteriùs accusant, & secretò fauent, vel qui subticentes grauia crimina, leuia inculcant, non est dubium, quòd in laqueum incidant diaboli, & grauiter peccent. Tergiuersatores tandem facientes pactum de non prosequendo accusationem in detrimentum graue Reipublicæ, aut tertij, vel cum graui scandalo grauis etiam culpæ reos esse manifestissimum est. Quod semper verum est, si fiat cum graui prę iudicio, vel mendacio pernicioso, vel iniusta receptione alicuius doni, *ibidem art.* 5. De quo D. Thom. 2. 2. *quæst.* 68. *artic.* 3 Nauarr. *in manual. capit* 25. *num.* 32. Vide Sotum *de secreto membr.* 2. *quæst.* 5. *concl.* 5. *& libr.* 5. *de iust. quæst.* 4. *art.* 3. Aragon Bañez, & Salon *dict. qu.* 68. *artic.* 4. & post eos Miranda *dict. qu.* 13. *art.* 7.

6. Quicunque iudex, etiam inferior potest, imò & ex officio tenetur rescindere accusationes non iuridicè propositas, non tamen accusationem iustam ad recompensandam iniuriam tertio illatam. Iudex verò superior aliquando licitè rescindit accusationes in bonum publicum tantum tendentes, cùm iustis de causis possit in suis legibus dispensare. Imò & in casu particulari id etiam facere licebit in damnum non magnum tertij, non tamen iudici inferiori, nisi vtendo epijcheia, quando, scilicet, præuidit ex tali accusatione graue damnum bono communi euenturum. Quod sint mē aduertant prælati Regulares circa accusationes Religio-

ligiosorum grauium,& digniorum, ex quo magna inquietudo, vel scandalum oriri potest ob eminentiam, & dignitatem talium virorum accusatorum, *ibidem artic.6*. De quo Calet. 2.2. *quæst.68. art.3.* vbi Aragon. Idem citatis multis iuribus tradit Miranda *dict.q.13. art.8. per totum.*

7. Laici clericos, vel Monachos accusare prohibentur, *cap. Laicos cap. sicut 2 quæst.7.* cùm eiusdem fori debeant esse accusator, & accusatus, nisi accusando suam, suorùmque iniuriam prosequantur, *cap. de cætero, de testibus*. Item excluduntur ab accusando calumniatores, & qui aliàs falsò dixisse in iudicio conuicti sunt, detractores, & infideles, *cap. detractores, & cap. conspiratores, 3. quæst.4* De maledico enim condemnatus efficitur infamis, ex Panorm. *in cap. cum te, de sentent. & re iudicata*, Auct. *Ibidem art.7.* Ad quod vide Soto *de secreto memb.2. quæst.5. concl.3.* & Miranda *dict. quæst.13. art.4. concl.6.* vbi addit, prædicta iura debere intelligi quoad forum exterius, & accusationem propriè dictam, nam quoad forum interius non repelluntur ab obligatione denunciandi, maximè in causa publica.

8. Pœna talionis plectitur in iure accusator deficiens in probatione, *cap. calumniator, cap. qui non probauerit 2. q. 3. lib. mulier, l. quæsitum ff. ad S.C. Turpilian.* Sed hæc pœna hodie non est in vsu, nisi pro testibus falsis in causa criminali, circa quod obseruandæ sunt consuetudo, & leges regnorum, & prouinciarum. In casibus autem, in quibus imponenda est, debet commensurari iuxta qualitatem accusatoris, & accusati. Vnde apud Regulares calumniator arbitrio iudicis puniendus est considerata qualitate calumniæ, calumniatoris, & calumniati, & pensato nocumento proueniente paci, & tranquillitati Religionis, ibid. art.8. & q.30. art. 1. eodem tom.2. De quo Couar. libr.2. variar. cap 9 num.1. Iulius Clar. libr.5. Recept senten. § fin. q 12. nu 15. vers. sed quæro, & in pract. q 62. num 8. Ad idem vide Anton. Gomez *tom.3. varia. capit 11. num.3.* Paz *in pract. tom.1. p.5. cap.3. §.6. num.51.* Farinac. *1. p. q.16. à n. 1. & quæst.81. num.3.* Aualos *in Breuilo. Eccles. iudic. 2. p. c. 2. numer.14.* & eos referens tradit latè Miranda *dict. quæst. 13. art.9.*

9. Accusator præuidens probabiliter in probatione defecturum peccat mortaliter, sicut qui accusat in causa, vbi verò similiter credit exactam, & iuridicam probationem non posse dari, non tamen incidit in pœnam talionis *ibid. art.4.* De quo Arag. 2.2. *quæst. 68. art.4. in fine.* Ad quod vide Soto *lib. 5. de iust. q.5. art. vlt.* Miranda *dict. art.9.*

10. Accusatio contra occultè delinquentem non est admittenda, nisi adsit delator, aut sufficiens probatio cū indicijs. Vnde prælati nulla præcedente accusatione, vel infamia nō possunt licitè suos subditos punire de crimine occulto propter tres, aut quatuor testes de re testificantes, tom.2. quæst. 6. art.6. De quo Nauar. *in manual. ca. 8. num. 38. & cap. 26. num. 35. & 137.* Soto *de iust. lib. 5. q.6. art.2.* Salzedo *in Pract. Crimin. c.6. nu.4.* Idem docet Miranda *dict. q.13. art.1. & 2. concl.2.* & dicit esse expressam D.Thom. *2.2. quæst.67. art. 3 in corpore, & ad 3.* & communē Theologorum, & Iuristarum.

11. Eo ipso quòd quis propositam accusationem non probat, præsumitur calumniator, & pœna calumniatoris puniendus est *ca.2. de calumniatoribus, cap.1. §. qui verò, de elect. in 6.* Vnde Religiosus mittens secretò litteras suo sigillo clausas ad prælatum de crimine alicuius Fratris eum certiorem faciēs, calumniatoris pœna non est plectendus, etiam si sit falsum, vel id ipsum nō probet, quia non fecit accusando, sed tantùm extraiudicialiter denunciādo, ac proinde reuera, iuridicè loquendo neminem fuit calumniatus. Imò nec pœna infamatoris debet puniri: quia reuera nullius famam maculauit, informando secretò suum prælatum. Secus si litteras scripsit non secretò animo iniuriandi sine causa, siue verum, siue falsum dixerit, tunc enim actione iniuriarum tenetur secundùm aliquos, *dict. qu. 30. a.2.* De quo Bernard. Diaz *in Pract. c.66. nu.6.* Couar. *lib.1. variar. c.11. nu.6.* Vide ad idem Miranda *tom.1. ord. iud. qu.12.*

§.11. *art.7. concl.4.* vbi docet dictos accusatores nihil probantes non statim debere puniri tanquam calumniatores, sed illis assignandum esse aliquod temporis spatium ad suam purgandam innocentiam.

12. Licet laicus maledicus instante iniuriato debeat constringi in præsentia iudicis, & bonorum hominum ad retractandum se, at clericus in sacris constitutus, vel religiosus non sunt regulariter constringendi palinodiã decantare, capit. clericus maledicus 46. dist. sicut etiam nobiles ex l. 2. titul. 10. libr. 8. ordinamenti, nisi conuicti fuerint esse notabiliter maledicos, & his assuefactos, vel contra prælatos locutos fuisse, quod arbitrio boni iudicis relinquitur, pensatis qualitate personæ, & eorum, quæ dicta sunt, loco, & tempore *ibidem artic.* 3. De quo Salzedo *in Pract. Crim. c. 6. numer. 4. §. aggrediuntur,* Iulius Clar. *lib. 5. recep. sentent. verb. iniuria §. item condemnatus.*

Amplia-tur doctri na Auctoris.

13. Quid si iniuriatus sit etiam clericus, tenebiturne palinodiam decantare clericus, qui iniuriam intulit in præsentia ipsius offensi, & testium? Pro parte affirmatiua facere videtur dict. capit. clericus maledicus, ibi, clericus maledicus, maximè in sacerdoribus cogatur ad postulandam veniam, & si noluerit, degradetur. Ex quo deducitur, quòd sicut ad postulandam veniam cõpellitur, ita etiam ad retractionem, ex paritate rationis. Accedit, quòd in materia restitutionis famæ omnes communiter nullam proportionabilem satisfactionem dari credunt, quam quòd infamator publicè dicat se mētitum fuisse, atque ita palinodiam coram testibus decantare, vt post Nauarro *in manual. cap. 18. num. 45.* optimè Molina *de iustitia tract 4. quæst. 41. num. 3.* igitur dicendum videtur, quòd clericus maximè contra clericum teneatur se retractare, & In terminis tuetur Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap. 66. num. 7.*

Verùm omnes post Bernardum scribentes ab ipso recesserunt, moti præcipuè ex *dict. l. 2. tit. 10. lib. 8. Compil.* quo loci Hispanus legislator eximit à palinodiæ recantatione nobiles, addita tamen pœna quinquaginta aureorum Tunc sic, similes sęcularis, hoc est nobilis non tenetur, igitur à fortiori nec clericus, cùm in iure valeat de militia sęculari ad cœlestem, vt post glossam *in l. miles, ff. de rei indicata,* receptam à Gut. er. *de iurament. 1. part. cap. 17. num. 7.* & multis allegatis tradit Salzedo *in addit. ad Bern. Diaz. dict. capit. 66 littera c.* & sequitur noster Auctor *dict. quæst. 30 art. 3. tom. 2.*

Secundò, quia palinodiæ recantatio ignominia afficit, ergo sicut nobilis eã non debet subire, vt tradit post alios Couar. *2. variar. cap 9 n 4* mirum, quod ex eadem paritate rationis in clerico idem sit dicendum Præterea retorquetur dictum. *cap. clericus maledicus,* quo loci arbitrantur DD. Iure Canonico tantum impositam esse pœnam clerico maledico, vt veniam postulet, non verò vt in sui Ordinis decus se retractet propter infamiæ labem

Vltimò addit Parladorius *lib. 1. quotidianarum, c. 17, à num. 26.* loquens in nobili hanc sententiam veram esse, & si proponatur vterque nobilis, seu vt nostro casu vterque clericus sacerdos, idque ex eo, quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum vtitur suo priuilegio, quando agit de damno vitando, vt in proposito per text. *in l. verum 11. §. vlt ff de minoribus,* tradunt Couar. *in regula possessor, 2. part. §. 2. nu. 4.* Caldas *in l. si curatorem, à num. 16.* & alij, quos omitto. Atque ita ex his fundamentis tuentur hanc sententiam Iam Salzedo *dict. c. 66. littera c.* adducens pro ea sacrorum Canonum Primatium Salmanticensem, & sequitur Azeuedo *dict. l. 2. tit. 10. lib 8. recop à num. 252.* Parlador. *dict. cap. 17. numer. 31. & 32.* pluresque alij relati plena manu à Salzedo loco citato. A qua sententia in iudicando, & consulendo non est recedendum, tũ quia communis, tum etiam, quia in rigore verior apparet.

Ex qua resolutione consequitur in rigore videri hanc sententiam sic traditam obtinere in vtroque foro, ita vt securus reddatur huiusmodi infamator adimplens tantùm pœnam Canonicam, quæ est veniæ postulatio, cùm lex

lex Canonica vt iusta, & sancta regulariter in materia peccati, vt est restitutio, in vtroque foro procedat, vt est vulgatum. Si verò magis (quod non probo) arriserit, quòd in foro pœnitentiali compellatur, vt secretò se retractet coram iniuriato tantùm, arbitror ex hoc actu tutiorem se reddere quoad animæ iudicium, ad tradita *in cap. iuuenis, de sponsal. cap. ad audientiam, de homicid. cap. siquis autem, de pœnit. dist. 7.* vbi latè Nauar. *à num. 35.* Gutier. 2. *Canonic. cap. 6. à num. 171* Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 4. num. 9. & lib. 1. ad præcepta decalogi, cap. 10. num. 10. & num. 15. vers. ad tertium.* Huic sententiæ in terminis subscripsit quidam iuris interpres Salmantinus super eo consultus.

14. Clericus, vel religiosus seditiosus, & discordias seminans iudicis arbitrio est puniendus, *cap. siquis monachus 90. distinctione*, & hoc pensata qualitate personæ, & excitatæ seditionis, loci, & temporis, *dict. quæst. 30. art. 4.* De quo Menoch. *de arbitr. centur. 4. & 5. casu 266 & 437. lib. 2.*

15. Calumniatores contra prælatos, & superiores grauiter puniendi sunt, etiam pœna Talionis, quæ in casibus grauibus, vbi personę spectatissimę falsò infamantur, admitti debet, vt suprà diximus, nisi excusentur, quòd fuerint incitati ab aliquo bonæ famæ viro zelum boni communis ostendente, cui credere tenebantur, non tamen ab aliqua pœna arbitraria excusantur, *tom. 3. quæst. 77 art. 7.* De quo Iulius Clar. *in practic. crim. quæst. 62 & 81. num. 3.* Mexia *super l. Toleti 2. fundamento 23. nu. 38. fol. 154.*

Illustratur, & am plia tur do ctrina Au ctor. 16. Pro complemento materiæ adhuc addendum supradictis operæ pretium duxi cum Ghisserio *in tract. de incertina dice Regularium cap. 16.* de inceptione processus per viam accusat. *à num. 47.* quòd iudex Regularium accusatoris, & accusandi personas debet attentè perpendere, & considerare iuxta *c. siqui sunt vituperatores, 2. quæst. 7.* quo loci habentur huiusmodi verba maxime notanda à iudicibus Ecclesiasticis, & Regularibus: Siqui sunt vituperatores, aut accusatores Episcoporum, aut aliorum Sacerdotum, non oportet eos à iudicibus Ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quoue merito si pro Deo, aut vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista præsumunt, nec ne, & in cap. quærendum, eadem quęst. habetur: quęrendum est in iudicio, cuius sint conuersationis, & fidei is qui accusat, & is qui accusat, quoniam qui non sunt rectæ conuersationis, ac fidei, & quorũ vita est accusabilis, nõ permittũtur maiores natu accusare, nec viles personæ in eorum recipiuntur accusatione, quæ maximè debent aduertere prælati Regulares circa admittendos, & audiendos accusatores.

17. Secundò idque magnopere obseruandum esse puto, quòd quando subditus proprium prælatum accusat, non solùm falsæ, verùm etiam malignę criminationi ianua debet præcludi, c. qualiter, & quando el 2. de accusat. D. Thom. 2. 2. qu. 68. artic. 2. ad secundum, Soto 5. de iustitia quæst. 1. art. 1. & alij communiter. Item accusationem quoque considerare iudex ipse debet l. miles §. 2. & §. licet, de adult. Felin. in cap. fin. de iudic. DD. in cap. quoniam contra. de probat. an sit iusta, vel iniusta, an admittenda, nec ne Oldrad. & Bald. in l. cum clericis C. de Episcop. & cleric. Iason in rubric. de edendo. Blanco in practic. criminal. §. datis defensionibus, num. 3. facilè namque est quemquam infamare, ac famam restituere non item.

18. Iudex itaque si legitimum esse accusatorem, nullaque passione motum cognouerit, maximè in prælatorum, ac bonæ famę subditorum accusatione, ab eo porrectam accusationem admittere poterit, ac debebit. Secus si illum malæ famæ, ac illegitimum esse perspexerit, tunc enim illum repellere vtique debet, si de priuato crimine pertractetur. *capit.* 1. vbi glossa, & DD. *de accusat. capit. accusatio, el primero 2. quæst. 7.*

19. Tandè iudex antequam in actio nota-

notarius accusationem describat, vel postea, talionis pœnam protestare accusatori debet, nisi delictum probauerit ab eo incurrendam, quo annuente processum incipere, & prosequi poterit, delato tidem ill' iuramento priùs, quod non animo calumniandi accusationem porrigat, *Clementina, sæpe, de verb. signif.* §. 1. *in fin.* Hæc Ghisserius *loco citat. numer.* 56. vbi multa circa hoc congerit, cætera habes apud Auctor. *in tract. de ordine iudiciali capit.* 5. & 6. ibi videas libebit.

RESOLVTIO XLII.

De Testibus.

1. TEstes dici possunt singulares in decem prædicamentis. Primò, in prædicamento substantiæ, vt cùm vnus deponit de Petro, alius de Paulo. Secundò in prædicamento quantitatis, vt cùm vnus deponit de decem, alius de quinque. Tertiò, in prædicamento qualitatis, vt cùm vnus deponit de vino albo, alter de vino rubeo, vel vnus dicit furem de nocte fuisse comprehensum, alter verò de die, iuxta l. furem ff. ad l. Cornel. de sicarijs, vel alter purè, alter sub conditione testificatur. Quartò, in præd. cametito vbi, vel loci, vt si vnus deponat vidisse sub schino, alter sub prino, vt in casu Susannæ. Can. 13. Quintò in prædicamentò temporis, vt si vnus deponat actum esse Kalendis Maij, alter Kalendis Iunij. Sextò, in prædicamento relationis, vt si vnus deponat patrem occid sse Ioannem, alius filium. Septimò, in prædicamento situs, vt si vnus dicat rem esse sitam in iurisdictione Salmantina, alter in Hispalensi. Octauò, in prædicamento agere, & pati, vt si vnus dicat, quòd pars voluit agere, alius quòd de facto egit: vel vnus dicit, Petrum occidisse, alter tulisse opem, alter mandasse, alter consuluisse. Nonò, in prædicamento habere, vt si vnus dicat, quòd possidebat pro domino, alter pro creditore. Decimò, dicuntur testes singulares in sensu, vt si quis dicat audisse Petrum habuisse decem aureos mutuo, alter se audisse mutuare. Vndecimò dicuntur singulares in verbis, vt si vnus dicat, testatorem instituisse Paulum hæredem, alter eundem dixisse, sit hæres Paulus, tom. 2. quæst. 9. art. 1. De testibus singularibus agunt DD. capit. licet causam, verbo, singulare, de probat, vbi Baldus nu. 11. qui etiam in l. iuris iurandi C. de testibus, & in l. testium, num 14. eodem titul. & in l. de quibus num. 37. ff. de legibus, & l. data opera num. 33. & 34. C. qui accusare non possunt, & tradit Farinac. de testibus quæst. 64. à num. 1. vsque ad 25. & num. 26 cum sequentibus, Miranda *tom. 1. ordin. indic. quæst. 17. art. 8. §. secundo pro maiori, vers. sed quamuis.*

2. Si duo, vel tres, vnus post alterũ successiuè viderint per foramen, per quod simul videre non poterant, aliquem delinquentem, non sunt testes singulares, sed contestes, & plenè probantes, nã præsumitur vnus numero actus cõtinuatus, & vna temporis breuissimi coniunctio. Idem erit, si actus est continuabilis, etiam si diuersis horis videant, vt si in eadem nocte visus est quidam in concubinæ lecto ab vno teste ad primam noctem, ab altero ad mediam noctem, vel ad auroram. In casibus autem, in quibus res non potest probari, nisi per testes singulares, vt in peccatis religiosorum, & receditur à regula communi, plures quàm duo adhibendi sunt, & tam ipsorum testium, quàm delinquentis qualitas multum consideranda est, *ibid. artic.* 2. De quo Caietan. 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. Quando *in* 4. *dist.* 18. & 19. *pag.* 778. & 779. Idem docet Miranda *tom. 1. ordin. indic. quæst. 17. artic. 8. concl.* 4. post gloss. *in cap. nihilominus* 3. *quæst.* 9 *verb simul*, vbi Præpositus *num.* 7. dicit hanc esse communem sententiam, & idem dicit Felin. *in cap. licet ex quadam, de testibus, ad finem* §. addo etiam Ant. Gomez *tom. 3. variar. de probation. delict. cap. 12. num.* 12. Mascard *de probat. lib. 1. concl.* 59 *num.* 17. & 18.

3. Quando in facto principali testes,

stes conueniunt, non sunt singulares, sed contestes, & conformes, licet in alis non pertinentibus ad substantiam facti discordent, nihil enim obstat narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur, vt in regula iuris habetur, cap nihil obstat, de verbor. signific. Imò aliqualis discordia in circunstantijs non pertinentibus ad substantiam facti reddit testimonium credibilius iuxta l. 3. ff. de testibus, à contrario sensu, & facit dict. capit. nihil obstat, Auctor ibidem artic. 3. De quo D. Thom. 2. 2. quæst. 70 art. 2. ad 2. Soto de iustitia lib 5. quæst. 7. art. 2. ad primum. Idem docet citatis plurimis Miranda *dict. artic. 8. conclus. 3.* ad tradita à Farinac. *dict. quæst. 64. à nu. 67. vsque ad 71.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 850. nu. 19. & lib. 3. conclus. 1361. num. 9. & conclus. 1368. num. 7.*

4. Per testes singulares nemo est condemnandus pœna ordinaria, etiam si testi singulari infamia adiungatur, nō solùm quando testes sunt singulares singularitate obstatiua, id est quando sunt contrarij in dictis, sed etiam singularitate cumulatiua, id est, quando testes sunt se coadiuuantes in dict. 2. Si autem de crimine adsit infamia simul cum teste singulari, licèt legitimè sit probata, non est ob id condemnandus reus pœna ordinaria, sed alia arbitraria, aut purgatio inducenda est, ibid. art. 4. Ad quod vide Miranda dicto art. 8 conclus. 1. & sequentibus, post Simancas *de Catholicis instit. tit. 64. à numer. 61. vsque ad 64.* Decium *consil. 650.* Baldum *in cap. licet causam, de probat.* Felin. *cap. licet ex quadam, de testibus.*

5. Verius, & tutius est per testes singulares neminē probari esse delinquentem in genere, etiam in causa hæresis, quando testificātur de diuersis delictis, & de diuersis locis & temporibus, vix enim intelligi potest aliquem esse delinquentem in genere, cum genus quid confusum, incertum, & indeterminatū sit, & vbi quid in genere probatur, nullum certum indiuiduum demonstratur, ibid. De quo Bart. in l. de quibus ff. de legibus num. 24. Iason in l. admonendi num. 256. ff. de iureiurand. Bald. in cap. licet causam, de probat. n. 1. vbi Decius num. 64. Simancas de Catholicis instit. titulo 64. à num. 6. Ant. Gomez tom. 3. variat. de probatione delictorum cap. 12. num. 12. Iulius Clarus lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 53. numer. 18. & nouissimè Farinac. de testibus quæst. 64. à nu. 112. vsque ad 123. post quos Miranda dict. quæst. 17. artic. 8. conclus. 5. vbi resoluit esse probabile per testes singulares probari delictum in genere, licèt non in specie, & in indiuiduo, & ponit exemplū in his qui testificant de eadem hæresis specie, quanuis de diuerso loco, & tempore, ij enim licèt sint singulares respectu loci, & temporis, sunt tamen contestes, & concordantes in probatione hæresis, locus autem, & tempus extrația sunt, nec obstant quo minus probent plenè delictum, & probat ex Saliceto *in l. testium. C. de testibus*, & auctoritate aliorum DD.

6. Testes loco, & tempore discordes, etiam si sint legitimi, & omni exceptione maiores, de eodem delicto, vel de delict s deponentes, sunt singulares, nec plenè probantes. Vnde religiosi tametsi ex dicto plurium testium singularium possint condemnari in agime salutem, & fauorem Religionis, hoc tamen non habet locum in delictis atrocioribus. Casu verò, quòd per testes singulares condemnandi sunt, pœna ordinaria non est illis imponenda, sed arbitraria, ibid. art. 4. De quo D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 2. Soto vbi suprà Salicetus in l. testis num. 16. C. de testibus. Simancas de institut. Catholicis. tit. 64. n. 69. Roxas de hæresi 2. part. assert. 6. nu. 146. Idem docet post glossam in lib. ob carmen §. final. ff. de testibus, & c. nihilominus 3. quæst. 9. Farinac. *vbi suprà n. 72. vsque ad 84. Mascar. lib. 3. de probat. concl. 827. nu. 10.* & post alia multa Miranda *dict. art. 8 concl. 4.*

7. Aliqui tamen sunt casus, in quibus testes singulares faciunt fidem. Primo, quando testificantur de pluribus actibus habentibus vnam causam, vel originem. Secundò, quando ex dictis testium non resultat, nisi vnum factum, quod deducitur, vt si vnus deponit me extra-

Exercuisse iurisdictionem in causa Titij, alter in causa Martini, singuli enim de iurisdictione deponunt. Tertiò, quando factum est vnum, & connexum, vt siquis vult probare me esse irregularē, eo, quòd excommunicatus celebrauerim, sufficit quòd vnus dicat, se audisse in Missa, *Gloria in excelsis Deo*, & alter, *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, &c. ibid. art. 5.* Ad quod vide tradita à Miranda *dict. art. 8. §. tandem, & §. secundo pro maiori.*

8. Iudex Regularis per testimoniū testium singularium omni exceptione maiorum ita potest induci ad credulitatem, vt monachum delinquentē possit, & debeat carceri mancipare, & torquere, cùm ex eorum dictis magna & vrgentia oriantur indicia aduersùs illū, qui vnum, & idem, vel plura, & eadem delicta diuersis locis, & temporibus dicitur perpetrasse, *ibidem artic. 6.* De quo Bart. & Castrensis *in l. admonendi col. 7. ff. de iure iurand. & in l. Lucius ff. de his qui notantur infamia.* Vide tradita à Miranda *dict. art. 8. concl. 2. prope finem, & concl. 5.*

9. Non est fides adhibenda testi varianti ab his, quæ priùs in iudicio dixerat, maximè quando sibi contrarius est in eadem depositione, tunc enim eius dictum tanquam falsum in totum reijcitur, vt satis constat ex *c. licet causam, de probation. l. qui falsò aut variè, ff. de testibus.* Idem dicendum est secundùm aliquos, quando contrarius est sibi in alia depositione eiusdem causę, licèt alij sentiant standum esse dicto primo, sed ad talis testis dictum non potest deferri iuramentum in supplementum probationis: quia is non dicitur maior omni exceptione testis, tom. 2. quæst. 10. art. 1. De quo Bart. in l. eos, ff. de falsis, Cardin. in cap. veniens, col. 2. in fine, de testibus, Abb. in cap. cum in tua, vbi DD. de testibus. Ad quod etiam vide Couar. lib. 2. variar. cap 13. num. 8. Iulium Clarum libr. 5. receptar §. final. quæst. 53. numer. 15. Mascard lib 3. de probat. concl. 1361. num. 2. & 3. Farinac. de testibus quæst. 66. à numer. 1. vsque ad 38. & post eos Miranda dict. art. 8. concl. 9. vbi addit, quod varietas, & contrarietas testium in rebus nō substantialibus, licèt non in totum tollant eorum fidē, non parum tamen diminuunt de ipsorū fide, vbi etiam dicit tales esse puniendos de falsò, per textum *in l. qui falsò, vbi glossa verb. puniuntur, ff. de testibus*, id tamen limitat in teste variante, sibique contrario in substantialibus, non vero in accidentalibus, & *conclus.* 10. doctr, primo eius dicto standum esse.

10. Non dicetur testis varius, si còntinuo antequam exeat à conspectu iudicis, & partem alloquatur, se corrigat allegando causam erroris, & correctionis, & multo magis dum examinatur. Iudex autem debet attendere modum, & causam correctionis, an sit verosimilis. Vnde dicetur variare, si demissus à iudice vult mutare, & de facto mutat sententiam, ibidem art. 2. De quo Bartol. in l. eos, col. 11. verb. item oppono, ff. de falsis, Aretin. in l. quæ quid, col. 11. ff. de verbor obligat. Idem docent Iulius Clarus lib 5. receptac. §. fin. quæst. 53. numer. 15. § quartus est casus, Farinac. quæst. 66. de testibus à numer. 232. vsque 244 & post eos Miranda dict. art. 8 concl. 9. vbi ad finem addit, quòd publicatis attestationibus testis nō potest se corrigere: nam tunc quam maximè dicitur facta correctio ex interuallo, & præsumitur, quòd cum parte fuerit locutus, & probat per textum *in capit. per tuas, de testibus.*

11. Testis varians in suis depositionibus torqueri potest, imò non facit fidem, nisi firmet dictum in tortura, etiā si sit clericus, vel monachus. Et idem est in teste deponente in iudicio contrarium eius, quod extra illud dixerat, quo casu standum est depositioni factæ in iudicio, *ibidem art. 3.* De quo Couar. *2 variar. cap. 13 num. 7.* Iulius Clarus *in Practica crimin §. fin. quæst 53. num. 11.* Idem potest plures docet Miranda *dict. concl. 9. ad finem.*

12. Monachi sunt admittendi in causis ciuilibus, & criminalibus monasteriorum, quæ per extraneos probari non possunt, etiam si ex ipsarum expeditione commodum, vel damnum ipsis de

de monasterio esset applicandum, ne ob inopiam probationis ius eorum pereat, quod est consonum iuri communi cap. cùm nuncius, de testibus, c. tuis, eodem titulo, & patet ex multis priuilegijs Pontificum apud Bullarium. Secus in causis, quæ per extraneos probari possunt, etiam si propter inopiā probationis ius monasterij pereat. Et idem in monachis, qui sunt actores, vel responsales pro monasterijs, iuxta terminos iuris, cap. insuper, de testibus, cap. monachi el. 2. 16. q. 1. quibus non derogant dicta priuilegia, tom. 2. quæst. 10. art. 1. De quo Felin. in cap. veniens, columna penultima de testibus, Rebuff. de proband. & saluand. testibus nu 60. in fine. Ad quod consule Iulium Clarum lib. 5 §. fin. quæst. 24 num. 8. & 9. Farinac. q. 61. de testibus opposit. 12. à num. 57. & latè tradit Miranda tom. 1. ordin. indic. quæst. 17. art. 3. concl. 6. §. sed deueniendo, Portel *in addit. ad dubia verb. testis num. 2.*

Bulla. 9. Eug. 4. n. 14.

13. Monachi non sunt compellendi ad ferendum testimonium, nisi quando aliter veritas haberi non potest, in causis tamen sanguinis nullo modo compellendi sunt, sicut nec clerici, neque illi generaliter, qui volunt promoueri, vt aiunt Doctores ex capit. cùm nuper, & cap. delictorum, de testibus cogendis, etiam si aliter veritas haberi non possit, nisi in causis ipsorum fratrum, in quorum criminibus nunquam imponitur pœna sanguinis. Iuxta quod debent intelligi concessiones Pontificum indulgentes, vt monachi non possint compelli ad testificandum in causis ciuilibus, aut criminalibus, vt Pius II. in quadam Bulla limitauit, semper enim, priuilegio quocunque non obstante, ad id compelli debent, quando aliter veritas haberi non potest, ibid. art. 2. De quo Collector Cister. titulo, testis §. 2. Panormit. in capit. 1. num. 2. de testibus cogendis. Idem tradit Miranda *tom. 1. ordin. indic. quæst. 17. artic. 3. concl. 6. §. sed limitanda.*

Bullar. d. bull. 9. Eug. 4. nu. 13.

14. Cùm mulieres laicæ, etiam de iure Canonico admittantur in testes, quando aliter veritas haberi non potest, multo magis admittendæ sunt moniales contra alias moniales, cùm earum delicta non nisi per ipsas probari valeant. Et licèt ex dicto duarum fœminarum non possit quis condemnari, vt aliqui sentiunt, hoc tamen non videtur admittendum in monialibus, quæ sunt religiosæ timentes Deum, & ita duæ sufficienter probant, si alias omni exceptione maiores sint. Sed in hoc sint circunspecti, & prudenter interrogent iudices, ibidem artic. 3. & tom. 4. Addit. Summæ cap. 150. num. 3. De quo Decius in l. fœminæ num. 35. de regulis iur. Maranta de ordin. iudiciali p. 4. n. 45. Ad quod videantur Abbas in capit. quoniam, de testibus. Iulius Clarus lib. 5. §. final. quæst. 24. num. 2. 3. & 4. Farinac. de testibus, quæst 59 à numer. 1. & post eos relatos Miranda dicta quæstione 7. articulo 3. conclus. 3. §. sed quantum, vbi resoluit, fœminarum testimonium in criminalibus causis criminaliter intentatis non esse admittendum, sed tantùm in casu, quo veritas aliter haberi non potest, & in criminibus hæresis, læsæ maiestatis, & simoniæ, iuxta cap. tanta, capit. per tuas, de simonia, & glossam in cap. cum P. Manconella, de accusat. & in c. mulierem, verb. nec testis, 33. quæst. 5. & in illis casibus, in quibus etiam admittuntur infames, & tunc tantùm admittuntur ad faciendam aliqualem præsumptionem, vel indicium ad torturam, & tandem ad defensionem reorum, & alicuius innocentiam probandam, ex Farinaceo *vbi suprà numer. 4.*

15. Necessaria est licentia prælati, vt testificentur monachi, & moniales, si tamen de facto sine illa deponant, testimonium non vitiatur. Sed in causis criminalibus non possunt talem licentiam facere, nisi superiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, sicut pro clericis non possunt, nisi Episcopi, aut eorum Vicarij Generales, idque ad defensionem rei, & cum magna prudentia, & consilio facere debent, ibidem articul. 4. & tom. 3. quæst. 71. articul. 1. De quo Salzedo in Pract. Crimin. capite 98. numer. 25. Idem docet post Iulium Clarum

(absit) quòd admittantur ob reuerentiã clericatus, & habitus Regularis, ibidẽ artic.4. Idem post DD communiter, & præcipuè Anton. Gomez tom.3. variar. cap 13. num. 29. resoluit Miranda dic. q. 17. art. 12.

20. In causis criminalibus testes debent esse idonei, & probationes luce meridiana clariores. Licèt verò duo, vel tres contestes, & omni exceptione maiores sufficiant ex iure ad damnatio nem tamen aliquorum maior numerus requiritur, quales sunt Cardinales, nam pro Episcopis Cardinalibus condemnandis septuaginta duo testes debent deponere, pro presbyteris quadraginta quattuor, pro diaconis 27. pro subdiaconis vero, & aliis inferiorib. Cardinalibus viginti quattuor, contra quoscunq; verò alios inferioris gradus clericos, etiam Episcopos, vel prælatos Regulares sufficit testimonium septem vt exprefsè definitur, *cap. præsul. 2. qu.* 4. quod alios verò duorum, vel trium. Vnde non debent condemnari ad pœnam ordinariam huiusmodi prælati ex dicto duorum tantùm, nisi causa, & circunstantia facti, & personæ aliud postularent, tom 2. quæst 12 artic. 1. De quo Abbas capit. cùm esses, de testibus, Bart. in l. omnes populi, de iurisd omn iud. Fortunius Garcia de vltimo fine num. 147. Ad idem vide tradita à D. Thom. 2. 2. quæst. 70. vbi expositores art. 2. Sot. l. 5. de iust. quæst 7. art. 2 Anto Gomez tom. 3 variar de delictis cap. 12 nu. 9. Iulio Claro lib. 5 §. fin. quæst 66. nu. 3. Paz 1. part tom. 1. suæ praxis in 8. tẽp. num 5 Farinac de testibus quæst. 63. à num. 232. & post eos Miranda dist. q. 17. art. 2. conclus 1.

21. Licèt in his, quæ solent clam fieri, & suapte natura difficulter probari possunt, sufficiant leuiores probationes & quæ alias non censentur sufficientes: at in causis criminalibus semper requiruntur duo testes omni exceptione maiores, & non inhabiles, excepta causa hæresis et a[?]clandestinæ, in qua admittuntur inhabiles, vt sunt participes, & excommunicati. Vnde in delictis occultè commissis non admittũtur domestici, nisi ad faciendum indicium exceptis criminibus Regularium, quæ ab extraneis commodè probari non possunt. In delictis tamen occultis, quę sunt difficilis probationis indicia probabilia, & vrgentes præsumptiones habentur pro sufficienti probatione secũdum aliquos, non tamen ad pœnam ordinariam imponendam, ibidem artic. 2. De quo Barbosa in l. 2. in princ. num. 80. ff. solut. matrimon. Mascard. de probat. 3. part consil. 124. num. 8. & consil. 122 num. 26 Ad idem faciunt tradita à DD. num. præcedenti relatis, & Miranda dict. art. 2. conclus. 1. & quod in causis criminalibus testes debeat esse omni exceptione maiores, tradit dict. qu. 17. art. 7. conclus. 7. De quo Bal. in l. si. numer. 5. C. de probat. quæ sint delicta difficilis probationis, ostendit ex Farinac. tom. 3. quæst. 37. à num. 150. Miranda tom. 2 ordin. iudi. quæst. 26. artic. 4. concl 5. & dicit intelligi debere, proditiones, & tractatus omnes, qui secretò fiunt, delicta in nocte, seu alias clam commissa, furta, adulteria, simonia, sodomia, venenum, falsa moneta, partus suppositio, & his similia, de quib. agit idem Farinac. in tit. de reo confesso, & conuicto quæst 86. num 35. vbi tradit, an, & quando in huiusmodi delictis occultis, & difficilis probationis admittatur præsumptiua probatio, & possit procedi ad torturam, etiam cum indiciis minoribus, ac leuioribus.

22. Semel malus, etiam nunc præsumitur malus in eodem genere mali, vel illi simili, ex regula, semel malus, lib 6. & hoc respectu futurorum, nam respectu præsentis præsumptio facit tãtùm suspicionem. Verum est tamen, quòd malus in vno habet contra se non modicam præsumptionem, quod sit malus in aliis ppter connexionem, quam habent vitia inter se, nisi quando quis se abstinet ab illo, vel alio delicto per ali quod tempus, in crimine non perseuerans, vt constat ex capit. testimonium, de testibus, saltem per triennium magnam agendo pœnitentiam, putà quia ingreditur religionem, vel nisi delictũ sit, quod per naturam, vel ætatem alteratur, vt si iuuenis fuit libidinosus, non præsumitur idem in sene, ibidem art. 3.

De

De quo Alciat. de præsumpt. regula 2. præsumpt. 7. nu. 2. & 3. Idem ferè post Abbatem in dicto cap. testimonium, nu mer. 8. & 12. Felin. num. 24. & 31. Speculatorem tit. de teste, §. 1. num. 24. Farinac. de testibus quæst. 61. num. 38. & 140. Iulium Clarum lib. 5. §. fin. quæst. 63. num. 2. & 20. tradit Miranda dicta quæst. 17. art. 1. conclus. 7. §. non etiam, vbi resoluit, quòd etiam in causa ciuili emendatio non præsumitur, nisi probetur, quando crimen fuit manifestum, imò, & quando fuit occultum, cùm non ita sit occultum, quin probari non possit in iudicio. Vnde qui probauit crimē, iam fundatam habet intentionem suam ad repellendum testem, cap. super eo, el primero, de testibus, & sic qui se excusando dixerit, se esse emendatum, debet illud probare iuxta l. 2. ff. de probat. Quapropter emendatus de crimine non remanet omninò integer, nec restituitur pristinæ præsumptioni naturæ, qua quilibet pręsumitur bonus, iuxta regulam *cap. fin. de pręsumpt.* quin verò in causis arduis semper remanet pręsumptio contra ipsum, ex dicto capit. testimonium, vbi emendatus de crimine licèt præsumatur idoneus in causa ciuili, non tamen præsumitur idoneus in causa ciuili, nō tamen præsumitur talis in criminali. Additque ex Panorm. vbi supra, per hoc limitandum esse cap. ferrum, dist. 50. vbi dicitur, quòd post peractam pęnitentiam non despici debet in aliquo quod fuit, quia iam incipit esse quod non fuit, ac proinde talis adhuc non præsumitur bonus, quoadusq; admittatur ad actus legitimos, & publicos. Qualiter autem emendatio sit probanda, concludit per triennalem laudabilem vitam id probari debere, ex mente plurimorum DD. apud Farinac. vbi suprà num. 140. quòd maximè concordat cum resolutis suprà ex nostro Auctore.

23. Testes debent esse omni exceptione maiores, idest qui nulla legitima exceptione reijci possint, capit. 1. de testibus, cap. forus, de verborum significat. cap. 1. de consanguin. & affin. l. 3. ff. de testibus. Semper autem maior fides adhibenda est testi fauenti reo, nisi pro actore faciens aliqua magna dignitate, auctoritate, vel probitate eluceat. Examinandi autem sunt accuratè, interrogando eos per has circumstantias: Quis, cui, cur, quomodo, quando, vbi, quibus auxilijs, & socijs: quòd si nimis promptè respondeant, signum est conuentionis inter se ad testimonium ferendum: si verò sint nimis perplexi, conscientia deterreri non paruum indicium est, ibidem art. 4. De quo Panormitan. in cap. 1. de testibus, & in cap. 1. de consanguin. & affinit. Soto lib. 5 de iustitia quæst 7. art. 3. Ad idem vide Panorm. in dicto cap. 1. de testibus, & dicto capit. 1. de consanguin. & affinitat. Farinac. de testibus quæst. 62. à num. 1. vsque ad 27. & post eos Miranda dic. art. 2. concl. 2. vbi ad finem addit, quòd testimoniũ testis legitimi, & omni exceptione, maioris auctoritatem præbet testimonio minus idonei testis, dummodo inter se concordent, idque probat ex mente Baldi, & Iasonis cum Paz *in Praxi 1. part. tom. 2. in 9. tempore num. 4. & 5* & Farinac. suprà a numer. 328. De testibus etiam habilibus agit idem Miranda *dict. q. 17. art. 7.* & quomodo sint examinandi testes, tradit quæst. 18. artic. 1.

24. Priuata scriptura epistolæ, qua quis fatetur suum delictum, sufficit ad plenam probationem, dummodo in iudicio à reo scriptore recognoscatur. Quæ pro recognita habenda est secundùm aliquos, quando ipse reus contumaciter renuit respondere, vel recusat comparere post citationem. Negans verò epistolam à se scriptam, deficientibus testibus ad id probandum, compellendus est à iudice ad scribendum manu propria, vel ad prodendam aliam scripturam, manu sua scriptam, vt ex comparatione litterarum facienda per peritos in arte scribendi, & sub iuramento adstrictos possit fieri recognitio quæ tamen comparatio tantum inducit semiplenam probationem, in cuius supplementum iuramentum reo deferri debet ad instantiam actoris, ibid. art. 5. De quo Couarr. 2 variarum capitul. 2 1. num. 4. & Practic. quæstion. capit. 26. num. 6. Paz in practic. crimin 4. part. tom.

tom.1.cap.1.à num.25.vsque ad 31.

25. *Accusator non valet pro teste in iudicio contra accusatum, vt satis colligitur ex capit. forus, §. in omni negotio, de verbor. signific. & ex cap. suspectos, 3. quæst. 5. & alijs iuribus: at denunciator benè valet in denunciatione, reo prius fraternaliter correcto, ibidem art. 6. De quo Solo de tegend. secret. memb. 2, quæst. 4. pag. 4. col. 2. & de iustitia lib. 5. quæst. 6. art. 2. conclus. 4. Simancas de Cathol. Instit. num. 5. Nauar. in rubrica de iudicijs numer. 91. in fine. Idem post Speculatorem titul. de test. §. 5. num. 89. & Farinac de testibus quæst. 60. à num. 64. tradit Miranda dict. qu. 16. art. 3. concl. 11. ad finem.*

26. In causis arduis testes necessario sunt inquirendi à iudice, & examinandi præsentialiter, vt expresse habetur l. 3. §. Diuus. ff. de testibus, nec debet id scribis, seu notarijs committi, vel secretarijs, nisi sit impedimentum ex parte iudicis non potentis inquirere, quia magnis, & arduis negotijs est occupatus, & ex parte testium non valentium accedere ad præsentiam iudicis, iuxta cap. siquis testium de testibus. Quando verò id notario commissum fuerit, necesse est, quòd fiat in scriptis commissio, aliàs quidquid virtute illius actum fuerit, nullum reputabitur, nec illi est adhibenda fides, etiam apud Regulares, quorum consuetudo committendi hoc suis secretarijs in causis magni momenti nec valet, nec est seruanda, tom. 2. quæst. 13. artic. 1. & 5. De quo Alexan. consl. 104. col. 4. volum. 5. Gregor. Lopez 16. & 17. tit. 16. partita. 3. Bernard. Diaz regula 717. vbi Salzedo Item docent post Bald. in dicto c. si qui testium, de testibus, vbi Innoc. & Pan & Felin. in c. cum causam, eodem tit. Cou. lib. 2. variar. c 13. num. 10. Iul. Cla. lib. 5 §. final. quæst. 26. num. 3. Paz in praxi tom. 1. part 1. in 8 temp. à nu. 98. Farinac. de testibus quæst. 77. à numer. 71. vbi ex professo tractat, an testes in criminalibus examinandi sint necessario à iudicibus, & in quibus casibus id ipsum sit concedendum, vel denegandum notarijs, ad quod specialiter tradit multa notatu digna ibidem à num. 116. & à num. 175. cum sequentibus videnda etiam sunt tradita non minus doctè, quàm eruditè, ac piè à Segura de Aualos in directorio iudicium Eccles. part. 2. cap. 2. num. 17. vbi multum deplorat, & lamentatur deprauatam, ac detestabilem consuetudinem introductam in Ecclesiasticis iudicijs, vt in clericorum criminibus testium examen committatur in magnum Sacerdotum dedecus, ac iustitiæ detrimentum quibusdam sæcularibus, qui vulgò dicuntur receptores (seu potiùs criminum, & pecuniarum receptores) vt vocat iste Doctor qui addit, apud Lusitanos obseruari, vt quando testes non possunt examinari ab ipsis iudicibus clericorum Ecclesiasticis ob aliquod impedimentum, id committatur, vel iudici illius loci, in quo testes sunt examinandi, vel alicui parochiali presbytero, seu alio honesto, & litterato viro in dignitate aliqua cōstituto, quod optare se dicit Couar. lib. 2. variar. cap. 13 num. 10. vt etiam fieret in iudicio sæculari. Ad quod consulendus etiam est Simācas de Cathol. institut. tit. 64. numer. 11. vbi tradit, id omninò communiter obseruari in praxi in suo Inquisitorum sancto tribunali vt examen testium coram ipsis Inquisitoribus fiat vel necessitate aliud exposcente, coram duobus religiosis, & discretis viris, quæ omnia referuntur à Miranda *dicta q. 18. art. 6*

27 Tam in iudicio ordinario, quàm extraordinario, seu summario requiritur assistentia notarij publici, seu tabellionis, qui acta scribat, vel eo deficiente duo testes idonei qui fideliter omnia conscribant, c. quoniam contra, de probat. sententia verò sine hac solemnitate lata, aut nō seruato ordine processus, nulla reputatur, vt cōmunis tenet. Quod etiā habet locū quando proceditur per viā Inquisitionis, vt fit inter Regulares, ibi. a 2. De quo Glossa in dict. c. quoniā cōtra, de probat Ripa in rubrica extrà de iudicijs, nu. 54 vbi Decius lect. 2. n. 7. Ad quod vide Miranda tomo 1. ordin. indic. qu. 1. art. 2. concl. 3,

vbi docet, notarium, seu tabellionē non esse de substantialibus iudicij, sed tantùm de solemnitate iuris, & tomo 2. in pract. Canonica, & Regul. q. 2. art. 8.

28. Consuetudo autem Religionum, qua prælati in visitationibus interrogant testes, & eorum dicta propria manu scribunt, non adhibito notario, seu secretario, ex duobus potest saluari. Primò, quòd Fratres suo iuri renunciare videntur per votum obedientiæ, respectu cuius in multis tali iuri renunciare censentur. Secundò, quòd inter Regulares, vt in plurimum de causis minimis, & ad correctionem agitur, in quib. cap. quoniam contra de probat. locum non habet, in his enim simplici iudicis assertioni sine scriptura stādum est, vt tenet communis, ibidem art. 3. De quo Abb. in dict. cap. quoniam contra nu. 3. Imol. num. 15. Felin. num. 1.

Ad quod vide Miranda dict. quæst. 2. art. 8. vbi agens de illa consuetudine Regularium non vtendi notario, seu secretario in inquisitionibus generalibus, seu visitationibus Conuentuum, docet in illis non habere locum dictum capit. quoniam contra, quia nec est iudicium ordinarium, nec extraordinarium, sed præparatoriam ad iudicium communiter nuncupari, vt illam vocant Bartol. & Doctores communiter in l. vltima, ff. de quæstionibus, & Bald. in l. ea quidem, C. de accusationibus Alexan. libro secundo consil. 183. Decius in rubrica de iudicijs num. 35. Speculator lib. 3. tractatu de inquisitione §. ad inquisitionem, idque expressè tenere Paz in praxi 1. p in princip. annotat. 1. nu. & 22. ac proinde non posse non multùm mirari, addit idem doctissimus Pater, quod noster Auctor non aduerterit ex communi Iurisperitorum sentētia haud quaquam talem inquisitionem generalem esse, nec nominari posse iudiciū ordinarium, nec extraordinarium.

Exponitur, & tuetur doctrina Auctoris ex eius mente.

Sed his facillimo negotio satisfit, quia Auctor in dicto articulo 2. numero præcedenti citato, videtur agere de inquisitione particulari, in qua, etiam inter Regulares dicit procedere dictum capitulo quoniam contra, vt tenet glos. sa ibi communiter recepta, quia est iudicium extraordinarium, quod est illud in quo proceditur non seruatis iuris apicibus, sed summariè, & de plano, sicut fit inter Regulares, vt post Ripam in rubric. de iudicijs, numero 54. & Decium, ibi lect. 1. numero 7. multis id comprobantem, concludit ipse Auctor in fine dicto articulo secundo. At in hoc articulo tertio, vt conijci potest, agit de inquisitione generali, in qua proceditur ad correctionem magis, quàm ad vindictam, & de causis exiguis, & minimis, in quibus sine scriptura standum esse simplici iudicis assertioni, & non procedere dictam decretalem, docent Abbas ibidē num. 3. Imola nu. 15. Felin. nu. 1. Berol. num. 21. & dicit communem Paris. nu. 14. Ferret. num. 6. & in hoc sensu non diffiteor talem Inquisitionem Generalem nequaquam esse, nec nominari posse iudicium ordinarium, vel extraordinarium, vt ipse præcitatus P. Miranda benè probat, nec in eo procedere dictum cap. quoniam contra, quia in ea nō procedit prælatus vt iudex, sed tantummodo vt pater, vt instruatur, & informetur de statu Religionis, & modo viuendi Religiosorum, & Regularis disciplinæ obseruantia. Vnde quando inquirunt de aliqua persona particulari infamata, seu indiciata de aliquo crimine, vtuntur dicto notario, seu secretario, si proceditur per viam accusationis ad vindictam, quod Auctor non negat, imò id expressè firmat dicto artic. 2.

29. In causis criminalibus nunquam testis pōt deponere in scriptis, etiā si legat scriptum, sed necessariò debet testificari viua voce, iuxta formam capitulo testes, 3. quæstio. 9. etiam apud Regulares, & in visitatione Generali Conuentuum. Idem dicendum est in causis ciuilibus magnæ quantitatis, aut qualitatis. Vnde si sint parui momenti bene vallet dictū in scriptis, maximè vbi talis viget consuetudo, ibidem artic. 4. De quo Cou. 2. variar. c. 13. nu. 6. & in

Idem post Baldum in l. iurisiurandi, numero 3. & Salicet. ibi, numero 8. & Farinac. de testibus, quæstio. 8 ... à num. ... 27. do-

29. docet Miranda dict. quæstio. 19. art. vbi dicit, quòd modica, seu prorsus nulla fides adhiberi debet chartulis, quæ iudicibus, & prælatis mitti solent à nonnullis à iudicio absentibus pro veritate facienda super re, seu causa aliqua, vbi etiam ponit aliquas limitationes huius regulæ generalis, vt de muto ex accidenti, & similibus.

30. Quando in inquisitione deducta est qualitas temporis, & loci, debet respondere testis contenta in inquisitione esse vera, vel vidisse fieri delictum loco, & tempore, de quibus in illa, & aliter non sufficit, ibidem artic. 6. De quo Bartol. in l. 1. ff. de aleator. & in l. ab eo. ff. de supellect. legat. Aret. in l. serui electi. §. 1. ff. de legat. Idem post Farinaccii de testibus, quæstio. 64. à num. 92. vsque 111. docet Miranda dict. quæst 17. art. 8. concl. 4. §. hic solet, vbi resoluit, quòd quando locus, & tempus non sunt de substantia rei, de qua agitur, testes non deponentes de loco, & tempore benè probant, secus quando ea sunt de substantia actus probandi, tunc enim sine loco, & tempore deponentes nil probant. De quo etiam Mascard. de probat. conclus. 994. num. 2. Vide supra hac resolut. num. 6.

31. Testis legitimè interrogatus à iudice competente tenetur dicere veritatem, nisi delictum sit occultum, nulla præcedente infamia. Hoc tamen est limitandum casu, quo ex non manifestatione veritatis graue Reipublicæ, aut tertio alicui præiudicium oriretur excedens multum damnum infamiæ, quod reo sequitur, ibidem articulo 7. De quo Nauarr. in Manuali, capitulo 25. num. 43.

Idem post D. Thom. 2. 2. quæstio. 70. artic. 1. vbi Arrag. Bañes, & Salon, Soto lib. 5. de iustit. quæst. 7 art. 1. & de secreto memb. 2. quæst. 7 dub. 3. & cum communi Theologorum docet Miranda tomo. 1. ord. iudic. quæst. 16. art. 1.

32. Iudex debet sumere iuramentum à testibus, alias non valebit eorum dictum, l. testium, C. de testibus, l. iurisiurandi, eodem titul. capitulo. si testes, versic. iurisiurandi, 4. quæstion. 3. & ibi gloss. capitulo de testibus, capitulo nuper, de testibus. Præcipere autem subditis sub obedientia, vel in virtute Spiritus sancti, vt fit apud nos Minores, & alios Regulares, non est in virtute iuramentum sumere, nec consuetudo super hoc videtur bona, vtpotè iuri contraria, & in præiudicium boni communis ibidem art. 8. De quo Syluest. verb. testis numero 6. in fine. Sed de hoc se retractat Auctor, vt videre est ipsa tractat. 10. Ad quod vide Miranda tomo primo ordin. iudic. quæstio. 18. articulo 4. Panormitan. in dicto capitulo nuper de testibus Farinac. quæstio. 24. de testibus à numero primo vsque 29. Paz in praxi primo tomo part. prima in 8. tempore, numero 106. & Miranda supra art. 2. & 3.

33. In dubio non præsumitur testem ignoranter deposuisse falsum propter iuramentum ei delatum, nec admittitur excusatio ignorantiæ, vt in rustico præsumitur: nisi sit magnæ probitatis, & bonæ æstimationis vir, quod arbitrio iudicis relinquitur, tomo 2. quæst. 14. art. 1. De quo Alexand. in rubric. de iureiurand. col. penult. Angelus in l. plaga, C. ad l. Falcidiam.

Ad quod vide Farinacium 5. quæst. 67. de testibus à num. 57. vsque 77. & Miranda supra quæstio. 17. artic. 5. conclus. 12.

34. In causis criminalibus testes falsi sunt puniendi pœna talionis & in causa hæresis tradendi sunt brachio sæculari, ex quodam indulto Leonis X. directo Cardinali Adriano Generali Inquisitori Hispaniæ, & hoc, etiam si eorum dictum non valeat ob defectum aliquem, puta, quia non est eis delatum iuramentum. Sed semper super hoc agendo pensanda est personarum, & delicti qualitas ad augendam, vel minuendam pœnam, acriusque debent puniri talis falsi testes, quàm solet puniri delictum, super quo falsò fuit depositum, ibidem articulo secundo. De quo Cou. in capitul. quamuis pactum, prima par. §. 7. numero 6. Anton Gomez in lib. 43. Taur. Simanchas de institut. Catholic. tit. 64. nu. 24.

De pœna falsi testis vide Farinac. de testibus, quæst. 67. à num. 1. vsque 57. & num. 77. vsque ad 235. & quæst. 16. à num. 1. & quæst. 81. num. 3. Segura de Aualos in suo direct. Eccles. indic. 2. p. c. 2. à num. 14. Couar. lib. 2. variarum ca. 9 num. 1. Iulius Clarus lib. 5. sent. quæst. 12. num. 15. quos refert agendo de pœna talionis, Miranda ordin. iudic. tom. 1. quæst. 13. art. 9. conclus. 5.

35. In quibuscunque criminibus excepta hæresi, regulariter nomina testiũ, & eorum dicta sunt reo propalanda, vt ex refutatione eorum se possit defendere, id enim iuri naturali congruum est. Quod etiam apud Regulares habet locum, & in causis grauibus fieri statutũ est in nostra Religione Minorum, tomo 2. quæst. 15. art. 1. De quo Simancas vbi supra num. 29 Salzedo in pract. crim. c. 128. littera D. pag. 439. & in causis nobilitatis, & exemptionis, tradunt Couar. libro secundo variar. capitulo 13. nu. 10. Azeuedo libro 3. nouæ compilat. tit. 6. lib. 28. num. 2.

An testium publicatio sit de iure naturali, & de essentia, & substantia iudicij, affirmat Panormitan. in capit. olim, & capit. qualiter, & quando el 2. de accusat. contra Hostiensem, & tradit Miranda supra quæst. 14. artic. 2. conclus. 6. Idem tenet Segura de Aualos in direc. par. 2. cap. 14. à num. 2. oppositum tenẽt multi, quos refert Paz in praxi tom. 1. part. 1. in 8. tempor. à num. 134. Quòd testium publicatio in criminalibus, loquendo de iudicio ordinario sæculari, vel Ecclesiastico, sit de substantia iudicij, eiusque omissionem reddere processum nullum, maximè si à partibus petatur, est communis omnium ferè DD. & eam tenet expressè Iulius Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 49. nume. 1. & sequentibus, & quæst. 61. num. 1. De quo etiam videndi sunt Paz vbi supra à numero 135. Farinac. tomo. 2. de testibus quæst. 75. numer. 5. quos refert ad idem Miranda tomo 2. ordin. iudic. quæst. 23. art. 1. concl. 1. vbi concl. 2. tradit, in iudicio extraordinario, & summario, etiam in causis criminalibus testium publicationem non esse de substantia iudicij, vt in causis Inquisitionis, & Religiosorum ad quod citat *cap. vltimum, de hæret. li. 6.* & Simancas *de Cathol. instit. tit. 64. num. 26. & 27.*

36 Licitum est opponere aliquid, quod sit verum contra testes. Causæ autem solitæ apponi, & quæ præcipuè reputantur sunt, conspirationes & inimicitiæ capitales, l. 3. ff. de testibus. l. 1. §. præterea, ff. de quæstionibus cap. repellantur, cap. meminimus, cap. cùm oporteat, de accusat. quæ etiam opponi possunt in causa fidei. Capitalis verò inimicitia ex pluribus causis oritur. Primò ex eo, quòd quis occidit cõsanguineũ alterius, vel ad id dedit operã. Secundò ex eo, quòd minatus est occidere, potẽs id facere, aut solitus minas exequi, ex glo. in l. licet, §. capitalis, ff. de receptis arbitris DD. in l. 1. C. vnde vi. Tertiò ex eo, quod quis aliquẽ accusauit de crimine, ex quo graue damnũ reo poterat obuenire, ex Glo. in l. 3. §. capitales ff. de receptis arbitr. Quartò, quando deposuit in criminali causa contra reum, ca. cum P. Manconella, vbi Anan. & DD. de accus. Quintò, si eum aliquãdo in vinculis detinuit. Sextò, ex iniuriarum prolatione, vel ex verbis improperij, iuxta cap. veniens, vbi Bald. & DD. de iureiur. in quo considerare debet iudex personas, inter quas prolata sunt conuitia. Septimò, qũ quis mouet alteri quæstionem status, videlicet esse plebeium, aut ex genere maculato §. item is, vbi glossa, Institut. de accusat. & §. inimicitiæ, §. si capitales, Instit. de excus. tut. Octauò si mouet quæstionem de prælatione obtenta, & iam confirmata, sicut etiam de omnib. vel de aliqua magna parte bonorum, ex l. 22. tit. 16. partit. 3. Nonò ex eo, quòd quis corporalem iniuriam modo inhonesto in ulit, vt si pugno, alapa, fustibus vel arundine percutit, vel in facie turpiter vulnerauit, vt arg. §. 2. Instit. de Iniurijs, probant DD. Decimò ex eo, quòd dudum fuerunt inimici, si recenter sunt reconciliati c. accusatores, el primer. 3. quæst. 5 l. in ipsius, C. familiæ herciscundæ, vbi Bal. Vndecimò si ab inimico capitali illius descendit, l. athletæ. § dat remissio-

missionem, ff. de suspectis tutoribus, quod extenditur ad collaterales usque ad quartum gradum, argument. l. lex Cornelia, § 1. ff de iniur. & capitul. 1. 3. quæstio. 5. & idem si contraxit inimicitiam cum aliquo de tali familia, præsumitur omnes de illa esse inimicos illius usque ad quartum gradum. Duodecimò, si cum inimicis rei commorantur, vel cum aliquo eorum magna sunt amicitia coniuncti, vel est contracta paréntela (ut nostri loquuntur) seu consideratio cum inimico capitali ipsius, vel contraxerunt inimicitiam cum amicis ipsius, ut colligitur ex capit. accusatoribus 3. quæstio. 5. ubi Geminianus. Ultimò, si sunt de aliqua familia, seu factione contraria, argument dicti cap. accusatorib. Sed in hoc multo iudicio opus est, nam in religiosis talis suspicio sinistra cessat, ex eo, quod quotidie celebrant, & inter se communicant. Quomodo autem circa hoc se debeat gerere iudex, & quando cesset inimicitia, uide apud Doctores mox citandos, *tom. 2. quæst. 15. art. 1. & 2. De quo Socin. in dict. capit. repellantur num. 14. ubi Felin. num. 3. Bald. in cap. venient, ad finem, de iureiurand. Bartol. in l. filius familias, num. 6. ff. de probat. & in l. in quæst. ff. ad l. Iuliam, & in l. 1. ff. quibus et indignis, & in l. 2. §. cum quis ff. de quæstion. Gómez lib. 3. variar. cap. 12. num. 14. §. quod etiam extende, & §. & in tantum hoc est verum, Peña 3. par. Director. Inquisit. comment. 117. pagin. 610. col. 1. in fine. Ad quod etiam vide tradita à Iulio Claro lib. 5. §. fin. quæst. 24. à num. 1. Farinac. de testibus q. 53. num. 3. & sequentibus, & à num. 36. usque in finem, & quæst. 54. à num. 1. & à num. 84. & à numer. 145. & à numero 210. & quæst. 60. à num. 1. ubi tandem agit, an quis possit esse testis in sua propria causa, & post eos Miranda dic. q. 17. artic. 1. concl. 5. §. his de amicitia, in tom. 1. ordin. iudiciar.*

37. Qui opponit testi veritatē non peccat, potestque licitè illi opponere crimen secretum, ratione cuius eius testimonium inualidatur, dummodo reus iustè se defendat, & reuelatio criminis sit necessaria ad sui purgationem, & nō ad euadendam leuem infamiam, & pœnam, sed ad magnam, & proportionatam infamiæ secutæ ex tali manifestatione. Rationabilius autem poterit secretum crimen testis propalari, si is spōte ad iurandum accedit, quàm si à iudice ad id adstringeretur, opponens verò testi falsum, grauiter peccat, etiam si reus iustè se defendat, ibidem articul. 3. De quo D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 3. ubi Aragon, Soto lib. 5. de iustitia quæst. 7. art. 3. & lib. 1. quæst. 1. art. 8. Cordub. libro 1. q. 28. dub. 1. Nauarr. lib. 2. de testibus c. 3. num. 349. Idem docent Portel. verbo testis, num. 30. & in addit. ad dubia nu. 3. ubi addit cum Sayro libr. 12. Clauis Regiæ cap. 19. num. 27. idem esse dicendum, etiam si testis iam tulisset testimonium, & Miranda tom. 2. ordin. iudic. q. 24. art. 1.

38. An autem teneatur quis seruare secretum quod promisit ante litem seruaturum sub iuramēto? Affirmat Auctor in ordine iud. cap. 7. num. 10. quia, inquit, iuramentum est in detrimentum partis læsæ. Unde Portel. in addit. ad dubia dicto, verbo, testis num. 4. resoluit cum communi, quòd si ea promissio iurata facta est reo, & crimen sit secretū, non dependens à futuro, nec contra bonum cōmune, seu publicum, nec in præiudicium tertij tenetur promittens seruare secretum, & iuramentum, secus si crimen sit pendens à futuro, vel contra publicum bonum, vel contra proximum. Quia in hoc casu cōcurrunt duo præcepta naturalia, unum fortius, quale est obuiare malo, & damno Reipublicæ, vel proximi innocentis: & alterum minus forte, quod est promissio facta alteri cum iuramento: quibus simul concurrentibus fortius seruari debet.

RESOLVTIO XLIII.

De Carcere Reorum.

1 Carcer non fuit inuentus ad pœnam, sed ad custodiam, l. 1. C. de custod. reorum de iure verò Canonico ad correctionem magis, quàm ad vindictam datur. Carceris inuentor, vt referunt, fuit Tarquinius superbus, contra clericos verò primus adinuenit carcerem Eugenius II. Papa, imò, & antiquiore tempore vsum carceris inualuisse, constat ex sacra pagina qua narratur Genesis 39. Ioseph venditum in Aegyptum carceri mancipatum esse, tomo 2 quæst. 16. art. 1. & 2. De quo vide Pazin praxi tom. 1. part. 5. capit. 3. §. 2. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 9. nu. 8. Segura de Aualos in Director. 2. part. cap. 13. Iulius Clarus lib. 5. sent. §. fin. q. 46. num. 6. & 7. Farinac. 1. part. tom. 1. li. 2. quæst. 27. num. 93. Gen. 39.

2. Carceralis esse debet, vt in eo custodiantur incarcerati, & non pereat tetro, & obscuro loco inclusi. Apud Regulares tamen, cùm carcer ad afflictionem corporis etiam ordinetur, maiori, & obscuriori clausura possunt detineri delinquente si præcipuè quando crimē est graue, & sola carceris pœna puniri intenditur, ibidem art. 3. De quo Gom. cap. 9. de delict. nu 6. in fine, Iul. Clar. in pract. crim. §. final. quæst. 46. in principio.

3. Religiosi, sicut nec clerici sæculares, non sunt incarcerandi sine præuia informatione delicti, & nisi duo, aut tres testes contestes deponant contra eos, præcedente diligenti examine ipsorum, & maximo consilio in captura, iuxta terminos l. 2. C. de exhibendis reis, (sicut fieri solet apud Inquisitores hæreticæ prauitatis, quando reus delatus insignis est auctoritatis, ad cuius capturā non proceditur, nisi consulto prius supremo Inquisitionis senatu, vt habetur in instructione Inquisitoribus præscripta) ibidem art. 4. De quo Ioan. Andr. in cap. fi clericus, de senten. excommu. lib. 6. & infrà resolut. de pœnis.

Ad quod vide tradita ab Anton. Gomez tom. 3. variar. cap. 9. Bernard. Diaz & eius Comment. Salzedo in pract. crimin. cap. 120. à numer. 1. Paz in praxi tom. 1. par. 5 cap. 3. §. 2. num 2. & seqq. Segura de Aualos in Director 2. par. c. 13. num. 8. Farinac. vbi supra num. 111. & post eos Miranda tom. 1. ordin. indic. quæstion. 15. art. 3. conclus. 3.

RESOLVTIO XLIV.

De Citatione, & interrogationibus reorum.

1 Prælatus supremus, qualis est generalis, potest priuare monachum ab officio prælationis, visitationis, aut procurationis absque vlla citatione, dummodo delictum commissum sit graue, & notorium, aut ex litteris missiuis ab eo subscriptis constet, nullamque habere possit defensionem, ac inexcusabilis appareat, iuxta veriorem sententiam. Secus si omnia hæc non concurrerent, tunc enim, etiam in notorio crimine citationem requiri, verior, & probabilior opinio rationi, & iuri naturali adhærens affirmat, tom. 2. quæst. 17. art. 1. De quo Felin. in cap. cum olim col. 7. & 9. & de re iudic. Aretin consil. 163 colum 8 glo in cap. cum dilectis filijs, verbo dicenda, de purg. Canon. Secuta ab Innoc. in ca. tua, eo. tit. & Spec. tit. de notorio crimine §. 1. vers. scias, Quòd citatio sit de iure naturali, habetur expressè in Clem. pastoralis §. cæterum de re iud. & in ca.

Deus

Deus omnipotens 2. q. 1. & tradit. post Specul. 3. par. tit. de inquit. §. fin. verbo, distinguo, & Vict. Manso in pract. Criminali cap. 7. num. 5. Miranda sup. q. 14. art. 2, conclus. 4.

2. Citatio apud Regulares debet fieri iuxta antiquum stilum, & consuetudinem Religionis per litteras secretarij, Abbatis, Generalis, aut Prouincialis ab ipsis subscriptas reo dirigi solitas, & in eius manibus positas cum omnibus alijs circunstantijs, quibus vocari, seu citari solet ipse reus, & in his, quæ spectant ad iudicij formam, & ordinem consuetudo seruetur. Vnde non est necessariū ad hoc, vt seruetur stilus Romanæ Curiæ, ibidem art. 2. De quo Bart. in l. testium §. testis, ff. de testibus Bald. in l. 2. in principio, C. quemadmodū testamenta aperiantur. Ad quod faciunt tradita à Mir. d conclus 4. ad finem.

3. At quando proceditur per viam inquisitionis, valet processus factus, etiam nulla interueniente partis citatione, sed sententia erit nulla, si proferatur antequam citetur ad respondédum. Quod in Religionibus, in quibus per viam inquisitionis vt in plurimum proceditur, obseruatur ibidem art. 3. De quo Bald. in l. edita num. 3. C. de edendo, & in l. ea quidem 42. C. de legibus Iul. Clar. li. 5. § fi. quæst. 5. vers. poterit itaque iudex & quæst. 50. vers. item quia processum fuisset.

4. Rei interrogandi benè, & humanè tractentur, nec interrogentur de intibus, sed facientibus duntaxat ad rem, neque interrumpi debent in principio confessionis. Sunt autem generaliter interrogandi, deinde paulatim ad speciem procedendum, nullam singularem delicti circunstantiam exprimendo, iuxta ordinem præscriptum in l. 1. §. vt causa ff. de quæst. cætera verò iudicis arbitrio committuntur, qui debet esse subtilis inuestigator, monente iuris cōsulto *in l. de minore §. 1. ff. de quæst.* ad minima, & singularia aliquando descendens, & de circunstantijs etiam remotis interrogans, fingendo se velle facere, quod non vult, vt fecit Salomon fingens uelle puerum diuidere 3. Reg. 3. &
3 Reg. 3.

refertur in cap. afferte, de præsumpt. ac denique debet attendere ad coniecturas verosimiles, quæ capiuntur ex qualitate facti, & conditione personarum *num. 2. q. 18. art. 1. De quo Bart. in dict. l. de minore §. 1. ff. de quæst. & in l. scripturę C. de fide instrum. vbi Salices. Bald. in l. Imperator 1. de statu hominum.*

5. Reus iuridicè interrogatus à iudice competente statim tenetur respondere, & ad veritatem aperiendam adstringendus est, nec danda est illi rēsponsionis dilatio ad deliberādum. Ita tenet consuetudo, & praxis, qua ante datas defensiones, & indiciorum copiam reus interrogari, & examinari solet. Iudices tamen timorati debent notario præcipere, vt testium depositiones absque eorum nominibus coram reo legat, vt inde videat quid contra eum probatum fit, & veritatem fateatur. Quod in causis Regularium, vbi secundùm æquitatem, seu de bono, & æquo proceditur, obseruare oportet, ibidem art. 2. De quo Bal. in l. falsum num. 2. ff. de acquir. hæred. Iul. Clar. lib. 2. recep. sent. §. fin. quæstio. 45. vers. sed quid, Salzedo in pract. crim. cap. 126. verb. copia indiciorum. Idem post D. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 1. & 2. vbi Aragon, Bañez, & Salon, Soto de secreto memb. 2. & 7. q. 2. & latiùs quæst. 7. conclus. 1. & lib. 5. de iustitia qu. 6. art. 2. conclus. 2. docet Miranda tom. 2. ord. iud. q. 19. art. 7. conclus. 1. & art. 12 per totum.

6. Tunc verò dicetur iudex rectè procedere ad confessionē exigendam à reo quando contra eum in accusatione extat vnus testis ocularis omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura illi testi æquipolentia vel etiam infamia. At in crimine occulto piaculum est, &c. à pietate Christiana alienum reum interrogare, ibidem art 3. De quo Bartol. in l. final. num. 7. ff. de quæst. Salzedo in pract. crim. cap. 126. § quod autem dicatur. Miranda ad idem dict. art. 7. conclus. 2. & art 8. conclus. 1. ubi dicit esse peccatum grauissimum iudicem extorquere à reo, quod ipse non tenetur dicere.

7. Licèt reus legitimè interrogatus,

teneatur ueritatem patefacere in causis ciuilibus, & criminalibus, in quibus pœna sanguinis nō imminet, seu timetur & in omnib. spiritualib. controuersijs in causis tamen capitalibus, & ubi de graui dedecore, & infamia agitur, naturalis æquitas dictat posse reum salua consciētia, ueritatem absque mendacio uerborum artificio contegere, ibidem artic. 4. De quo Nauar. lib. 2 de testib. cap. 4 nu. 142. Salzedo in pract. crim. c. 126.

Idem tenet citans ad nostrum Scotū Ioan. Malderus, tract. 6. de iustit. cap. 2. fol. 527. qui id extendit ad causam triremium, & amissionem omnium bonorum, & inclinat Saa in aphorism. uerb. actus iudiciales, titulo de reo, num. 17. quibus citatis nostræ sententiæ Auctorique adhæret. Portel. uerb. reus, nu. 43. seu uerb. correctio fratrum, quem etiā consule in addit. uerb. reus, num. 5.

8 Reus legitimè interrogatus si pertinaciter nolit respondere, potest compelli à iudice ad manifestandam ueritatem, aliàs habetur pro confesso, illi tamen licebit petere priùs copiam processus, vt videat quo pacto, & qua obligatione ad respondendum teneatur. Si verò sit dubium, an legitimè interrogetur, confessarius debet iudicare in fauorem rei, quòd scilicet non legitimè interrogatur, ibidem art. 5. De quo Roderic. Suarez in l. 4 tit. de las iuras, mēbr. 2. princ. Iulius Clar. lib. 5. recept. sentēt. §. fin. quæst. 45. verb. sed pone, Soto de tegen. secr. memb. 2. quæst. 7. concl. 3. p. 62. & de iust. lib. 5. q. 6. art. 2. Vide Nau. in sum. cap. 25. num. 33. Bernard. Diaz in pract. crim. cap. 126. vbi Salzedo Caiet. & Arrag. 2. 2. quæst. 60. art. 2. Segura de Aualos in suo Directorio, 2. par. cap. 14. nu. 30. post quos Mirand. ar. 13. infrà citando, & faciunt tradita ab ipso d. q. 19. art. 12. conclus. vltim. vbi plura tradit pro confessoribus in fauorem reorū, & art. 13. vbi resoluit, debere priùs reo constare de meritis & iustitia processus & interrogatorum à iudice (extra crimina vergētia in perniciem publicam) vt respondere teneatur.

9. Si autem reo defertur iuramentū, tenetur respondere secundum mentem iudicis iuridicè interrogantis, aliàs mortalis culpæ reus erit, nec licet vti verbis æquiuocis, & amphibologicis, seu dissimulatorijs in iuramento, sed simpliciter veritatem confiteri debet; nisi in casu, de quo suprà num. 7. aut quando iuridicè non interrogatur à iudice, ibidem articulo 6. De quo D. Thom. 2. 2. *quæst. 89 art. 7. ad 4 Soto 5. de iustitia quæst. 1. art. 7. & quæst. 6. art. 2. conclus. 7. p. 443. Arragon 2. 2. quæst. 33. art. 8.*

Ad quod faciunt tradita à Miranda d. quæst. 19. art. 8. conclus. 1. & 2. & de iuramento sumendo à reis, agit eadem q. 19. art. 6. & art. 9. resoluit, non peccare mortaliter reum, qui veritatē negat interrogatus, etiam cùm iuramento, nō de aliquo in particulari, sed in communi, ibidem d. art. 9. conclus. 5.

10. Reus interrogatus de reb. parui momenti non peccat celando veritatem, etiam si in virtute obedientiæ id præcipiatur. In dubio verò, an sint res minimæ entitatis subditus tenetur parere, nisi ex eo graue damnum proximo sequatur, vel nisi iuramento confirmetur. Quod limita in casu, quo ex confessione subditi innocentis occasionem sumet prælatus ad eum iniustè puniendū, tunc enim potest celare veritatem, etiā si cum iuramento interrogetur, ibidem art. 7. De quo Arrag. 2. 2. q. 69. ar. 2. *par. 304. Soto de tegend. secret. membr. 2. q. 7. conclus. 3. & 7. pag. 62.* Idem docet citatus multis Miranda supra art. 8. concl. 1.

11. Reus conuictus de vno crimine non potest de alijs interrogari, seu inquiri, nisi contra ipsum respectu talium criminum adsint indicia magna, & æquiualentia semiplenæ probationi, ibidem art. 8. De quo Nauarr. c. 25. nu. 36. Soto 5. de iustit. q. 6 art. 2. & de tegen. secr. membr. q. 6. dub. 5. Idem post Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. vbi Arrag. docet Miranda ibid. art. 10. pro quo citat capit. cum oporteat, cap. inquisitionis, ca. qualiter & quando, de accusat.

12. Si negatione rei legitimè interrogati non obstante sententia grauis contra ipsum lata fuerit, [illegible] negando veritatem mortaliter peccet, non tenetur post condemnationem

se

se patefacere, confitendo delictum, dummodo ex eo graue damnum alicui non resultet. *ibid. art. 9.* De quo Nauar. *cap. 25. num. 38* Segura de Aualos *in direct. 2. p. num. 36. cap. 17.* Idem docet Miranda *d. q. 19. art. 12.* vbi de hoc aduertit confessores reorum, ne eos compellant publicè confiteri sua crimina.

13. Reus aliquando tenetur complices declarare, si iuridicè super hoc fuerit interrogatus, dummodo tamen credat illos paratos esse ad similia crimina patranda cum maximo Reipublicæ, aut priuatorum dispendio, & non sit spes emendæ, etiam si fraternaliter corrigantur, vt in plurimum contingit in latronibus falsificatoribus monetæ, hæreticis, & lamijs, qui sunt statim manifestandi, etiam si de illis inquisitio non fiat. Iudex verò non poterit de complicibus inquirere, nisi in casibus iure permissis nec debet interrogare de aliquo in speciali, sed tantùm in communi, teneturque reo declarare, quomodo, & quibus in casibus debeat complices manifestare, aut dare illi licentiam ad deliberandū consulendo viros doctos. Licitum est tamen iudicio inquirere de complicibus, etiam non infamatis, nec indiciatis, si procedit vt pater ad correctionem, & non ad vindictam. Sed in hoc sint subditi circunspecti, cum illis non constet, nec facilè constare possit prælatos vt patres processuros, ibid art. 10. De quo Soto de teg. secr. memb. 2. q. 6 concl. 4. Cord. de casibus q. 65. Arag. 2. 2. q. 69. art. 2 num. 3. quidquid Nauar. in c. inter verba, conclus. 6. corol. 51. num. 128 contendat, consuetudine introduci posse, vt in quocunque crimine inquisitio fiat de complicibus nulla infamia laborantibus, qui ab omnibus meritò reprobatur, vt testatur Miranda d. q. 19 art. 11. conclus. 8. in fine, vbi per totum probat doctrinam suprà traditam nostri Auctoris. & conclus. 4 tradit, quod in criminibus natura sua complicem requirentibus, vt sodomia, &c potést interrogari de socijs, si sunt publica, & *d. conclus. 6* concludit, quòd quandocunque de non incurrendo aliquod graue damnum timetur, maximè verò contra Rempublicam licitum est reos de occultis complicibus interrogare absque præcedente infamia.

14. Ad veritatem extorquendam bene potest iudex dare iuramentum reo interrogato, loquendo de iuramento necessario, quando scilicet à iudice offertur reo, vel actori. At non debet, nec licitè illud dare potest ad petitionem partium ex iuribus traditis à gloss. in l. bonæ fidei, C. de rebus creditis, nec dandum est passim omnibus, sed his tantum, quorum crimen habet inchoatam, semiplenamque probationem, vel expressa indicia, aut infamia, nec sufficiunt sola indicia, vel sola infamia ob periculum periurij, aut occulti criminis detectionem. Vnde si timetur periurium, non licet iuramentum dare, nisi tertij, aut boni publici ratio aliud suadeat: quod in testibus etiam procedit. Et aduertant iudices, quòd nunquam interrogationes adhibeant reo, nisi soluto à vinculis, & è carcere educto, idque etiam Regulares obseruent, cum hæc libertas ad substantialia iudici, & non ad apices iuris spectet, ibidem artic. 11. De quo D. Thom 2. 2. quæstion. 69. articul. 1. Bern Diaz in pract. crim. capitul 118. Idem docet communis DD. Pan. in cap. cum clerici, de cohabitat. cleric. & in cap. fin. de iureiur. & in cap. cum super, de confessis. Cardin in Clement. vnica, de iureiuran Host. in summ. tituil. de iureiuran. Anton. Gomez *tom. 3. capit. 12. numer. 5. Iul. Clar. lib. 5. § fin. quæstion. 45. numer. 9. Paz in praxi tom. 1. part. 5. cap 3. § 4. numer. 9. Far. tom. 3. quæstion. 81. capit. 8. numer 142. Bern Diaz in praxi capit.* 126. Qui omnes loquuntur de iuramento desumpto à reo ex iudicis officio; eosque refert, & sequitur Mirand. *d. quæstion. 19. articul. 6.* & quòd à iuramento sit abstinendum, quotiescunque periurium timetur, tradit Gomez *suprà numer. 5.*

RESOLVTIO XLV.

De tortura, seu tormentis.

1. Tormentorum genera arbitraria sunt, potestque Iudex id torméti genus imponere, quod ad veritatem exprimendam sibi commodius videbitur iuxta qualitatem personæ, & indiciorum, dum modo insolita tormentorum genera non adhibeantur, sed quæ vsu recepta sunt, Funis, vt vulgo dicitur, seu chordæ tormentum hodie vbique frequens est, à quo non est receden dum. tom. 2. q. 19. art. 1. De quo Gomez lib. 3. var. c. 13. nu. 5.

Tormentorum vsus in casibus iure præscriptis licitus est, & approbatus à sacris Canonibus, cap. illi. 5. quæst. 5. & cap. circuncellion. 23. quæst. 5. quod est D. Augustin. & tradunt DD Iulius Clar. lib. 5 sent. § fin. quæstion. 64. à n. 14. Paz in praxi tom. 1 part. 5. cap. 3 §. 12 Farinac. tom. 1. tract. de indicijs & tortura, quæst. 36. cum seqq & post eos tradit Miranda tom 2. Ord. Iud. quæst. 26 art. 1. & 2. vbi docet, non semper in omni causa, & in quolibet delicto prestari debere tormentum, *per l. edictum ff. de quæst.*

2. Antequam ad torturam deueniatur priùs de delicto constare debet. Tunc verò de delicto constare dicetur, quando adest semiplena probatió, vel sufficiens indicium ad torquendum. Indicia autem per quæ ad torturam deueniendum est, debent esse non leuia, l. 1. in principio, ff. de quæstion. l. milites, § oportet, l. cùm cognitionaliter, C. eodem titul probata, inquam, ad minus per duos testes, legitima, & à iure approbata, vel saltem communi voto Doctorum recepta, nec deuenitur ad torturam, nisi in defectum probationis, ibid. artic. 2. De quo Bruno de indic. & tort. part. 2. quæst. 5. & 8. nu. 2. Iul. Clar. in Pract. Crim. § fin. quæst. 64. §. debet autem index. Vide tradita ab Speculat. tit. de præsump. §. species, nu. 10. ad finem Menoch. consi. 283. à numer. 5. Maschard. de probat. lib. 1. concl. 23 3. à num. 3. & lib. 3. & lib. 3. concl. 138. Iulio Claro, Gomez, & Paz, vbi supra, Farinac. loco citato, quæst. 37. à num. 5 & à num. 43. vsque 53. & post eos, & multa ad id congesta resoluit Mirada dict. quæstio. 26 art. 3. & 4. præcipuè concl. 2. 3. & 4. qui ea conclus. 4. cócludit, indicia debere esse plura ad torquentum, nec sufficere vnum, si sint remota, & nō immediata delicto, & eorum quod libet probatum per duos testes contestes. Vbi etiam concl. 5. addit, in delictis occultis, & difficilis probationis sufficere minora indicia, & non ita plené probata. Quod etiam extendit ad reum, qui interrogatus iuridicè à iudice, renuit respondere, vel respondet non ita præcisè, vt tenetur, quia talis potest absque alijs indicijs torqueri, non ad habendam eiusdem confessionem, sed ad extorquendam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam præcisè super delicto, ad quod citat Anton Gomez tom. 3. variar. cap. 12. nu. 5. Iulium Clar. lib. 5. sent. § fin. qu. 45. nu. 6. §. sed pone, & Mascar. lib. 3. de probat. concl. 1385. nu. 15. idque in praxi obseruatum, vidisse ait ipse Mascar. etiam quando reus respondet per verba dubia dicendo, nón scio, vel non recordor. Et tandem concl. 6 concludit, quòd relinquitur iudicis arbitrio, quę sint sufficientia & legitima indicia ad torturam, id tàmen arbitrium non debet esse omninò liberum, & absolutum, sed regulatum iuxta terminos iuris, & æquitatis.

3. Vt cognoscatur, quibus ex causis, & indicijs ad torturam sit deueniendum, accipe sequentes regulas. Prima per variationem delinquentis sumitur indicium ad torturam, si varietas, vacillatio aut mendacium deprehendatur circa substantiam facti, de quo quæritur: secus circa alias circunstantias extrinsecas, & remotas. Vnde sola variatio, turbatio, trepidatio, seu titubatio, vel pallor non sufficiunt, nisi præcesserit

rit infamia. Secunda regula. Siquis de aliquo delicto per vnicum testem fuerit coniunctus, simulque de eo diffamatus, potest poni ad quæstionem de tortura. Tertia regula. Fama de delicto commisso simul cum alijs grauibus indicijs sufficit ad torturam. Quarta regula. Ex vehementibus, aut violentis indicijs torqueri quis potest, etiā absque infamia, vel testibus: nam si vni cum tantùm indicium vehemens, seu violentum, & cum crimine coniunctū est sufficiens ad torturam, multo magis si sunt plura. Quinta, sola fama, vel infamia vehemens est sufficiens ad torturam. Sexta, fuga delinquentis simul cum fama sufficit ad eum torquendum. Septima ex fama orta contra aliquem, quam primùm delictum fuit commissū concurrentibus alijs adminiculis, alijsque coniecturis verosimilibus præcedētibus potest ad torturā deueniri, quod relinquitur iudicis prudentis arbitrio. Tandem duo socij in crimine deponentes contra aliquem sufficiunt ad eū torquendum, si neget: secus si vnus tantū socius in crimine deponat, licèt quale quale inde indicium oriatur, ibidem art 3. De quo Iul. Clar. in pract. criminal. § fin. quæst. 21. Penna in Direct. Inquisit. 3. part. comment. 90. pag. 595. col. 1. num. 1. Gomez 3. *variar. cap. 12. num. 2. ad finem, & cap. 13. num. 10.*

De fama, seu infamia sufficiente ad torturam tractant Antonius Gomez tom. 3. variar. cap. 13. nu. 10. post glossa, & Bartol. in l. de minore, §. tormenta ff de quæstion, per textum ibi. & in l. 3. §. eiusdem ff. de testibus, & Canonistæ in cap illud, de præsumpt. Iulius Clar. lib. 5 sent § fin quæst. 21 num. 1 §. fama sola, Farinac. vbi supra à nu. 17. vsque ad 34. Simancas de Catholis. inst. tit. 65. num. 37. & post eos Miranda dicta quæst 26 art 5 conclus. 1. vbi resoluit, quòd si fama, seu infamia fuerit vehemens, & nòn à maleuolis, sed à beneuolis, & fide dignis exorta, & præsertim si ea sit de aliqua persona aliàs vili, & infami, ac suspecta bene sufficit ad torturam, & conclus. 2 ad hoc requirit, & ponit multas conditiones, & qualitates. Deinde art. 6 conclus. 1. resoluit, semiplenam probationem, quę habetur per testimonium vnius testis fide digni, & omni exceptione maioris sufficere etiam ad torquendum reum, idqꝫ expressè haberi l. 3. C. ad l. Iuliam maiestat. verbo, conuictus, & in l. 1. ff. de quæst. & in l. fin. verbo, Indicij, C. famil. erciscund. & art. 7. tradit, quòd confessio extraiudicialis, quamuis non plene probet, probat tamen semiplenè, & facit indicium ad torturam, & ibidem conclus. 2. idem dicit de confessione facta coram iudice incompetente, & probat ex cap. & si clerici, de iudicijs, vbi DD. communiter. Et art 8. docet, quòd fuga prætensi delinquentis indicium facit ad torturam, si cum alijs adminiculis sit coniuncta, & per duos testes contestes probata; eo quòd semiplenè tantùm probat, per textum in l. lege Cornelia, ff ad Silanian. & ibi Bartol num. 1. & in l. 1 §. fin. autem post commissum, C. de rapt. virg. & colligitur ex l. in eos ff. de custodia reorum, & in l. 3. §. si ad diem ff. de re militar. per quæ iura id tenet Bart. & plures DD. in l. quis sit fugitiuus, §. sicuti, ff. de ædilit. edicto, & tandem art. 12. agit de alijs pluribus indicijs ad torturam, vt de emendacio in iudicio prolato, iuncto alio adminiculo: de vacillatione, titubatione, trepidatione, tremore, timore, pallore, & similibus, concurrentibus infamia, vel alijs adminiculis, seu præsumptione, de quibus Auctor. in prima regula, & est expressa doctrina Bart. in l. de minore. § plurium, nu. 2. ff de quæstion. ibi Quæ quis constantia, qua trepidatione quis diceret, &c. & in l. final. nu. 2 ff eod. tit. De quo Iulius Clar. lib. 5 sent §. fin. quæst. 21. nu. 39. §. cęterum, Simancas de Catholic. instit. quæst 35. num. 33. De alijs indicijs quæ ibidem refert Miranda dict. art. 12. & art. 9. 10, & 11. nolo in præsentiarum agere, quia magis ad iudices sęculares, quàm ad nos spectat.

4. Nullo modo est procedendum ad torturám, vel ad aliquam sententiā, antequam detur reo copia indiciorum cum certo termino ad se purgandum, per textum in l. vnius, §. cognituris, ff. de qu capit. cùm inter, de exception.

Clem.

Clem. Pastoralis, de sentẽt. & re iudicata, & alijs, cui etiam propalanda sũt nomina testium, iuxta cap. qualiter & quando el secundo. §. debet igitur, de accusat. etiam quando iudex procedit ex mero officio, vel etiam si inquisitus sit malæ famæ, & vitæ: nam sublatis istis tollitur defensio de iure naturali, nisi constaret, eum data dicta copia indiciorum nullam adhuc habere defensionem. ibid. art. 4. De quo Gomez de delictis, cap. 13. nu. 21. Carrera in Pract. §. circa secundum, num. 12. Idem resoluit cum communi DD. P. Mirãda dict. quæst. 26. artic. 14. post Antonium Gomez tom. 3. variar. capit. 13. numer. 21. Farinac. tractat. de indicijs, & tortura, quæst. 38. numer. 3. & latiùs quæst. 39. à numer. 1. vsque ad 54 Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 77. numer. 4. Marsil. in dict. l. vnius. §. cognituri, numer. 77. cum quibus tradit, propriam defensionem adeò esse de iure naturali, vt neque excommunicato, nec ipsi diabolo (si in iudicio nunc posset adesse) esset deneganda. Vbi etiam conclus. 2. numerat quatuor casus, in quibus non est danda dicta indiciorum copia reis ante torturam. Primò quando quis suis renunciat defensionibus; sed id limitat, & meritò, casu quo reus pœniteat eam renunciationem fecisse, tunc enim poterit adhuc se defendere, & suas allegare exceptiones. Secundò, quando delictum fuerit notorium, vel reus repertus fuerit in flagranti delicto. Vbi etiam obiter idem asserit, quando reus calumniosas exceptiones, & defensiones proponit ad protrahendam, & in longum dilatandam cõdemnationem, quas iudex merito reijcere debet. Tertiò, in latronibus famosis, & Assasinis, pro quibus constat nullam adesse causã defensionis. Quartò, in pœnis pecuniarijs, & temporalibus, in quibus reus suis voluit renunciare defensionibus. Sed de hoc multum dubito, quia nemo potest renunciare defensioni propriæ à iure naturali introductæ, vt tradit Farinac. suprà, num. 67. quamuis ibi dicat posse renunciari defensioni introductæ à iure mere ciuili, seu ab apicibus iuris. Et quantum ad nomina testium propalanda, idem docet ipse Miranda eo artic. 14. concl. 3 vbi etiam id probat per quandam Bullam Pauli III. pro statu Ecclesiastico, quæ extat inter constitutiones Pontificales, apud 1. p. Bullarij, Bulla 58. id tamen limitat in casibus, in quibus graue aliquod imminet periculum, puta si reus sit potens, & timeatur, ne offendat, vel offendere faciat testes contra eum testificatos, vt habetur in cap. fin. de hæret. lib. 6. qui quidem textus loquens tantùm de crimine hæresis, ad alios casus extendendus est, ex communi DD. sententia. An verò Religiosis testium nomina reuelãda sint? negat ipse Miranda tom. 1. Ord. iud. qu. 14. artic. 3. conclus. 2. nisi in aliquo casu grauissimo, & specialissimo, puta in causis grauium criminum.

5. Reo idiotæ, mulieri, pupillo, vel alio ignoranti verosimiliter, se defendere tenetur iudex dare copiam indiciorum, etiam ipso non petente, nisi habeat doctum pro se aduocatum rectè suum exequentem munus sine dolo, vel lata culpa, aut ignorantia. Secus si reus sit litteratus, & sciens talem copiam esse postulandam; tunc enim iudex eam dare non tenetur, eo non petente, & secundum hoc concordantur duo super hoc oppositæ opiniones, *ibid. art.* 5. De quo Carrer. *vbi sup.* § *circa secundum n.* 7. Hippolytus *in Praxi.* § *nunc videndũ, in principio.* Vide Farin. *vbi sup. d. q.* 39. *à num.* 1. vbi multa tradit circa dandã indiciorum copiam à iudice ex officio, etiam non petenti.

6. Non valet confessio facta in tortura non data copia indiciorum, quando iudex tenetur illam dare absque eo quod petatur, etiam si postea ratificetur extra tormenta, & ex tali confessione non sit puniendus reus. In casibus verò; in quibus iudex non tenetur dictam copiam dare reo non petenti, benè valet talis confessio. Quod in causis Regularium omninò obseruandum est, nam manifestatio indiciorum non est de apicibus iuris, sed potiùs quid spectans ad substantiam, & essentialia iudicij, *ibid. art.* 6. De quo Gomez 3 *var. nu.* 8. *vers.* 2. Hippolit. *in Pract.* §. *expedit, n.* 87. Vide ad hoc tradita à Farinac. *vbi sup.*

sup, & à P. Mirand. *d. art.* 14. *conclus.* 1. *circa finem.*

7. Clerici, & monachi quando ex causa sunt torquendi, id fieri debet cum debito moderamine, non sicut in foro sæculari, vbi seueriora tormenta exercentur, sed tantùm virgis subijciẽdi sunt, dummodo incolumes seruentur, ibid. art. 7. De quo Abb. *in cap.* 1. *extrà de deposito.* Vide ad hoc Iulium Clar. *lib.* 5 *sentent.* §. *final. quæst.* 64. *nu.* 24. Bernard. Diaz, & Salzedo, *in pract. crim. cap.* 25. *à nu.* 1. *Paz in praxi, tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 12. *numer.* 49. *Simanc. de Cathol. instit. titul.* 65. *à num.* 47. *Farinac. de indic. & tortura, quæstion.* 41. *à numer.* 2. quibus relatis idem resoluit P. Mirãda *dict. quæst.* 26. *artic.* 13. *conclus.* 2. vbi ad finem aduertit, clericos, vel monachos (casu quo debeant torqueri) non esse torquendos per laicos propter indecentiam, idque rarò, imò & rarissimè in aliquo specialissimo, & grauissimo casu, per magna, & grauiora, seu vrgentiora, quàm in alijs, indicia, sicut fit cum nobilibus, vt concludit *ibidem conclus* 4.

8. Priuilegium, quo prælatis Regularibus conceditur verberare subditos per alium causa correctionis, etiam extra necessitatem vrgentem, non extenditur ad id agendum per laicum familiarem monasterij deferentem habitũ Tertij Ordinis, etiam vrgente necessitate. Nec eisdem prælatis licet subditos cædere, seu flagellare, nisi modo consueto in Religione, vt sunt consuetæ disciplinæ funium, aliæ verò castigationes, & torturæ in manibus, in pedibus, aut in scapulis cum guttis feruentibus super dorsum religiosorum destillatis omninò illicitæ, & prohibitæ sunt, vtpote excedentes modum consuetum Religionum, ibidem art. 8. De quo Nauarr. lib. 5. consi. tit. de sententia excommunic. consi. 28. Soto de iustitia lib. 5. q. 2. artic. 2. vide etiam in Addit. sum. tom. 4. c. 155. num. 15. Vbi resoluit Auctor nullo modo esse torquendum religiosum per laicum, etiam in causa grauissima, deficiente Fratre, qui id æquè bene possit facere, ad quod addu cit, & congerit perdoctè multa.

9. Repetitio quæstionum, & cruciatuum relinquitur iudicis arbitrio. Communior sententia tenet, quòd si noua indicia non superuenerint, semel tortus, vt conuenit, non est amplius torquendus. Secus si noua indicia primis fortiora superuenerint, tunc enim licita erit talis repetitio tormentorum, l. 18. vnius, §. 1. ff. de quæst. Sed apud Regulares id omninò non decet, nisi in grauissimo delicto, & vehementibus, multisque fortioribus primis id suadentibus indicijs, *ibid. art.* 9. De quo Marsil. *in l. repeti, numer.* 7. & 8 *ff. de quæst.* & *in Pract.* §. *quoniam num.* 9. Menoch. *de arbitrarijs centu.* 3. *casu* 272.

De repetitione, seu iteratione torturæ agunt DD. *in l. repetit. ff. de quæst. Paz in praxi* 1 *tom. part.* 5. *cap.* 1. § 12. *à nu.* 13. *Anton. Gomez tom.* 3. *variar. cap. num.* 26. *Iulius Clar. lib.* 5. *sent.* §. *fin. quæ.* 64. *num.* 46. *Farinac. de indicijs, & tortura quæst.* 38. *à nu.* 72. *vsque ad* 96. *post quos Miranda dict. quæst* 26. *art.* 18. vbi ad finem resoluit *conclus.* 2. non posse quem torqueri pro eodem delicto vltra tertiam vicem, quod in criminibus proditionis, falsæ monetæ, furti & rapinæ admittit tantùm *l.* 4. *tit.* 30 *part.* 7. apud Hispanos, in alijs bis tantùm torquere licet.

10. An autem liceat ob metum tormentorum crimen falsum de se fateri, magna est controuersia inter Doctores. De quo duo sunt oppositæ opiniones. Primã affirmat talem confitentem mortaliter peccare, & grauissimè, sicut qui alteri falsum testimonium impingit. Alij negant, quorum opinio sequi poterit casu, quo ex tali confessione ipsi soli confiteri damnum imminet, non verò quando redundat in præiudicium alterius, vt fit in crimine hæresis, & in alijs absurdissimis, nefandisque flagitijs, præcipuè si sit vir grauis, vel religiosus optima fama præditus, vel sanctitate, aut litteris conspicuus, ibidem articul. 10. De quo Soto de ratione tegendi memb. 1. quæst. 3. & 4. & de iustit. quæst. 2. artic. vlt. Nauar. *in cap. inter verba,* 11. *quæst.* 3. *conclus* 3 *corol.* 41. Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 8.

Quòd

Quòd confessio in tortura emanata erroris prætextu possit reuocari, probato prius errore tenet Blad. in l. fin. num. 2. C. de probat. & in l. 2. num. 4. C. de custod. reorum, & tradit Farinac. *quæst. 81. de reo confesso, & conuicto num. 115. & 337. cum sequentibus*, & probat per text. *in l. 1. § si quis vltro, verb. perseuerante*, vbi glossa, *ff. de quæstionibus*, & refert P. Miranda *tom. 2. ord. iud. qu. 19. art. 15.*

RESOLVTIO XLVI.

De Purgatione Canonica.

1. CAnonica purgatio indicenda est illis, contra quos adest fama de crimine, aut graue scandalum, aut vehemens suspicio, cap. constitutus, cap. inter, cap. cum in iuuentute, & toto titulo de purgatione canonica. Pro quo aduerte, quòd infamia simplex, & absque scandalo, & originem trahens à maleuolis procurantibus non sufficit ad purgationem indicendam, vt expresse habetur cap. inquisitionis §. quæsiuisti, de accusat. dict. cap. cùm in iuuentute, & cap. penult. de purgat. canonica. Quod maximè perpendere debent iudices Regulares, nam sæpe fallax est infamia, sæpeque fallitur humana suspicio, præcipuè quando excitatur à quibusdam temerarijs hominibus, qui ex leuibus coniecturis, & signis grauia quidem, & enormia scelera suspicari, ac asserere audent in magnum alieni honoris, & famæ dispendium, quique virtuti inuidentes, ac insidiantes eam in claris viris falsorum criminum puluere obnubilare prætendunt. tom. 2. q. 26. art. 1. De quo Bern. Diaz in Pract. cap. 143 num. 9. Abb. *in cap. qualiter, & quando el 2. de accusat. colum. penult.* Vide ad hoc Syluest. *verb. purgatio canonica, numer. 2. qu. 2.* & eundem Bernard. Diaz *in Pract. cap. 48. num. 8. et sequentibus*, quibus, & alijs multis citatis, idem ferè resoluit Miranda *tom. 2. ordin. iudic. quæst. 28. art. 2.* vbi latissimè.

2. Purgatio ritè perfecta operatur declarationem innocentiæ rei, quam facere debet iudex, eumque absolutum in pristinum statum restituere, cap. ex tuarum, de purgat. canonica. Vnde accusatus deficiens in purgatione punitur pœna ordinaria tanquam conuictus. Secus si inquisitus, vel denũciatus fuit, aut infamatus, tunc enim pœna arbitraria puniri debet. Sed hoc non habet locum in religiosis accusatis deficientibus in purgatione, quibus non est imponenda pœna ordinaria, ibidem art. 2. De quo Syluest. verb. purgatio canonica, vbi suprà num. 7. Idem docet post Syluestrum loco citato, & Simancas de Catholicis instit. tit. 56. à num. 17. vsque 24. P. Miranda suprà art. 3. concl. 1. & concl. 2. probat, accusatum deficientem in purgatione canonica puniri tanquam conuictum, per text. in capit. de hoc, et cap. insinuatur, de simon. & cap. cum P. de purgat. canonic. & quoad inquisitum, & denunciatum puniendum pœna arbitraria, probat ex Goffredo, Hostiensi, & Panorm. *in capit. accedens, de accusat.* de quo vide Simanc. *vbi suprà num. 13. 14. & 15.*

3. Absolutus per abiurationem de leui, quæ est quædam purgatio Canonica, est habendus pro innocente, ac si nõ commisisset crimen, de quo accusatus fuit, nec in aliquo illi nocere debet crimen impositum, etiam si sit hæresis, *tom. 2. quæst. 132. art. 2.* De quo Nauar. *lib. 5 consil. tit. de hæreticis consil. 5.* & faciunt maximè tradita à Miranda *dict. art. 4.* & à DD. suprà relatis.

RE-

RESOLVTIO XLVII.

De Sententia diffinitiua.

1. IVdices in sententia ferenda tenentur rectissimè custodire potissimũ veritatem tanquam iustitiæ matrem,& æquitatem, Diligite iustitiam, ait Sapiens, qui iudicatis terram, iustitiam semper oleo misericordiæ mitigantes, & misericordiam cum seueritate temperantes,vt deducitur ex sententia Diui Gregorij relata in c. summopere. 11. qu 3. in illis verbis vt in dictandis sententijs nullatenus lenitate, aut furore ducti sint præcipites,& ex cap, vera iustitia, dist. 45. In causis leuibus ad gratiam,& clementiam proniores se ostẽdant,in grauibus verò rigorem legum adhuc moderentur,& quando virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor,cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibenda est, vt habetur in Concilio Tridentino. Vnde ad punitionem,& vindictam principaliter non debent intendere, sed ad emendam, & correctionem, officium enim iudicis est peccatorum, & delinquentium saluti prouidere magis, quã pœnam exigere, maximè apud Regulares,& Ecclesiasticos:nam Episcoporum, & Prælatorum proprium munus est subditorum vitia redarguere, cauendo ne clerici, vel monachi criminosi sint, ne vè inhonestam vitam ducant, vt habetur in Concilio Tridentino. *tom. 2. quæst 21. artic. 1.* De quo Bald. *in capit. quoniam contra, de probat. & in rubrica de constitut. pecun. consil. 146.* Molinæus *in Consuetudin Parisiens. §. 41. numero 86. signl. 11.* Ad quod facium tradita à Nauarr. *in rubrica de iudicijs numer. 71.* Aragon, Bañez, & Salon *in 2. 2. D. Thom. quæst. 60. art. 5.* & post eos Mirand. *tom. 2. ordin. iudic. quæst. 27. art. 1. conclus. 1. & 4.* & præcipuè *artic. 6.*

Sapien. 1.

Trid. sess. 13. c. 1. de ref. form.

Trid. sess. 14. in proœmium de reform.

2. Prælati, & iudices Regulares in iudicando tenentur seruare sacros Canones, quibus, etiam si sint inferiores, moderare licet pœnas ordinarias Canonicas, dum modo id fiat ex legitima causa, & in ipsa sententia: Expressio autem causæ iuxta probabilem, & communem sententiam non est precisè necessaria ad validitatem ipsius sententiæ, sed sufficit dicere, ex iustis, & rationabilibus causis id fieri, *ibid. art. 2.* De quo Menoch. *contr. illustrium cap. 14. nu. 5.* Iulius Clarus *lib. 5. recept. sentent. §. fin. qu. 8. §. vlterius quæro.* Tiraquell. *tractat. de pœnis in præfat. num. 16.*

Quomodo iudices debeant secundũ leges scriptas iudicare, ostendit P. Miranda dict. art. 1. per totum, vbi concl. 4. dicit, aliquando omissis verbis legis, iuxta mentem, & intentionem legis latoris iudicandum esse. De pœnarum remissione, seu moderatione à iudicibus ex causa facienda, vide Abb. in c. 3. de pœnis, & cap. nisi, de offic. delegat. Couar. lib. 2. variarum cap. 9. num. 8. Iul. Clar. libr. 5. sentent. § fin. quæst. 85. num. 10. & quæst. 86. num 10. Farinac. 1 part. quæst. 5. de inquisit. num 8. & quæst. 17. à num 10. & præsertim nu. 67. & multis citatis tradit Miranda dict. quæst. 27. artic. 5. vbi ad id refert l. aut facta § persona, & l. capitulum, § secundum, ff. de pœnis, & cap. & si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs, vide etiam quæ tradit ibidem artic. 6. concl. 8. ad finem, de causa exprimenda in sententia super moderatione pœnæ, & tradita à Suarez *de legibus libr. 6. capit. 11. num. 8. & 9.*

3. Deficiente verò iure Pontificio, & statutis Ordinis, & propriæ prouinciæ, aliarũm vt prouinciarum, & Religionum recurrendum est ad ius commune, & ad leges regni, earum rationem, & mentem legi naturali conformem suis applicando causis, & secundùm eam iudicando. Debent etiam dicti prælati Regulares iudicare iuxta consuetudines legitimas, non autem prauas, & introductas à negligentibus, & zelo iustitiæ carentibus iudicibus, quæ quidem in pœnalibus, vbi non

est

est poena decreta, sed iudicis arbitrio relicta, etiam, considerandæ, & applicandæ sunt, ibidem artic.3. De quo Decius in capit. de causis, de officio delegat. vbi Abb. & Imola, Tiraquel. tractatu de pœnis in præfat. numer. 14. Villadiego *in cap. constitutus, de restit. in integrum*. Vide tradita à Miranda *dict. art.1. concl.4.*

4 Arbitrium in pœnis non debet esse imaginarium, & ex proprio capite, sed secundùm ius, rationem naturalem, & æquitatem tantopere commendatam in Concilio Tridentino, pensatis circumstantijs delicti, & qualitate delinquentis, personæ offensę conditione, iniuriæ modo, damni emergentis magnitudine, loci, & temporis ratione, & alijs similibus discretioni iudicis relinquendis, & perpendendis *ibidem art.4.* De quo Gomez *lib.3. variar. cap.6. num.9.* Bernard. Diaz in Pract. *cap.147. num.2.* Innocent. *in cap. qualiter e l.2. colum. fin. §. item nota, de accusationibus*, & faciunt tradita à Mirãda *dict. art.6. concl.8. in fine.*

Trid. sess. 13.c.1. de reform.

5. Indiciati de aliquo crimine vt possint puniri, indicia debent duobus testibus iuratis necessariò communiri, illa tamen non sufficiunt ad pęnam ordinariam inferendam, etiam si sint vrgentia. Quæ autem sint indicia plena, seu violenta (vt vocant Doctores) quæ verò simiplena, quæ probabilia, seu vehementia (quæ sic etiam appellant) relinquitur iudicis arbitrio. ibid artic. 5. De quo Caiet. 2.2. qu. 69 Bart. in l. fin. ff de quæst. Panorm. in cap. cum in contemplat. de regulis iuris. Ad quod faciunt tradita à Bernard. Diaz *in Pract. crimin. cap.49. num.1.* & à Miranda *suprà quæst.28. art.4. concl.2.* vbi resoluit inquisitum, & denunciatum deficientē in purgatione canonica esse puniendū pœna arbitraria, & ad finem ex doctrina eiusdem Bernard. tradit, quod violentia præsumptio non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam delicti.

6. Vrgente infamia, & inquisitione instituta, si nil certi reperitur, reus non est statim absoluendus, nisi Canonica purgatione indicta, cap. inter sollicitudines, de purgat. canonica, quę quidem constitui potest non tãtum ex infamia, sed etiam ex graui offendiculo, vehementique suspicione suo vitio orta. Et aduerte, quòd infami infamia iuris nul la fides adhibenda est ad testimonium ferendum, nec ad accusandum, c. nulli 3. q.4. cap. testes 2. quæst 7. cap. testimonium §. in criminali de testibus, l.1. C. de infamia, & l.3. §. lege Iulia, ff. de testibus, maculatus verò infamia facti, quæ ex capitali crimine contrahitur à testimonio ferendo etiam repellendus est, si non emendetur, *ibid. artic.6.* De quo Bart. *in l. de minore §. tormenta ff. de quæst.* & DD. cum Glossa *in cap. inquisitionis, & cap. cùm oporteat, de accusationibus.*

Ad quod vide quę late tradit Miranda dict. quæst. 28. art.2. & nos resoluimus suprà de purgat. canonica num.1, & quoad infames repellendos à testimonio, vide apud eundem *qu.17. art.3. conclus.2.* & nos etiam diximus *suprà, de testibus, num.* 18.

7. Licèt in Concilio Tridentino cōcedatur Episcopis amplissima potestas corrigendi, & puniendi suos clericos, in grauibus tamen, quando de seuera pœna imponenda tractatur, nihil facere possunt sine iudicio, & consensu Capituli. Vnde à simili, in casibus grauibus, in quibus prælatis superioribus Regularium præcipitur petere consilium seniorum, seu Patrum Prouinciæ ad puniendos monachos, ipsorum vtique tenentur consensum sequi, in leuibus verò minimè. Iuxta quam distinctionem debet intelligi quædam concessio Bonifacij IX. facta Generali Prædicatorum, vt in correctionem Fratrum possit procedere secundū consuetudines approbatas, & instituta Ordinis, & alia Pij V. vt possit fieri damnatio ad triremes de consilio seniorum, ibidem art. 7. & tomo 1. quæst. 30. artic 17. Vide apud Compend. D. Hieronym. tit. condemnare, & in Bullario *Bulla 3.* Alexandri VI. De quo Salzedo *in Practica cap.13. p qu.9 col.2.*

Trid. sess. 6.c. 4. de reform.

8. Sententia lata à Commissario, seu delegato à Generali cum plenitudine potestatis contra leges, & statuta Religionis continet euidentem nullitatē, cùm

Bull. bull. 3. Alexan. 6.

cùm sit notoriè iniusta, iuxta cap. inter cæteras, de sentent. & re iudicat ac ideo Prouincialis, imò & Guardianus potest resistere tali delegato volenti procedere ad eius executionem: nam censentur procedere de facto, & non de iure, & sententia nulla non meretur de iure executionem. At si sententia est lata cõtra ius litigatoris, ex qua iniustitia nulla oritur nullitas, si transit in rem iudicatam, vel non fuit ab ea appellatum, debet executioni mandari, nulloque modo potest illi resisti. Si verò dubitatur de iustitia, vel iniustitia sententiæ, iudici est obediendum, habet enim pro se præsumptionem, nisi à tali sententia fuerit appellatum, vt dictum est ibidem art. 8. De quo Marant. de ordin. iudicio. disp. 11. Abb. in cap. inter cæteras, de sent. & re iudic. & cap. pastoralis, §. quia verò, & in cap. significasti, in fin. de offic. delegat. & in cap. si quando eodem. tit. vbi Innoc. & Felin.

Ad quod vide tradita à P. Miranda supra quæst. 27. art. 1. conclus. 3. qui refert D. Thom. 1. 2 quæst. 96. articul. 5. & D. August. relatum cap. in istis, dist. 4.

RESOLVTIO XLVIII.

De pænis pro diuersis delictis imponendis.

1 CVm in arbitrarijs Iudex debeat eligere mitiorem partem, pœnam arbitrariam non esse extendendam vsque ad pœnam mortis tenet probabilior opinio, quæ tanquam benignior est amplectenda, præcipue in foro ecclesiastico, & Regulari, nisi delictum sit ita graue attentis circunstantijs, quod mereatur grauissimam pœnam degradationis, depositionis, vel eiectionis a religione, quæ correspondet pœnæ mortis. Aduerte tamen, quòd quando lex, aut consuetudo non imponit priuationem habitus pro aliquo delicto, sed minorē pœnam, tunc iudex tenetur sequi pœnam consuetam, & lege taxatam, non verò arbitrariam, quam si excedat, tanquam grauante potest appellari, tomo 2. quæst. 22. art. 1. De quo Maranta *de ordin. iud. 2. p 4. par princip. à num. 59. Bal. in l. quicunque col. 4. vers. scias tamen de ser. fugit. & in l. de quibus, col. 7. vers. item quæritur, ff. de legibus.*

De arbitrio in pœnis, vide tradita à Miranda tom. 2. ordin. iudic. quæst. 27. art. 5. concl. 4. vbi resoluit, pœnam taxatam à lege pro homicidio non posse ad arbitrium iudicis in pœnam pecuniariam commutari, per textum in cap. licet, de pœnis, & l. 3. C. de Episcop. audient. & l. Regia Hispana 3. tit. 13. lib. 8. ordin & lib. 5. tit. 8. par. 7. De quo Nauar. in Manual. cap. 25. a num. 12. Cou. lib. 2. variar. cap. 19. num. 8 9 & 10. Qui agunt de pœnis quoad Ecclesiasticos, pro sæcularibus verò Farinac. 1. part. agens de delictorum inquisitione, quæst. 5. à num. 8. Idem docet Portel. ver. correctio fratrum num. 54. citans Vmbert. in pract. inquisit. verb. iudex, & addit. num. 55. posse iudicem augere pœnam ordinariam, quando crimen est extraordinarium, vel habet particulares circunstantias aggrauantes, per textum in l. hodie, ff. de pænis, & tradit etiam noster Auctor. tom. 3. quæst. 42. art. 5. per textum in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui notant. infamia, idque ex causa iusta priùs diligenter ventilata, non verò ex capite, vel corde nostro, seu ad libitum, vt expressè ex D. Gregorio decidītur, in cap. summopere, 11. quæst. 3. & tradit etiam Suarez lib. 5. de legibus, cap. 11. num. 9.

2. Prælati Regulares non debent facilè procedere ad capturam seu incarcerationem alicuius monachi, nisi plena delicti præcedat probatio, aut processus saltem informatiuus, vt in simili definitur in Concilio Tridentino nisi fuga delinquentis timeatur, tunc enim in domo disciplinæ detineri sufficit alter verò Trid. sess. 2. ca. 6. de refo. circa med.

procedentes vltra reatum mortiferum tenentur ad damnum,& incidunt in pœnam Canonis, *Siquis suadente Diabolo, Auct. ibidem art. 2. De quo Bern. Diaz vbi supra cap. 114. & 116. Roder. Suarez de fideiussi danda in caus. crim. §. practica iuridica est, Gomez 4. variar. cap. 9. de capt. reorum, & nos diximus sup. de carcere reorum, num. 3.*

3. Iudices sæculares tenentur præstare suum auxilium si postuletur, & inuocentur si prælatis Regularibus pro captura monachorum fugientium, vt priuilegia Apostolica sæpissimè memorant, quanuis ipsi iudices id ægrè ferãt, ibidem articulo 3. & tom. 1. quæstio. 8. articulo 14. & nos diximus suprà resolutio 11. de apostatis, numero quinto, & num. 30.

4. Religiosi committentes delictũ, cui in sæculo respondet pœna mortis, aut damnationis ad metallum, possunt carceri perpetuò mancipari: clericis autem non est imponenda hæc pæna, nisi in casibus iure Canonico expressis, qualis est, qui habetur, cap. clerici, de excessibus prælat. & c. excommunicamus, §. siqui autem, de hæreticis Auct. ibidem articul. 4. De quo Decius in capitu. cum non ab homine, colum. 6. de iudic. Aret. in d. cap. clerici Aualos in direct. iudic. cap. 13. 2. part. nu. 7. Bern. Diaz in pract. cap. 129. num. 4.

5. Licèt taxatio quatuor vnciarum panis, & totidem aquæ pro victu quotidiano non sit sufficiens ad sustentandũ diu damnatum ad carcerem perpetuũ, sufficit tamen ad eum absolutè sustentandum, ac ideo hæc pœna non est reputanda pro vltimo supplicio, argumento l. qui vltimo supplicio, ff. de pœnis, & innuitur in capitulo nouimus, §. pro illo, in illis verbis: pane doloris, & aqua angustiæ sustentendum, de verborum significar. & capitulo licèt, de pœnitentia, & remissione, nisi prohibeatur strictè, nihil plus in die edere, vel bibere, nam tunc in effectu est damnare vltimo supplicio, Iuxta l. necare, ff. de liber. agnoscend. & capitulo pasce fame 86. distinct. ac per consequens secuta morte prælatus condemnans irregularis existet, qui tamen excusabitur, si faciat talem taxationem victus indicio medicorum affirmantium esse sufficientem ad sustentationem diuturnam incarcerati, ibidem articulo quinto. De quo Alciat. Decius, & Felin. in dicto capitulo nouimus, de verborum significatione Aualos in direct. iudic. Ecclesiast. 2 part. capitul. 13. numer. 7. ad quod faciunt tradita à Suarez lib. 5. de legibus cap. 7. num. 13.

6. Licèt laici, & clerici sæculares licitè à carcere fugere possint, nulla vi, aut violentia custodibus facta: at religiosis iustè ac legitimè ad carcerem perpetuum damnatis id nõ licèt, etiam ante condemnationem, ac per consequens fugientes tenentur iterum redire ad illum, nisi superior aliquo iusto remedio illi subuenerit, ibidem articulo sexto. De quo Salzedo in practica crimin. capitul. 137. §. pœna perpetui carceris pagin. 455. Panormitan. in capitulo non ab homine, numero 31. de iudic. Idem docent Caieta. secunda secundæ quæst. 69. art. 4. dub. 2. in fi. Nauar. comment. de regular. numero 4. coroll. 6. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez libro sexto decalog. capitul. 8. numer. 12. & sequentibus. Vbi id temperat, nisi pęna capitis imponenda esset illi Religioso, tunc enim naturale conseruandæ vitæ desiderium ius præbet licitè fugiendi, etiam si præcepto superioris, aut iusta sententia ad manendum in carcere adstringatur, & idem resoluit de eo, cui mutilationis membri pęna imponenda est. Sed hæc pęnæ non solent apud religiones delinquentibus imponi, possunt tamen procedere quando post degradationem religiosi relaxantur Curiæ sæculari. Ad quod etiam vide Nauar in c. statuimus, 14. q. 3. num. 63. Couar. lib. 3. variar cap. 2. à num. 14. Arragon. dic. q. 69. art. 4. & post eos relatos P. Miranda tom. 1. ordin. iud. q. 15. art. 6. conclus. 2. vbi pro sæcularibus oppositum resoluit.

7. Retrusio in monasterium magna inter pœnas reputatur, & licèt quoad clericos, & sæculares locum habeat in delictis grauibus, iuxta capit. clerici, de excessibus prælat. & cap. sicut dignum,

§ cle-

§. clericos, de homicidio. quoad Regulares tamen non ita procedit, nam potest illis hæc pœna infligi, etiam pro delictis non grauibus, recludendo eos in suis monasterijs strictiore clausura, quā solent habere, ibidem articul. 7. De quo Bart. in l. lecta ff de accusat. Salicet. in l. 1. C. de requirendis reis, Guido Papa in decil. Delfi. q. 429. Pet. Greg. Syntagm. iuris p. 3. capite 32.

8. Sicut clericis potest imponi pœna exilij, vt Sacri Canones determināt, *cap. 1. de calumniatoribus*, ita etiam regularibus, mittendo delinquentes ex iusta causa in alia monasteria solitaria, & strictiora, vbi vitæ præteritæ peccata deploient, & delictorum suorum partem pœna luant. Iudex vero Religiosorum in exilium mittens poterit ex iusta causa ipsum ab exilio reuocare, sicut Episcopus, & eius Vicarius potest clericum, nisi statuta Ordinis aliud disponāt *tom. 1. q. 13. art. 1.* De quo Bernard. Diaz *in pract crimin. cap. 135. in fine, vbi Salcedo verb. reuocari.*

9. Si monachus relegatus est professus in religione capaci bonorum in communi, monasterium, ad quod hæreditas illius peruenit, tenetur ipsum alere: sin autem nulla hæreditas ad nullum monasterium ex ipso monacho fuit delata, Abbas monasterij, vbi delictum commisit, ad id tenebitur. Sed hoc non habet locum in religione nostra Seraphica, vbi vsum receptum est, vt monasterium ad quod mittitur, ei necessaria subministret, ibidem articulo secundo. De quo Abbas in capitulo vltimo, de regularibus, & nos diximus supra resol. 8. de alimentis num. 2. & 3.

10. Prælato, cuius culpa subditus discessit sine Sacramento pœnitentiæ, nulla est taxata pœna in iure, ac proinde pœnæ arbitrariæ subijciendus est, iuxta mensuram culpæ, & negligentiæ tomo secundo qu. 39. articulo quarto.

De Relegatione Fratrum ad triremes, & expulsione ab ordine.

11. Generales religionum possunt Fratres delinquentes in delictis grauibus condemnare ad triremes, & habitu priuare, de consilio tamen deputatorū, seu discretorum Prouinciæ, ex concessione Pij V. pro Ordine D. Hieronymi, vt habetur in eius Compendio, *verb. condemnare* §. 1. Auctor. *tom. 2. q. 24. artic. 1. & tom. 1. q. 20.* & nos supra resoluimus *de apostatis num. 14. & 15.*

12. Pœna relegationis ad triremes nō est imponenda Religiosis, nisi in grauissimis, magnique offendiculi, seu scandali criminibus, hoc namque alienum est à charitate fraternitatis, & paternitatis habendę simul inter religiosos, & à dignitate altissima Sacerdotali, necnon à consuetudine fundatorum religionum, qui sola eiectione ab Ordine, & spoliatione habitus regularis videntur fuisse contenti, satius enim esset eos aliquali animi pietate vltimo supplicio ferire, quàm hac infami, & indecenti Sacerdotibus Dei pœna mulctare. Nec decet vt Fratres ad tempus relegati ad triremes, postea veste regulari induti appareant, ibidem art. 2. De quo Bern. Diaz in pract crim. Canonica, vbi huiusmodi supplicium in monachos efficacissimis, & pijssimis rationibus reprobat, & Nauar. in c. nullam 18 qu 1. in fine capitis.

An autem monacho ad triremes dānaro licitum sit fugere? Negat Sanchez libro 6. decalogi capit. 8. numer. 16. sed sed Bañez 2 2. quæst 69 artic. 4 post 5. concl affirmat id licere, non vt vagetur sed vt superiorem, aut Pōtificem adeat veniam petiturus. Cui sententiæ tanquā piæ, & probabili adhæreo, eo quòd pœna ista grauissima sit, & morti comparetur. Vide infrà de expulsis à Religione num. 2.

De priuatione Officiorum.

13. Prælati Regulares possunt subditos ab officijs suspendere, vel deponere, etiam ab ipsis non citatis, leuiores enim causas, ad id sufficere constat ex cap. qualiter, & quando el segundo, de accusat, in fine, & cap. per tuas, el primero, de simonia, in fine. Id tamen debes intelligi, quando hæc pęna priuationis, seu suspensionis est imposita ipso facto pro aliquo crimine patrato, tunc enim illo probato non est necessaria partis citatio, secus si procedit à contumacia, vel inobedientia, aut à crimine, cui correspondet pœna arbitraria, quo casu requiritur citatio, seu monitio ad minus vnica, quæ cùm non sit de apicibus, sed de substantia iuris, nullo pacto est omittenda, tom. 2. quæst. 25. artic. 1. De quo Sylu. verb. citatio, Panor. & DD. in cap. cum speciali & in cap. quia nos, de appellationibus, & in cap. fin. de vita, & honestat. cleric. faciunt dicta à Suarez lib. 5. de legib. cap. 11. num. 11. & cap. 7. & 8.

14. Religiosi possunt priuari à suis prælationibus ob delictum, cuilicèt nō sit expresśè taxata talis pœna in iure, tamen graue, & enorme censetur, vt arbitrio bonorum, & grauium religiosorum huiusmodi pœna digni reputetur. Nec vrgens causa interueniat necessarium est ad huiusmodi priuationem ab officijs faciendam, ex dict. cap. qualiter, & quando quanta requiritur, vt clerici sæculares à beneficijs amoueantur, capit. inuentum 16. quæst. 7. cap. aurer. de pęnis, quæ debet esse expressa in iure, ibidem art. 2. De quo Abb. in cap. fin. de iure patron. Tiraq. in l. si vnquam, verb. renertatur, num. 206. C. de reuocan. don. Vide Portel. verb. officia ordinis, numero quarto, & quinto, & capitul. tuæ, de pęnis.

De priuatione Consiliariorum apud Cistercienses vide suprà de visitatione, num. 6.

De pœna incestus cum filiabus spiritualibus commissi.

15. Sacerdotes etiam Regulares, qui in actu, vel prope actum confessionis alliciunt filias spirituales ad actus venereos, sunt denunciandi Sancto Tribunali inquisitionis ab ipsis filiabus spiritualibus, nulloque modo sunt absoluendæ, donec id manifestent, seu patefaciant, ex Bulla Pauli IV. relata ab Auctoris tom. 1. quæst 59 art. 4. Ille verò, qui extra actum confessionis allicit ad peccādum, vel peccat cum illa, cuius confessionem audiuit deponendus, & grauiter puniendus est, iuxta sacros Canones, cap. si quis sacerdos, 30. quæst. 1. nam dicta constitutio non extenditur ad illos, qui post actum confessionis transactum dictas fœminas apud suas domos visitando cum illis fornicantur, tomo. 2 qu. 26. articulo 1. & 2. De quo Bernar. Diaz in pract. crimin. cap. 82 num. 1. Nauarr. lib. 5. consil. tit. de hæreticis, consil. 1. Vide Portel. in addit. ad dubia, verb. sollicitare fœminas intrà confessionem à num. 1. vbi latissimè.

16 Dicta tamē constitutio extenditur ad eos, qui in actu, vel iuxta actū confessionis prouocant iuuenes, seu pueros ad peccatum nefandum, nam ratio, & mens legis etiam se extendit ad hunc casum, cum sacramento pœnitentiæ maior iniuria irrogetur, quàm sit à sollicitantibus fęminas ob maiorem grauitatem peccati, ibidem articul. 3. Idem tenent Lopez 1. part. instruct. capitul. 35. Salzedo in practica crim. capit. 82 quos referendo id ipsum dicit probabile Portel. vbi supra, num. 5. De quo vide infrà resolutione de solicitantibus fęminas intra confessionem, vbi refertur alia similis Bulla Domini Pauli V. contra tales solicitatores.

De

De pœna imponenda celebrantibus sine ordine sacerdotali, & sine iurisdictione actuali confessiones audienti.

17. Audientes confessiones sæcularium cum approbatione Ordinarij, sine tamen licentia suorum prælatorum Regularium pœna arbitraria puniendi sunt ab ipsis prælatis, confessiones autem validę sunt secūdùm aliquos. Quod à fortiori dicendum est, si contra ipsorum prælatorum expressam voluntatem id fecerint, præsertim si dicti pręlati confessiones irritas esse declarauerint, sicuti possunt declarare ex quadam concessione Iulij III. facta Ordini Prædicatorum. Religiosi verò hoc munus exercentes sine approbatione Ordinarij, & sine licentia suorum superiorum suspēdēdi sunt per aliquod tempus à missa, & perpetuò à gradu, potestate, & iurisdictione habituali, ita vt amplius ad confessiones audiendas non admittantur, nisi tanta appareant in eis signa pœnitentiæ, vt restitutioni digni esse videantur, quę pœna sacerdotibus sæcularibus simplicibus tale crimen perpetrantibus imposita est in sacris Canonibus, cap. placuit de pœnitentia, dist. 6. Auctor. ibidem tom. 2. quæstion. 27. artic. 1. De quo Soto in 4. distinct. 18. quæst. 4. articul. 3. Idem docet Portel. verb. pœna, num. 12. vbi num. 17. addit, quòd non sacerdos audiens confessiōnes manet suspensus, & irregularis ex Nauar. cap. 25. num. 242.

18. Qui autem celebrat absque permissione ordinis sacerdotalis insignia, Dominis Inquisitoribus contra Hæreticam prauitatem tanquam hæresim sapiens tradendus, & ab ipsis puniendus est, ex constitutione Gregorij XIII. Pauli IV. Sixti V. & Clementis VIII. In qua etiam eadem pœna infligitur nō insignitis sacro presbyteratus ordine qui confessiones auscultant, & simul absolutionem impartiuntur. Vnde non cōprehendit eos, qui cōfessiones quidem audiunt, sed non impartiuntur absolutionem, ibidem art. 2. De quo Bernard. Diaz *in Pract. crim. cap. 12.* & Portel. *verb. ordines sacri, num. 9. & verb. pœna, num.* 8. vbi addit ex Maiolo *de irregularit. lib. 4. cap. 13 num. 4* incurrere irregularitatem celebrantem absque ordine sacerdotali.

De pœna imponenda sacrilegium committibus cum Monialibus.

19. Laicus hoc tam enorme facinus perpetrans excommunicatur in foro Canonico, vt in iure habetur, *cap. si quis Episcopus 27. q. 1.* in foro verò sęculari pœna vltimi supplicij, seu mortis plectitur, bonaque sua monasterio adiudicantur, ex *cap. si quis rapuerit, 27. q. 1.* clericus autem deponendus est ab officio, ex eod. capit. si quis Episcopus, & beneficio. Ex quo facilè potest deduci, qua pœna plectendi sint Religiosi hoc delictum perpetrantes, & Moniales consentientes, & constat ex cap. impudicas, 27. q. 1. Auctor. *tom. 2. q. 29. art. 1.* De quo Couar. *in Clem. si furiosus 2. par. num. 8. de homicidio, Perez in l. 2. titul. 15. lib. 8. ordinam. Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. cent. 4 casu 60. num. 57.*

20. Filij monachorum, aut Monialium post votum castitatis in professione emissum sunt sacrilegi, sicut & filij presbyterorum, vt satis constat ex cap. de ijs 28. dist. propter idem votum castitatis sacro ordini annexum; & in odium suorum progenitorum pœna filiorum sacrilegorum plectuntur à Sixto V. in quadā sua constitutione, ibidem art. 2. De quo Nauar. in Man cap 16. nu. 5. Medina de sacrorum hominum continentia, lib. 3. cap. 1. & 3.

De pœna imponenda Sodomitis, & adulteris.

21. Vitium sodomiæ est abominabile, de quo ius per obscurè loquitur reputans nefandum, & inhonestum de illo loqui, l. vir. C. de adulter. in eo enim reperitur deordinatio ordinationis Dei & naturæ, & est abominabile, & detestabile, etiam apud ipsas gentes, à quo tandem Angeli fugiunt, & ipsi Dæmones oculos claudunt, & pro quo maxima flagella à Deo inflicta esse Sacræ Scripturæ testantur, tom. 2. q. 28. art. 1. De quo D. Tho. in 4 dist. 16. artic. 4. post medium.

Gen. 18. & 37.

22. Sodomita publicus, & notorius remanet irregularis, non tamen occultus, & ex constitutione Pij V. clerici sæculares, vel Regulares tantdiu eum nefas exercentes, seu continuantes omni priuilegio clericali, officio, beneficio, & dignitate Ecclesiastica priuantur, & à iudice Ecclesiastico degradati potestati sæculari tradendi sunt. Quæ constitutio non comprehendit quemcunq; fragilitate humana hoc crimen perpetrantem, sed tantùm continuatione vitiosa illud exercentes, & habentes copulam Sodomiticam consummatam intra vas nefandum, seu contra naturale, & eius pœnæ rigorosæ non obligant in foro conscientiæ, sed tantùm in foro exteriori, ibidem articul. 2. De quo Nauarr. *cap. 25. num 73. & 77. & cap. 27 nu. 248. 249.* oppositum tenent Bernard. Diaz in *pract. cap. 8. Alderete lib. 2. de disp. pl. relig. cap. 15. §. 5. à num. 26. vsque* 34. quos refert, & sequitur Portel. *verb. pœna nu. 7.* vide Miranda *tom. 3. Manual q. 5. art. 2. conclus 3. & 4.* vbi resoluit, nō esse spectandam actuum continuationem nefandorum, sed sufficere vnicum actū vt possit clericus, vel monachus subijci pœnis supradictis. Sed mihi nō placet, quia lex pœnalis est, ac ideò restringenda. Quod verò filij Sodomitæ non sint infames, & succedere in maioratū, tradit Mol. *lib. 4 de primog. cap. vlt. num. 56.* quem refert, & sequitur Sanch. *libr. 2. Decalogi, cap. 30 num. 1.*

Trid. sess. 24. c. 8. de reform.

23. Iudices Ecclesiastici, & Regulares possunt, & tenentur contra clericos, & monachos adulterium committentes procedere indagando veritatem tali secreto, & cautela, vt ex processu maritus non veniat in cognitionē vxoris, ne ad eam accusandam, vel occidendam irritetur, & delinquens pro modo culpæ puniatur, vt habetur in Concilio Tridentino, ibid. art. 3. De quo Azeuedo lib. 8. nouæ compilat. tit. 19 de los amancebados, in l. 2. num. 2. & 3. Bern. Diaz in Pract. crim. Canon. cap. 79. vbi Salzedo verb. concubina clerici. Vide supra resolut. 5. de adulterio nu. 1. & 2. quantum ad dispensationem in pœnis debitis adulterio.

De pœna imponenda falsarijs.

24. Presbyteri, & Diaconi falsum testimonium dicentes ab officij honore depositi in monasterium detrudātur, cap. si Episcopus, 50. dist. si directè de hoc crimine accusati, & conuicti, vel confessi sint in iudicio ordinario, & in criminibus grauibus puniendi sūt cōnsideratā qualitate damni, vel iniuriæ, & personæ, contra quem deposuit, præcipuè vbi viget lex pœnæ talionis cōtra deponentes falsum. Non est tamen imponenda pœna ordinaria, quando falsitas per errorem sine dolo fuit commissa, vel non interposito iuramento, to. 2. quæst. 31. art. 1. De quo Bernar. Diaz in pract. cap. 93. Couar. in cap. quamuis pactum § 7. num. 5. Menoch lib. 2. de arbitrarijs cent. 4. quæstio. 306. Maranta in Speculo Aduocatorum 1. p. cap. 1. num. 21. Idem docet Port. ver. pœna, nu 17.

In grauibus delictis sollicitantes ad falsum testimonium ferendum eadem pœna puniuntur, ac punirentur, si falsū deponerent propter eorum sollicitationem, ibidem art. 2. Idem docet Portel. vbi supra dict. num. 17 addit que hos, & periuros manere infames, & testimo-nio

nio ferēdo perpetuō esse arcendōs. De pœna falsi testis, vide etiam Auctores citatos suprà de testibus, num. 14.

Clerici falsificantes literas Papæ degradãtur, & traduntur Curiæ sęculari, cap. ad falsariorum, de crimine falsi, & qui falsificant sigillum Principis deponuntur, & in exilium mittuntur, cap. ad audientiam, eod. tit. & tradit Port. ver. pęnę, nu 9. vbi addit ex Iulio Claro in pract. quæst. 36. §. videamus, hodie mitiori pęna puniri taliter delinquentes. Falsificantes verò prelatorum literas perpetuò deponuntur, & in monasterijs detruduntur, cap. si quis Episcopus 50. distin & tradit idem Portel ibid. num. 10. Apud Regulares inter casus reseruatos numeratur à Clemente V I I I. & apud nos Minores de facto extat reseruatus, etiam quoad detinentes literas superiorum.

De pœna calumniatorum, & maledicorum vide quæ diximus supra de accusat. à num. 11. ex q. 30. 2. tom.

De pœna imponenda committentibus crimen læsæ Maiestatis.

Quã pęna puniantur Religiosi hæreticantes, vide infrà de hęreticis. De quo latè Sanchez lib. 2. Decalog. cap. 24. 25. & 26.

25. Quantum verò ad crimen læsæ Maiestatis humanæ certum est in laicis vltimò supplicio puniri, habitaculis eorum aratro exaratis, & sale aspersis, vt constaret ex l. fi. tit. 19. & in l. 6 tit. 27. p. 2. & deducitur ex c. fęlicis. de pę l. 6. Vnde Religiosi taliter dęlinquētes post degradationem sunt tradendi brachio sæculari ad exequendum in illis vltimum supplicium, quod sit qualificatũ, alijs pęnis loco dictarum ipsis accommodatis infligendis, to. 2. q. 32. art. 2. De quo Parlador. lib 1. quotid qq. c. 21. Vide Sanchez vbi supra, cap 27. vsque ad 30. Vbi agit, an filij reorum criminis læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ incurrant pœnas ipsis iure statutas.

26. Iudicibus laicis nullo modo licet procedere contra clericos, & monachos extrahentes delinquētes de manib. Iustitiæ; sed à suis prælatis sunt puniendi pęna non rigida ob eorũ nimiã, & non bene fundatã charitatem, à quã hic excessus, vt plurimum, imò & semper prouenit, & non à contemptu sæcularis potestatis, aut Regiæ Maiestatis, ibidem artic. 3. De quo Fulgos. in l addictos, num. 3. C. de Episc. & cler. Nau. c. 17. num. 201. & cap 25. num. 120. Gaspar Stephan de defens. imm. pag. 108.

27. Religiosus maledicus contra Regiam Maiestatem improbo, & petulanti, seu superbo, & inflato animo verba proferens pena arbitraria puniēdus est à suo prælato iuxta qualitatem pœnę in legibus taxatæ, pensatis circunstantijs casus, animique, seu intētionis talia verba proferentis. Pœnæ autem loco talis Religiosus mulctandus est priuatione vocis actiuæ, passiuæ, & aliquod monasterium relegandus, vel à suo officio remouendus, si fuerit prælatus, ibid. a. 4 De quo DD. in l. fi. tit. 2. p. 3. & l. 3. tit. 4. libr. 8. nouę compil. & gloss. in l. 1. verb. petulanti, C. si quis imperato. maledixerit.

De pœna imponenda Fratribus homicidijs.

28. Sicut clerici homicidium enorme perpetrantes, vt est parricidium, vel occasio Episcopi sunt deponendi, cap. presbyter, 81. dist. & Curiæ sæculari tradendi, spectata tamen incorrigibilitate, & pertinacia, iuxta veriorem, & magis pram opinionem, ita similiter Religiosi suum occidentes prælatum Verũ est tamen, quòd iudices Regulares attēto iure communi minimè gentium possunt eos tradere brachio sæculari, non spectata incorrigibilitate. etiam si crimen sit ex atrocioribus, quòd est verius, & probabilius. Vnde Fratres comm ttē

tes delictum, cui in sæculo pœna mortis respondet, ad triremes relegari possunt ex Bulla Pij V. suprà citata, nu. 2. quæstio. 33. art. 1. De quo Nauar. in Manual. cap. 27. num. 249. & in cap. si quando except. 9. de rescriptis, & in consil. titul. de priuilegijs, consil. 17. Couar. in Clement. si furiosus, 2. part. 3. numer. 6. Vide Miranda tom. 1. Manual. quæst. 52. artic. 2. conclus. 3. vbi resoluit, propter crimen homicidij non semper Religiosum expellendum esse à religione, & habitu spoliandum.

29. Religiosus grauiter, seu enormiter percutiens suum prælatum expellendus est a Religione, & ad triremes etiam relegandus, si delicti qualitas id poscat, per dictam Bullam Pij Quinti cùm huic crimini in foro sæculari pœna capitis respondeat, grauiter enim percutiens correctorem, seu prætorem, & Magistratum in sæcularibus, aut alapam illi porrigens, capite puniẽdus est, vt leges ciuiles decernunt. At non sunt castigandi hac eadem pœna qui percusserint vicarios, seu vices gerentes huiusmodi prælatorum, quia nõ debetur tàtus honor vicario, sicut principali præposito. Qui verò definitorem Prouinciæ sic percusserit puniendus est grauiore pœna, quàm puniuntur inijcientes manus violẽtes in alios Fratres ob reuerentiam illi debitã ratione præeminentiæ, & officij dignitatis, quã habet, quod arbitrio iudicis relinquitur, ibidem art. 2. De quo vide à simili tradita ab Auilez *cap. 1. prætorum, Placa de delictis, lib. 1. cap. 6. num. 3. pag. 99. & 48. Greg. Lopez lib. 1. verb. adelantados, tit. cap. part. 7.*

Pro percutientibus, vel etiam occidentibus suum prælatum capitulo ad aures, de pœnis, & capitulo felicis, eodem titul. in 6. & Clement. siquis suadente, eodem titul. vbi ponuntur pœnæ contra occidentes Episcopum, vel percutientes Cardinale, ex quo facilè potest arbitrari, qua pœna digni sunt suos prælatos grauiter percutientes, vel etiã (quod absit) occidentes.

Bulla 2. Ioan. 22. 30. Ioannes XXII. apud Bullarium declarat, quæ sit percussio grauis, vel leuis in hunc modum, Illam modicã percussionem, aut impulsionem pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad liuorem, mutilationem que membri, fractionem dentis, depilationem capillorum nõ modicam, vel effusionem sanguinis non excedit, neç si tam leuissimi ictus, vt pugni percussione sanguis exiret, trãsire in atrocem iniuriam profitemur. Ex quo à contrario innuit Pontifex illam dicendam fore graue percussionem, ex qua procedit mutilatio membri, fractio dentium, depilatio, seu auulsio notabilis capillorũ, præcipuè barbæ. Et addit Papa, quòd etiam ipsa facti qualitas, percutiendi, aut iniuriandi modus circa hoc diligẽtiùs debet attendi, & ipsius facti circunstantia, loci scilicet, & personæ, vt cognoscatur, quæ sit grauis, aut enormis, leuis, vel modica iniuria, loci quidem, vt si fiat in theatro, vel in foro coram rege, prælato, vel iudice, in Ecclesia coram multis, aut in alio loco publico; personæ verò, velut si sit Magister, vel iudex, vel etiam magistratus, aut prælatus, pater, aut patruus, vel aliquis in dignitate, vel personatu constitutus, & ab inferiori, vel humili patiatur, & tandem iudicium talis enormis iniuriæ arbitrio prudentis iudicis committit Pontifex. De quo vide Portel. *in addit. ad dubia, verb. manus violentæ, num. 2.*

31. Statutum Religionis, quo certa pœna taxatur pro eo, qui vulnerat Fratrem, non est intelligendum de modica, vel parua scissura, seu vulnere, sicut neque statuum pœnale loquens de sanguinis effusione habet locum in modica, vel minima effusione, neque frangentes constitutiones apostolicas in minimis earum pœnis ligantur, ibidem art. 3. De quo Bald. in l. si, præsidi. C. de ædilit. edicto, quæst. 1. Panorm. in cap. propòsuisti, de consecrat. Ecclesiæ cap. pro illorum de sententia excommunicationis. Vide Portel. vbi supra numero 3.

32. Clericus veneno aliquem occidens grauiori, & longiori detrusione post depositionem, quàm alij homicidæ puniendus est. Procurantes verò abortum fœtus animati venenosis po-

potionibus, secuto effectu, sunt degradandi, & Curię sęculari tradendi, quoad hoc namque constitutio Sixti V. nō est moderata, aut reuocata, licèt quoad pęnas alias sit moderata, & redacta ad terminos iuris communis per Gregorium XIV. scilicet quoad censuras positas procurantibus aborsum fętus inanimati, aut exhibentibus mulieribus, vel sumentibus venena sterilitatis, aut quocunque alio modo consilium, aut auxilium ad id pręstantibus. ibid. art. 4 & nos diximus suprà *de aborsu, num.* 4 De quo Nauar. *lib. 5. cons. titul. de homicidio, cons.* 4. Vide Portel *verb. pœna num.* 3. Vbi cum Iulio Claro *in pract. verb. homicidium, num.* 14. resoluit, non esse exequendam totam pœnam legis in eo qui parauit venenum, vel etiam propinauit, seu porrexit, nō secuto effectu. Vbi etiam *num.* 15. agit de pœna clerici venefici, & incātatoris, & resoluit, quòd si cum veneficijs exerceat alia plura crimina contra Rempublicam, vel cōtra fidem, tradendus est Curiæ sæculari, vel priùs sancto Officio, si est suspectus de fide. De quo vide Bern. Diaz *in pract. cap.* 108.

De pœna imponenda dilapidatoribus bonorum Monasterij.

33. Monachi decoctores, seu dilapidatores bonorum monasterij omni dignitate sunt spoliandi, omnique administratione in perpetuum priuandi, atque ad infamiæ labem, seu notam carceri sunt mancipandi. Potest autem quis remoueri à præfata administratione ex sola suspicione, etiam leui, quod iudicis arbitrio relinquitur, *tom.* 2 *quæst.* 34. *art.* 1. De quo Bernard. Diaz à Lugo *in pract. capit.* 71. *Abbas in capit. venerabili*, per textum, ibi, *de dilapidatione suspectus*, vbi Panorm. *num.* 8. *in fine, de officio deleg. & in cap. prælatorum, de accusat.*

34. Causa communi legitima existente de præsenti, possunt monachi simul se iuuare, vel defendere contra prælatum, vel personam aliam bona monasterij dissipantem, & malè tractantem se ipsos absque eo, quòd dicantur conspiratores, seu coniuratores in iure reprobati. Secus si non adest dicta causa, iuxta *cap. ex par. de accusat.* Auctor *ibid. artic.* 2. Ad quod faciunt tradita à Miranda *tom.* 1. *ord. iud. quæst.* 12. *artic.* 4. *concl.* 4. § *sed quia* Vide etiam Sanchez *lib.* 6 *decal. capit.* 12. *num.* 18. *& seqq.* vbi latè tradit, quomodo monachus possit accusare Abbatē ob monasterij vtilitatem.

De pœna imponenda reuelantibus secretum sacramentale, aut naturale.

35. Pœna ordinaria constituta in sacerdotem peccata sibi confessa reuelantem verbis, vel signis, inuito, aut nō permittente confesso, seu pœnitente est, vt omni munere, ac dignitate spoliatus in arctum cœnobium ad agendā perpetuam pœnitentiam detrudatur, iuxta sacros Canones, cap. omnis vtriusque secus, de pœnitent. & remission. in fine. Quæ pœna comprehendit etiā detegentem sigillum confessionis, cuius est interpres, necnon casu audientem, & latenter abditum peccata auscultantem, itemque eum, qui dimidia confessione audita absolutionem pœnitenti non impertiuit, vel dixit: Audiui eius peccata, & non absolui. Vt autem quis tanquam sacramentalis sigilli enodator puniatur, necesse est, vt singula peccata manifestet, secus si in generali id aperiat. tom. 2. quest. 35. articul. 1. De quo Nauarr. *in c. sacerdos, numer.* 120. *de pœnit. distinct.* 6. *Couar in* 4. *part.* 2. *capitul.* 8. §. 12. *numer.* 10. *Gabriel libr.* 1. *communium opin.* §. *de testibus, column.* 1. *Syluest. verbo, confessio.* D. Antonin. 3. *part. tit.* 17. *cap.* 22. §. 1. *&* 11. Soto. *de secreto memb.* 3. Bernard. Diaz *in pract. cap.* 106, *num.* 4.

Idem tradit Portel verb. pœnæ, nu. 11. vbi cum Suarez tom. 4. disp. 33. sect. 8. num. 2. addit, non incurrere irregularitatem in tale sacramentale sigillum reuelantem, vbi etiam idem Suarez n. 4. quærit, quid sit dicendum, quando confessor affirmat, se habuisse facultatem à pœnitente ad reuelandum, vel alia via sciuisse, & pœnitens id negat? Et tandem concludit, non posse super hoc dari certam regulam, sed ex qualitate peccati, & circumstantijs personarum, & publicatione delicti præsumptionem esse sumendam, quod & Panorm. fusè tractat *in d. cap. omnis vtriusque sexus.*

36. Religiosus aperiens litteras obsignatas, & aduersario mittentis ostendens incidit in pœnam falsi, de qua in cap. ad falsariorum, de crimine falsi, & probatur ex l. 1. §. 1. qui deposita ff. ad l. Cornel. de falsis, secus si alijs non ostendit, sed tantùm aperuit ad legendum, tunc enim non debet puniri pęna ordinaria, argument. cap. cùm olim magister, de officio delegati. Item qui non restituit litteras illi, cui reddere mandatū suscepit, sed alteri illas pandit, non tamen aduersario mittendas, pœna falsi etiam tenetur, necnon qui eas lacerat, vel comburit, aut de eisdē remouet sigillum. Qui autem aperit, & diuulgat ad alterius iniuriam tenetur actione iniuriarum, *ibid. artic. 2.* De quo Bart. *in l. qui testamentum, ad l. Corneliam de falsis, & in l. Titio, versic. venio ad secundū. ff. ad municip. Villadieg. tract. de legib. 3. part. quæst. 4. num. 4. Bernard. Diaz in pract. cap. 105. numer. 2.* Vide ad idem Portel *sup. num. 10.*

37. Nemini licet obsignatas litteras aperire, easque aduersarijs ostendere ad propriam, seu alterius tuendam vitam, iuxta veriorem sententiam: licebit tamen eas non tradere personis, quibus mittuntur, & alijs modis licitis cōtendere, ne aliquid mali ex illis contingat. Quod si hoc crimen quis ita commiserit, non ordinaria, sed benigniori pœna ad arbitrium iudicis plectendus est, *ibid. art. 4.* De quo Salzedo *vbi sup.* Maiolus *tract. de irregularit. lib. 5. c. 35.* Vide Suarez *lib. 2. de legibus, c. 13. num. 8.* vbi dicit, interdum iuri naturali non repugnare secretum naturale non seruare, nempe quando est cum iniuria, & damno tertij.

38. Sicut Canonici secreta sui Capituli reuelantes contra iuramentum ab eis præstitum pœnis contra periuros plectuntur, ita Religiosi, qui secreta Ordinis, aut alia, quæ intra claustra secretò inter monachos fiunt, sæcularibus patefaciunt, maximis pœnis sunt subijciendi. Quod à fortiori dicendū est in definitoribus, qui secreta definitorij contra obedientiam superioris in illo præsidentis pandunt, *ibid. art. 3.* De quo Salzedo *in pract. cap. 103. ad finem,* Villadiego *de legibus 3. p. q. 1. num. 36.* Mandos. *de ingratit. cap. 62. conf. 13.*

De pœna imponenda Fratribus ebriosis.

39. Religiosi nimio vino indulgentes, & assuefacti ad instar clericorum ebrietati deditorum à sacris Canonibus plectuntur pœna non solùm separationis à Communione, sed etiā verberibus, & carceri cum pane, & aqua sunt mancipandi, *cap. fin. 35. dist.* cum pœnam Canonicam suspensionis ab officio, vel beneficio, de qua *in cap. à crapula, de vita, & honestat. cleric.* vt plurimum paruipendant. Si autem alia pœna in Religionibus taxata sit, potest aggrauari, vel minui eius executio, pensatis vitij circunstantijs, & scandalo sęcularium. *tom. 2. quæst. 36. art. 1.* De quo D. Thom. *2. 2. quæst. 150. art. 3.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 31. num. 163.*

40. Probari autem potest ebrietas indicijs, & præsumptionibus, vt ex aspectu, ex multiloquio inordinato, & ex ambulatione in circuitu. Vnde Religioso testificanti de alio se vidisse ebrium non creditur, nisi probabiles rationes sui dictio ostendat, *ibid. art. 2.* De quo Lucas Peña *in l. 1. num. 7. C. de erogat. milit.* Mascard. *de probat. volum. 2. conf. 574.*

De pœna imponenda Fratribus ludentibus.

41. Ius in capit. clerici, de vita, & honestat. cleric. & Concilium Tridentinum prohibet generaliter omnibus Ecclesiasticis ludere. Vnde clerici sacerdotes, præsertim Religiosi, & prælati vix citra mortale vti licet ludis ve titis, vt sunt aleæ, & taxilli, cùm sit contra eorum paupertatem, nisi ludus fit cum chartis lusorijs ad honestam causam recreandi se, & socium ea re indigentem, dummodo tamen non frangat aliquam legem, aut præceptum obligans ad mortale. *tom. 2. quæst. 37. art. 1.* De quo Soto *lib. 4. de iustit. quæst. 5. art. 2.* Bernard. Diaz *in pract. capit. 70. num. 2.* *Nauarr. in capit. si quando, num. 52. de rescriptis, & in cap. statuimus, 19. quæst. 3. num. 25. & cons. 4. de Regular. nu. 27.*

Trid. sess. 22. c. 1. de reform. & sess. 24. c. 12. de reform.

42. Fratres lusores, ludique participes pœna arbitraria sunt seuerè puniendi. Pœna autem clerici publici aleatoris est, vt repellatur à beneficio obtinendo, etiam si nunquam fuerit monitus, vt desistat à ludo, argumento c. inter dilectos de excessibus prælat. iuncta gloss. in c. clerici, verbo, ad aleas, de vi ta, & honest. cleric. à beneficio tamen iam obtento non priuatur, sed pœna arbitraria mulctandus est, consideratis circunstantijs ludi, consuetudinis ludentis, quantitatis pretij, qualitatis personæ, & alijs, dum priùs monitus se non correxerit, iuxta mitiorem sententiam, *ibid. art. 2.* De quo Abb. *in cap. inter dilectos, de excess. prælat.* Bernard. Diaz *in pract. cap. 70. aleatorib.* vbi Salzedo *in addit. ad d. c. 70. in fine.*

43. Quidquid à Religiosis in ludo lucratur restituendum est monasterio, cùm ipsi ex voto paupertatis nihil valeant acquirere, nisi ipsi monasterio. Quod procedit etiam casu, quo habeat licentiam à prælato ad certam quantitatem donandam, non enim sub facultate talis donationis faciendæ venit alienatio in ludo actitanda, nec præsumitur prælatos velle licentiam facere subdito ad ea, quæ statui, & Regulari obseruantiæ aduersantur. Idque maiori ratione procedit in Fratribus Minoribus, quorum prælati non habent facultatem ad aliquid extra Religionē alienandum, imò nec ipsi Syndici apostolici pro ipsis deputati, nisi sit in vtilitatē Fratrum. *ibid. art. 3.* De quo Ludouic. Lopez *in summa 2. part. c. 33. pag. 148. prima imp.* Alcozer *de ludo, c. 12. & 14.*

Idem docent Nayro *in claui reg. lib. 11. c. 12. num. 16.* & dicit probabile Angles *in floribus 2. p. quæst. de ludi vestis, art. vnico, dub. 3. propos. 4.* Ludouic. Lopez *1. p. instruct. cap. 183. ad finem*, & eis citatis cum nostro Auctore tradit Sanchez *lib. 7. decalog. c. 19. num. 81.* vbi à *d num. 76. vsque ad* 88. multa tradit notatu digna pro Religiosis ludentibus.

De Pœna imponenda furibus Fratribus.

43. Non omne furtum in religione puniēdum est pœna expulsionis ab ordine, vt aliqui nimis rigidi volunt, sed tantummodo quando religiosus esset famosus latro, grassator, aut ita continuus in furando, vt eius incorrigibilitas omnibus sit nota, vel ex alijs furtis factis, vel ex cōditione personę, quod prudentis iudicis arbitrio relinquitur. Vnde in alijs furtis pęna arbitraria est imponenda. *tom. 2. quæst. 38. artic. 3.* De quo Trullo *libr. 2. de Canon. regul. c. 23. num. 91.* & DD. *in l. capitalium, §. grassatores & §. famosos, ff. de pœnis.*

45. Qui calices, patenas, & alia sacra furatur, non incurrit excommunicationem, nisi simul frangat portas Ecclesiæ, fenestras, aut armaria, & alia similia iuxta cap. conquesti, de sententia excommunicat. Quòd si effringat crucem, aut sacrarium, & non furatur, non incurrit, *ibid. articul. 2.* De quo Syluest. *verb. furtum, num. 7. & verb. excommunicatio. 7. casu* 8. Nauar. *in Manual. cap. 27. num. 94.*

46. Pro complemento aduertere opor-

oportet, quòd transgressor legis pœnalis post sententiam iustam contra ipsum latam, & ab eo acceptatam tenetur illam subire sub pœna mortalis culpæ. *tom.2. quæst.43. artic.1. De quo Victoria de homicidio, num.30. Arag.2.2. q.69. artic.4. quidquid dicat Nauarra de restit.lib.3.cap.3.nu.821. Ad quod vide Soto de iustit.lib.1.quæst.6. art.6. concl.5. Castro lib.2.de lege pœnali. cap. 3. Nauar.in summa,cap.23.numer.66. Ledesm.in 4.2.part.quæst. 18. artic.2. Antonium Gomez 3. variar. capit.14. numer.3. Corduba in quæstionar. quæstion.36. referentem Felin. Baldum, & Anchar. in capit.1.de constitut. numer. 46. Tiraq. in l. si vnquam, verb. reuertatur, numer.191. & post eos Suarez lib. 5. de legibus, capit.10. numer.5. & sequentibus, vbi resoluit, num.12. teneri* reum condemnatum ad mortem pati tantùm in se exequi per ministros iustitiæ eam pœnam.

47. Item condemnato iustè ad austeram pœnitentiam cibi, & potus, vt sic paulatim moriatur, non possunt ministri iustitiæ, seu custodes ad id appositi aliquid plus permisso, & taxato in sententia ministrare: secus qui non funguntur officio custodum, hi enim non prohibentur ex charitate aliquid plus ad victum ministrare, nisi ipse condemnatus sub præcepto obedientiæ sit prohibitus, ne plus cibi, & potus sumat ad nutrimentum. Quod valde aduertere debent custodes Fratrum incarceratorum, & condemnatorum ad abstinentiam panis, & aquæ apud Religiones, quibus non licet subministrare plus cibi, & potus quàm in sententia præcipitur, cùm sint ministri iustitiæ, & fidelitatem seruare circa id omninò teneantur, *ibid. artic.2.* Ad quod vide tradita à Suarez *vbi suprà, numer. 14. ad finem, & num.16. paulo post principium, & capit.7. num.13.* vbi asserit, seu credit, non obligari hominem in conscientia pati talē pœnam famis vsque ad mortem, si comedere possit.

Pro alijs, quæ hic desiderantur vide suprà de appellationibus, & infrà *de iudicibus, & de prelatis, & in summa de Ordine iudiciali.*

RETRACTATIO.

De Pœnis subornatoris apud Regulares.

48. POenas Excommunicationis, & priuationis perpetuæ voce actiua, & passiua, ac inhabilitatis ad officia positas à Pio V. & Gregorio XIII. ac innouatas à Paulo V. contra subornantes in electionibus Regularium incurrere subornatores, etiam non secuto effectu electionis, pro quo subornatur, constanter tenet Auctor tom.4 summæ cap.141. de opposito se corrigens, quod resoluerat, tom.1. quæst.56. art.1. quia, inquit, sufficit actio subornantis non cōsummata ad inducendam consummatā transgressionem præcepti, & peccatum mortale. Vnde impetrans litteras fauoris, nec peruenientes ad manus electorū, adhuc incurrere videtur dictas pœnas, ex eadem ratione. Ignorans tamen dictas constitutiones, saltem in foro animæ, non est iudicandus earum incurrisse pœnas, item nec Moniales impetrantes similes fauores. De quo Suarez de censuris disp.4. sect.3. numer.5. Vbi idem ferè probat in eo, qui actum facit consistentem in quadam successione continua, ex traditis ab Vgolino de censuris tab.1. cap.20. §. vltim. numer. 7. additque non esse necessariam hanc limitationem, quia, inquit, hic, & in similibus exemplis ipsa actio, vt est in fieri, est consummata transgressio talis præcepti, dummodò talis sit, vt ad peccatum mortale sufficiat.

RE-

RESOLVTIO XLIX.

De Custodibus apud Fratres Minores.

1. CVstos apud nos Minores propriè, & specialiter supponit pro quodam prælato ordinario, qui præest certis Guardianis, & subditur Prouinciali Prouinciæ. Duo officia, seu munera habent Custodes ex regula: primũ pertinet ad potestatem iurisdictionis, nam sunt verè prælati habentes curam animarum, & subditos. Alterum pertinet ad potestatem actiuam eligendi, & deponendi ministrum Generalem, vt constat ex *capit. 8. Regula Minorum, tom. 1. q. vlt. artic. 1.* Ad quod vide Cordub. *super regul. cap. 8. quæst. 2.*

2. Olim in qualibet Prouincia erãt plures Custodiæ & Custodes habentes cum suo Prouinciali vocem in Capitulo Generali, ex quibus postea auctoritate Nicolai IV. constitui solebat vnus vices aliorum tenens, qui vnam tantum modo vocem pro se, & alijs gerebat, dicebaturque Custos Custodum, & apud Fratres Obseruantes Discretus Discretorum ante bullam Vnionis, sed nunc post translationem sigilli Ordinis in ipsa factam ad Obseruantiam iam verè Custodes sunt, & vocantur, habentes vocem in Capitulis Generalibus iuxta formam Regulæ Seraficæ, *ibidem §. aduertendum*. De quo vide Corduba *vbi supra qu. 1. puncto 2. & c. 10. qu. 3 in fine*. An autẽ huiusmodi Custodes electi ad Capitulum Generale sint verè Prælati, & habeant iurisdictionem actualem in subditos, vide infrà in retract. num 7.

3. Auctoritas, seu potestas huiusmodi Custodum vltra prædictam, quã habent à Regula, tanta erit, quanta eis Ministri Generales, vel Prouinciales, vel Constitutiones, vel Sedes Apostolicã conferre voluerint, quorum dispositionibus, vel laudabili super hoc consuetudini traditum est, *ibid. art. 2. in fine.*

4. Custodes habentes sub sua custodia domus, seu Conuentus, cùm sint verè Prælati habentes iurisdictionẽ quasi Episcopalem, tenentur Conuentus sibi subditos visitare, possuntque celebrare Capitulum custodialẽ, non ad eligendum Custodem, sed ad agendum de rebus ad commune bonum custodiæ spectantibus, vt colligitur ex Regulæ cap. 10. In dicto tamen Capitulo non instituitur Prædicatores, Confessores, aut Guardiani, nisi ad id habeatur specialis licentia Sedis Apostolicæ, hæc enim omnia pertinent ad Capitulum Prouinciale Prouinciæ, cui subest custodia, *ibid. artic. 3. & 4.* De quo Corduba *super Regulam cap. 8. q. 2. punct. 1. & cap. 10. q. 2. dicto 1.* vbi Bartholomæus à Pisa, Hugo & P. Miranda *loco infrà citando articul. 1.*

5. Custodes mittendi ad Capitulũ Generale eligendi sunt secundùm formam præscriptam in Constitutionibus Ordinis Toletanis. Quòd si per mortem, vel longam absentiam vacauerit Ordin. eorum officium, possunt Prouinciales Tolet. ca. cum Discretis Prouinciæ extra Capitu 7. de. electum. alium eligere in Custodem, vt ha- 2 pio. titul. betur in dictis statutis Toletanis, similit de Custoter si legitimo impedimento impediti d. ad capl fuerint, vel alicui negotio magni pon- tulum Gederis, & publicæ vtilitatis addicti, vel nerale. ægritudine, aut illius imminenti periculo ex longo itinere iudicio medicorum incurrendo, & idem iudicium erit de similibus. Verùm si nullo impedimento interueniente libere voluerint renunciare, eo casu Prouincialem, & Discretos præfatos auctoritatem eligẽdi alium non habere, dicendum est, *ibid. art. 5* De quo Miranda *tom. 2. Manual. q. 18. art. 2.*

6. Officium Custodiatus durat vsque ad electionem alterius Custodis, sicut de officio Prouincialis ius commune disponit, cuius officium non expirat vsquequo successor eligatur, expedit enim, vt semper adsit Custos in Prouincia paratus ad omnem euentum, Ita in facti contingentia fuit deter-

terminatum in quodam Capitulo Generali Toleti, celebrato, *ibid. art. 6.* De quo Miranda *d. art. 2. concl. 4.*

RETRACTATIO.

De Custodibus ad Capitulum Generale.

7. CVstodes ad Capitulum Generale electi apud Minores non sunt dicendi prælati, nec actu, nec potentia, cùm nulla eis iurisdictio concedatur, vt constat ex tenore bullæ Nicolai IV. apud Bullarium, cuius auctoritate instituuntur huiusmodi Custodes habentes vocem in Capitulo Generali ad electionem Ministri Generalis, iuxta formam datam à B. Francisco in sua Regula. Ita constanter tenet Auctor tomo. 4. Summæ cap. 104. numer. 1 vbi se corrigit de opposito, quod senserat *tom. 1. quæst. vltima art. 2.* Idem cum Auctore tenet Portel *verb. Prælatus num. 1.* & non dissentit P. Miranda *tom. 2. Manual. quæst. 18. art. 1. concl. 2.* dum ait præfatos Custodes non esse propriè prælatos in actu exercito.

Bulla 1. Nicol. 4.

RESOLVTIO L.

De Decimis, & Primitijs.

1. DEcima est omnium bonorum mobilium licitè quæsitorum pars decima Deo, seu Ministris Dei dicata diuina constitutione debita. Alia dicitur Prædialis, eorum scilicet, quæ ex prædijs, & fructibus terræ proueniunt: alia personalis, eorum scilicet, quæ ex opere personali proueniunt: & alia mixta, quę partim ex prędijs, partim ex opere personali proueniunt. Primitia autem est prima pars frugum, siue fructuum Domino offerenda. Debentur decimę de iure diuino in recognitionem vniuersalis dominij diuini, & sacerdotibus Deo seruientibus soluuntur, iuxta sacros Canones *cap. parochianos, cap. tua, cap. cùm non sit in homine, de decimis,* & ex Concilio Tridentino *tom. 2. quæst. 44. art. 1. & 2* De quo Rebuff. *de Decimis, quæst. 1. & 2. Couar. libr. 3. variarum capit. 37.* D. Thom. *2. 2. quæst. 87. art. 1. & quod lib 2. artic. 8.* Syluester. *verb. decima, num. 9. quæst. 3.* Soto *libr. 9. de iust. quæst. 4.* Nauar. *in Manual. cap. 21. à numer. 18.*

Exod. 22. & 23. Leuit. 27. nu. 17. Tob. 1. c. 1. de decimis. Trident. sess. 25. de refor. cap. 12.

2. Pontifex Summus potest aliquo modo cum laico dispensare, vt ad tempus decimas suas retineat, vt colligitur ex capit. à nobis, de decim. aut alienas percipiat ab alijs nomine ipsius Papæ in eleemosynam illas largientis ipsi laico, vt de facto concessit Regibus Hispaniarum, & alijs Principibus, & nobilissimis viris. Nam alienum non est à laicis ius spirituale habere, iuxta probabilem quorundam sententiam, *ibid. art. 3.* De quo Couar. *libr. 1. variarum, cap. 17. num. 4. & 10. Balbus de præsumpt. 1. part. in 5. part. princip. quæst. 7. à num. 10 Nauar. cap. 27. num. 6. & de reddit. Eccles. quæst. 1. monit. 57. 58. & 59. Ioan. Lupus de libertat. Ecclesiast. 1. p. quæst 3. n. 6.*

Bull. 10. Bonifacij 8. & Bulla 3. Ioannis 21. & Bulla 1. Benedicti 12. Bulla 14. Sixti 4. n. 19. Bulla 8. Pauli 3. & Bull. 21. Greg. 13. comp. Societ. v. exempt. § 4. & 5. & comp. D. Hier. tit. decimarū exemp. §. 12. 15. & 16. Bull. 10. Clem. 7. & Bull. 8. Clem. 4.

3. Religiosi attento iure communi in c. ex parte el primero, de decimis, priuilegio gaudent non soluendi decimas de noualibus proprijs, quæ in fertilitatem inducunt proprio labore, nec de eorum hortis, super quo habent Cistercienses, & Carthusienses priuilegiū in iure communi, cap. 2. §. statuimus, de decimis, libr. 6. Attentis verò priuilegijs extra corpus iuris omnia bona Regularium, præsertim Mendicātium per priuilegium reale eximūtur à decimis Prædialibus, & personalibus, neque quartam, medietatē, aut aliam fructuū partem tenentur soluere, vt habetur in Bullario. Cùmque hoc priuilegium sit reale, prædia transeunt ad colonos cum eodem fauore, vt patet ex Bullis Clementis, & Sixti IV. pro Minoribus Cōuentualibus, Martini V. Pauli III. &

Sixti

Sixti V. pro Ordine S. Hieronymi, Pauli III. & Gregorij XIII. pro Societate Ieſu, & Lucij III. Bonifacij VIII. & Clementis VII. pro ordinibus Militaribus S. Ioannis Ieroſolymitani, & S. Iacobi de la Eſpatha, quæ extant apud Bullarium, *ibid. art.* 4. De quo Mandoſ. *de priuilegijs ad inſtar. gloſ.* 15. *num.* 40. *Henriquez lib.* 7. *de indulgentijs, c.* 27. *nu.* 7. *art.* 5. Vide Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 49. *art.* 12.

Bulla 3. Bonifacij 8. & Bull. 11. Clem. 4. & Bull. 13. Leo x. Bulla 10. Clem. 8. In Bull. Bulla 5. Greg. 13.

4. Moniales S. Claræ non tenentur ad præſtationem decimarum de quibuſcunque poſſeſſionibus, & alijs bonis ad ſe pertinentibus per priuilegia Bonifacij VIII. Alexandri VI. & Leonis X. apud Bullarium, qui ad Tertiarias id extendit, & ad Moniales Conceptionis, & Annunciationis idem fecit Clemens VII. Sed nota pro dictorum priuilegiorum intelligentia, quòd Bonifacius VIII. in Extrauaganti Declarationes, de decimis, declarauit, monaſteria Monialium, & aliorum Regularũ, quorum redditus, & prouentus ſunt adeò tenues, & exiles, quòd illis ſuſtentari non poſſunt, & mendicare coguntur, non teneri ad ſolutionem decimæ Papalis, & Gregorius XIII. declarauit dotem pro ſuſtentatione vniuſcuiuſque monialis tantam eſſe deberè, vt habeat annuatim 25. ducatos de Camera, cuius quidem conſtitutio non eſt hactenus reuocata, *ibid. art.* 5. *& tom.* 3. *quæſt.* 74. *art.* 16. & nos dicemus infrà *de tributis, num.* 16. De quo Paul. *in Clementina ſi beneſic. de decimis, Gaſpar de ſentent. ex com. conſ.* 9. Bartolomæus Valencinus *de charitatiuo ſubſidio, qu.* 77. *num.* 1. *Collector Mend. tit. Decimas,* §. 15. *Vide Portel verb. Decimæ, num* 3. vbi addit in Portugallia praxim eſſe in contrarium pro decimis ſoluendis à monialibus de poſſeſſionibus colonis conductis.

5. Cùm exemptio à ſolutione decimarum ſit priuilegium Regioni conceſſum, ſi ex negligentia, ignorantia, vel omiſſione Regulares illo non vtantur, etiam per aliquos actus contrarios, non præiudicant iuri ſuo ex tali priuilegio obtento, vt habetur in Compendio Societatis, verbo priuilegium, §. 2. & 9. niſi legitimũ tempus præſcriptionis labatur, quod eſt centum annorum, ad inſtar Eccleſiæ Romæ, iuxta quoddam ſingulare priuilegium Eugenij IIII. de quo infrà de præſcriptionibus, num. 2. Vnde quando Religioſi gratis præbent aliquas portiones ad ſubleuanda onera Eccleſiarum parochialium, nullo iure poſſunt compelli ad eorum contributionem, attenta enim ſuorum priuilegiorum cõceſſione etiam Decimam Papalem ſoluere non tenetur, ibid. art. 6. De quo Rebuf. de Decimis, quæſt. 13. num. 113. Couar. lib. 1. variarum, capit. 17. num. 14. Henriquez vbi ſup. num. 9. Quo citato idẽ docet Portel d. nu. 3. §. hoc ſolum addo, vbi etiam, nu. 4. refert duas declarationes Cardinalium apud Marzilla ſuper decret. Triden. l. 2. tit. 12. cap. 1. fol. 305. Prima quòd Moniales de bonis emptis tenentur primitias, & decimas ſoluere. Secunda, quòd ſi decimæ ſint impoſitæ rei, quia ab initio fuerunt conceſſæ, vel traditæ cum ea conditione & onere, vt ex eis decimæ ſoluantur, tunc ad quoſcũq; peruenerint, etiam Mendicantes teneri eas ſoluere, ſi vero debeantur pro adminiſtranda cura animarum, tunc quia parochi Sacramenta his Mendicantibus non adminiſtrant, Mendicantes ad eas non teneri, ſi tamen à ſolutione decimarum Sedis Apoſtolicæ priuilegijs eximantur.

6. Priuilegium conceſſum monaſterio, vt poſſit recipere decimas alicuius parochię, non extenditur ad noualia, tũ quia non cenſentur conceſſa, quæ non erant tẽpore priuilegij, tum ẽt, quia priuilegium præiudicium tertij concernẽs reſtrigendum eſt, nec ad futura extẽditur priuilegia, cap. veniens, de præſcriptionibus, niſi in illo fiat ad futura prorogatio. *ibid. art* 7. De quo Fortun. Garcia *in l. Gallus §. & quid ſi tantùm col.* 6. *&* 7. *de liber. & poſthum.* Rebuff. *de Decimis quæſt.* 14. *à num.* 29.

Sed his traditis à noſtro Auctore obſtare videtur c. ex parte tua el. 2 de decimis, vbi priuilegium ſuper decimis non ſoluẽdis Eccleſiaſticæ perſonæ cõceſſum ad noualia extẽdi deciditur, & ibi notat gloſſa, priuilegium ad res futuras, & conſecuturas trahi, & in eo caſu largè debere interpretari, iuxta

cap.

c. olim de verb. signific. & c. cùm dilecti, de donat. Cui ex diametro repugnare videtur cap. cùm contingat, eodem titul. de decimis, vbi qui ab antiquo decimas in aliena parochia percipit, decimæ noualium ibi insurgentiū ad eum non pertinent. Pro concordia horum iurium respōdet glossa in dict. cap. cùm cōtingat, verb. noualia, quod dictum cap. ex parte tua, intelligi debet de eo, qui obtinet decimas per priuilegium, quo casu ad eum pertinent noualia ibi postea insurgentia argumēto, cap. quia circa, de priuileg. vbi verbum generale simpliciter positum significat decimas præsentis temporis, & futuri, & tradit Suarez tom. 1. de Religion. lib. 1. cap. 19. num 7. Dictum verò cap. cùm contingat, loquitur de habente decimas ex præscriptione, qui per hoc non præscribit noualia, nisi allegato, & probato titulo, Atque ita debere intelligi *capit. cùm in tua, de decimis*, addit glossa, & sequitur Hostiens. *verb. nisi ab his*.

Tuetur sententia Auctoris 7. His tamen non obstantibus pro sententia nostri Auctoris facit glossa in capit. ex parte tua, el. 1. de decimis, vbi notat glossa, quòd priuilegium non debet ad aliud extēdi, quàm ad ea, quæ in ipso continentur, ex dicto capit. veniens, de præscripr. & meliùs ex capit. dudum, de priuileg. vbi priuilegium de decimis noualium non soluendis non comprehendit decimas tempore priuilegij impetrari possessas ab alijs, nisi de possessione alterius in priuilegio fiat mentio: ergo pari ratione priuilegium de decimis non soluendis, seu de recipiendis decimis alicuius parochiæ ad noualia non debet extendi, nisi in ipso priuilegio fiat de eo expressa mentio, & prorogatio ad futura, vt Auctor resoluit, & tenet expressè in nostris terminis Gutierrez libr. 2. Canonic. cap. 21. num. 136. iunctis traditis ab Oldrado consl. 268. vbi loquens de hac materia ait, quòd licet priuilegium Principis sit latissimè interpretādum, quando solum est præter ius commune, non tamen cùm iuri communi derogat (quale est priuilegium de non soluendis decimis parochiæ debitis,) interpretari enim debemus priuilegiū, vt quam minimum fieri possit iuri alterius noceat l. Prætor ait, §. meritò, & §. siquis 1. & 2. ff. ne quid in loco publico, & capit. ex tuarum, de auctoritat. & vsu pallij, capit. cùm capella, de priuileg. Sic Oldradus. Quidquid in oppositum contendat Azor tom. 1. inst. moral. lib. 7. cap. 26. quæst. 1. §. his positis. Ad quod etiam Lessius libr. 2. de iust. c. 39 dubit. 5. numer. 24 Suarez vbi suprà num. 4. & 5. vbi tandem num. 6. resoluit, dictum priuilegium, etiam si non limitetur ad proprios labores, extendi ad noualia.

7. Sed petes, quid veniat nomine noualium? Respondeo, quòd attento iure Canonico veniunt agri de nouo ad cultum redacti, de quibus non extat memoria, quòd aliquandò sub cultura hominum fuissent, vt apertè dicitur c. quid per nouale, de verb. signific. At inspecto iure Ciuili nouale dicitur, vel terra præcisa, quæ anno cessat l. silua cædua, §. noualis ff. de verb. signific. vel etiam silua, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, *l. vltima §. vltimo ff. de termino moto*, & tradit glossa *in dict. cap. quid per nouale*, De quo etiam agit Suarez *vbi suprà num. 4. & seqq.*

8. Religiosi, qui in concionibus, seu sermonibus suis, vel alibi audientes à solutione decimarum debitarum Ecclesijs auertere intendunt, seu præsumunt, vel omittunt de industria scrupulum incutere pœnitētibus de hac re, excommunicantur *in Clementina, Cupientes, de pœnis*. Quod intellige, si fuerint requisiti à parochis, alias non incidunt, ex declaratione Eugenij IV. Requisitio autem debet fieri Dominica prima, quarta, & vltima Quadragesimæ, & in festis Ascensionis Domini, Pentecostes, Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, Assumptionis, & Natiuitatis B. Mariæ Virginis, iuxta dispositionem dictæ Clementinæ, idque quando prædicant dicti Religiosi. Item Leo X & idem Eugenius IV. præcipiunt Confessoribus Regularibus, vt non absoluant renuentes soluere decimas. Intellige tamen, si ter admoniti fuerint excommunicati, & noluerint soluere, iuxta de-

determinationem Concilij Tridentini, ibidem art 8. De quo Nauar. cap. 25. num. 145. & 146. Syluest. verb. excommunicatio 9. num. 8. Ad quod vide Suarez de censuris, disp. 23 sect. 5. numero 36. & 37. vbi in fine resoluit, hanc excommunicationem incurri, etiam si nõ sequatur effectus, idest, quanuis alij nõ persuadeantur, seu retrahantur, quia ea fertur pro ipsa suasione tantùm.

Trident. sess. 25. c. 12. de reform.

De Charitatiuo subsidio vide tomo 2. quæst. 66. & tomo 3 quæst. 74. & nos infra dicemus de exemptione à tributis, & gabellis.

RETRACTATIO.

De subsidio non soluendo de tertijs Decimarum Regalium.

9. Laici, qui possident tertias decimarum à Rege, non tenentur de his soluere subsidium. Sic nouissimè cẽset Auctor tom. 4. sum cap. 142. nu. 5. vbi mutat sententiam, quam probauerat. to. 3. q. 74. art. 6. Ratio, qua mouetur, ea est, quia huiusmodi tertiæ semel locatę, & conductæ à laicis induunt naturam redituum merè temporalium, & separatæ existunt auctoritate Apostolica ab administratione Ecclesię. Illud tamen Auctor in fine dict artic. 6. verum esse profitetur, quod si huiusmodi tertiæ à laicis distrahantur, gabella ex tali venditione deducenda est, cũm hęc non ratione rei, nec personæ, sed ratione contractus imponitur. Idem docet Gutierrez tract. de gabellis, quæstion. 42. nu. 1. Lassarte de decima vendit. capitul 19. à num. 28.

Plura de his tertijs, & præcipuè, an Iudices seculares possint cognoscere de causa tertiarũ? Affirmatiuè resoluũt Comp. Roderici. *Rebuffus de decimis quæstio. 10. num. 39. Couar. practic capit. 35. numer. 2. Garcia de expensis capit. 9. numer. 93. Perez. lib. 1. titul. 5. lib. 1. ordinam. versicul. potest tamen, pag. 130. Gutierrez. lib. 1. practic. quæst. 14. Cabedo 2. part. decis. 63. omnium optimè Petrus Barbosa l. Titia 34. à num. 40. ff. solut. matrim.*

RESOLVTIO LI.

De Diffinitorib. aliàs Consiliarijs.

1 Diffinitores apud Regulares sunt quidam probati Patres assistentes superiorib. ad decidendum res graues, sicut inter Romanos erant Senatores, & in Ecclesia Romana sunt hodie Cardinales. Eliguntur verò cum Generali, aut Prouinciali, qui etiam cõsiliarij vocantur in aliquibus Religionibus, in alijs verò habent votum electiuũ in modum compromissi, item & decisiuũ ad decidendum, & cõsulendum, ideoq; superiores tenentur eorum sentẽtiam, & consilium petere, & sequi, ipsi verò hęc omnia fideliter pręstare. *to. 2. q. 45. art. 1. Ad quod vide Sy n. verb. consilium, q. 1. nu. 4. & verbo, Relig. 3. q 3. Panorm. in c. ad apostolicam, de Regularibus,* & latè Mir. tom. 2. q. 17. art. 1. & 2.

2. Vbi diffinitores habent votũ decisiuum, superiores non possunt aliquam ferre sententiam grauem cõtra monachum sine illorum consensu, ad minus maioris partis, aliàs lata sententia erit nullius valoris. Secus si tantùm habeãt votum consultiuum pro forma non requisitum, tunc n. non sequentes eorũ petitum consiliũ, sententia quidẽ erit iniusta, non tñ nulla. At si consilij petitio requiratur pro forma, & conditiones, omninòq; à diffinitorib non petatur, sententia nulla erit in quocunq; iure, cum huiusmodi petitio consilij inter graues

solemnitates habeatur. Vnde commune axioma iuristarũ docet, quòd ex forma non seruata resultat nullitas actus, *l. Iulianus, § si quis, ff. ad exhibendum, & cap. cùm dilecta, verb. irritam, de rescriptis, vbi glossa, & cap. quia propter, de electio. cap. nouit, iuncta glossa, de his quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli. Auctor. ibidem art. 2. De quo Bursatus consil. 90.*

Faciunt tradita à Suarez. de legibus lib. 5. capit. 31. num. 1. & sequentibus, vbi latè agit de lege dante formã actui, vide etiam Miranda vbi supra dict. art. 2. vbi resoluit cum communi Iurisconsultorum, quòd quando præcipitur aliquid fieri cum cõsilio, & assensu aliquorum, tale consilium sequendum est, aliàs factum est irritum, & inane, & in proprijs terminis agendo de sententia ferenda à superioribus tradit ibid. concl. 5

3. Consuetudo tenet, vt in diffinitorio, vel Discretorio Patrum in Religionibus, quãdo aliquid cõsulitur, dignior, seu antiquior suffragetur, & sic procedens vsque ad vltimum, quod vnusquisque sentiat, scrutetur. At quando suffragia non secretò, sed publicè dantur, à nouioribus, & minus antiquis incipiendũ est, ne fortè contra sententiam digniorum suam proferre formident, suumqꝫ suffragium minus liberè, quam oportet, dare vereantur, ibidem art. 3. De quo Afflictis decis. 1. Neapolit. Gama decis. Lusit. 1. num. 11. super quo vide in ord. ordinis Toletan. cap. 7. §. de Diffinitoribus Prouinc. & tradita à Miranda vbi supra, art. 3.

4. Diffinitores in rebus ad suũ munus spectantibus clarè, & apertè suam proferre sententiam tenentur, nec renuant dicere verum, iuxta sententiam D. August. & D. Chrysostomi relatam in cap. quisquis, & in cap. nolite timere 11. q. 3. quidquid existiment, vel sciant esse oppositum menti superioris, si pro sua conscientia bono publico id expedire sentiunt, nam cum sint Consiliarij cõmunitatis, non tenetur sicut subditi se conformare superiorum voluntati, ne ex eorum taciturnitate in publica causa alijs scandalum præbeatur. Quòd si aliquãdo aliquibus diffinitoribus certo tẽpore, aut in certo negotio silentium indicatur à dictis prælatis (quod vis vnquam, nisi iusta, & maxima ex causa cõtingere potest) illorum iussio pro tunc iustam tacendi excusationem, acquiescendique omnimodam necessitatem cum debitæ obedientiæ merito præ se ferre asserendum videtur, ibidem art. 4. De quo Innoc. & Abb. in c. 1. nu. 9. & 13. de his, quæ fiunt à maiori parte. Iason in l. quia, num. 89 ff. solut. matrim. Idem disertè docet Miranda vbi supra ar. 4.

5. Si verò superior affirmet se habere iustam, & validam causam alijs ignotam ad aliquid peragendum, quam aperire pro tunc non conuenit, Diffinitores & Consiliarij debent tunc prudenter considerandas rationes, seu quæ ad rem considerari, & perpendi possunt prælatis proponere, saltem eas, quæ in genera li ad rem pertinere videntur, nisi aliud meliùs pro negotij conditione occurrat. Ab alijs verò, quæ sibi non liqueat, tanquam à re dubia abstinere quidẽ pro tunc debent, suumque consilium ad tẽpus commodius se suspendere significent, quo prudenter, & moderatè prælatorum auctoritati (quibus semper honorificis, verbis est seruiendum) & muneri suo satisfacere, tutòque officium sibi commissum explere videtur, ibidem art. 5. Vide Miranda d. ar 4. concl 2. & 3.

6. Imò, etiam dato, firmam omninò præfatorum superiorum mentem esse, suamque sentẽtiam minimè mutaturos in aliqua electione, vel negotio peragẽdo, adhuc Diffinitores, & discreti ad sententiam proferendam rogati, tam liquidò, & liberè proferre tenentur, cùm ad eorum munus pertineat consulere, seu consilium, & suffragium suum dare circa rem propositam, nec vlteriùs ratiocinari, an sua sententia sit executioni mãdanda, necne, ministri namque laborare est, Dei autem perficere. Id tamen debent agere cum debita prudentia, humilitate, & verborum lenitate, pensatis circunstantijs rei, loci, temporis, ac personarum, & alijs similibus. Nec à sua proferenda sententia abstinere debent, etiam

etiam si verosimiliter credatur eā excuiri à prælatis cæremoniæ potius (vt dici solet) quàm consilij causa, vel etiam si id profuturum non speretur, quinimò prælatos ob id magis pertinaces aut irritatos se præbituros, nisi ex coniecturis satis perspicuis, & indubitatis suspicio adsit, bonum publicum in maiorem ruinam, & perniciem lapsurum, vel futurum ir:], & ob talem superiorum pertinaciam pacem Religionis magis perturbandam esse, ibidem articulo sexto, & septimo. De quo Cardinalis Paleottus de Sacri Consistorij consultat. part. 9. quæstio. 1. vide Petrus Miranda dicto articulo quarto conclus. 2.

7. In ambiguis, & perplexitate plenis diffiniendis multa consideratione, & prudentia opus est, vt quando agitur de re graui maximis circunstantijs pro vtraque parte vallata, iuxta rationes pro vtraque parte adductas, quæ si æqua lance militent, conferendę sunt cum alijs prudētibus, doctis, & in causis Regularium versatis viris, vt pensatis singulis rei circunstantijs, accurateque recensitis ea pars eligatur, in qua maior honestas, vtilitas, aut rerum cum fine conueniētia Iudicio Ipsorum appareat, quo casu Diffinitores ad proferendam suam sentētiam cum magna animi compositione, ac tranquillitate, & sine mentis perturbatione accedere oportet, ibidem art. 8.

8. Diffinitor à prælato superiore ad diffinitorium vocatus, & renuens accedere sine legitima causa, peccat contra obedientiam, & contra bonum commune, ad quod tuendum, & suo prælatō in rebus publicis, & ad Religionem attinentibus assistendum ex officio tenetur, ratione cuius arbitrariè poterit puniri, ibidem art. 9.

9. Diffinitor dissentiens à maiori parte diffinitorum debet subscribere sententiæ, vel rei cōsultæ quæ ab alijs post longam discutionem approbata est: idque est multum conforme iuri communi, cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte, & cap. ex parte, de concess. preben. Ita fuisse statutum apud Predicatores in Capitulo, in quo Sanctus Tho. Aquinas fuit electus Diffinitor, refertur apud Historiam generalem Illius Ordinis, & in nostra Seraphica Religione ita obseruari videmus, ibid. art. 10. De quo Abb. *in dict. cap. ex parte, de concess. preb. num. 3. & in cap. postulasti, num. 14. eodem. tit. & DD. in cap. 1. de his, quæ à maiori, &c. vide Simanças de cathol. inst. tit. 60. de sinentijs num. 10.*

10. Conuersi, seu Fratres laici non possunt eligi in Diffinitores, & Discretos Capitulares, quia carent ordine Sacro, sicque non possunt habere vocem actiuam, aut passiuam in Capitulis ad electiones, iuxta terminos Tridentini Concilij, nisi in prælatos eligantur secundum nostram Regulam, quia omnes prælati apud nos Minores sunt Discreti Capitularis, tomo 1. quæstio. 15. articulo secundo. Idem docet loquendo de Discretis ad capitulum Prouinciale, qui non possunt eligi laici, Petrus Miranda tomo secundo quæstio. 22. articulo quarto, ad quod citat capitulo ex eo quod, §. in Ecclesijs, de elect. in sexto, vbi habetur, quod Conuersi laici cum clericis electionibus interesse nō possunt, & id ipsum expresse tradit quæstio. 3. articulo secundo eodem to. 2. vbi refert quoddam statutum Ordinis antiquum, quo laici Fratres inhabilitati sunt ad officia Ordinis, quod refert Collector in Compen. ver. Fratres laici §. 4. & Corduba super Regulam capitul. 7. quæstio. 5. puncto 3. cum quo etiam addit idem Petrus Miranda, ibidem, non posse eligi in Commissarios, Diffinitores, aut Discretos, seu vocales ad Capitulum Generale, vel Prouinciale. De quo etiam vide Soto in 4. dist. 20. quæstio. prima articulo quarto conclus. 2.

Trid. sess. 22. ca. de reform.

De Consiliarijs vide tomo secundo quæstio. 25 articulo 3. & nos diximus supra de visitation:, numer. 6.

De legatis, vide infra resolutione, de iudicibus.

RESOLVTIO LII.

De Dispensationibus.

1 Dispensatio est iuris communis relaxatio cum cognitione causæ ab eo qui habet potestatem ad dispensandum. Alia est tacita, quando scilicet Papa ind gno, vel inhabili scienter pro uidet, seu illum promouet, vel admittit ad officium, vel beneficium: alia verò expressa, quando scilicet prælatus verbis expressis dispensat. Item tria sunt genera Dispensationum, prima legis, secunda hominis, tertia mixta, quando scilicet lex cōcedit, vt homo dispēset, *tom. 1. quæstio. 22. articul. 1. & 2. & tomo 2. quæst. 46. artic. 1. De quo D. Th. 1. 2. quæstio 88. articulo 10. & 2. 2. quæstio. 79. articul. 4. Soto libro 1. de iustitia quæst. 7. artic. 7. Nauar. in prælud. Manualis, præludio 9. numer. 15. Decius, & DD in capit. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs, & in capitul. de multa, in fine, de præbend. & in capit. litteras, de filijs presbyteror. Ad quod vide Syluest. verb. dispensatio, numer. 1. & 2. & quæst. 15. numer. 21. Sanchez libro 8. de matrimon. disput. 1. numer. 2. & libro 4. Decalogi, capitul. 38. & sequentibus, & libro 5. capitul. 2. Suarez lib 6. de legibus, capitul. 10. num. 7. & capitul. 13. & sequentibus, & tomo 2. de Religione libr. 6. capitul. 9. & sequentibus, & ex nostris Miranda tomo 2. Manual. quæstio. 30. articulo primo, & secundo, Portel. verb. dispensare, & verb. prælatus, quoad dispensandum, & verb. votum, à numero 40. & verb. illegitimus, numero 9. & 10. & in addit. verb. dispensare, & verbo, voti dispensatio, Villalobos 1. part. summæ tractat. 2. difficult. 40. num. 1. & seqq.*

2. Dispensatio differt à priuilegio in eo, quòd non conceditur, nisi ex causa, & ad partis petitionem, priuilegium autem etiam sine causa concedi cōsueuit. Differt item à declaratione, nam dispensare est aliquem priuatim eximere à legis obligatione ob aliquam iustā causam: declarare autem est explicare, seu interpretari legem, apertè ostendens sub illa includi rem, de qua agitur, necne. Differt tandem ab Epijcheia, quia dispensatio excipit subditum à lege, concessa illi licentia, & facultate, sicque tantummodo prælatis competit Epijcheia verò (qua prætermisso legis litterali rigore præfertur quod recta ratio, & æquitas poscit, & quod legislator in tali casu prægligere præsumitur) etiam illa subditis vel licet, *ibidem articulo 3. & dict. quæst. 46. art. 2. De quo Soto libro 1. de iustit. quæst. 6. articulo 3. Vide Suarez dicto libro 6. de legibus, capitul. 10. num. 13. & libr. 8. capitul 1. numero primo, & sequentibus Miranda supra artic. 3. Villalob. dict. diffic. 40. num. 2.*

DE EPIICHEIA.

3. Epijcheia igitur est æquitas, hoc est, iustitia dulcore misericordiæ temperata, cuius officiū, seu proprius actus est in causis specialibus discedere à verbis legis, seruata tamen legis intentione, pensatis omnibus rei circumstantijs. Itaque Epijcheia est, qua prætermisso verborum legis rigore præfertur, quod recta ratio poscit, & quod legislator, in tali casu præeligere debuisset, ac proinde non solùm prælatis, sed etiam subditis competit, dispensatio verò tantū prælatis, dict. q. 46 art. 2 De quo Panor. in cap. vlt. de transact. num. 6. Bartol. in l 1. C de legibus, in fine, Suarez libr. 6. de legibus, cap. 6. num. 5 & sequentib. Miranda d art. 3. concl. 3.

4. Hæc Epijcheia est maximè necessaria ad regimen spirituale Regularīū, & ad tranquillitatem Religiosorum, qui aliquando litteræ nimium adhærentes magnis scrupulis spiritū occidūt

Prò

Pro quo accipe sequentes regulas.

Prima est, quod interdum, & benignam declarationem Diuini præcepti, & humani, in dubijs benignior pars, cæteris paribus, semper est amplectéda.

Secunda quod neque Deus, neque Ecclesia intendit nos obligare suis præceptis ad vix possibile, aut nimis difficile, illud enim moraliter, & ciuiliter reputatur pro impossibili, quod vix, nisi cum magno dispendio, aut difficultate fieri potest, quod nemo regulariter tenetur, aliàs iugum Christi suaue redderetur durum, & incomportabile, neque Deus esset homini benignior, sed durior, quod absit. In hoc tamen cautè vnusquisque se gerere debet, nam causa propria facilè quis decipi potest, iudicando maximam adesse difficultatem, vbi non est, ob idque stet iudicio sapientum.

Tertia, quòd neque Deus, neque Ecclesia suis præceptis intendit obligare quemquam ad ea implenda, ex quibus appareat, seu videatur fatuus, aut bona tollatur vrbanitas, aut conuictus honestus cum alijs hominibus, nec consulit, vt sic se habeat homo, vt alijs risui sit, saltem apud viros bonos, prudentes, & discretos, nec cum graui scandalo, aut damno inde probabiliter imminente, saltem spirituali, in quo etiam standum est iudicio bonorum, & prudentum, maximèque consilio, & iussu superiorum prælatorum.

Quarta, quòd in dubijs vita, sensusque communis bonorum virorum sumi debet in exemplum, & regulam viuendi, iuxta illud D. Hieronymi ad Rustic. monachum Epistola quarta, & refertur in capit. sic viue 16. quæst. 1 ibi, inter bonos semper sectare meliores, quia hi rectum iudicium habere præsumuntur, sicut rectum affectum habent.

Quinta, quòd in his, quæ sunt mala, quia prohibita iure tantùm humano, excusat consuetudo præscripta legitimè, quæ est optima legum interpres, imò & ipsam legem tollit.

Vltima, quòd in quolibet casu prætermittens facere præceptum à lege excusari potest à peccato mortali (quamuis nō semper à veniali) si faciat bono animo virtute Epijcheiæ, sine contemptu, ratione alicuius periculi, necessitatis, seu circunstantiæ consideratæ, putans se non peccare mortaliter, paratus nullo modo facere, si mortale esse existimaret. Quod maximè est notādum pro timoratis, id enim rationabile, pium, & fructuosum est illis, ibidem artic. 3. De quo Soto *de secret. membr. 2. q. 2. concl. 6. Florent. 1. p. sum. tit. 3. c. 10. & 11. Gers. de vita Spirituali 3. part. lect. 4. & 6. Syln. tit. de electione, 1. q. 4. Vide Suar. d. lib. 6. c. 7. num. 3. & seqq.* vbi tradit multa notatu digna, & resoluit, vt obligatio legis cesset, oportere, quòd deficiat ratio legis non solùm negatiuè, sed necessarium esse, vt deficiat aliquo modo contrario & nu. 11. in fine ponit triplicem modū vtendi Epijcheia, nempè propter cauēdum aliquid iniquum, vel propter vitādam acerbam, & iniustam obligationē, vel tandem propter coniectatam legislatoris voluntatem, & cap. 8. agit, quomodo vti possit Epijcheia sine recursu ad Principem.

Supradictæ regulæ maximè conducere possunt ad faciendas dispensationes, vtendo æquitate, & benignitate.

5. Dispensatio ratò, & in casibus particularibus, ac iusta ex causa fiat à prælatis, ita vt regulariter, & vt in plurimum lex obseruetur. Imò aliquando expedit nunquam dispensare in quibusdam legibus, etiam rationabili causa existente ob bonum maius Ecclesiæ, vel Regularis disciplinæ, ne, inquam, aperiatur ianua ad relaxationem ex huiusmodi dispensationum frequentiori vsu, per quod corruit Ecclesiasticæ, & Regularis obseruantiæ firmamentū, nisi forsan aliquis singularis casus occurrat, in quo magnum oriretur scandalum non dispensando, tunc enim semel in mille annis dispensari posse videtur. Aduertant tamē prælati Regulares, quòd licèt irrationabile videatur nō dispensare in aliquo casu particulari, adhuc oportet circa id se inexorabiles omninò exhibere ob commune bonum Religionis, quòd semper bono priuato præferendū est,

est, ibidem dict. quest. 46. art. 4. De quo D. Thom. 1. 2. quest. 96. art. 5. & quest. 97. art. 3. Panor. in cap. non debet, de consang. & affinit. Sylvest. verb. Papa, casu 10. Victoria de potest. Ecclesiæ, propositione 7. & 8. Vide Caiet. 1. 2. quest. 96. art. 4. & ibi expositores, Soto de iustitia lib. 1. quest. 7. art. 3. Hostiensis in summa tit. de filys presbyter. verbo, non omitto, in fine, Panormit. in capit. que in Ecclesiarum, de constitut. num. 17. & capit. extirpanda, §. qui verò, de prebendis, in repetitione, num. 44. Navarro in capit. si quando, de rescript. except. 8. num. 13. & alios plures, quos refert Suarez dict. libr. 6. capitul. 18. numero 4. & sequentibus, vbi resoluit, requiri causam iustam, vt licitè dispẽset etiam Princeps supremus, vel Summus Pontifex.

6. Concedens dispensationem sine causa, eandemque impetrans, illaque vtens, peccant, regulariter tamen grauius peccat cōcedens, quod pensata qualitate, scandali, & aliorum malorum inde prouenientium iudicandum est. Verum est tamen, quòd quando dispensatio fit circa constitutiones seu obseruãtias Regulares non obligantes ad mortale, venialiter tantùm peccabit dispensatus sine causa, dummodo non adsit scandalum. Dispensationes autem circa Regulæ præcepta obligantia ratione voti (vt aliqui putant obligari Fratres Minores ad præcepta suæ Regulæ) debent fieri ex iusta causa, ad instar votorum, alias nullius erunt valoris, ibidem art. 5. & to. 1. quæst. 16. art. 7. De quo Caiet. *in summa verb. dispensare, Navar. cap. 12. num. 76. Covar. in 4. 2. p. capit. 6. §. 9. num. 7. Soto lib. 1. de iustit. quest. 1. articul. vltimo, & tenet glossa in capit. non est, de voto. Idem post Navar. in summa capit. 25. num. 5. Valentia 2. part. disp. 7. quest. 5. puncto 9. & alios docet Suar. dicto cap. 18. numer. 9. & sequentibus. Idem & Miranda dic. quest. 30. ar. 7.*

7. Dispensatio sine iusta causa facta à Papa circa legem purè humanam, & à iure Diuino non dependentem valet, quidquid sit de peccato petentis, & dispensantis; secus si fit circa legem dependentem à iure Diuino, vt in voto, iuramento, & similibus, tunc enim non solùm peccant dispensans sine causa, & dispensatus quoties vtitur tali dispensatione, sed ipsamet dispensatio est omninò nulla, vt tenent communiter Theologi, & Canonistæ. Et idem iudicium est de dispensatione inferioris circa legem superioris sine iusta causa facta, inferior enī nō habet potestatē dispēsandi sine causa in lege superioris, adeo quòd dispẽsatio facta omninò irrita, & nullius valoris cẽsenda est, quapropter videant, prælati Regulares quomodo se gerunt dispensantes virtute suorum priuilegiorum, nam si id faciunt sine causa, vltra peccati reatum nulliter dispensant; *tomo 1. quest. 22. art. 4. De quo D. Tho. 1. 2. quest. 96. artic. 5. ad 3. & questio. 97. artic. 4. Victoria de potest. Papæ, & Canon. num. 7. Soto 1. de iustit. questio. 7. artic. 3. & lib. 4. de iustit. quest. 7. artic. 7. Navar. in capit. statuimus, nu. 10. 36. Idem post plures à se citatos Theologos, & Iurisperitos, Covarr. in 4. 2. part. cap. 6. §. 9. num. 8. & sequentibus Decium in capitul. que in Ecclesiarum, de constitut. num. 17. & ibi Felin. nume. 15. & in capit. de multa, de prebend. & in capitul. non est, de voto tradit Suar. dic. lib. 6. c. 19. num. 6. & seqq. vbi num. 14.* addit, subditum non peccare, per se loquendo, vtendo dispensatione sine iusta causa obtenta, secluso, scandalo, & nu. 17. docet, dispensationem legislatoris sibimet concessam sine iusta causa esse nullam, quia per dispensationem datam sine causa non aufertur obligatio legis naturalis, obligatio verò Principis ad obseruantiam suæ legis est de iure naturali, & non à volunrate humana.

8 Plures sunt causæ ad dispensandū, sed omnes reduci possunt ad quatuor positas in Concilio Tridentino, & in capitu. necessaria, & c. quod pro remedio 1. q. 7. videlicet charitas Christiana vrgens necessitas, debita obedientia, & Reipublicæ vtilitas. Alij addunt alias causas, quæ omnes reduci possunt ad bonum commune, sicut enim lex non cen-

censetur iusta, nisi ad bonum publicum referatur ita dispensatio ipsius legis nõ debet iusta censeri, nisi bono publico fiat. Itaque cùm passim varij occurrant casus, arbitrio boni, & prudentis viri relinquitur determinandum, & iudicandum de iustitia causæ ad dispensandũ, non enim præscribi potest regula generalis comprehendens omnes, & singulos casus occurrentes, ibidem artic. 5. De quo Syluest. verb. religio 4. §. 1. & 2. Corduba super regul. capit. 10. qu. 42 in principio. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 13. capitul. 19 num. 194. Sanchez de matrimon. lib. 3. disput. 8. num. 3 & lib 8. disput. 17. numero 10. Idem docent Suarez dicto capitul. 18 numero 25. & sequentibus Miranda suprà articulo 5. Idem Sanchez lib. 4. decalog. c. 45. num. 13. & seqq.

9. Papa cùm sit supremus prælatus omnium regularium potest cum illis omnibus dispẽsare. Episcopi verò, cùm non sit eorum prælati, ab ipsisque sint exempti, tam quoad obseruantias regulares quàm quoad omnes causas ciuiles, vel criminales, ex Tridentino Concilio, non possunt illis dispensare, nisi indulgentias tantùm, quas de licentia tacita, & præsumpta suorum prælatorum possunt ipsi religiosi lucrari, vel etiam dispensare cum illis in interstitijs, vt ascendant de vno ad alium ordinem, ex eodem Concilio, quod facere possunt prælati regulares, etiam habentes iurisdictionem Episcopalem per quandam declarationem Cardinalium, nisi sint de habentibus facultatem ordinandi suos subditos ordinibus minoribus, cum quibus possunt dispensare in interstitijs, vt de vno gradu ad alium superiorem ascendant, de quo supra resolut. 1. numer. 22. diximus, & infrà suo loco à nobis latiùs dicendum veniet, ibidem articulo 6. & 7. De quo Corduba libro quarto quæst. 1. propos. 8. & libro quinto quæst. 13. dub. 2. Nauarr. in capitul. non dicatis numer. 73. & de Iubileo num. 12. Vide Sanchez lib. 4. decal capitul. 39. num. 24. & sequentibus vbi numer. 29. quærit an religiosus possit dispẽsari ab Episcopo cedendo priuilegio exemptionis, & tandem numero 32. parti adhæret affirmanti, dummodo id fiat ex licentia superioris, & non fit ad id facultas intra Religionem.

Trid. sess. sess. 25. c. 8. de reg.

Trid. sess. 23. ca. 11. 13. de ref.

10. Prælati inferiores non habent potestatem dispensandi in legibus superiorum, tollendo obligationem legis ab aliquo particulari, capitulo inferior dist. 21. Sed bene in pœna iam contracta per legis transgressionem, dummodo non sit reseruata, quia inferior bene potest omnia in quibus specialiter non est prohibitus, vt tenet communis Theologorum. Hoc tamẽ intelligendum est de pœna inflicta ab ipsa lege, non vero de imposita à iudice, vel prælato ordinario, hanc enim non potest tollere superior contra voluntatem ipsius prælati ordinarij, ne contemnatur à subditis, nisi iam functus fuerit officio suo præfatus prælatus ordinarius: quia tunc potest sine facultate prælati de nouo electi, iusta ad occurrente causa, absq; violatione decreti Tridentini, quo talis pœnæ dispensatio à superiore facienda prohibetur, ibid. art. 8. De quo Syluest. *verb. dispensatio quæst. 4. & 9. Nauar. in summa cap. 22. num. 8. & in Manual. prælud. 9. numero 15. Medina quæst. 97. articul. 4. super primam secundæ D. Th. num. 12. Idem docet Petr. Miranda suprà artic. 11. ad quod etiam vide Suarez. dic. lib. 6. capitul. 19. num. .. & to. 2. de religione lib. 6. capitul. 17. numer. 3. P. Villalobos vbi suprà difficul. 41. num. 2. vbi resoluunt, inferiorem non posse validè dispensare in lege superioris sine iusta causa.*

Trid. sess. 14. c. 1. de reform.

An negata dispensatione à superiore, possit inferior id sciens adhuc dispensare? Affirmat Suarez lib. 6. de legibus cap. 21 numero 4. & sequentibus, quia negatio dispensationis non fit per sententiam iuridicam, nec præceptum aliquod, vel obligationem superior per illam imponit, sed solũ relinquit præexistens vinculũ, denegando vsum propriæ potestatis, ac ideò non censetur ligata, & diminuta inferioris potestas.

11. Bene tamen possunt inferiores prælati aliquando dispẽsare in lege superioris, tollendo omnino obligationẽ legis in particulari. Primò ratione con-

suetudinis, quæ est optima legum interpres, & iurisdictionem dat, vt habetur in iure cap. cùm contingat, de foro cõpetent. cap. duo simt, de officio ordinar. Secundò in casibus leuibus, in quibus ad Papam, vel ad alium superiorẽ recurri non potest facilè. Tertiò in casibus frequenter accidentibus, vt in ieiunijs, & obseruatione festorum, & similibus, in quibus inferiores prælati habent facultatem interpretatiuè à iure, & à superioribus concessã dispensandi cum suis subditis *ibid. art. 9. & d. qu. 4. art. 9. tom. 2. De quo D. Thom in 4. dist. 15. qu. 3. art. 2. ad vltimum, & 2. 2. qu. 147. art. 4. Nauar. in manual cap. 12. num. 21. & 22. Medina dict. art. 4. concl. 3. idem docet P. Miranda dict. artic. 11. conclus. in fine, & conclus. 2. ad quod etiam Suarez dict. cap. 19. de legibus n. 20.* vbi docet, quomodo superior possit dispensare in lege inferioris, ad idem Portel in addit. ad dubia num. 15.

12. Prælati regulares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, cùm eam habeant ad instar Episcoporum, possunt dispensare ex iure cũ suis subditis in omnibus, in quibus possunt Episcopi cum suis, nec specialiter sunt prohibiti, vt tenet communis DD. Vnde priuilegiũ Eugenij IV. concessum monachis S. Benedicti circa hoc, & habetur in Compend. Mend. tit. dispensare §. 25. respectu Generaliũ, aut Prouincialium non est indulgentia, sed ius cõmune, respectu tamen Prælatorum Cõuentualium non habentium Episcopalem iurisdictionem re vera est magnũ indultum. ibid. art. 10. De quo Syluest. *verbo dispensare, §. 14. Panorm. in cap. at si clerici §. de adulterijs, num. 13. de iudicijs. Ad quod vide Sanchez lib. 8. de matrimonio disp. 3 num. 9. & libr. 4. decalog. c. 39. num. 3. & 4. P. Miranda sup. art. 10. & 11. & q. 7. art. 1. & q. 8. per totam, & quæst. 9. art. 3. & seqq.*

13. Ex quo consequitur, quòd dicti prælati Regulares possunt alijs delegare hanc dispensandi auctoritatem, tum quia illam habent à iure dante iurisdictionem ordinariam ex natura sua delegabilem, cap pastoralis cap. final. de offic. ordin. tum etiã ex priuilegio perpetuo, quod iurisdictionem ordinariã itidem dare certi iuris est, vt *in cap. super c. pastoralis, & c. final. de offic. delegati, notant D. D. ibid. art. 11. De quo glossa in d. c. final. de offic. ordinarij, Syluest. tit. delegatus §. 10. & 11.*

14. Dicti prælati regulares non possunt dispensare, vt quis habeat duos Guardianos, aut Prioratus, vel vt vnus sit simul diffinitor, & Guardianus, attẽto iure communi, cap de multa, de præbendis, ex priuilegio tamen circa hoc vltimũ Minister, & Commissarius generalis Minorum habent dispensandi facultatem per quoddam statutũ ordinis Toletanum cap. 7. de elect. Nec itẽ possunt dispensare cum religioso vt ante vigesimum quintum annum ætatis possit eligi in prælatum, vt de curatis disponit ius in cap. cùm in cunctis, § inferiora, de election & in cap. licet canon. de elect. lib 6 (quibus similes sunt prælati locales habẽtes quoque curam animarum) nec item, vt ante trigesimũ ætatis annum possit esse Generalis, aut Prouincialis, vt de Episcopis (quibus similes sunt præfati superiores) definitur in eodem cap cùm in cunctis, & c. cùm nobis olim, de electione. Nec tandem, vt in Generalem, aut Prouincialẽ eligatur, nisi sufficienter sit litteratus, per similitudinem rationis, qua in Tridentina Synodo definitur, neminem posse ad Episcopatum promoueri, nisi sit Magister, siue Doctor, aut licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico, aut alias idoneus ad alios docendos testimonio alicuius Academiæ appareat. *tom. 1. qu. 23. art. 9. & 10.* De quo Enriquez *in summa 2. p. lib. 10. capit. 16. §. 2. littera R. & lib. 14. capit. 19. in principio. Azor inst. moral. 2. p. lib. 3. cap. 27. qu. 9. & lib. 6. cap. 6 quæst. 1. Lessius de iust lib. 2. cap. 34. dub. 24.* & alij relati a Barbosa *in remiss. ad Trident. d. sessione 22 c. 2. de reformatione* Idem docet P. Miranda *tom. 2. quæst. 3. artic. 3. & quæst 7. artic. 12. & eadem quæst. 3. art. 1. & quæst. 8. art. 1. conclus. 3.*

Trident. sess. 22. c. 2. de reform.

De

De Dispensatione quoad irregularitates.

15. Dicti prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem habēt facultatem dispensandi cum suis subditis in irregularitatibus, excepta bigamia quoad ordines sacros suscipiendos, sed non quoad minores, ad quos possunt dispensare, sicut & possunt cū bigamo similitudinario, etiam ad ordines maiores, idest, cum religioso pro- In Bull. Bulla 14. Sixti 4. n. 49. fesso, qui contraxit matrimonium, vxoremque cognouit. Iuxta quod debent intelligi priuilegia concessa prælatis Regularibus ad dispensandum in irregularitatibus, excepta bigamia, vera, scilicet, & interpretatiua, respectu ordinum maiorum tantum. Vt autem bigamia sit indispensabilis per dictos prælatos, requiritur interuentio copulæ, sed non requiritur seminis effusio intra vas, dummodo secuta sit corruptio fœminæ intrando claustrum pudoris. Vnde si matrix attraxit semen incorrupta manēte virgine, factaque fuit grauida, & aperto membro genitali cum aliquo instrumento peperit, qui sic eam cognouit dicendus est bigamus, *tom. 1. quæst. 24. artic. 1. De quo D. Thom. in 4. dist. 27. Sylvester verbo bigamia quæst. 6. nu. 49. Nauar. in summa cap. 27. nu. 197. Bibald, in candelab. aureo 2. titul. de irregular. num. 24. Idem docet P. Miranda tom. 2. quæst. 8. art. 2. & nos diximus suprà de bigamia num. 12. & seqq.*

16. Item possunt præfati prælati dispensare cum corpore vitiatis, dummodo non sit notabilis indecentia, seu defectus corporis non sit essentialis, aut notabile scandalum oriatur, vt cum carente digito non pollice, iuxta cap. 2. c. vlt. de corpore vitiatis, & cap. 2. de clerico ægrotante, vel oculo non sinistro, qui dicitur oculus Canonis, vel etiam cum eo, qui potest ambulare cū pede ligneo, & similibus. Tandem in vniuersum dispensare possunt in omnibus, quæ non sunt specialiter Papæ reseruata, & non generant scandalum celebrando. Quod & confirmatur ex In Bullar. quodam indulto Iulij II. quo generali oraculo Iulij 2. bus Minorum datur facultas dispensan 9. di cum Religiosis super quacunque irregularitate, excepta proueniente ex homicidio voluntario, aut præstatione auxilij, seu fauoris ad idipsum, aut ex bigamia. *ibid. artic. 3. De quo Nauar. cap. 27. num. 200. & cap. 18. num. 103. Soto in 4. distinct. 25. quæst. 1. artic. 3. Idem docent P. Miranda dict. quæst. 8. art. 3. Portel verb. dispensare num. 5. P. Villalobos 1. part. summæ tract. 21. num. 21. Ad quod vide Mayolum de irregularit. libr. 2. capit. 1. & 19. Burgas. 5. de irregularit. tit. de corpore vitiatis num. 4. Syluest. verb. corpore vitiatus num. 5. post quos Suarez de censuris disput. 51. sect. 3. num. 15. 16. & 17.* Vbi resoluit, quòd siquis carens visiua virtute in occulo sinistro, tanta polleat virtute in dextro, vt sine deformi faciei conuersione possit legere Canonem, non est irregularis, quia cessat fundamētum irregularitatis, id tamen limitat, quando talis defectus subuenit post ordinationem; nam si antecessit, maturiori iudicio, & prudentia animaduertere oportet, vt virtus alterius oculi, & firma sit, & sufficiens ad illam defórmitatem tollendam in lectione Canonis.

17. Licèt dicti prælati habeant iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem erga sibi subditos, non tamen pōtestatē habent ad iudicandum, an ordinādi sint irregulares ob corporis vitiū, si super hoc dubium adsit, cùm careant potestate conferēdi ordines, sed ad Episcopum ordinātem id pertinet, ibid. art 4. De quo Sylu. verbo, corpore vitiatus, n. 2. Nau. vbi suprà n. 200. Idē argumēto dict. c. 2. de corpore vitiat. tradit Suarez infrà statim citandus, numer. 16.

18. Possunt tamen dispensare cum Religioso infirmitate capitis laboranti ad celebrandum velato capite, præsertim vsque ad consecrationem, cùm etiam sano id liceat, vt maiori deuo-

deuotione, & attentione Missam celebret, ibid. artic. 5. De quo Nauar. lib. 3. cons. titul. de celebration. missę cons. 4. pag. 345. prima editione, aliàs cons. 6. Idem docet Mirāda sup. art. 4. concl. 5.

19. Cùm irregularibus ex infamia iuris, vt cum conuicto de crimine nefando solus Papa dispensat, iuxta cap. infames, vbi glos. de regulis iuris in 6. sed cū irregularibus ex infamia facti, quæ nascitur ex crimine graui notorio, benè dispensare possunt Episcopus, & prælati Regulares iurisdictione quasi Episcopali pollentes cum suis subditis, iuxta cap. Domino, dist. 5. & c. Euphemium, 2. quæst. 3. vbi notant glossa. Nā quantum ad infamia iuris maculatos nullum illis priuilegium valet ad dispensandum ob scandalum, quod generat hæc notoria enormitas, cuius dispēsationem ob id semper credi debet vel le Papam sibi reseruari, *ibid. artic. 6.* De quo Nauar. *in Man. cap. 25. numer. 75. & 76. & cap. 27. num. 204. & numer. 248. & in capit. at si clerici. §. 1. de iudicijs,* Idem docent Miranda *vbi suprà, art. 5. Portel. sup. num. 6.* Ad quod vide Suarez *de censuris disp. 48. sect. 2 num. 5. & sequentib.*

20. Cum furiosis, Lunaticis, Dęmoniacis, & morbo caduco laborantibus nec Papa potest dispensare, vt ad ordines promoueantur, nec vt in promotis ministrent: cap. final. 15. quæst. 1. capit. nuper 7. quæst. 2 & c. communiter, cum duobus sequentibus 33 dist. cap. in tuis litteris. 7. quæst. 2. Sed cessante morbo prælati poterunt dispensare, vt iam promoti celebrent spectato priùs commodo tempore ad arbitrium eorum, quo experimento deprehendatur, an sint ex toto liberati ab infirmitate sua Vnde si non omninò liberati sunt à furore, sed rarò eis huiusmodi passio euenit, permitti possunt celebrare associati alio sacerdote parato ad celebrandum, si fortè aliquid contingat, iuxta cap. illud, et capit nihil 7. quæst. 1. nisi ita eos apprehendat furoris vis, vt spument, ac dentibus fremant, tunc enim nullo modo permittendi sunt celebrare, *ibid. art. 7.* De quo Nauar. *cap. 29. nu. 103.* Couar. *in Clement. si furiosus, 1. part. §. 2. num. 7.* Siluest. *verb. corpore vitiatus, quæst. 8.*

Idem docet post Nauarrum, & alios à se citatos Miranda vbi suprà, artic 4. conclus. 2. Maiolus de irregularitate, lib. 2. cap. 13. numer. 5. & post multa ab eo tradita Suarez *de censur. dict. disp. 51. sect. 1. à num. 3. vsque ad 71.*

21. Cùm Neophitis, seu nouiter ad fidem conuersis possunt dicti prælati dispensare, vt post tempus per ipsos assignandum ordinentur, sicut Episcopus potest erga sibi subditos; idque innui videtur in capit quoniam 47. dist & in cap. 1. dist. 57. Aliqui tenent post decē, aut viginti annos posse huiusmodi nouiter ad fidem conuersos promoueri ad ordines, cum quibus etiam possunt dispēsare Episcopi ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, habentes de suis moribus, profectu in fide, ac virtute non vulgare experimentum. Et à simili idipsum possunt prælati cum suis Fratribus quoad officia, & pręlationes Ordinum. Secus de filijs hæreticorum pertinacium dicendum est, qui vsque ad secundam generationem per viam masculinam inclusiuè, & vsque ad primā per fœmineam censentur irregulares, & excluduntur à susceptione ordinū, & ab officijs, & beneficijs, ex capit 2. § hæretici, & capit statutum fęlicis, de hæreticis, in 6. & capit. cōuenientibus, & cap. saluberrimum. 1. quæstion. 7. Vnde alij extra istos ab hæreticis descendentes ab ordinibus sacris non sunt repellendi, secundùm quod debet explicari Concilium Tridentinum, in quo genus inquirēdum ab Episcopo est idē, Trid. sess. ac probare, an ordinādus sit legitimus, 23. c. 7. de vel liber, an ec ne. ibid. ar. 7. De quo Sanchez reform. *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 28. num. 12. Cenedo ad Decretal. collect. 77. numer. 2.* Ad idem vide Auctores citatos à Couar. *in Clement. si furiosus, 1. parte §. 2. num. 8. concl. 3. Auila de censur. part. 7. disput 4. dub. 4* & post multa egregiè tradita Suarez *de censuris disp. 43 sect. 3. num. 5. & seqq.* & quoad hæreticos, *sect. 1. num. 5 & seqq.*

22. Item cum Religiosis non multum litteratis possunt Episcopi dispensare, vt ad ordines sacros promoueantur, quia in illis non requiritur tanta scientia, quanta in clericis sęcularibus,

eo

eò quòd ad curam animarum non ordinentur, & ex continuo conuictu, & cõmunicatione cum doctis in Religione ſemper manet ſpes diſcendi, idque colligitur ex capit. nullus, de tempor. ordin. lib 6. vbi illiteratus tonſurari prohibetur, niſi Religionem intret. Vndè ſufficit, quod conſtet prædictis Dominis Epiſcopis per litteras teſtimoniales ſuorum prælatorum Religioſos ordinandos eſſe examinatos, & ſufficienter litteris inſtructos ad ſuſcipiendos ordines, nec hoc eſt contra Concilium Tridentinum in decreto, de examine ordinandorum, nec contra aliud decretum, de ſufficientia ordinandorum in presbyteros ad docendum populum, quam dictum Concilium in Religioſis tam exactam non requirere videtur, quam aliqui poſtulant, ſcilicet, vt poſſint ſæcularium confeſſiones audire, nã oppoſitum innuit in proximè immediato decreto. Cur enim magis credere debet Epiſcopus ſeculari examinatori, quam prælato Regulari teſtificanti de ſcientia, & ſufficientia ordinandi? ibid. d. art.7. De quo Henriquez de ſacram. ordin. lib. 10 cap 16. in fine, Maiol. lib. 1. de irregul c. 31. nu. 5. & 20. Soto in 4. diſt. 25. qu. 1. art. 4. pag. 60 col. 1. Vide Suarez *ſuprà diſp. 11. ſecti. 1. num 8. & ſequentib. & Miranda dict. qu. 8. art. 7.*

Trid. ſeſſ. 23. c. 7. 11. & 14. de reform. & c. 15.

23. Item poſſunt diſpenſare dicti prelati in omni irregularitate, exceptis tribus, ſcilicet, quæ prouenit ex homicidio voluntario, ex bigamia, & ex mutilatione membri manifeſta, & ad iudicium deducta, & præſtatione auxilij, & fauoris ad id, per multa priuilegia Apoſtolica, de quibus in Bullario. Vnde benè poſſunt diſpenſare in homicidio caſuali, & in perpetratò cauſa defenſionis propriæ, etiam ſi ſit publicum, & manifeſtum, & in omni alia irregularitate proueniente ex defectu lenitatis, imò & in homicidio voluntario occulto, ex conceſſione Martini V. facta Priori S. Benedicti Valliſoleti, & alia Iulij II. facta Prædicatoribus, de quibus in Compendio Societatis, verb diſpenſatio, §. 1. & in Compen. D. Hieron. §. 14. & in Comp. Mend. verb. diſpenſatio, §. 24. Imò excluſo omni priuilegio talem diſpenſationem impendere poſſe tenent multi, eò quod dicti prælati habent tantam auctoritatem circa ſuos ſubditos, quantam habent Epiſcopi erga ſuos, Epiſcopi autem ex ſententia aliquorum poſſunt ſuper hac irregularitate diſpenſare, non obſtante Tridentino Concilio concedente illis facultatem diſpenſandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, quia id debet intelligi de homicidio occulto, quod poteſt probari in iudicio, licèt actu non ſit ad illud deductum, non verò de homicidio omninò occulto, quod probari nullo modo poteſt, idque euidenter innuit dictum Concilium. ibid. artic. 8. De quo Nauar. *in Manual. capit. 27 num. 204. & 207. & lib. 5. conſ. titul. de homicidio conſ. 34. Couar. de homicidio 2. p. §. 4. num 4.* Idem ferè docent Suarez *de cenſuris diſp. 47. ſect. 6. num. 13.* P. Miranda *dict. quæſt. 8. art. 10. Portel, verb. diſpenſare, numer. 8. & 9. & in addit. etiam, nu. 9.* P. Villalobos *1. part. Summa tract. 21. diff. 9. nu. 16. & ſeq.* quidquid Sanchez *lib. 1. Decalog. cap. 10. num. 49.*

Bull. Bul. 1. Eugen. 4. & Bul. 12. 2. Innocentij 4.

Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform. & ſeſſ. 14. ca. 7. de reform.

24. Quando igitur in priuilegijs Regularium conceditur prælatis facultas ad diſpenſandum in omni irregularitate, exceptis homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membri, debet intelligi de homicidio voluntario illicito, quod eſt peccatum contra quintũ præceptum Decalogi. Et eodem modo intelligendum venit ſupra dictum decretum Concilij Tridentini, vt Epiſcopi poſſint diſpenſare in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario. Sed nota, quòd cum huiuſmodi homicida voluntario nec Epiſcopi, nec prælati poſſunt diſpenſare tam ad ordines ſacros, quam ad beneficia Eccleſiaſtica, etiam non curata, aut ad prælaturas Regulares obtinendas, ex Concilio Trid. ibid. art. 9. & 16. Vidè ſuprà de abſolut. quo ad Fratres, num. 1 & 8. & de aborſu. nu. 5. & 6. Idẽ poſt Bannez 2. 2. q. 40. art. 2. dubio 4. & Viualdum in Candelab. aut. 2. p. tit. de Irreg. §. de diſp. quoad Fratres, nu. 326.

In Bull. Bul. 14. & 33. Sixti 4.

Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de reform.

&

& 317. Maiol. lib. 2. de irregul. c. 48. §. 3. tradit P. Miranda art. 9. & citato Suarez vbi sup. resoluit Villalobos *sup. dif. 28. num. 10.*

25. Pro quo tamen nota magnam certè concessionem & notatu dignam à Paulo III. factam Congregationi S. Benedicti Vallisoleti, in qua habetur, quòd singulis annis prima de Lunæ Quadragesimæ possint prælati absoluere monachos, Oblatos, & alias personas Ordinis à quibuscunque quomodolibet reseruatis casibus, censuris, & pœnis, exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini, & dispensare super quibuscunque irregularitatibus quauis occasione, vel causa contractis, quæ magna concessio extat apud Bullarium, cùmque in ea absolutè, & sine limitatione concedatur dispensatio super omni irregularitate quauis occasione, vel causa cōtraria, omnes comprehendere videtur, siuè ex homicidio voluntario, siuè ex bigamia, siuè ex delicto occulto, vel publico procedat. Quo magno priuilegio gaudent aliæ Religiones communicantes in priuilegijs. Vidè *infrà de Mendican. Fratribus, num.* 10. & Portel *in addit. ad dubia, verb. dispensare à num.* 1. *&* nos diximus *suprà, de bigamia in notis, num.* 14.

Bullar. Bulla 9. & 10. Pau li. 3.

26. Possunt tamen supradicti Episcopi, & prælati dispensare in foro conscientiæ in irregularitate procedente ex mutilatione membri occulta, & non deducta ad iudicium, licèt delictum sit commissum per insidias, industriam, & ex proposito, quia nomine homicidij voluntarij excepti in Concilio Tridentino, ne in illo dispenset Episcopus, nō venit mutilatio membri volūtaria, nec in vniuersum quidquid attribuitur homicidio voluntario, attribuitur etiam mutilationi voluntariæ, ibid art. 10. De quo Nauar. c. 27. n. 194. in fine notabilis. Idem docent Portel verb. dispensare, num. 7. Villalob. vbi sup. num. 16. in dif. 9. Suarez vbi suprà dict. num. 13. Miranda dict. quæst. 8. artic. 11. An autem quis censendus sit irregularis in dubio facti homicidij, vel mutilationis, tradit Sanchez *lib. 1. De alogi, cap. 10. à num. 33. vsque ad* 50. quidquid ibi *num.* 49. dicat cōtra nos de mutilatione membri occulta, in qua non posse dispensare Episcopum constanter tenet.

Trid. d. c. 7. de reform.

27. Item possunt dicti prælati dispensare cum Fratribus sibi subditis, & cum hospitibus ad eos declinantibus, & cum nouitijs irregularibus ex eo quòd censura Ecclesiastica innodati celebrarunt, ex concessione Clementis IV. qui hoc extendit ad prælatos Conuentuales, & eorum Vicarios, idèmque concessit Sixtus IV. apud Bullarium. Sed auertè, quòd nouitij ante professionem exeuntes à Religione reincidunt in censuras, & irregularitates, à quibus fuerunt soluti, & dispensati. *ibidem art.* 14. *&* 15. De quo Syluester *verbo, absolutio. §. 5. num.* 9. Villalobos *sup. nu.* 18. Miranda *supr. art.* 14. *concl.* 5. quidquid Sanch. *lib. 5. Decalog. cap. 5. num.* 14.

Bullar. d. Bulla 14. & 33. Sixti 4.

28. Tandem possunt dicti prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem dispensare in pœnis, & inhabilitatibus incursis ob aliqua grauia delicta, & contentis in Bullis Apostolicis, vt propter introductionem mulierum intra monasteria, vel ingressū ad clausuram Monialium, vel etiam ob adulterium, fornicationem, stuprum, periuriū simplex, & similia, dummodò non sint ex criminibus maioribus, seu grauissimis, qualia sunt periurium qualificatū, simonia, incestus, sodomia, assasinatus: quod, inquam, facere possunt habilitando priuatos ab officijs, & inhabiles ad illa per Cōstitutiones Apostolicas, ad eadem officia obtinenda, & alias similes pœnas tollendo, idque post iniunctam, & peractam dignam pœnitentiā, iuxta *cap. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs*, etiam si dictæ pœnæ ipso facto incurrantur, & sint perpetuæ, dummodò non sint specialiter Papæ reseruatæ, sicut non reseruantur proximè dictæ, pro introductione mulierum intra monasteria, & ingressu indebito intra clausuram Monialium. Imò & ante actam pœnitētiam adhuc posse dictos prælatos dispensare cum suis subditis perpetuò priuatis ab officijs tenēt multi, si eorum prudentia, & regimen vtile iudicetur Religioni, aut Monasterio, quod præsumitur si à populo, vel à mona-

nasterio peragantur, sicut & Episcopus potest ob similem Ecclesiæ vtilitatem dispensare cum clerico perpetuò ab officio priuato: quin & ad id compelli posse, tenent communiter scribentes. *ibid. art. 17. De quo Couarr. in 4. 2. p. cap. 6. §. 8. à nu. 12. Mandos. in praxi signat. §. dispensatio cum incestu, Salzedo in Pract. crimin. cap. 86. D. Thom. quodlib. 18. Gambar. de officio delegat. lib. 2. nu. 69. & 276. Capucinus in addit. ad Compend. verb. absolutio ordinaria quoad Fratres, fol. 27. Item docent P. Miranda tom. 2. quæst. 9. artic. 3. conclus. 3. & quæst. 31. art. 11. Portel verb. dispensare, num. 10. & nos diximus ex parte suprà resol. 5. num. 1. & 2.*

De dispensatione quo ad vota.

29. Papa non potest dispensare cū religioso super votis essentialibus Religionis, ita vt maneat verè Religiosus, & Monachus: quia illa sunt intrinseca, & essentialia Religioni, & Monachatui, & de iure diuino, vt constat ex cap. cùm ad monasterium, de statu monachorum, benè tamen dispensando efficere potest, vt de Religioso fiat non Religiosus, & sæcularis in toto, vel in parte, vt de facto inuenitur iam fuisse dispensatum ad matrimonium contrahendum pro concordia multorum regnorum, nusquam enim hoc Pontifici prohibitum inuenitur. Vnde iusta vrgente causa, potest dispensare in iure diuino, quando ortum habet à voluntate humana, vt in traditione, quæ Deo fit per solemnem professionem Religionis, nō tamen potest in iure Diuino absolutè contento in præceptis fidei, & sacramentorum. Tomo 1. quæst. 25. art. 1. & 2 & tom. 3. q. 29 art. 7. De quo Scotus in 4. dist. 38. Cordub lib. 1. quæst. 24. Soto lib. 7 de iustitia q. 4. art. 2. & qu. 5. art. 3. Couar. de restitutione c. 1. nu. 10. Idem tradit Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 7. qu. 1. vbi latè, & luculenter quæstionem resoluit pro parte affirmatiua, eamque amplectitur Sanchez *li. 8. de matrimon. disp 8. nu. 7. & seq.* & idem clariùs repetit *lib. 4 decalog. c. 36. nu. 14. & lib. 5. c. 2. n. 4. vsque ad nu. 11.* ad quod etiam faciunt tradita à Suarez *tom. 2. de religione lib. 6. cap. 9. n. 13. vsque ad* 18.

30. Cum Religiosis autem Militaribus de facto dispensatum fuit, vt possint ducere vxores, ad castitatem tamē coniugalem tenentur ferè omnes, exceptis Commendatarijs Iesu Christi in Portugallia, qui eam non vouent, vnde ad alias extra proprias vxores accedentes sacrilegium committunt, & filij ex tali concubitu nati pro sacrilegis reputantur. *ibid. art. 3. & quæst. 1. art. 6. & qu. 13. artic. 2 & tom. 3. quæst. 29. artic. 7* De quo Molina *2. 2, tract. 2. disp. 14 col. 772. Azor tomo 1. inst. moral. lib. 12. capit. 5. qu. 2. ad finem*. Idem docet Sanchez *libr. 7. decalog. cap. 8. num. 28. P. Villalobos 2. p. sum. tract. 34 diff. 15. num. 3.*

31. Prælati Regulares possunt dispēsare vota simplicia subditorum emissa post professionem, etiam si sit votum de transeundo ad arctiorem Religionem, dummmodo faciat ad petitionem subditi dictum transitum vouentis, non tamen possunt illud irritare, cùm excedat limites obedientiæ, nec sit in potestate Prælatorum illud impedire. ibid. art. 4. De quo D. Thom. vbi Calet. *2. 2. q. 88 art. 12. ad 3 Soto de inst. lib, 7. q 3. a. 1. dub. 3 Nauar. in Manual. c. 12. n. 64. & in c. non dicatis, n. 74. Aragon 2. 2. qu. 88. art. 8. concl. 1 & 2. Idem ferè docent Suarez dict lib. 6. c. 10. n. 15 16. & 17. P. Miranda tom. 2 q. 32. art. 1, concl. 3. P. Villalobos dict tract. 34. diff. 25. n. 5. & diff 18 n. 4. Sanchez libr 4 decalog. cap. 39 num 3 & seqq & cap 52 num & seqq.*

32. Item possunt dispensare in votis volentiū Ordinem intrare, etiam si habeant votū emissum de intrando aliam strictiorē Religionem, v. g. Carthusiā, dūmodo in ea Religione, de qua vouissent, professionem nō emiserint: dispēsatio tamen, non secuta, seu non facta professione, irrita, nulliusque valoris censebitur, ad quam faciendam semper requiritur iusta, & rationabilis causa, qualis reputatur, quando quis putat

se

se gratius Deo famulatum gerere in laxiori, quàm in arctiori Ordine, & ita debet intelligi Bulla Eugenij IV. facta Benedictinis, qua tale priuilegium conceditur. ibid. art 6. De quo D. Thom. 2. 2. q fin. art. penult. ad tertium, Nauar. c. 12. num. 58. Idem docet P. Miranda tomo 2. quæst. 33. art. 5. Sanchez lib. 4 decalogi cap. 39 num. 16. & c. 43. nu. 16. quidquid ibid. nu. 20 non approbet causam supra traditam à nostro Auctore ad sic dispensandum.

Bull. bul. 11. Euge. n. 8. & 9. & in Cõp. Médic. tit. dispensat. §. 8.

33. Idem omninò possunt in Moniales sibi subditas, sed earum Abbatissæ hanc potestatem dispensandi non habent, vt potè carentes iurisdictione spirituali, benè tamen valent ipsarum vota irritare virtute potestatis dominatiuæ, qua possent erga sibi subditas. ibid. in art. 7. De quo Angles relatus in summa Auctoris tom. 2. cap. 89. de voto num. 9. Idem docent Sanchez dict. cap. 39. num. 7. & Portel verb. dispensare, num. 13.

34. Item possunt dicti prælati, imò & Magistri Nouitiorum commutare, & dispensare vota eorum, quæ in Religione adimpleri possunt in opera, & exercitia Ordinis, in quibus se solent occupare nouitij, & nouitiæ, sed non possunt ea irritare ex defectu potestatis dominatiuæ super eos. ibid. art. 8. De quo Nauar. cap. 22 num. 63. & 65. Alcozer in summa cap 16. fol. 57. p 1. Idem docent Sanchez dict. cap. 39. num. 16. post Enriquez 7. de indulgent. cap. 22. num 7. & post nostrum Auctorem, & alios ibi à se citatos, & P. Miranda dict. quæst. 33. art. 6.

35. Possunt etiam dicti prælati dispensare in omnibus obseruantijs Regularibus, & in præceptis obligantibus ad mortale, exceptis essentialibus, & intrinsecis, seu votis essentialibus, iusta ad id existente causa, dummodo aliquid eorum illis expresse prohibitum non sit, ex mente Concilij Tridentini, in quo habetur, quòd superiores, non possunt, quæ ad substantiam Regularis vitæ pertinent, relaxare: quo innuit, omnia quę non sunt de substantia Religionis, posse ex causa dispensari à prælatis. Circa quod est quædam concessio Pij II. qua vti posśut Fratres Minores, quibus facta est, vtpotè recepta, & posita in Monumentis Ordinis, qua facultas datur prælatis, vt possint in singulis Regulæ præceptis dispensare, etiam extra arctam necessitatem, cum aliquali tamen rationabili causa, licèt non omninò sufficiente, exceptis substantialibus votis, vt de sotularibus in itinere, de equitando, licet non sit arcta necessitas, vel infirmitas, de receptione frumenti pro induendis Fratribus, vbi nõ est alius modus habendi, de procurandis in die Sabbati eleemosynis pro carnibus, vbi est consuetum, & similibus. Hos casus exprimit Pius II. vbi supra. Sed caueant Fratres ab alia concessione Pij V. quæ ab aliquibus circumfertur, qua non licet vti, vtpote cõtra substãtialia Regulæ, in cuius aliquibus præceptis omninò dispensat, ac ideò à Religione omninò reiecta est, nec inuenitur in libris Ordinis tom. 1. quæst. 26. art. 1. & 2. & tomo 3. quæst. 1. art. 5. Ad quod faciunt tradita à Soto 1. de iustitia quæst. 7 art. 3. & lib. 8. quæst. 3. art. 1. dub. 1. Corduba in addit. ad Compend. titulo, dispensatio §. 8. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 18 num. 396. vers. octauum. Idem docet post nostrum Auctorem P. Miranda tomo 2. quæst. 31. artic. 1. 2. 3. 4. & 5.

Trid. sess. 25. c. 1. de regul.

Bullar. Orac. 1. Pij 2.

36. Concessio Leonis X. facta Minoribus, vt possint recipere triticum, ac alia superabundantia, quibus Fratres nõ indigent in propria specie, aut non in tanta quantitate, vt per Syndicum commutentur, aut vendantur pro rebus necessarijs ad victum, & sustentationem Fratrum, quæ aliàs sine pecunia commodè haberi non possunt, vt pro vino, carnibus, & alijs similibus, non est dispensatio, seu relaxatio Regulæ de non recipiendo pecuniam ibidem art. 3. De quo Corduba in Addit. ad Compendium tit. commutare §. 3. & in annotat. verbo dispensatio §. 8. Ad quod etiã faciunt tradita ab ipso Corduba super Regul. cap 4. quæstion 16. puncto 3. §. item quod secundum, & post eum citatum expressè docet P. Miranda dict. quæst. 31. art. 3.

37 Exceptis tribus votis essentialibus cętera omnia contenta in Regula Fratrum Minorum esse tantùm præcepta, & non vota, ad instar præcepti-

Eccle-

Ecclesiastici ieiunij, & aliorum à fidelibus impositorum, definitum est in Concilio Viennensi Clementin. exiui §. nos igitur, vers. nec tamen, & in cap. exijt, §. dicimus, de verb. signific. lib. 6. & tenet verior, & receptior Doctorum opinio, alias si essent vota solemnia, nec Papa in illis dispensare posset, sicut in paupertate, vel in castitate non potest, vtpotè annexa, & essentialia Monachatui, ex regula Innocentij Papæ in c. cũ ad monasterium, de statu Monachorũ, sublata enim rei essentia rem ipsam perire necesse est, ac ideo Frater Minor dispensatus in ieiunio, v.g. Regulæ nõ maneret Frater Minor, quod absurdũ omninò apparet, & contra praxim, & indultum Pij II. *ibid. art.* 4. Pro quo D. Thom. 2. 2. *quæst.* 186. *artic.* 9. *in corpore*, *Caietan. in summa verb. præcepti transgressio* Idem docet P. Miranda *dict. qu.* 31. *art.* 2.

38. Facultas dispensandi in præceptis Regulæ residet penes Generales, vel Prouinciales, qui ad instar Episcoporum habent suam iurisdictionem, & sic iuxta concessionem præfatam Pij II. possunt dispensare cum Fratribus ad equitandum, aut portandum calceamenta, & cętera, etiam pro toto eorum tempore. Sed prælati inferiores, vt Guardiani, & Præsidentes in eorum absentia (ad quos dicta auctoritas extenditur,) tãtùm possunt in casibus particularibus pro vna, vel duabus vicibus, licèt non sit stricta necessitas: Aduertant tamen, quòd petentibus subditis dispensatione super aliquo cum aliquali causa, non debent id committere eorum conscientiæ, quin potiùs vt boni Pontifices compatiantur subditorũ infirmitatibus benignè dispensando iuxta præfatam concessionem Apostolicam, vt liberentur à suis scrupulis, dummodò id non vergat in obseruantiæ Regularis relaxationem: subditus verò absens à prælato, vbi manifesta est necessitas, benè potest vti epijcheia, existimãs in tali casu rigorem legis cum ipso esse mitigandum. *ibid. art.* 5. De quo Soto *de iustitia quæst.* 7. *art.* 3. Nauarr. *cap.* 21. *nu.* 21. Idem docent Corduba *in addit. ad compend. tit. dispensat.* §. 8. *& super regul. cap.* 3. *quæst.* 3. *puncto* 1. *in fine, & cap.* 10. *quæst.* 4 *concl.* 3. §. *sed pro maiori.* P. Miranda *dict. qu.* 31. *art.* 1. *&* 4.

39. Dispensatio cùm sit actus iurisdictionis, nemò potest eam in semetipsum exercere. Vnde quidquid quidam assumunt, in supradictis posse prælatos secum dispensare, adhuc debent super hoc sibi prouidere auctoritate maioris, seu superioris prælati, vt ab eorũ confessarijs super his possint dispensari. Vel virtute suę iurisdictionis ordinariæ delegabilis commissæ confessario ab ipsis electo possunt ab ipsis dispensari, *ibidem art.* 6. De quo Corduba *ad Compend. tit. decedere ad monasterium, iuxta finem, & Abbas in capit. magnæ, de voto.* Idem docent Sanchez *lib.* 4. *Decalogi, c.* 39. *nu.* 12. *& libr.* 8. *de matrim. disp* 3. *numer.* 3. *&* 9 P. Miranda *d. quæst.* 31. *artic.* 5. vbi ad id citat, *capit final. de pænitent. & remiss.* qui textus licèt loquatur de confessione, etiam videtur extendendum ad dispensationẽ ex paritate rationis.

De Dispensatione quoad illegitimos.

40. PEr ingressum Religionis iure cõmuni tollitur illegitimatio quoad ordines sacros recipiendos, cap. 1. de filijs presbyter, & c. 1. dist. 56. Vnde illegitimi post professionem in Religione approbata ad id non indigent dispensatione, sicque iam superfluunt priuilegia Apostolica super huiusmodi dispẽsatione facienda cum Religiosis. *tomo.* 1. *quæst.* 13. *artic.* 3. *De quo agunt Cened. ad Decretal. collect.* 52. *numer.* 2. *Salzed. ad Bernard. Diaz in practic. c.* 14. *Littera B. versic. si tamen illegitimus. Azor inst. moral. part.* 2. *libr.* 6. *c.* 3. *quæst.* 1. *Aloys. Ricci. in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. part.* 1. *decis.* 82. *Pet. Mirand. in Manual, tom.* 1. *quæst.* 25. *art.* 10. *conclus.* 1. *Bellet. Disquisit.*

Cle-

Clerical. part. 1. titul. de Disciplina clerica, §. 3. n. 46. Campanil. in diuers. iur. Canon. Rub. 11. cap. 13. numer. 115. Sanchez ad praecept. libr. 5. capit. 5. à numero 11. quos refert Barbos. in Collectan. ad libr. 1. Decretal. titul. 17. cap. 1. de filijs presbyt. num. 2. Vide ad idem Suarez de censuris disputat. 50. sect. 5 à num. 12. Imò & quidam tenent in fauorem, & honorem Religionum per professionem solemnẽ in Religione tolli omnem illegitimationis notam, non solùm iure humano, sed & iure Diuino, etiam quoad dignitates, & praelaturas Ecclesiasticas, & Episcopatus, Oppositum tamen omnino asserendum, & tenendum est per Constitutionem Gregorij XIV. moderantem decretum Sixti V. contra illegitimos, in qua praecipit Pontifex, vt legitimatio, seu dispensatio Religiosorum quoad dignitates, & prelatias fiat à Generali, vel Prouinciali cum Capitulo Generali, vel Prouinciali, seu intermedio, & extra Capitulum non possit fieri, non obstantibus antiquis priuilegijs, quae habentur in Bullario, quibus dictis concedebatur prelatis absoluta facultas ad dispensandum cum huiusmodi illegitimis ad praelationes obtinẽdas, vel omninò tollebatur illegitimatio per professionem in Religione, vt olim concesserat Eugenius IV. Congregationi S. Iustinae, quae omnia sunt reuocata per dictam Bullam Gregorij XIV. nec Cõcilium Tridentinum aliquam facultatẽ super hoc impartitur Episcopis, & per consequens nec praelatis Regularibus habentibus iurisdictionem Episcopalem, haec enim irregularitas illegitimationis non prouenit ex delicto occulto ipsius illegitimi, sed ex delicto suorũ parentum, *ibid. artic. 4. vsque ad 9. De quo Nauar. in cap. non dicatis, numer. 91. & 93 & rursum, numer. 60. Couar. de sponsalibus 2 part. capit 8. numer. 4. Corduba lib. 1. quaest. 35. pag. 279. col. 2. vers. ex dictis, Castro de lege paenali, lib. 2. cap. vltimo conclus. 3. Idem tenent Fusc de visitat lib. 2. c 35. num. 36. Paleot de noth. & spuri. c. 5. nu. 4. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 10. num. 5. Iacob. de Graphis in aureis decis. p. 1. libr. 3. c. 5. num. 8. Salzed. vbi sup. Azor sup. q. 2. Nau. cons. 3. nu. 2. in antiq. & cons. 6. in nouis sub hoc titul. Sayr. de censur. c. 11. num. 3. & alij relati à Barbosa vbi sup. num. 3. & tandem Sanchez vbi sup. 16. vbi num. 15. antecedente credit nostrum Auctorem in hanc inclinare sententiam, cùm mihi certũ sit, id expressè, & asseueranter tenere, de quo infrà resol. 76. n. 8.*

Bull. Pul 14. Sixti 4. nu. 49. & Bulla 33. nu. 41. & Bulla 36. n. 63. Bullar. Bulla 9. Eugenij 4. nu. 17. Trid. sess. 14. cap. 7. & sess. 24. c. 6. de reform.

41. Circa superius dicta aduerte, quòd priuilegium Eugenij IIII. concessum Congregationi S. Ioannis Euangelistae (vulgus appellat Loyos, seu de sancto Heloy in Portugallia) relatum vt singulare, & nouiter inuẽtum à Portel in suis dubijs Regularibus, verb. illegitimus, num. 9. & verb. dispensare, num. 2. iam multo antea retulerat noster Auctor supr. art. 6. estq; reuocatum per dictam Bullam Sixti V. & moderatoriam Gregorij XIV. contra illegitimos, vt à nobis expressum est suprà, & ita videtur non posse vti tali concessione Patres dictae Congregationis S. Ioãnis Euangelistae, vt refert idem Portel apud illos practicari, nisi dicamus, dictum priuilegiũ Eugenij fuisse postea reualidatum per Clementem VIII. & Paulum V. vel per alium vlteriorem Pontificem confirmantem nostra priuilegia, etiam per modum communicationis, ex certa scientia, quae confirmatio habet vim innouationis, & reualidat inualidum, aut reuocatum, vt in simili resoluit Auctor. *tom. 2. quaest. 33. art. 4.* & nos diximus *suprà de absolutione quoad Fratres, num. 7.* & hoc etiam si dictum priuilegium per ignorantiam non sit in vsu, quia Clemẽs VIII. & Paulus V. in dictis confirmationibus non apposuerunt clausulam, *Quatenus sunt in vsu*, cui sententiae assentire videtur P. Villalobos *in sua Summa 1. pag. tract. 13. diffi. 60 num. 10.*

Illustratur doctrina Auctoris.

In Bull. Bulla. r. Clem. 8.

42. Dicti praelati cũ Capitulo optimo iure possunt dispensare cum filio monachi ad obtinendam praelationem in Religione, in qua pater eius functus est officio praelati, sed non in eodem monasterio vbi praefuit, non obstante Concilio Tridentino, in eo enim tantũ prohibetur, vt filij illegitimi clericorũ ha-

Trid. sess. 25. ca. 15. de refor.

habeant beneficium Ecclesiasticum in Ecclesia, vbi patres eorum illud obtinuerunt. Nec item obstat Bulla Gregorij XIV. expresse prohibentis talem illegitimum admitti ad Religionē, quia semel admissus, & validè professus manet, iuxta probabiliorem sententiam, & in eodem statu, quo cæteri illegitimi, & consequenter sicut vnus ex istis dispensari potest, ibidem art 7. De quo Lessius agens de filijs presbyterorum, lib. 2. de iustitia, capit. 34. num. 90. & in nostris terminis Pet. Villalobos 2. part. tract. 35. diffic. 10. num. 9. Idque in rigore iuris tenendum esse tanquam verius, & probabilius iudicio, quidquid in oppositum resoluat Portel. verb. dispensare, numer. 3. nam præfatum Concilij decretum, dato quod extendatur ad Regularis filium, debet fieri extensio ad casum similem tantùm, & non ad dissimilem, etiam si in eo militet maior ratio, ergo tantùm debet extendi ad non obtinēdā prælationem in monasterio, in quo pater dicti Religiosi fuit prelatus, qui est casus similis eo, qui in dicto decreto Tridentino diffinitur, scilicet, ne filius illegitimus clerici habeat beneficium in Ecclesia, vbi eius pater illud obtinuit, vel obtinet, non verò ad id obtinendum in alio monasterio ordinis, vel Prouinciæ, qui est casus ex hac parte dissimilis, & minimè diffinitus in præfato decreto, In quo non prohibetur filijs clericorum habere beneficium in Diœcesi, seu Episcopatu (cui assimilatur Prouincia inter Regulares) vbi patres eorum fuerunt beneficiati, sed tantùm in eadem Ecclesia. Nam quando intentio legis limitatur per diffiniti loci expressionem, nullo modo potest fieri extensio comprehensiua ad alium dissimilem locum, de quo legislator nullum verbum fecit, argumento capitulo primo de tempor. ordinand. libro sexto, & resoluit Suarez de legibus, libro sexto de extensione legis humanę, capitulo tertio numer. 21. & capitulo quarto numero 12. Hęc sententia nostri Auctoris in rigore iuris, & speculatiuè loquendo vera quidem, ac probabilis apparet, sed in praxi nec decet, nec debet sequi ob rationes

Própugnatur doctrina Auctoris.

quas bene ponderat Petrus Miranda *tomo secundo quæstion. secunda articulo 10. De quo vide Sayro decalog. 4. sub tit. de filijs presbyt. Et plures declarationes Cardinalium super hoc apud Barbosa in suis remissi. ad Triden. dicto cap. 15. à num. 10. Vbi etiam nu. 6.* quærit, an habeat locum dictum decretum Concilij in nepotibus legitimis filiorum ex filio illegitimo respectu beneficij aui? Et refert duas oppositas sententias, altera affirmans, quam tenet Reb. Rojas, & Mierez, quos refert Gar. *de benefic. p. 7. cap. 3. num. 21. Salzed. in pract. cap. 48. lit. A. Lessius de iustit. libro secundo cap. 34. num. 91. Altera verò negans, quam tenet Nauarr. consil. 9. nu. 9. sub tit. de fil. presb. Spino in specul. testam. glos. 3. à num. 23. Sayr. de cens. lib. 6 capit. 10. num. 46. & dec. 9. de fil. presb. & alij ibid. relati ab ipso Barb.*

43. Religiosus genitus ex concubina dispensatione indiget ad obtinendā prælationem, si pater eius adhuc eam non duxit in vxorem, non enim eo tēpore legitimus inuenitur. Vnde si tempore electionis eiusdem Religiosi in prælatum iam eam duxit, non est necessaria talis dispensatio, quia per subsequens matrimonium iam contractum tēpore datæ prælationis iam legitimus factus est, ex vulgari, cap. tanta, qui filij sint legitimi, Auctor ibid. art. 8. De quo Abb. in dict. ca. tanta, col. 2. Mandos. de signat. gratiæ tit. super defectu natal. fol. 81. p. 1. colum. 1. Videantur ad idem Bart. in l. si constante, §. quoties, nu. 7. ff. soluto matrim. Aym. Cra, consil 16 nu. 8 Gigas de pensionibus, q. 22. nu. 19. & seqq quibus citatis tradit idem P. Mirāda dict. q. 2. art. 7.

44. Dispensatus in sæculo ad beneficium Curatum, vel etiam ad simplex, factus Religiosus indiget noua dispensatione, vt sit prælatus, quia hæc est tantùm dispensatio, quæ cùm sit stricti iuris, strictè est interpretanda. Secus si dispensatur ad quęcunque, & qualiacunque beneficia, tunc enim noua non eget dispensatione ad prælationem in Religione obtinendā,

cùm hæc sit propriè, & vere legitimatio, quæ amplè est interpretãda, ac ideò reddit personam habilem ad omnia, ad quæ iure Canonico erat inhabilis, ibidem art. 10. De quo Rebuff. in praxi benefic. titul. de dispensar. super defectu natal. numer. 74 & 75. Nauar. lib. 4. consil. 2. titul qui filij sint legitimi, in prima imp. Couarr in 4. 2. par. cap. 8. §. 8. numer. 4. in postrema editione. Idem docet concordando duas oppositas Nauarri, & Rebuffi opiniones P. Miranda dict. quæst 2. artic. 5. Vide ad idem Sanchez lib. 5 decalogi, capit. 5. numer. 16. vbi cum Nauarr. docet illegitimos professos posse absque dispensatione habere beneficia Regularia manualia, si cura animarum careant, nec sint prælaturę conuentus, & ibi etiam citat. Suar. de censur. disp. 50. sect. 5. num 15.

45. Prælati Regulares virtute suorum priuilegiorum tantùm habent facultatem dispensandi cum suis subditis illegitimis, sed non eos legitimandi, quia illis solùm conceditur auctoritas habilitandi ad officia, & dignitates Ordinis limitatè, & cui committitur potestas ad dispensandum cum illegitimis, non ex eo habere præsumitur potestatem ad legitimandum, quia est stricti iuris iuxta DD. communiter in cap. ordinarij, de officio ordinarij in 6. Vnde dispensati in Religione ad prælationes, & officia, eiecti ab ea, vel translati ad aliã non possunt inibi, aut in sæculo sine noua dispensatione ad beneficia Ecclesiastica, vel ad officia, vel dignitates Ordinis, ad quem translati sunt, promoueri, ibidem §. ex supradictis, vsque ad finem. De quo Couar. vbi supr num. 6. & 10. Molin. 2. 2 tract. 2 disp. 173. col. 982. Idem tenet præter citatos Campanil. in diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 13 nu. 119. in fine, relatus à Barbosa in collectan. ad lib. 1. decretal. tit. 17. capi. 1. de filijs presbyt. numer 6. & post multa tradita resoluit Pet. Miranda dict. qu. 2. art. 4.

46. Imò nec in eadem Religione existentes possunt habere beneficium Curatum de licentia prælati in Ecclesia sęculari sine noua, & speciali ad id dispensatione super defectu natalium habita à summo Pontifice, vel ab habẽte eius auctoritatem. Ad obtinendum tamen beneficium regulare intra ordinem bene possunt dispensari a generali prælato, ex cõcessione Pauli III. & Eugenij IV. facta ordini S. Hieronymi apud eius Comp. tit. dispensatio in defectu natalium, § 147. dummodo beneficium, seu dignitas perpetua non existat, ibidem artic. 11. De quo Sylu. ver. dispensatio, num. 3. & verb Religio 6. à num. 4. vsque ad 8. Vide Sanchez lib. 5. decalog capi. 5. num. 16. qui idem fere docet, vt etiam cum ipso supra nu. 44. notauimus, & diximus resol. 15 nu. 41. In Bullar. orac. 9. Eug 4.

47. Illegitimus factus Canonicus regularis Ecclesię Cathedralis nõ potest in illa esse Archidiaconus sine dispensatione Papæ, quia dispensatus ad ordines per ingressum Religionis, non censetur dispensatus ad beneficium perpetuum, seu dignitatem, vel personatum, qualis est Archidiaconatus longè distãs à natura officiorum Canonicorum regularium, ibidem art. 12. De quo Nauarr. *lib. 1 consil. tit. de filijs presbyter consil. 1. in 2. editione.* Ad quod faciunt tradita à Suarez, & Sanchez in locis supra citatis, & à P. Miranda d. q. 2. art. 1.

48. Item factus Monachus non potest esse Vicarius Episcopi, seu prouisor sine tali dispẽsatione, etiam si sit dispẽsatus, seu legitimatus ad officia, & prælationes suæ Religionis, ex eadem ratione, & ex superius dictis ibidem, articulo. 13. De quo glossa, & Abbas *in cap. 1. in fine, de filijs presbyt. Paleot. de nothis, & spurijs, capit. 57. numero* 4. *Idem tenent Campanil. vbi supra num.* 118. *Mayol. de irregul. lib. 1. cap.* 10. *nu.* 3. *Sayro de censur lib.* 6. *capit.* 1 *num.* 3. *Sanchez de precepta tom.* 2. *lib.* 5. *capit.* 5. *num.* 16. *Barbosa de officio, & potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 54. *nu.* 14. *quos, & se ipsum refert idemmet Barbosa in collectan. ad lib.* 1. *decretal. loco supra citato, num* 8.

49. Prælati, ad quos potestas dispensandi pertinet ex priuilegio, nullo modo dispensare licitè possunt cum illegitimis sine iusta causa, alioquin dispensatio

fatlo erit nullius valoris, vt constat ex verbis Gregorij XIV. in Bulla supra relata, ibi: Et non aliàs suffragantib. meritis dignos iudicauerit &c. Quæ conditionem, & formam præcisam inducunt. Causæ autem iustitia, seu sufficientia relinquitur arbitrio boni viri iudicanda, vt conijcitur ex eadem Bulla. Prælati verò inuenientes illegitimos eorum suffragātibus meritis dignos ad prælationes, peccant non dispensando cum illis, intellige venialiter tantùm, ibidem art. 14. & 15. De quo Nauarr. in Manual cap. 25. num. 74. Rebuff. in praxi benef. 2. p. titulo dispensatio ad plura num. 52. & 53. Syluest. verb. dispensatio, num. 3. in fine, & num. 4. & 5. Idem docet P. Miranda d. q. 2. art. 11. vbi conclus. 2. addit, maiorem causam requiri ad dispensandum cum illis illegitimis, qui maiorem originis suæ habent turpitudinem, ad quod refert Soto in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 3. conclus. 1. & de sufficientia, seu iustitia causæ arbitrio boni viri iudicanda, matura priùs deliberatione habita, idem etiam tradit articulo 12. additque talem causam non debere esse mere voluntariam per leg. fideicommissa, §. quamquam ff. de legat. 3. l. vtrum, § cum quidam, ff. de rebus dubijs.

50. Illegitimus electus in prælatum à Patribus scientibus eius inhabilitatem, censetur dispensatus in foro conscientiæ, si talis fuit eorum intentio, & fauet textus singularis in capit. veniens de filijs presbyterorum. Sed in foro exteriori electio est nulla, nisi expressa causa cum illo dispensetur, nullus enim inferior à Papa validè dispensat sine expressione causæ super positiuo. Non tamen necessarium est exprimere qualitatem illegitimitatis, seu in specie declarare, vt valeat dispensatio, cùm verosimiliter credatur prælatos dispensare velle cum Religioso illegitimo quacunque qualitate interueniente, præsertim quia cum illis facilius dispensandum est, quàm cum clericis sæcularibus, siquidem à iure per professionem ad sacros ordines habilitantur de eorum continentia plurimum confidente ibidem articulo 16. & 17. De quo Nauarr. dict. capitulo 25. numero 74. & in addit. ad lib. 4. consil. tit. qui filij sint legitimi, cons. 2. num. 4. Syluest. verb. dispensatio, in fine, Molina 2. 2. tract. 2. disp. 178. col. 986. Vide Suarez lib. 6. de legibus, capit. 13. num. 11. 12. & 13. cum sequentibus. Idem quoad illegitimum electum à scientibus eius inhabilitatē, docet P. Miranda dict. quæst. 2. art. 14. id tamen limitat, vt fiat à prælatis, impedimentum tale scientibus, & cum intentione dispensandi cum illo, habeant que ad hoc rationabilem causam, & idipsum faciant in capitulo, vel congregatione. At quantum ad qualitatem illegimitatis in specie non declarandam non assentit nostræ sententiæ, ibidem articulo. 13. Sed pro ea faciunt tradita à Suarez lib. 6. de legibus, capitul. 28. num. 11. vbi resoluit, potestatem generalem dispensandi sine expressione personæ, tum esse fauorabilem, & latè interpretandum.

51. Religiosus illegitimus non potest eligi diffinitor absque præuia dispensatione, cùm sit officium importās dignitatem personatus, ad quam aliter promoueri non possunt illegitimi, iuxta capitul. final. ibi, ad dignitates, & personatus, &c. de filijs presbyterorum. Nec item potest mitti discretus ad Capitulum Prouinciale, vel ad Generale, vt custos ratione vocis passiuæ, quam habere interdicitur ob illegitimitatem custodes enim apud nos Minores inter Patres Prouinciæ numerantur, & aliqualem habent dignitatem, & iurisdictionem: nec item Commissarius ad visitandam aliquam Prouinciam, vel Conuentum. Potest tamen fieri Confessor Monialium, vel magister nouitiorum, aut Vicarius Conuentus delegatam tantùm exercens auctoritatem sine tali dispensatione, quia hi nullam habent iurisdictionem ordinariam, ibidem, articulo 18. & 19. & 20. De quo Syluest. *verbo prælatus, quæstion 2. & 3.* Idem docent Pet. Miranda supra articulo 8. & Portel. verbo, illegitimus num. 8. licèt ambo recedentes à nostro Auctore asserant, Illegitimum non posse esse vicarium conuentus. Quod de de vicario in capite, seu presidente ha-

Exponitur Auct.

bente regimen principale conuentus libenter concedo, non verò de alijs vicarijs positis, seu de legatis à Guardianis, vel Prioribus; de quibus loquitur noster Auctor.

52. Tandem dicti prælati possunt dispensare cum familiaribus, & actualiter seruientibus monasterio, vt non obstante defectu natalium obtineant quæcunque beneficia Regularia, etiam curata, ex priuilegio Pauli III. & Eugenij IV. suprà relato, dummodo non assumantur ad seruiendum in fraudem priuilegij huiusmodi, nec beneficium sit perpetuum, aut ipsi familiares, & seruitores sint procreati, & geniti à presbyteris clericis, vel Religiosis, qui eadem in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu aliàs perpetuò vnita aliquando obtinuerunt, ex prohibitione Clementis VII. relata à Nauarro loco statim citando, dispensatio autem hac fieri potest extra Capitulū, vel Congregationem inter medium, ibidem articulo 23. & 24. De quo Nauar. in cap. si quando, cap. 21. num. 1. de rescriptis. Idem docet Portel suprà, num. 13.

An autem Moniales dispensatione egeant, si illegitimæ sint, vt in Abbatissas eligantur, vide ibidem artic. 21. & 22. & nos diximus suprà de Aabatissis, num. 4. & in notis, num. 20. & 21.

De alijs Dispensationum generibus.

53. Dispensatio fraude, & dolo extorta subreptitia, & inutilis, penitus iudicanda est, cùm non debeat fraudulosus gratiā ex suo dolo reportare. Vnde contrahentes matrimonium in gradu prohibito, si illud consument, vt facilius dispensetur cum illis, procul dubio dispensatio impetrata in foro conscientiæ nullius erit valoris. Qua ratione decretum fuit in Tridentina Synodo, ne cum taliter contrahentibus, & cōsummantibus matrimoniū dispensetur, to. 2 q. 46. art. 6. De quo Nau. c. 22. n. 86. Bellamera dec. 698. Fel. in c. postulasti, de rescript. Idem tenent Gutier. libr. 1. Canon. c. 15. nu. 20. Lopez 1. p. instruct. c. 296. Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 24. num. 38. quibus, & nostro Auctore citatis id ipsum resoluit P. Villalob. 1. par. sum. tract. 14. diffic. 27. num. 10. An autē dispēsatio in vno vinculo, tacitis alijs subreptitia, & nulla sit. Ostendunt Suarez lib. 6. de legibus, cap 24. per totum & Villalobos supra numer. 1. & seqq & tract. 2. de legibus diffic 45.

Trid. sess. 24. cap. 6. de refor. matr.

54. Dispensationis gratia commissa Ordinario, vt verificata narratiua dispēset, non expirat morte Pontificis, aut Nuncij Apostolici concedentis, etiam si delegatus, cui res commissa est, nōdū acceptauerit, aut dispensauerit, per textum expressum *in cap. si super gratia, de offic. deleg. c. si eui nulla, de præb. in 6. quia iam plenè facta est dispensatio in gratiam, & fauorem petentis, & in illa potius mandatur executio gratiæ iam factæ, quam delegata commissio, ibid. ar. 7. De quo Cou. in Pract. qq. c. 11. nu. 2. col. 3. Syiu. verb. gratia, §. 2. Mandos. tit. de dispens. nu. 4. Idem docent Sanch. libr. 8. de matrim. disp. 28. nu. 8. Gutier. lib. 2. Can. c. 27. à prin. Mol. lib. 2. de primog. c. 7. nu. 63. quibus, & alijs multis ad id citatis resoluit Suar. lib. 8. de legib. c. 31. num. 3.*

55. Dispensatio facta à Papa Monacho ad testandum non expirar morte concedentis rè integra, sicut non expirat similis licentia testandi facta Episcopo. Secus si facultas concessa contineat quid faciendum, tunc enim literis non expeditis expirat morte concedentis secundum aliquos, non tamen ipsis cōfectis ibi. ar. 8. De quo Nau. de redditibus Ecclesiast. 4 part. capit. 3. num. 2. fol. 210. idem docet contra alios Sanchez libro 8. de matrimon. disput. 28. num. 82. & lib. 7 Decalogi, cap. 8. num. 56. in fine.

56. Qn̄ prælatus mandat aliquid fieri contra aliqđ præceptū Regulæ dispēsare censetur, si ad id habet potestatē, & adest aliqua iusta causa mouens illum ad dispensandum, quam videns subditus adesse, licitè obedit, etiam si prælatus

latus expresse non dispenset, tacitè nāque dispensare præsumitur, ib.d.art.10. *De quo Caiet.2.2.quæst.104.art.5.ad 3. Angel. verb. dispensatio. Idem cum Paludan. 4. distin.38.quæst.4.articul.4. conclus.2. Antonin.2.partit.11.capit. 3.§.9. Ludouic. Lopez. 1.part.instruct. cap.4. & alijs tradit Suarez de censur. disput.41. sect.3.in fine, & lib.6.de legibus,c.13.nu.13.vsque ad 16.& iterum, num.23.& seqq.*

57. Dispensatio contra ius commune strictissime est interpretanda, dummodo à proprietate sermonis non recedatur. Latè autem interpretanda est, quando ipsa dispensatio, vel ratio postulans habent expressam extensionem, vel est gratiosa, vel est in corpore iuris inclusa, ibidem articulo 11. *De quo Iason in l.si ita scriptum, num. 8.de lib.& posthum.& in l.re coniuncti, numer.178.de legat.3. Decius in cap at si clerici.9.de adulterijs, numer 88.de iudic.& numer.91.95.& 97.Paris.consil. 7 num.23.lib.2. Idem post Couar.in 4. 2 part capit.8.§.8.num.11.Sylu.verb. dispensatio, quæst.5.num.9.& Sanchez lib.8.de matrimon.disp.1.cum alijs tradit Suarez dict.libro 6.capitulo 13.num. 10.& 11.*

58. Magistri Ordinum Militariū sicut possunt dispensare cum Commendatarijs in obseruantijs Regularibus, ita etiam in ordinatione, seu factione testamenti, habent enim dispensatiuè proprium, & sunt Domini suorum redituū, *tomo 3.quæst.29.articulo 7. De quo Molina lib.2.de primogen.cap.9.num.69. & alter Molin.tomo 3.de iustit.disput. 604.in fine Mota de confirm. ordin. Milit.lib.2.cap.2.§.18.nu.8.& post eos Sanchez dict.capitul.8.numer.30. Vide supra de Commendatarijs. numer.10. Cætera vide infra de prælatis, de matrimonio, de iuramento, de voto, & similibus.*

De Diuino officio, vide supra de celebratione Diuini officij.

RETRACTATIO.

De Dispensatione in irregularitate ex homicidio iusto prouenien-te.

59 EPiscopi, & prælati Regulares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt dispensare super irregularitate contracta ex homicidio voluntario iusto patrato in bello iusto, vel per iustam iudicis sententiā, talis enim occisio iusta non est, homicidium volūtarium exceptum in Concilio Tridentino, sed tantum homicidium iniustè patratum contra quintum præceptum Decalogi. Ita expressè tenet Auctor tomo 3.summæ cap.213.nu.1.& 2. Quod & prius probauerat, tomo 1.q.24.artic.1. vbi se corrigit de opposito, quod olim senserat, tom.2.q.105.art.2 Vide supra nu.23.& 24.& Bullam Pauli III.apud Bullarium.

In Bull. bull. 10. Pauli 3.

RESOLVTIO LIII.

De Donationibus.

1 DOnatio est datio liberalis siue irredibilis, id est, recompensationem non intendens: vel est rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio. Est autē duplex, alia inter viuos, quæ est irreuocabilis, & altera causa mortis, quæ est reuocabilis, l.1.ff.de donat. Auct.tom.2.quæst.47.articulo 1.

De quo Magist. in 2. dist. 18. artic. 2. vbi D. Thomas, & DD. in t. donari, ff. de donat. & tradunt late Molina tomo 2. à disput. 262. Rebello de iustit. part. 2. lib. 10. Azor. tom. 3. instit. moral. lib. 11. capit. 1. & sequentibus; Lessius lib. 2. de iustit. cap. 18. Sanchez de matrimon. lib. 1. à disput. 3. & lib. 6. & in summa ad præcepta decalogi, lib. 7. à capitul. 1. agens de donationibus nouitiorum Gom. tom. 2. variarum cap. 4. Iul. Clar. libr. 4. sent. §. donatio, Summista verbo donatio.

2. Quamuis donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum absolutè facta non valeat, *stipulatio hoc modo, ff. de verbor. obligat. l. 69. Tauri*, facta tamen Ecclesiæ, vel pio loco tenet fauore ipsius Ecclesiæ, & pij loci, dummodò directè, & principaliter tendat in piam causam, seu in vtilitatem piæ causæ, Ecclesia tamē, seu pius locus tenebitur alere donantem, & ad eius debita soluenda, ibidem art. secundo, De quo Mol. *de primogen. Hispan. libro 2. capit. 10. per totum, Couar. in Rubrica de testam. num. 6. 2. par. fol. 2. Decius consil. 468. num. 3. & 4. Gomez in dict. l. 69. Tauri num. 6. Idem docent Sanchez dict. lib. 7. decalog. cap. 1. num. 19. & P. Villalobos 2. par. summæ tract. 20. diffi. 5. nu. 1. & seqq.*

3. Prohibitio Clementis VIII. de largitione munerum pro Regularibus vtriusque sexus tantum comprehendit donationes gratiosas, non verò remuneratorias, quas subditi faciunt de licentia prælatorum quibusdam deuotis personis extra Ordinem, dummodò non fiant prætextu obtinendi officia in Religione, sintque parua munuscula oblata non principaliter ad hunc finem, sed in signum grati animi. Vnde in foro exteriori non est reputandus simoniacus religiosus parua hæc munuscula prælatis offerens, vt se gratum exhibeat, & beneficij memorem pro assecutione alicuius officij in Ordine, dūmodo non sit principaliter propter ipsius assecutionem, vel alia in posterum hac via procuranda officia, ibid. articul. 3. De quo Nauarro *in Extrauaganti de Datis, & promissis, & latè, ac perdoctè tractat Dominus Episcopus F. Franciscus à Sosa tract. 1. de donationibus prohibitis Religiosis à fol. 1 vsque ad 77. Ad quod etiā faciunt tradita à Sanchez lib. 7. decalogi c. 8. nu. 5. post medium, & cap. 19. num. 36. & 37. & resoluit in terminis P. Villalobos 2. p. sum. tract. 35. diff. 32. numer. 1. & seqq. Idem* Sanchez *dicto cap. 9. nu. 41. & nu.* 100. vbi tradit dictam constitutionem Clementis VIII. non esse, in Hispania receptam, per supplicationem Pontifici factam, standumq; esse in hoc iuri communi.

4. Fratres Minores tuta conscientia donare possunt concurrentibus quatuor conditionibus ex Nicolao III. in capit. exijt, de verb. sig. & Leone X. Primò res donanda debet esse vilis, & parui momenti determinata à superiorib. Secundo, quòd fiat de licentia Prouincialium, & non inferiorum Prælatorum, nisi cō suetudo id permittat, quæ iam videtur esse in vsu, & pro minimis sufficit generalis, seu etiam præsumpta licentia. Tertiò, quòd res sit mobilis, de immobilib. enim, vt de domo, horto, & similib. donatio facta est nulla. Quartò, quòd non sit pecunia, cuius vsus Fratribus interdictus est. Ad recipiendum verò sufficere videtur præsumpta licentia, seu volūtas, quādo scilicet res, quæ donatur, ipsi Fratri est necessaria, & suo statui & Regulę consentanea, ibidem articulo quarto. De quo Gerson, Hugo, & Serena *conscien. quæstio. 81. Idem docent P. Corduba super Regul. cap. 6 quæst. 6. concl. 1. §. ex quibus, Sorbus in Compend. tit. donatio, P. Villalob. diffi. 32. nu. 3. & 4. & agens de religiosis in communi multa ad id tradit P. Mir. to. 1. q. 18. art. 13. 14. & 15. & in nostris terminis tradit Sanchez lib. 7. decalogi cap. 19. nu. 107. vbi à num. 94. agit de donationibus, & eleemosynis quas licitè possunt facere religiosi.*

5. Donatio, seu oblatio pecuniæ facta Deo, & B. Mariæ in remissionē peccatorum

ſum à fœmina ante ingreſſum monaſterij nõ poteſt reuocari ab ipſa iam facta moniali, ſeu profeſſa, & translata legitimè ad aliud monaſterium, neque repeti poteſt prædicta pecunia à primo monaſterio, in quo profeſſionem emiſit: quia talis donatio fuit pura, & ſimplex nullam habens in ſe cõditionem, aut modum, nec comprehenditur ſub decreto Tridentino, in quo tantùm annullantur renunciationes, & donationes factæ à nouitijs poſt ingreſſum in monaſterium, & non ante ingreſſum, vt aliqui opinantur, & nos dicemus infrà num. 8. Vel meliùs dic, quòd ibi reuocantur donationes factæ intuitu Religionis ingreſſus præfata autem donatio licèt fuerit facta ante ingreſſum monaſterij, non fuit facta intuitu ingreſſus, ſed in remiſſionem peccatorum, ibid. art. 5. De quo Quaranta in ſumma Bull. verbo monaſteria pag. 330. verſ. dubium illud. Stephan. Gratian. deciſ. 37. nu. 2. Valaſcus de partitionibus cap. 16. nu. 22. & 23. & alij relati à Barboſa in remiſſ. ad Trid. dict. c. 16. n. 4. Vide etiam de hoc tom. 3. q. 47. art. 8. & Sanchez lib. 7. decalogi c. 1. n. 16. qui idem docet, & repetit c. 5. nu. 28. cum noſtro Auctore non reuocari talem oblationẽ factam Deo, & B. Mariæ per Tridentinum decretum ſuperiùs relatum.

Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap. 16.

6. Valet donatio quorundam vaſorum argẽteorum facta à Canonico cuidam monaſterio, in quo elegit ſepulturam, duobus annis ante ſuum obitum, nec poſsũt repeti vt ſpolia: quia Extrauagans Pij V. tantùm diſponit de deſtinatis ad cultum diuinum tempore obitus inuentis, & relictis in teſtamento, vel abinteſtato, nec eſt extendenda ad ea, quæ in illa nõ expreſſantur, cùm ſit exorbitans à iure communi. *ibid. art. 6.* De quo Nauar. *in Comment. de ſpolijs ſuper cap. non licet 12. qu. 2. §. 3. num. 3. & lib. 9. tit. de donationibus conſ. 4.*

7. Licèt Religioſus habens beneficium poſſit donare intuitu pietatis, paupertatis, vel remunerationis inter viuos, non tamen cauſa mortis, aut per vltimam voluntatem, qualis præſumitur eſſe facta in extremis. Conſanguinitas autem, vel ſocietas in exercenda negotiatione nõn eſt ſufficiens cauſa, vt Religioſus, etiam Beneficiarius poſſit donare de redditibus beneficij, vel de alijs quæſitis. ibidem art. 7. De quo Nauarr. libr. 3. tit. de donation. conſ. 6. & de redditibus Eccleſ. q. 1. n. 81. in 1. edit. in nouiſ. vero q. 1. monit. 8. nu. 2. & monit. 33. n. 1. Vide Cardin. Clement. 2. verſ. ſed & tales, notab. 1. de vita, & honeſt. cleric. Viualdum in Candelabro ſacram. p. 3. c. 14. n. 86. Anaſtaſ. Germon. de indult. Cardin. §. Regularia beneficia n. 47. Molina tom. 2. de iuſt. diſput. 276. col. 3. § Religioſus in conuentu, & tract. 2. diſput. 145. quibus, & alijs citatis idem ferè reſoluit Sanchez *lib. 6. decalogi cap. 6. nu. 14. & lib. 7. cap. 19. n. 94. & ſeq.* De quo etiã tract. c. 8. qualiter profeſſis interdictum ſit teſtari.

8. Dictum decretum Tridentinum annullans renunciationem, aut obligationem factam à nouitio ante duos mẽſes proximos profeſſionis extenditur etiam ad donationes factas ante ingreſſum Religionis intuitu ipſius ingreſſus etiam ſi iuramento firmentur, aut in fauorem cuiuſcumque cauſæ piæ fiant. Nã ratio, & mens Concilij, ne ſcilicet, profiteatur coactus paupertate orta ex donatione, militat magis in hoc caſu, quã quando fit donatio poſt ſuſceptum Religionis habitum, & lex rigoroſa, correctoria, & exorbitans extenditur ad caſum, in quo fortius eius ratio verſatur, maximè ſi non data tali extenſione fruſtratoria redderetur. ibid. ar. 8. & 9. De quo Nauar. dict. tit. de don. cõſi. 7. & 8. Cou. in c. quamuis pactũ, 1. p. § 3. nu. 7. Menoch. de arbitrar. cẽtur. 5. caſu 436. Leſſius li. 2. de iuſtitia c. 41. n. 40. verſi. 2. Vide etiã Sanch. qui latè, & egregiè lib. 7. decalog. c. 1 & 2. per totum, & c. 5. n. 3. & 4. vbi ſententiam noſtri Auctoris valde probabilem iudicat, quamuis oppoſitæ tanquam probabiliori (vt inquit) adhæreat. At noſtrã ſuſtinent Flamin. de reſig. benef. l. 3. q. 13. n. 9. Rolas epit. ſucceſſ. c. 7. n. 30. & 31. Spino *ſpec. teſt. gloſſ. 12. princ. n. 5. Azor 2. 1. inſt. mor. l. 13. c. 9. q. 2.* & alij plures relati à Sãch. *dict. n. 3.* nec Auctor noſter ſibi cõtradicit *t. 3. q. 16. a. 1.* quẽ pro ſe citat ipſe Sãch. quia ibi loquitur ex ore Gutierrez.

Firmatur ſententia Auctor.

9. Circa donationes faciendas a nouitijs est quædam Bulla Gregorij X apud Bullarium, in qua excommunicantur prælati regulares, petentes, aut exigentes aliquid, etiam ad Ecclesiasticũ, seu quemuis pium vsum ante, vel post receptionem ad habitum, quam censuram extendit etiam ad dantes. De quo infra dicemus resolu. de dotibus Monialium ex q.48.art.1.& 5.tom.2.

Bull. Bull. 2. Greg 2.

10. Donationes factæ in testamento, vel causa mortis à nouitijs non comprehenduntur in dicto decreto Concilij, cũ sint reuocabiles, in eo enim tantùm agitur de his, quæ sunt irreuocabiles, ac ideò tollentes libertatem ad vouendum; ibidem art. 10. De quo Gutier. in capit. quamuis pactum, fol. 15 r. de pactis lib. 6. Nauar. comm. 2. de Regul. numer. 50. Lessius lib. 2. de iustit. capi. 41. num. 40. Vide etiam Sanchez lib. 7. decal. cap. 5. per totum, vbi agit de facultate testandi quam habent nouitii, & cap. 5. num. 14. & seqq. vbi num. 17. id extendit ad donationes, vel renunciationes factas à nouitio ea conditione, vt sint irritæ, si professus non fuerit ac ideò seruandam esse in illis formam traditam in Tridentino, vt valeant, quia, inquit, taciti, & expressi idem est iudicium l. cum quid, ff. si certum petatur, & frustrà exprimitur quod tacitè subintelligitur, l. Cornelia, ff. de hæred. instituend. l. hæc verba ff. de legat. 1. l. fideicommissa §. si filij ff. de leg. 3.

11. Nulliter professus si intra quinquennium reclamauerit, sicut irritatur professio ex Concilio Tridentino, ita etiam donatio, seu renunciatio bonorum suorum ipso iure irritatur, si facta fuit iuxta formam præfati decreti Tridentini. Secus si non reclamauerit, tunc enim sicut professio, ita & donatio sumit vires irreuocabilitatis, ibidem art. 11. De quo Spin. in specul. testament. glosa 21. de legatis monasteriorum, numero 60. Idem docet post Vega 1. tom. sum. cap. 91. casu 4. & nostrum Auctorẽ Sanch. d. c. 5. nu. 56. licèt ab eo recedat, dum docet d. art. 11. & tom. 2. sum. c. 7. num. 6. firmam reddi talem renunciationem, si professus nulliter ex defectu ætatis, post eam completam ratificauerit priorem professionem irritam: quia, inquit, illa renunciatio cùm à principio fuerit nulla ex defectu formæ præscriptæ in Tridentino, vt fiat bimestri proximo proximo professioni, postea secuta legitima professione conualescere nequit.

Trid. sess. 25. ca. 16. de regul.

Sed (salua pace tanti viri) falso nititur fundamento, & suppositione. Tum quia ea renunciatio nõ fuit à principio irrita (vt ipse supponit) cùm factam fuisse iuxta formam præfatam Tridentini apertè dicat Auctor dicto articulo 11. Nam in eius decreto duntaxat annullatur professio, non verò renunciatio antè legitimam ætatem sexdecim annorum facta, dummodo ista fiat bimestri ante professionem. Tum etiam, quia sicut professio completum annum probationis ex iusta causa prorogata (sicut posse prorogari concedit ipse Sancius libro quinto decalog. capitul. 4. numero 21. & nos dicemus infra resol. 101. numero 62.) non impedit, quin post illam emissam renunciatio, vel donatio facta à nouitio sortiatur suum effectum, & valorem (vt ipse Sanchez supponere videtur ibidem & expressè tenet dict. capitul. 5. num. 72. ac consequenter fateri necessario debet) ita pari ratione in nostro casu dicendum esse videtur, renunciationem, de qua loquimur, post ratificatam professionem, vel post non reclamationem post quinquennium, quæ est quædam professio tacita, purificari, & confirmari; quocũque enim tempore professio emittatur, vel non irrita declaretur, renunciatio itidem ab illa pendens confirmabitur. Quod à simili confirmari potest ex quadam doctrina ipsius Sancij lib. 7. decal. cap. 4. nu. 6. vbi in simili casu resoluit, vacationem beneficij nouitij prorogari ad prorogationem professionis ab eo emittendæ (si ex iusta causa prorogari contingat) quia prorogatio facta videtur cũ oĩbus qualitatibus rei, quæ prorogatur, l. si eum, in §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus, l. lecta, ff. si certum petatur. additque etiam si pluribus annis duret nouitiatus, non vacare inte-

Defenditur sentẽtia Auctoris.

interim beneficium. Ergo pariformiter etiã si prorogetur ad plures annos professionis ratificatio, vel per non reclamationem intra quinquennium professio tacita inducatur, nihil obstabit, quo minus renunciatio ab eius stabilitate, & valore pendens validitatis, & irreuocabilitatis vires affirmat.

Neque hic eo fundamento affirmari potest donationem, siue renunciationẽ inualidam fuisse à principio, vt sic ratificari per professionẽ non possit, quia regula, quæ dictat, inualidum à principio ex postfacto nõ confirmari, locum non habet in donatione, promissione, stipulatione, legatoue, quæ habent in se conditionem, quia in his fallit regula prædicta, vt expressè consultus affirmat in l. cętera 41. §. tractari, de legat. 1. ibi, conditionale non, quia ad conditionalia Catoniana non pertinet. l. Catoniana, l. placet, de regula Catoniana, & sępe alibi. Ergo cùm donatio, siue renunciatio hæc eam à iure recipiat conditionem, si professio secuta fit, non est cur inquiramus, an valuerit à principio, nec ne? Quia in conditionalibus de his disputare non est necesse, quocunque enim tempore sequatur conditio, purificantur, & vires plenè accipiunt. Atque per hæc satis eneruatum redditur fundamentum Sancij contra nos, & sententia nostri Auctoris firma, & stabilita manet.

12. Donatio, vel renunciatio nouitij caret effectu, non solùm professione nõ secuta ob dimissionem habitus, vel expulsionem à Religione, vt disponitur in præfato decreto Concilij, sed etiam quando morte præuentus professionem emittere non valuit, sed pertinet ad succedentes ex testamento, vel ab intestato, ex quadam declaratione Cardinalium relata à Parassello, *ibid. art.* 12. De quo Mandos. *in tract. cas. annual. num.* 56. *casu* 35. *& num.* 65. *casu* 96. Idem docet Nauar. *lib.* 3. *consil. tit. de statu Regular. toto consil.* 1. *in prima editione, & in* 2. *de successione ab intestatu, to. consil. vlt.* Hondedeus *consil.* 44 *num* 8. *volum.* 1. *& consil.* 73. *n.* 16. *volum.* 2. Gutier. *lib.* 2. *Canonic. c.* 1. 106. *&* 108. Molina *tom.* 1. *de iust. disp.* 140. *col.* 1. §. de alijs ergo, quibus, & alijs pluribus citatis id ipsum resoluit Sanch. *lib.* 7. *decalog. cap.* 5. *num.* 49.

13. Item præfatum decretum Concilij habet locum in donatione facta à nouitio sine solemnitate in illo requisita, siue fiat ante decimum sextum suæ ætatis annum, siue post ipsum completum, cùm eius ratio, & mens æquè militet in vno, quàm in altero casu, *ibid. art.* 13. Idem docent Gutier. *lib.* 2. *Canonic. cap.* 1. *num.* 34. Valasco *de partit. cap.* 16. *num.* 27. Morquecho *de diuis. bonorum lib.* 4. *cap.* 5. *à nu.* 34. post quos Sanch. *d. cap.* 5. *num.* 7. citato etiam nostro Auctore.

14. Tandem dicta donatio, seu renunciatio nouitij non valet, nisi accedat licentia Episcopi, quæ necessariò requiritur ex dicto decreto Concilij Tridentini, nec sufficit licentia superioris Regularis. Argumẽtum autem sumptum ex eodem Concilio super ingressu in monasteria Monialium, non est ad rem, cùm inibi expressè dicatur, requiri licentiam Episcopi, aut superioris, ad denotandum prælatos Regulares respectu monasteriorum sibi subditorum posse talem facere facultatem. ibid. art. 14 De quo Nauar cons. 7. & 8. de donationibus. Idem citato nostro Auctore resoluit Sanchez ibid. numer. 65. vsque ad 74. vbi numer. 75. sequenti addit cum eodem Auctore tom. 2. summæ cap. 7. nu. 1. in fine, & Vega 2. tom. summæ cap. 50. casu 3. in aliquibus religionibus abijsse in desuetudinem petere hanc licentiam ab Episcopo, idque approbat, si ea consuetudo ita legitunè præscripta sit, vt contra decretum præfatum Tridentini vires obtinuerit. Quapropter tutissimum esse censet ad obuiandum litigijs exigere licentiam ab Episcopo, vel eius Vicario.

Trid. sess. 25. c. 5. de regul.

15. Dictum decretũ Concilij quantum ad donationes nouitiorum non cõprehendit nouitios Societatis Iesu, vt expressè ibi diffinitur, & declarauit cõgregatio Cardinalium, cui subscripserunt doctissimi Theologi, & Iurisperiti super eo consulti, nam Fratres huius religionis ad tria vota simplicia admissi, sunt verè Religiosi ex Sedis Apostolicæ

ficæ determinatione, ac ideò cessat in eis ratio Concilij, ne scilicet, occasione talis donatione factæ discedere cogantur, non enim illis fas est sponte habitum dimittere sub pœna apostasiæ, per Bullas Pij V. & Gregorij XIII. ibidem art. 16. Idem docent Molina tom. 1. de iust. disp. 139. col. 7. §. antequam, in fine, Sua. in sum. verb. religio, num. 5. Lessius libr. 2. de iust. capit. 41. dub. 4. num. 41. quibus & nostro Auctore citatis id ipsum resoluit Sanch. d. c. 5. nu. 9. vbi num. 10. & 11. id habere locum in renunciatione ad opera etiam profana contra constitutionum Societatis normam, ipsamque capere posse bona in fauorem eiusdem renunciata, vel bonorum nouitij depositum accipere, donec renunciatio ab eo illorum fiat resoluit.

16. Syndicus Fratrum Minorum habet facultatem à Sede Apostolica ad donandum extra Ordinem, quando donatio cedit in vtilitatem Religionis, *tom. 2. q. 49. artic. 7. §. quantum autem, & tom. 1. qu. 27. art. 6.* De quo Cordub. *super regul. Fratrum Min. c. 6. qu. 6. & c. 4. quæst. 16. puncto 2.* Idem docent Portel *verb. Syndicus num. 6 &* P. Villalobos *2. p. summa tract. 35. diffi. 32. num. 3.*

17. Donationes Commendatariorum Militarium factæ suis concubinis, etiam iuramento firmatæ sunt irritæ, & nullius valoris. *tom. 1. quæst. 27. artic. 12.* De quo Couar. *in c. quamuis pactum, 2. p. § 1. numer. 4. ad finem Gutier. de iuramento confirm. 1. p. cap. 1. à num. 13. vsque ad finem,* & nos diximus suprà *resolut. 70. num. 13. § nec differt, & resolut. 28 num. 9.* quidquid contradicat Sanchez *lib. 7. decalog cap. 8 num. 29.*

RESOLVTIO LIV.

De duobus Monialiũ.

1. Expleto numero Monialium, quæ ali commodè possunt ex reddi-tibus, aut consuetis eleemosynis monasterij, iuxta cap. vnico §. sanè, de statu regul. in 6. adhuc admitti possunt supra illum numerum aliquæ sufficienter dotatæ, non obstante Concilio Tridentino, cuius decretum debet intelligi, ne recipiantur aliæ sine dote expensis monasterij alendæ. Nec committitur simonia in conuentionibus, & pactionibus super dotibus recipiendarum factis, dummodo sit pro congruenti, seu sufficienti sustentatione earum, non obstantibus, *cap. quoniam, de simonia, & Extrauag. 1. eodem titul. ex declaratione Clementis VII. apud Cõpend. Mend. tit. Monial. §. vltimo tomo 2. quæst. 48, art. 1. De quo D. Thom. vbi Caietan. 2. 2. quæst. 100. art 3. ad 4. Nauar. tract. de redditibus Eccles. qu. 1 monit. 60. nu. 2. Idem Nauar. in manual. cap. 17. nu. 106. Caietan. in summa verbo excommunicatio capit. 73. Soto libr. 6 de iustitia quæst. 6. artic. 2. & pluribus alys citatis idem resoluit Suarez. tom. 1 de religione lib. 4. cap. 17. num 16. & sequentibus. De quo etiam P. Miranda in tract. de Monialibus quæst. 8. artic. 6. & 7. Portel in addit. ad dubia verb. Moniales n. 19.* Trid. sess. 25. c. 3. de regul.

2. Innocentius VIII. declarauit in duobus tantùm casibus committi simoniam in receptione dotium. Primò si paciscantur expressè de aliquo dando, vel soluendo pro ingressu. Secundò, quando recipiunt inhabiles ad monasterium propter spem habendi aliquid: quia tunc illa est principalis intentio, exceptis his possunt Moniales petere quæ sibi fuerunt promissa ante ingressum. Habetur in Bullario inter viuæ vocis oracula Innocẽtij VIII. Sed ex præfata concessione Clementis VII. nulla committitur simonia ex talibus pactionibus, & conuentionibus factis in receptione Monialium. vt etiam resoluit P. Miranda dict. art. 7. concl. 1 §. & quia, dummodo sint prò congruenti, & sufficienti earum sustentatione.

3. Neque opulentia monasterij facit, vt quod in paupere nõ est simonia, in diuite cõuentu simonia censeatur, nisi pecunia extra victum pro alijs causis reci-

recipiatur, putà, quia puella recipienda est vilis conditionis, & fortè ex genere maculato, aut infamia alia, vel deformitate notata, vel ad magnitudinem, & magnificentiam clariorem monasterij auctius, & superabundans pretium dotis pro ingressu exigitur. *ibid. artic. 2.* De quo Syluest. *verb. simonia §. 15.* *Soto lib. 9. de iust. quæst. 6. artic. final. iuxta finem, & art. 2. ad 4.* Idem docet post hos DD. citatos P. Mirãda *dict. ar. 7. concl. 2.*

4. Prælatis Monialium competit taxatio dotium pro recipiendis, seu spiritualiter desponsandis virginibus, sicut potestati sæculari competit ob vtilitatẽ publicam pro fœminis carnaliter maritandis id ipsum constituere. Super quo non potest fieri lex generalis, sed in vnaquaque Prouincia secũdùm earum consuetudinem; & valorem rerum, & tempora, ac personas specialiter potest assignari quod pro cõgrua Monialis sustentatione sufficiens ad arbitrium boni viri videbitur, ne ignorantia in petẽdis excessiuis dotibus faciat Moniales inuolui aliqua simoniæ labe excedẽtes in petendo, vel exigendo vltra sufficiẽtem sustentationem. Quam quotam, seu taxam dotis possunt dicti prælati in aliquo casu speciali limitare, seu minuere iustis ad id concurrentibus causis, etiã inscijs, vel contradicentibus Monialibus, seu Conuentu; dummodò semper remaneat sufficiens quantitas pro sustẽtanda, seu alenda Moniali, nihil enim amplius requirunt constitutiones Apostolicæ. *ibid. art. 3. & 4.* De quo Couar. *de sponsal. lib. 2 p. c. 3 fol. 193. col. 2* Nauar. *de monit. 62. & in cap. statuimus, num. 44.* Idem docet P. Miranda *vbi sup. art. 8.*

Trid. sess. 25. ca. 16. de regul. An decretum Concilij Tridentini prohibens sub anathematis pœna dari, aut recipi aliquid vltra victum, & vestitum nouitiæ comprehendat etiam mutuum, aut commodatum, vide *infrà de professione Nouitiorum, num. 94.*

5. Monasterium excessiuam dotem pro ingressu nouitiæ recipiens, excessũ vltra sufficientem sustentationem tenetur restituere, cùm secundum sacros Canones, & constitutiones Apostolicas nil aliud permittatur recipere, nisi ipse excessus liberaliter absque aliquo expresso, tacito, aut præsumpto pacto illi concedatur. *ibid. art. 6.* De quo Cordub. *de casibus conscientiæ quæst. 1.* Nauar. *de monit. 62. num. 3.* & faciunt tradita à P. Miranda *vbi sup. art. 7. concl. 2. in fine.*

An ratione damni emergentis possit paciscì de certa quantitate quottannis pecuniæ danda, donec monasterio dos soluatur, vide *infrà de Monialibus n. 20.*

6. Pactum de habenda hæreditate post mortem matris nouitiæ loco dotis, quam ante ingressum Religionis ipsa nouitia cum fraude renunciauit, non dirimit professionem factam argumẽto cap. 1. §. sicut ergo 19. quæst. 1. alimẽta tamen professæ denegari posse probabile est, donec dos soluatur, aut promissum ad victum Monialis impleatur, quæ alimẽta iuridicè peti possunt, vt intra clausuram alatur, non verò in domo matris, aut parentum, ibid. art. 8. De quo Nauar. lib. 3. titul. de Regularibus consil. 50. Ad quod vide tradita à Sanchez lib. 7. Decalogi, cap. 6. num. 1. & sequentibus, & num. 10. & 11. & cap. 2. num. 1. & sequentibus, vbi circa l. final. C. de pactis, & libr. 13. tit. 5. part. 1. Agit de pacto futuræ hæreditatis, an valeat; ob votum captandæ mortis, & nu. 39. id concedit fauore causæ piæ, & priuilegium militibus super hoc concessum, *l. licet C. de pactis*, vt hæreditas propria pacto data valeat, ad piam causam extendit, *num. 40. & sequentibus & cap. 3. num. 9.* idem ferè repetit.

7. Quomodo autem valeat renunciatio legitimæ hæreditatis paternæ factaà nouitia vide in Addit. Summæ, tom. 3. cap. 144. à num. 9. vbi num. 12. resoluit Monialem auctoritate Papæ ad suam instantiam ad aliud monasterium translatam non delaturam secum dotem, nec bona post professionem quæsita. De quo etiam vide tom. 2. quæst. 79. art. fin. ad finem, Nauar comment. 4. de Regularibus, num. 24. Couar. cap. 1. de testament. iuxta finem, & multis traditis ad hoc plenè resoluit Sanchez *suprà cap. 5. per totum, & cap. 6. per totum, & cap. 7. per totum.*

RE-

RESOLVTIO LV.

De Ædificijs, seu Ecclesiis Regularium.

1. PRælatis Conuentualibus incumbit reparare ędificia suorum cōuentuum, vel de nouo ędificare, si opus fuerit, dummodò fiat absque detrimento victus, & alimentorum Religiosis ministrandorum. Priùs autem debent refici ædificia antiqua reparatione indigentia, aut cœpta perfici, quàm de nouo alia erigantur. Nullum verò ædificium de nouo construi debet à prælatis localibus sine consensu Prouincialis, aut saltem Discretorum Conuētus. Et eandem licentiam ad euellendum, seu destruendum aliquod magnum ædificium necessariam esse certi iuris est, *tom. 2. qu. 49. artic. 1.* De quo Anton. Gomez *in l. 46. Tauri, num. 15.* Platea *in l. quoniam, C. de senatoribus*, & notatur *in l. inter vrbem, l. nemo, C. de operibus publie.*

2. Cęteris paribus, & absolutè loquendo melius, & Deo gratius est fundare Ecclesiam Collegiatam Regularium, præsertim Mendicantium, quàm sęcularem clericorum sęcularium, nisi circunstantiæ temporum, & locorum aliud insinuent, *ibid. §. respondeo, & in Addit. Summæ, tom. 3. cap. 46. num. 4.* De quo Nauar *lib. 3. tit. de Regularibus cons. 52.* Idem docet P. Miranda *tom. 1. Manual. qu. 33. art. 6.*

3. Hodie iuxta Tridentinum Decretum non possunt noua loca Mendicantes constituere, vel constructa recipere, seu domos erigere absque licentia Episcopi Diœcesani, quæ sufficit absque alia Papæ de nouo requisitā facultate, iuxta priuilegia Apostolica dictis Fratribus Mendicantibus concessa apud Bullarium, quæ Concilium respectu talis licentiæ non reuocat, *ibid. d. art. 2. & tom. 1. quæst. 23. art. 7.* de quo F. Ioan. Crucius *de stat. Relig. lib. 2. cap. 8.* Zerola *in Praxi Episcop. p. 1. verb. Monachi, §. 1. & 2.* quos refert Barbosa *in Remiss. ad Trident. d. sess. 25. c. 3. de Reg. nu. 5.* Idem docet P. Miranda *supr. artic. 1. vbi concl. 3.* addit, quòd non habentibus priuilegium non sufficit licentia Diœcesani, sed necessariam esse eam habere à Sede Apostolica, iuxta, *c. cùm ex eo, de excessibus prælat. in 6.*

Bull. bull. 14. Iulij 2. & Bull. 14 Sixti 4. nū 35. & Bulla 27.

4. De iure communi licentia Papę requiritur vt Fratres transferant, seu mutent monasterium de loco in locū, d. c. cùm ex eo, sed per priuilegiū Sixti V. factum Congregationi S. Benedicti in Portugallia, Generalis cum consilio, & assensu Capituli Generalis potest transferre monasterium cum omnibus ad illud pertinentibus Ordinarij, vel cuiusuis alterius licentia minimè requisita, & id ipsum concessit Sixtus IV. Minoribus apud Bullarium. Nec hoc est per dictum Decretum Tridentinum reuocatum, ibi enim de noua erectione, & ædificatione domorum tantùm fit mentio, ibid. art. 3. Idem docent P. Miranda supra artic. 1. Portel in addit. ad dubia verb Monasterium, nu. 3. & in dubijs, numer. 7 Sed aduertant prælati Regulares, quòd non possunt dimittere, seu deserere dicta loca, & monasteria, nisi in manibus Ordinarij seu Diœcesani, super quo onerat Pontifex cōscientiam Generalis. Ita Bonifacius *in cap. cùm ex eo, de excessibus prælatorum in 6* & habetur in dicta Bulla Sixti IV. *ibid. d. 23. art. 6 tom. 1.* De quo Syluest. *in v. casus, casu 8. & verb. excommunicatio, §. 20.* Portel *in dubijs regul. verbo Monasterium, num. 4.*

Bullar. d. Bulla 14. & 27. Sixti 4.

5. Per priuilegium Clementis IV. confirmatum per Iulium II. & alios Pōtifices prohibetur Mendicantibus ædificare de nouo propè domos iam constructas Minorum, nisi infra spatium trecentarum Cannarum per aerē mensurandarum, vbi aliàs rectè mensurari loci dispositio non permittit. Quælibet autem istarum Cannarū continet octo palmorum longitudinem. Quo priuilegio gaudent alij Mendicantes communicantes in priuilegijs. Item ex cōcessio-

In Bull. Bulla 7. Clem 4. & Bull. 16 Iulij 2. & Bulla 7. Bonifacij 8.

cessione Vrbani IV. apud Comp. Cister. verb. ædificare, §. final. Nulla ædificia construi possunt intra vnum milliare ab Abbatijs, & locis Ordinis Cistercij sub excommunicationis pœna. Et ex priuilegio Innocentij IV. apud Compend. Mendican. tit. ædificare in fine, infra dimidiam leucam à terminis possessionum Carthusiensium, nec ædificare, nec possessiones acquirere licet, *ibid. art.* 4 Idem docent P. Miranda *suprà art.* 4. Portel *suprà, num.* 1.

6. Ad hæc aduertere oportet, quòd per constitutionem Clementis VIII. Ordinarijs non licet dare licentiam erigendi, seu ædificandi de nouo monasteria Regularium, nisi vocatis priùs, & auditis prælatis conuentualibus locorum, vbi ædificandum est, & alijs interesse habentibus, *Addit. Summa tom.* 3. *cap.* 146. *num.* 4. *ad finem.* De quo Portel *suprà, num.* 2.

7. Monasteria, & Ecclesiæ semel Deo dicata ad prophanos vsus ampliùs reduci non possunt, iuxta iuris dispositionem, cap. ad hæc, de Relig. domibus c. quæ semel 19. quæst. 3. Ex speciali tamen priuileg o Leonis X. in casu necessitatis Ecclesiæ Fratrum Minorum, & Monialium S. Claræ possunt transferri, & mutari, & locus prioris Ecclesiæ ad humanos vsus conuerti, dummodò materia ædificiorum ponatur in alia Ecclesia. Quando autem Ecclesia sæcularis auctoritate Papæ, aut Episcopi efficitur Regularis, fieri debet absque præiudicio clericorum, seu Beneficiatorum ipsius Ecclesiæ, priuilegiũ enim Papæ non datur cum præiudicio tertij, *c. penult. de Eccles. ædificand. cap. Apostolica, de donat.* Ita intelligenda est quædam Bulla Sixti IV. pro Carmelitis, *ibid. art.* 5. De quo P. Mirand. *tom.* 1. *Manual. q.* 34. *art.* 2. Portel *in addit. ad dubia verb. monasterium, num.* 3. Suarez *tom.* 1. *de Religione, lib.* 3. *cap* 8. *num.* 5.

In Bull. oraculo 55. Leo. X. & orac. 34.

8. Dormitoria, & ædificia monasterij deserti à Fratribus Minoribus cũ fundo, seu horto pertinent ad fundatorem, Ecclesia autem cum Capellis (si ipse fundator expresè sibi non reseruauit dominium) pertinet ad Ecclesiam Romanam, vt expresè determinat Nicolaus III. in cap. exiji, qui seminat, de verborum significat. & ita Syndicus Apostolicus, vel Prouincialis de consensu ipsius, & Conuentus, ac Diffinitorij potest dare ius patronatus successoribus ipsius fundatoris, hoc enim cedit in vtilitatem Fratrum, qui ostendentes se gratos benefactoribus alios alliciunt, & deuotos reddunt ad ædificandum pro ipsis; argumẽto cuiusdam Decreti Tridentini circa ius patronatus laicorum permittentis, vt dignus tãtùm præsentetur à patrono, vt sic alij ex hoc priuilegio ad alia maiora munera Ecclesiastica conferenda prouocentur. Priuilegium autem Leonis X. & aliorum Pontificum non intelligitur de Ecclesijs monasteriorum fundatis ab aliquo reseruante sibi dominium earũdem, vt Patrono, non enim Pontifici licet, nec præsumitur concedere mutationem dictarum Ecclesiarum in præiudicium tertij, *ibid art.* 6. De quo Cordub. *super Regulam Fratrum Minorum cap.* 4. *quæst.* 16. *punct.* 2. *& capit.* 6. *quæst.* 5. Garcia *de beneficijs* 5 *part. cap.* 8. *num.* 87. Idem docent P. Miranda *supr. artic.* 1. Portel *in dubijs dict. verb. Monasterium, num* 8.

Trid. sess. 24. ca. 18. de refor.

9. Priuilegium de ædificando, ad libitum voluntatis, & absque licentia Ordinarij, hoc est, si libuerit, & quando libuerit, non amittitur per non vsũ decennij, maximè si per id temporis nulla sit oblata occasio ædificandi monasterium, *ibid. art.* 7. de quo Mandos. *de priuilegijs ad instar, glosa* 15. *nu.* 14. Panorm. *in cap. vt priuilegia*, vbi Abbas, *num.* 4 *de priuileg.* Idem docet Miranda *tom.* 1. *quest.* 33. *art.* 3.

10. Mendicantes possunt ædificare de nouo absque motu excommunicationis positæ in Clem. cupientes, de pœnis, quando domus, seu Conuentus eorum corruunt remanẽte dominio soli apud ipsos: secus si desierit esse de eorum dominio, & habitatione, & postea nouo iure acquirant illud. Item possunt antiquo ædificio aliquid de nouo addere, vel mutare in totum Conuentum ad commodiorem locum propter sanitatem. *ibid. art.* 8. de quo Baptista de Salis *in Summa titul. excommunicat.* 1.

excomm. 54. Platea de excommunic. §. 11. de Relig. Mendicantibus. Idem docet P. Miranda sup. ar. 5. Suarez de censur. disp. 23. sect. 5. num. 33. 34. & 35.

21. Præceptum de impendendo dimidium fructuum, seu reddituum monasterij in ædificationem, cùm peruenerit ad pinguiorem fortunam, debet intelligi, quando ad eum statum deuenerit, in quo post honestam, & commodam sustentationem monachorum aliqua pars superest, quæ impendatur, argumento l. Diuus, & l. in condemnatione, ff. de regulis Iuris. Auctor ibid. art. 9. Cætera vide infrà de Monasterijs. Ad quod glossa in dict. capit. in condemnatione, & Decium in d. l. Diuus, num. 7.

ADDITIO.

22. In hac resolutione, num. 3. tractauimus, quænam licentia necessaria sit Regularibus ad Monasteria ædificanda. Quia tamen res hæc ibi paulò obscuriùs exposita est, nunc vt dilucidiorem reddam, addo iure Canonico antiquo cautum esse, de quo in cap. nemo, cap. placuit, de consecrat. dist. 1. cap. ad hæc 4. de Relig. domib. cap. cum, olim. 14. versic. Insuper, de priuileg. Episcopo irrequisito non posse Ecclesias ædificari, tradunt plures, quos refert rem hanc latè exornans Barbosa de offic. & potest. Episcopi, allegat. 26 à num. 1. idque procedere etiam in Religiosis exemptis, dummodò in loco non exempto ædificent, probat capit. auctoritate, de priuileg. in 6. Postea iure nouiori in cap. vnico, de excessib. prælat. in 6. cautum est, vt vltra Episcopum Pontificis venia requiratur, & quamuis Tridentinum, session. 25. de regular. cap. 3. in fine, solius Episcopi consensum desideret, Pontificis tamen, de quo in d. cap. vnico, non excludit, vt rectè declararūt Cardinales *Monachi ædificare nō possunt monasteria in parochia, in qua ea non habens fine cognitione, & licentia Papæ.* Ex qua declaratione colligitur hodie vnā, & alteram licentiam interuenire oportere, vt docent noster Auctor tom. 1. qu. 23. art. 7. Barbosa d. allegat. 26. num. 4. vt sic appareat non satis sibi constare Trid. sess. 25. c. 3. de regul.

Auctorem, tom. 2. quæst. 49 art. 3. dum contendit, Tridentinum solius Episcopi mentionem faciens respexisse ad priuilegia Regularia Iulij II. Vrbani IV. Sixti IV. quibus venia Pontificis, de qua in d. capit. vnico, abolita erat. Quæ Auctoris sententia verendum est, ne à Congregatione allata refellatur. Cæterùm, eidem adhuc subsistens, existimo, quòd si Regulares adhuc suis priuilegijs vti satagent, non malè facient.

RESOLVTIO LVI.

De Ecclesiarum Regularium immunitate.

1. IMmunitatem Ecclesiarum à iure Diuino originem duxisse nemo est, qui neget, quæ olim in veteri, & apud Ethnicos magnis fulcita fauoribus & exemptionum priuilegijs: Quapropter ab Imperatoribus maximè fuit recognita, ac in honore habita, & commendata, à sacris verò Canonibus confirmata, toto titul. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, c. definiuit, cap. miror, & sequent. 17. qu. 4. cap. inter alia, de immunitate Ecclesiæ, & sub grauissimis pœnis obseruari inuiolabiliter præceptum est, vt ex pluribus Pontificum Decretis, & Cōcilio Tridentino constat, tom. 2. q. 50. art. 1. De quo Couar. 2. variar. cap. 20. Nauar. in cap. nouit. not. ab. 3. num. 5 2. de iudic. Farinacius in Praxi Crim. quæst. 8. numer. 2. Garcia de nobilitat. glossa 5. Ad quod multa tradit Suarez tom. 1. de Religion. lib. 3. cap. 8. num. 9. & seqq. Exod. 21. num 13. 3. Reg. 1. nu. 50. & c. 2. n. 28. Num. 35. Trid. sess. 25. ca. 20. de refor.

2. Per Bullam Clementis IV. apud Bullarium præsumptuosè effringentes Ecclesias, aut monasteria Fratrum Minorum, aut in illis damnabilem violentiam, etiam occultè exercentes, incurrunt ipso facto excommunicationem In Bull. Bulla 3. & 8. Clem. 4.

Papæ reseruatam, iuxta cap. conquesti, de sentent. excommunicat. capit. sicut antiquitus, cap. minor 17. q. 4. a qua possunt absolui tantum à Conseruatoribus Ordinis, vel etiam à prælatis quoad forum conscientiæ tantùm ex Leone X. apud Bullarium inter viuæ vócis oracula. In quam excommunicationem incidunt etiam, qui effregerint, vel effoderint parietem, aut fores, diruerint seras, vel ingressum sibi parauerint in dictas Ecclesias, & Monasteria, impellendo, aut alio quouis violento modo, sed non comprehendit eos, qui ius habent ad quærendum reum, non verò capiendum, nam consequenter habent etiam ius ad remouendum omnia, quę impedium talem inquisitionem, *ibid. artic. 2. de quo Syluest. excommunicatio 7. casu* 8. Nauarr. *cap. 28 num. 9 Soto in 4 dist. 2. q. 21 art. 2. §. his constitutis.* Abbas, & Ancharran. *in capit. 1. de immunit. Ecclesia, col. 1.* Ad quod etiam vide Suarez *de censuris disp. 22. sect. 2 à num. 4. vsque ad 14. & d. cap. 8 de Religione, numer. 3.*

3. Iudicibus sęcularibus nullo mȯdo licet extrahere ab Ecclesia delinquentes, nisi de licentia speciali Episcopi, aut eius Officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ, & casu quòd extrahantur reponendi, seu custodiendi sint apud carcerem Curiæ Ecclesiasticę, nec vllo modo sęculari tradendi, donec cognita causa compertum sit, delictum esse de priuantibus immunitate Ecclesiastica, secus incurrunt in censuras, & pęnas ipso facto impositas violatoribus Ecclesiasticæ libertatis per declarationē Gregorij XIV. in sua Constitutione moderatoria cuiusdam Bullæ Sixti V. contra Bannitos. Crimina verò priuantia immunitate Ecclesię sunt latrocinium publicum, viarū grassatio nocturna agrorum depopulatio, c. inter alia, de immun Eccl. homicidium, aut mutilatio membri in Ecclesia, vel eius cœmeterio, cap. vlt. de immunitat. Eccles. occisio proditoria, c. 1. de homicidio, Assassinatus, Hæresis, & crimen læsæ Maiestatis, in quibus iudices sęculares licitè possunt extrahere reos ab Ecclesia modo suprà posito, id est cum licentia Episcopi, aut eius officialis, ex eodem Gregor. XIV. alias iniustè extractus iustè potest se defendere, imo & ministri Ecclesiæ possunt eū eripere de manibus potestatis sęcularis secundùm aliquos, dummodo manifestè constet iniustè extrahi de Ecclesia, vel damnum est irreparabile, seu periculum in mora: secus si res est in dubio, tunc enim non licet resistere vi, & armis, sed tantùm gladio Ecclesiæ, nēpe excommunicationibus, & censuris, quæ ad hoc cōceduntur Ecclesiasticis, non verò ensibus, & gladijs materialibus, vt habetur in Tridentina Synodo, *ibid. art* 3. De quo Gomez *lib. 3. variar. cap. 3. num. 21 in fine*, Mexia *in apparatu legis Toleti 11 fundam. part. 2. numer. 24.* Azeued. *in l. 3. num. 27 lib. 1 Compil.* Ad quod vide tradita à Suarez *tom. 1. de Religione lib. 4 capit. 11 num. 4. & sequentibus & cap. 13. num. 5. & sequentibus*, & *à Portel verbo immunitas Ecclesia, numero 10. & sequentibus.* Vbi ad hoc adducit quandam legem Regiam Portugalliæ satis piam in ordinat. lib. 2. tit. 5. in qua præcipitur, vt antequam extrahatur delinquens ab Ecclesia, casu quo non gau deat eius immunitate, fiat processus sūmarius, ad videndum, an gaudeat tali priuilegio immunitatis, vocato ad id Rectore, vel Vicario Episcopi, vt examinet delictum, & processum, & secūdùm ipsius, & iudicis sęcularis iudiciū decretum concorditer fiat. Quod vellem (inquit præcitatus Portel) melius obseruari à ministris iustitiæ, qui monasteria ingrediuntur, inconsulto aliquando prælato, imo sepia saltantes, quod neque Papa, neque rex permittit. Trid. sess. 25. c. 3. de reform.

4. Consuetudo etiam immemorialis contra immunitatem Ecclesiæ, vel ei onerosa non valet, vt deducitur ex cap. 1. & capit. nouerit, & cap. grauem, de sentent. excommun. nisi sit parum præiudicialis, aut contra aliquod speciale priuileginm concessum Monasterijs. Vnde consuetudine quadraginta annorum potest admitti, vt v. g. quarta funeralium Ecclesię Parochiali soluatur à Religiosis contra eorum priuilegia, ex mente Tridentini Concilij, *ibidem in principio*. De quo Syluest. *verb. immunitas, nu. 2. & 4.* Humada *in Scho-* Trid. sess. 25. ca. 13. de refor.

lijs

ijs ad gloss. part. l. 3. titul. 2. part. 1. gloss. 6. num. 3. Gomez d. lib. 3. varia. cap. 1. nu. 52. Abb. in dicto cap. 1. de consuetudine.

5. Clerici & Monachi, non gaudẽt immunitate Ecclesiæ, etiam post degradationem, & verbalem in sententia traditionem Curiæ sæculari, Vnde si ab Ecclesia extrahantur, ad illam non sũt restituendi, criminosi enim clerici degradatione, & relaxatione potestati sęculari digni, vt v.g. Sodomitæ non debent gaudere immunitate Ecclesiæ ob criminis enormitatem, imò & laicis huius nefandi criminis reis talis immunitas non patrocinatur, secundùm aliquos, in quo consuetudini standum est ibid. artic 4. De quo Abb. in cap. inter alia, de immunit. Eccles. Couar. 2. variar. cap. 20. num. 16. & cap. 26. nu. 8. & 9. Salzedo in Pract. Crimin. cap. 115. Iulius Clarus in Pract. Crim. §. fin. quæst. 30. numer. 12. & 16. Idem post Nauarr. *in Manu. cap. 25. num. 21. & 22.* & alios plures docet Suarez *vbi sup. cap. 10. nu. 5. & sequentibus, vbi num. 7.* id limitat, vt procedat in clerico respectu Ecclesiastici iudicis, non laici, casu quo possit manus inijcere in clericum, verbi gratia, minorem non beneficiatum, neque tonsuram, & habitum gestantem, iuxta Tridentin. *session. 23. cap. 6.* Vnde obiter colligit, *num 8 in fine*, etiam laicos in his, in quibus possunt ab Ecclesiasticis iudicibus corripi, non gaudere immunitate Ecclesiæ, quæ non conceditur aduersus ipsam Ecclesiam, seu potestatem eius.

Trid. sess. 25. c. 6. de regul.

6. Iudex sæcuritatis fidem promissam tenetur adimplere, & reducere delinquentem ad Ecclesiam, si eius delictum non priuabat tali immunitate: Religiosi autem tradentes non sunt immunes ab irregularitate, morte rei secuta, saltem in foro exteriori, operi enim illicitæ operam dedisse creduntur priuãdo reum Ecclesiastica libertate, qua iustè fruebatur, & in qua protegi tenebatur. Et à fortiori idem dicendum est, casu, quo delinquentem indignum Ecclesiæ immunitare, ad ipsam reducere iudex non obligatur, quia scire debebant Religiosi ipsis tunc minimè fore, nec debere fidem seruandam, nisi tanta esset iudicijs fama bonitatis, & veritatis, ac Religiosorum sinceritas, vt à culpa, ac proinde ab irregularitate immunes censeantur, *ibidem artic. 5.* De quo Gomez *lib. 3. variar. cap. 12. num. 7.* Couar. *1. variar. cap. 2. num. 16.* Vide Suarez *d. capit. 13. num. 2. & seqq.*

7. Monasteria, & omnia contenta intra ambitum seu ipsorum clausuram gaudent immunitate Ecclesiæ, imò & grangiæ monasteriorum, sicut & atria Ecclesiarum, capit. vltima, de immunitate Ecclesiæ, capit. id constituimus 17. quæstion. 4. ex priuilegio Eugenij IV. pro Cisterciẽsibus, & habetur in Compendio Ciste. titul. Grangiæ § 2. & in Compend. Societ. verbo immunitas §. 2. Ita vt inde extrahentes aliquem, vel violentiam dictis locis facientes, incidant in excommunicationem Papalem Leonis X. de qua suprà numer 2 tom 2. qu 75. art. 2 De quo Portel verbo Ecclesiæ immunitas, numer 9. & sequentibus, Suarez vbi supr. capit. 9. & num. 1. & sequentibus, vbi numer. 2. resoluit, etiam Ecclesiam non consecratam, nec benedictam, si obsequijs Diuinis dedicata sit, & in ea diuina mysteria celebrentur, eodem priuilegio immunitatis, frui, ex *capit. Ecclesiæ, de immunitat. Ecclesiarum.*

An autem Commendatarij Militares gaudeant immunitate Ecclesiæ, & in quibus casibus, vide *tom. 2. quæst. 62. art. 13. vsque ad 18.* & nos diximus suprà *de Commendatarijs nu. 1. 2. & 3.*

8. Raptores virginum secundùm aliquos non gaudent hac immunitate Ecclesiæ, in quo standum est consuetudini receptæ, quę derogat iuri, quod illis super hoc fauet, nam hoc crimen potest dici latrocinium famosum, famosis autem latronibus non conceditur talis immunitas Ecclesiæ, vt habetur expressè in capit. inter alia, de Immunitate Ecclesiæ, & in lege Regia Portugalliæ *lib. 2. ordinat. titul. 5. §. 4. Addit. Summa tomo 3. cap. 203. num. 10.* De quo Couarruuias *in rubrica de testament. c. 20. num. 8. Suarez 1. tom. de Religione lib. 3. c. 11. n. 17. D Thom. 2. 2. quæst. 66. art. ad tertium. Vide ad hoc capit. de raptoribus 36. quæst. 1. & Authentic. de mandatis Principiũ, §.*

neque

neque autem, & § sed neque, quam authẽticam per dictum cap. de raptoribus, esse derogatam dicit Angel. num. 17. & Syluest. verb. immunitas, 3. quæst. 2. licèt oppositum teneat Anchar. in dict. capit. inter alia, & Hippolyt. in l. vnic. C. de raptoribus, & sequitur Couarruuias loco ibi citato.

RESOLVTIO LVII.

De Eiectis, seu Expulsis à Religione.

1. Minister Generalis apud Minores potest per se ipsum duntaxat, & Prouincialis consensu Capituli, seu Diffinitorij eijcere ab Ordine, & habitu spoliare incorrigibiles, ex concessione Alexandri VI. ad quod S. Bonauentura super Regulam quæst. 14. tria requirit, saltem in foro conscientiæ. Primũ, quod eorum delicta sint notaria, etiam sæcularibus. Secundum, quod suo prauo exemplo noceant alijs Fratribus. Tertium, quòd probetur eorum incorrigibilitas. Ille verò dicitur incorrigibilis apud nos Minores per statuta Ordinis, qui ter iuridicè fuit conuictus de eodem, vel diuersis criminibus, vt de trina apostasia, & punitus non est emendatus: vnde post trinam iuridicam correctionem iterum apostatans potest expelli à Religione: imò per Tridentinum decretum, si per annum obstinato animo spernens Ecclesiasticam censuram excommunicationis perseueret in Apostasia, tanquam de fide suspectus puniri potest, tomo. 1. quæst. 30. art. 14. De quo videantur D. Thom. quod lib. 12. artic. vlt. D. Bonauen. dicta quæstion. 14. D. Antoninus 3. part. tit. 16. cap. 4. in fine, Syluest. verb. Religio. 6. quæst. vlt. & verb. Abbas, quæst 7. num. 6. Nauar. comment. num. 33. de Regular. & lib. 3 consil. 5o numer. 1. in 1. edit. & in 2. consil. 77. num. 1. de Regular. & alij plures quos plena manu refert Sanchez lib. 6. Decalog. cap. 9. num. 3. vbi resoluit per ius commune in c. cum ad monasterium, c. final. de statu monach. & cap. resecandæ, 24. qu. 3. habere potestatem Religiones expellendi Religiosos incorrigibiles.

D. Bonau. sup. Reg. qu. 14.

Trid. sess. 15. ca. 3. in fine de reform.

2. Licèt incorrigibilis de iure iuxta prætata statuta Ordinis sit ille, qui ter de criminibus grauibus fuit punitus, & non emendatus, potest tamen quis incorrigibilis de facto iudicari ad effectum expellẽdi illum à Religione, quando in vna eademque apostasia, & intra Religionem commisit alia crimina grauia grauissimis circunstantijs circundata sine aliqua spe correctionis: sicut enim clericus incorrigibilis iudicatur ad effectum tradendi eum brachio sæculari pòst degradationem, eo tantũ, quia eius grauia crimina bis fuerunt punita, nec fuit emendatus, ex quadam declaratione Parlamẽti Parisiensis, & innititur in c. cum non ab homine, de iudicijs, ita à fortiori iudicari debet incorrigibilis Religiosus, vt à Religione expellatur (quæ non censetur tam grauis pœna sicut degradatio & traditio clerici potestati sæculari) ibid. art. 15. De quo Iul. Clar. in pract. Crim. q. 36. n. 34. Salzed. in Pract. c. 140. §. incorrigibilis, Syluest. verb. Abbas nu. 6. Quis sit dicendus incorrigibilis stando in iure communi, tradunt Abbas in d. c. cum non ab homine, nu. 30. Mayol. lib. 5. de irregul. c. 26. n. 4. Sayr. de censur. l. 5. c. 21. n. 37. Graffis 1. p decis. l. 2. c. 24. n. 19. & illis citatis Sanch. vbi sup. n. 4. vbi resoluit tripliciter dici aliquem incorrigibilem. Primò quando in criminibus perpetratis perseuerat, etiã, si committat alia crimina dissimilia, idest, nõ æquè grauia, licèt verius esse, addat, vt sint similia, seu æquè grauia, aut grauiora, per c. vt famæ, de sent. exco. ibi, ad similia, vel peiora facile laberetur. Secũdò, si ter monitus nõ desistit, tertio, si assignatũ locũ pœnitẽtiæ deserat fugiẽdo.

3. Prælati volentes eijcere incorrigibiles, & delinquentes à Religione virtute bullæ Alexandri VI. tenentur sequi consensum seniorum, & Patrum, vt in illa continetur, virtute tamen

concessionis Pij V. facta Ordini Diui Hieronymi non tenentur illud sequi, cùm de eorum consilio tantùm, & non de eorum consensu praecipiantur facere, nisi praelati eijcientes sint Generales, quibus per se ipsos duntaxat datur libera facultas eijciendi ab Alexandro VI. vt in superioribus iam dictum est, ibidem articul. 16. & 17. De quo D. Thom. 2. 2. quaest. 92. artic. 2. ad secundum. Cardin. Paleotus de sacri Consistorij consultat. 1. part. quaest. 3. articul. 1. pag. 19 & 20. Pro quo nota, quòd Moniales superbae, & rebelles, possunt per praelatos à Religione expelli per quandam singularem concessionem Innocentij IV. factam Cisterciensibus apud Bullarium. De quo vide Sanch. *libr. 6. decalog. cap. 9. number. 6.* vbi consulit ne id fiat in consulto Pontifice Romano, vel eius Nuncio, eo quòd sit res noua, & insitata, & non modicum scandalum afferret, ac ansam praeberet Monialibus multis fingendi se incorrigibiles, vt a monasterio expellantur.

Bullar. Bull 27. Innoc. 4.

Notum decretum sacrę Cōgrega. Sed nunc nouissimè ex speciali D. N. S. Vrbani VIII. facultate sacra Congregatio Cardinalium decreuit, vt in posterum è Religionibus nullus legitimè professus eijci possit, nisi sit verè incorrigibilis: verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solū cōcurrant ea omnia, quae ad hoc ex iuris communis dispositione requiruntur, sublatis hac in parte statutis, & constitutionibus cuiuscunque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis, verùm etiam vnius anni spatio in ieiunio, & poenitentia probetur in carceribus. Elapso autem anno si nihilominus non resipuerit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eijci tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantùm, de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis, eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus: tùncque non nisi instructo secundùm eorum stylum, & constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis ad sacrorum Canonum praescriptum. Sic verò eiecti, quamdiu non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedant, atque Ordinarij loci iurisdictioni, & obedientiae subsint, proindèque Generalis illicò expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur. Caeterùm sacra Congregatio religionum superiores seriò admonet, ac per Iesu Christi viscera obtestatur, vt memores paternae charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, vt lucrentur animas fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas, antequàm grauissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur. Haec sacra Congregatio. Quae quidem ex originali, seu transsumpto authentico impresso Romae apud typographiam Apostolicam, anno Domini 1624. fideliter propria manu transcripsi.

Ex quibus deducitur attento hoc decreto non posse hodie ad triremes relegari aliquem Religiosum, nisi per Generalem Ordinis de assensu dictorum sex Patrum, semper enim hanc pęnam grauissimam antecedere solet priuatio habitus, & expulsio ab Ordine.

4 Religiosus homicida poena expulsionis à Religione puniri potest, cū hoc crimen sit de numero eorum, cui in seculo poena capitis infligitur, iuxta dictam Constitutionem Pij V. Sed id non debet executioni mandari, saltem in foro animae, nisi homicidium sit notorium, & delinquens incorrigibilis appareat. Nec etiam tali poena expulsionis plecti debet religiosus pro omni delicto, cui apud sęculares pęna capitalis correspondet: nam extrahere condemnatum ad mortem de manibus ministrorum iustitiae similis poena capitis à lege ciuili imposita est, nec tamen decet tam graui poena expulsionis Religiosum ob id puniri, cùm vt plurimum id ex nimia pietate fieri contingat, & idem iudicium est de similibus, *ibidem articul.* 18. & nos diximus *suprà resolut.* 48. *numer.* 28. De quo Plaza *libr. 1. de delictis capit.* 28. *number* 7. Iulius Clarus *in pract. crimin. quaest.* 68. *numero,* 10.

5. Item à Religione expelli potest

sodo-

sodomita post cæremonialem combustionem in eo expletam, vt apud Regulares solet fieri, vel ad triremes relegari, dummodò huic vitio sit assuefactus, nec appareant signa pœnitentiæ, vt conijcitur ex quadam constitutione Pij V. contra hoc vitium nefandum exercentes, de qua suprà *resolut.* 48. *num.* 22. Vnde si non assuescat, & pœnitens appareat, ex æquitate, & pietate non est tali pœna mulctandus. Sed hoc crimen attentans non debet expelli, licèt pœna combustionis cæremonialis videatur dignus, *ibid. art.* 19. de quo Nauar. *cap.* 27 *num* 249.

5. Iustè, & iuridicè à Religione semel expulsi non tenentur ad ea, quæ extra ordinem seruari non possunt; puta ad votum paupertatis, & obedientiæ, si quidem Conuentus eos non alit, nec alteri extra ordinem obedire voluerunt. Vnde ad castitatem, & ad horas Canonicas recitandas etiam sacris non insigniti, & ad ieiunia sub præcepto Regulæ contenta, & ad alia similia præcepta, quæ extra claustrum seruari possunt, omninò obligantur: quia sua culpa eis non debet patrocinari. Non tamen tenentur rogare, vt iterum admittantur ad Religionem, vt in sæculo tuta conscientia maneant, nec procurare, vt in alia recipiantur, quia iam semel iuridicè sunt eiecti, *ibidem art.* 20 *&* 21. De quo Soto *lib.* 7. *de iustitia quæst.* 1. *art.* 1. *& qu.* 7. Molina 2. 2. *tract.* 2. *disp.* 104. *pag.* 798. Nauar. *libr.* 5. *titul. de Regul. consil.* 79. *& in cap. non dicatis, num.* 36. *& de oratione capit.* 7. *numer.* 20. Idem post eundem Nauar. *comment.* 2. *num.* 36 *de regul. & libr.* 3. *consil* 18. *num.* 2. *in fine, & consil.* 64. *num.* 1. *de regular.* Sayro *in thesaur. casuum, titulo* 2. *libr.* 6. *cap.* 9. *numer.* 26. & post nostrum etiam Auctorem tradit Sanchez *lib.* 6. *decalogi capitul.* 9. *numer.* 14. *& sequentibus*. Qui tamen immeritò non approbat *numer.* 53. limitationem ipsius Auctoris, dum ait, hos eiectos teneri ad præcepta, & ieiunia sub præcepto in regula contenta, ad quod confutandum nullam adducit rationem, sed tantùm auctoritatem DD. indistinctè loquentium: sed nostræ sententiæ adhæret Portel *verb. eijcere ab ordine numer.* 5. Quam adhuc probo ex doctrina ipsius Sancij, nam ille fatetur *ibidem numer.* 54. huiusmodi expulsos non censeri expulsos in perpetuum, sed donec corrigantur, ac ideò teneri se corrigere, & correctos petere, vt iterum admittantur, ergo cùm teneantur mores suos corrigere ad hunc effectum, consequenter debent se regulæ, & Regularibus præceptis, quatenus eorum status patitur, conformare. Nec potest dici, eos manere à iugo regulæ liberos, si post correctionem non admittantur, semper enim tenentur instare suis bonis, & ad meliorem frugem redactis moribus, taliter viuendo, vt digni iudicentur, qui iterum admittantur, casu vero quo nō admittantur; culpa superiorum eos non admittentium nequaquam eximit ipsos à votis, & præceptis, quibus per professionem se adstrinxerunt, & ad quæ tenerentur si extra Religionem ea vouissent, maximè quando non sunt de pertinentibus merè ad Regularem vitam, & institutum, qualia sunt ieiunia, & similia, quæ vt sæculares seruare possunt. Quare existimo sententiam Sancij habere locum in obseruantijs Regularibus, quæ commodè extra claustrum seruari nequeunt, qualia sunt silentium, vigiliæ, & similia, non verò in ieiunijs, & alijs, ad quæ tenentur ex præcepto regulæ obligante ad reatum mortale, & commode extra claustrum seruari possunt. Quod magis confirmo ex *capitul. vltimo, de Regularibus*, vbi statuitur, hos electos censuris Ecclesiasticis cogendos esse redire ad Religionem, ergo signum est eos vinculo suæ professionis adhuc teneri, alias ad reditum adstringi nequirent, cùm capessere Religionis institutum à quo quispiam liber est, debeat esse voluntarium, vt ipse Sanchez *ibidem* benè notat *numer* 30. vbi resoluit huiusmodi expulsos, etiam iustè per sententiam diffinitiuam à Religione absolutos, & habitu priuatos teneri ad Ordinem redire, quandocunque eos admittere superiores voluerint. Tandem, quia hi eiecti veri Religiosi post sententiam expulsionis manent,

Defenditur sententia Auctoris.

prælati enim per illam non possunt facere de monacho non monachum: imò & de Pontifice id multi negant, per c. cum ad monaster. de statu monach. in fine, nisi ex aliqua vrgentissima causa, vt probat idem Sanchez ibidem, numer.27. ergo sunt in malo statu, quamdiu non procurant seruare suam regulam, prout status eorum patitur, & quamdiu per ipsos steterit, eò quòd mores non corrigunt, quo minus admittantur, teneanturque id procurare, nedum a superioribus coacti redire, ex sententia ipsius Sanci dicto numer. 30. quod non posset verificari, nisi tales expulsi extra Religionem adhuc manerent ligati vinculo professionis, saltem ad ea quæ commodè possunt seruare, & patitur eorum status. Atque ita huic nostræ sententiæ adhærent Corduba *super regul. capit.2. quæst.21. puncto* 3. post D. Bonauent. *in regul. quæst.* 14. Azor *tomo 1. institut. moral. libr.12. capitulo.16. quæstio.4. & quæstio.7. in fine, & quæst.11. & capit.17. quæst.2.* Leonardus *lib.2. de iust. capit.41. dub.15. numer.* 111. P. Miranda *tom.1. Manual. quæst.52. artic.5. conclus.1.* P. Portel *vbi suprà dicto numer.5.* P. Villalobos *2.p. Summa tract.35. diff.39. numer.5. & sequentibus*, qui omnes vnanimiter tenent, hos eiectos tanquam veros religiosos votis monasticæ professionis ligatos manere, ad quam pertinent præceptorum in regula contentorum obseruantia.

7. Fratres Minores expulsi ab Ordine pro suis culpis, vel proprio motu egressi non possunt prædicare, nec confessiones audire, vel docere, nisi de licentia Sedis Apostolicæ, vt Generalis, seu Prouincialium: quòd si aliquid contra huiusmodi inhibitionem temerè fuerit attentatum, possunt dicti prælati in ipsos sententiam excommunicationis promulgare, ex decreto Innocentij IV. apud Bullarium. Vnde

Bullar. bull.8. Innoc.4. in Comp. Minor. verb. Apostata.

cùm taliter expulsi sint infames, non possunt compelli prælati eos iterum admittere, cùm ex iure, & constitutione Sixti V. tales, infames ob eorum delicta Religionem ingredi prohibeantur, ibidem dict. articul.21. de quo Lappus ad Fedéricum consil. 38. Idem docet post Azor tom. 1. institut. moral. libr.12. capit.17. quæst.2. & nostrum Auctorem Sanchez vbi suprà numer.32. & concordat P. Miranda dict. quæst.52. articul.7. vbi tandem concludit, quod casu, quo hos eiectos iterum ad Ordinem recipere conueniat, id debet fieri præcedente Pontificis dispensatione, & quantum ad prohibitionem audiendi confessiones, idē tradit ipse P. Miranda *ibidem articulo 5. conclusione* 3.

8. Circa quod aduerte, quòd in Capitulo Generali Romæ habito sub Reuerendissimo P. F. Ioanne Fetro anno 1612. statutum est, vt eiecti ab Ordine, & ad triremes damnati non possint iterum recipi ad Ordinem, etiam si rogent. Vbi etiam declaratum est, quòd censetur expulsus ab ordine qui damnatur ad triremes, etiam si in sententia non declaretur expulsio. Sic refert Portel *verb. eijcere ab ordine num.6.* de quo etiam Auctor *tom.1. quæst.23. articul.5.*

9. Item aduerte, quòd Dominus Paulus V. anno Domini 1613. die 5. Aprilis cōcessit Canonicis Regularibus S. Crucis in Conimbria, vt monachos incorrigibiles, vel carceri perpetuò damnarent, vel ad triremes relegarent, & aliter nō possent eijcere. Quod præcepisse fertur certior factus, plures ex industria fieri inobedientes, & incorrigibiles, vt eâ ob causam expulsi, à iugo obedientiæ liberarentur manentes apud sæculum, quo in priuilegio possunt cōmunicare aliæ Religiones. Ita refert idem Portel *vbi sup. n.4.* vbi addit, ita Romæ practicari, vt putat, audiuisse.

10. Huiusmodi legitimè eiecti à Religione possunt transire ad aliam, etiā laxiorem sine licentia superioris eijcientis, nam obligatio extincta per sententiam iuridicam non potest reuiuiscere, nec impedimentum præstare, aut auferre. Pro quo extat quædam concessio Innocentij IV. apud Bullarium, vt possint eiecti, vel egressi de Ordine Minorū transire ad alios Ordines, præterquam ad Hospitalarios, & Militares, cum litteris tamen testimonialibus superiorum dicti Ordinis. Quæ requi-

quisitio de litteris testimonialibus cùm ponatur vt forma, & conditio actus faciendi, si non hat, professio dictorum eiectorum apud Ordinem, ad quam admittuntur, erit irrita. Non potest tamen superior eijciens compellere per sententiam huiusmodi eiectos, vt intra certum tempus ingrediantur aliam strictiorem Religionē, id enim metas naturæ voti videtur transgredi, cùm vota emittenda in dicta Religione voluntaria, & libera omn nò esse debeant, *ibidem artic.22.& 23.* de quo Nauar. *libr.8.de regularibus consil.78. & libr 3.consil 77.num.2.* Idem tenent D. Antonin *3.p.titulo 16.cap.4. in fin.* Nauar. *libr.3 consil. 51. de regularibus num. 2.in 1.editione.* Parassel. *in priuileg Minimor.cap.39. num. fin.* Sad *in Summa verbo, Religio, num.40.* quibus cum nostro Auctore citatis id ipsum resoluit Sanchez *vbi suprà num.36.& 37.vbi numer. 39.* non approbat sententiam ipsius Auctoris, dum ait professionem Fratris Minoris eiecti, in alia Religione sine testimonio suę expulsionis non esse validam, & ad hoc adducit, scilicitat locum in summa einsdem in eo tomo 2. capit.6. vbi oppositum videtur sentire. Sed rem ra ibi(si attentè legatur) loquitur attento iure communi, & de professione eiecti Fratris, qui non fit Minorita: nam de isto nihil dicit, sed resoluēdum remittit ad præsens, dicto art. 22. Vbi attenta dicta Bulla Innocentij IV. requirentis pro forma actus faciendi dictum testimonium expulsionis, resoluit non valere talem professionem secus emissam, & clarè colligitur ex verbis Pontificis, ibi; Districtiùs inhibentes, ne tales aliter ad alium Ordinem transire, vel aliqui eos recipere, seu retinere præsumant absque licentia Sedis Apostolicæ speciali faciente de pręsentibus mentionem. Et in simili de eo, cui data est potestas faciendi aliquid, adiecta certa forma, & illam non seruat, resoluit per Glossam singularem in Clementina 1. verb. Inhibentes, & per textum ad idem ferè expressum in cap. prouida, ibi, Inquisitione præfata omissa, de elect. in 6. Felin. *in cap.ex parte col 4.de constitut.* Quantum verò ad id, quòd vltimò diximus, nempe, non posse prælatos compellere hos eiectos, vt ad aliam Religionem transeant, idem tenet ipse Sanchez *ibidem num.42.* subdens *num.43* posse sub ea conditione eijcere, qua completa eos sic eiectos teneri ad priorem Religionem redire, & sic seruari in praxi apud Societatem Iesu asserit.

Bullar. bull.9. Innoc.4. & bull.14. Sixti 4. n. 25. & in Compen. Min tit. eijcere ab ordine §. 2.

Tuetur sētentia Auctoris.

11. Cum istis expulsis à Religione debent dispensare prælati ante expulsionem per priuilegia Ordinis, vt ad maiores ordines ascendant, vel in promotis ministrare possint. Episcopi verò, quibus subduntur, possunt etiam cum eisdem dispensare in casibus ab ipsis dispensabilibus, ipsosque ordinare ad titulum beneficij, vel patrimonij certiores facti de alijs ordinibus in Religione ritè susceptis. An autem Episcopo originis, an domicilij subijci debeant tales expulsi à Religione? Tenendum est posse cuicunque eorum se subdere, quidquid dicant aliqui, interim tamen non subduntur alicui, Papa est eorum Ordinarius. Vnde si à vita tunc discedant, bona per ipsos quæsita pertinent ad Cameram Apostolicam nomine spoliorum: imò cùm non possint testari de suis bonis sicut alij clerici sęculares, omnia relicta applicanda esse Sedi Apostolicæ nomine spoliorum videtur, ex Gregorio XIII. *in sua Constitutione superiùs relata, ibidem articul 24.25.& 26.* de quo Nauar. *libr.3. titulo de Regularibus consil.84 & in capitul.non dicatis numer. 42.* Molina *1.2. tract.2.d.fiat.140.pagin 768.* Idem ferè docet quantum ad dispensationem per Episcopum faciendam Sanchez *vbi suprà numer. 59.* & citat etiam Nauarr. *libr.1.consil.9. titul.de etate & qualitate, in 1.edition* & quantum ad bona eorum expulsorum relicta, quæ tanquam spolia pertinent ad Cameram Apostolicam, idem tenet Portel *in addit.ad dubia verb.bona numer.1. & verb. eijcere ab ordine numer.3.& 4* & nos diximus suprà *resolution.11. numer.31.* & quòd non possint testari, docet Sāchez *suprà numer.46.*

12. Huiusmodi expulsi debent vti habitu clericali suo ordini conue-

niens sine vlla dispensatione Papæ. Qui etiam tradi possunt brachio sęculari post depositionem, seu degradationem, vt vltimo supplicio puniatur, sed id non debet fieri nisi à iudicibus Ecclesiasticis, vel sęcularibus auctoritatē apostolicam ad id habentibus, nam regularibus tantùm conceditur, vt possint ad exilium, vel ad triremes condemnare, *ibid. art.* 28. De quo Nauar. *in c. nullā num.* 18. *qu.* 2. *& num.* 52. Duaren. *libr.* 2. *de sacr. Eccl. myst. cap.* 3. Iul. Clar. *in prax. crim.* §. *fin. quæst.* 70. Idem docent loquendo de vsu habitus clericalis, idem Nauar. *comment.* 2. *num.* 36. *de Regular. & lib.* 3. *consil.* 51 *num.* 2. *de Regular. in* 1. *edit. & consil.* 78. *numer.* 2. *in* 2. *edit.* Azor *tom.* 1. *instit. moral. libr.* 82. *cap.* 16. *quæst.* 13. Leonard. *lib.* 2. *de iustitia cap.* 41. *nu.* 112. & illis citatis Sanchez *vbi suprà num.* 55.

13. Quòd si tales expulsi ad Religionem iterum recipiantur, non tenentur de nouo profiteri, cū ratio, & mens Tridentini Concilij in ipsis cesset, sed non debent ad eundem locum, & gradum, quo antea fruebantur restitui, non enim decet decedentes à religione veteranos præcedere Religiosos, qui semper in amore fraternitatis, & iugo obedientiæ præstātes Domino famulatum præstarunt, *ibid. art.* 29. Idem docet Sanchez *vbi suprà nu.* 33. quidquid de hoc indecisum se præbeat Nauar. *lib* 3. *consil.* 64. *in fin. de Regul. in* 1. *edit. & in* 2. *consil.* 80. *fin.*

Trid. sess. 25 ca. 15. de regul.

14. Licèt attento iure communi restitutio degradatorum, & solemniter expulsorum à Religione sit reseruata Sedi Apostolicæ, nec sine dispensatione Papæ possint iterum ad Ordinem admitti, vt de clericis solemniter degradatis dicitur cap. ideò el 1. vbi glossa, & in capit. ideò el 2. causa 2. quæst. 6. consuetudine tamen, quæ dat iurisdictionem, receptum est apud Minores, & Prædicatores, vt Prælati generales ipsos possint admittere, si ad cor reuertantur humiliter id petant absque eo, quòd ad Papam recurratur. Quod intellige casu, quo eiectus non sit damnatus ad triremes: nam si est ad eas damnatus, minimè potest ad Ordinem recipi, etiam si roget, ex statuto generali Romæ edito, de quo suprà num. 8. tom. 1. quæst. 23. articul. 5. & in addit. sum. tom. 3. cap. 99. numer. 6. Idem docet P. Miranda tom. 2. manual. quæst. 7. artic. 7. vbi tradit c. final. de Regular. & cap. cùm ad monasterium, de statu Monachorum, esse intelligenda de eiectis verbaliter, & non solemniter (vt fieri eo tempore solebat) quos ibi præcipitur, à prælatis annuatim requiri, & ad Religionem reduci, non verò de eiectis solemniter per sententiam diffinitiuam, vt nunc fieri solet, & ad finem articuli refert quoddam Ordinis nostri statutum Tolet. capit. 6. §. de incorrigibilibus, vbi semel ab Ordine eiectus iterum ad eundem assumi prohibetur, & quandam constitutionem Sixti V. qua deputauit tres S. R. E. Cardinales super causis eiectorum Fratrum, sublata omnibus alijs auctoritate aliter iudicanda, quòd certè denotat, reseruarum manere hunc casum Sedi Apostolicæ.

Resolutio cuiusdam casus consulti apud Salmanticenses.

15. Quidam Religiosus professus Mendicantium fuit expulsus à Religione, & habitu spoliatus ob grauia crimina tali pœna digna, & ad triremes perpetuò relegatus, fugiensque è carcere accessit ad Nuncium Apostolicum, reclamando se non esse religiosum, à quo per sententiam diffinitiuam declarata est eius professio nulla, eo quòd ligatus existeret, quodam ex impedimentis positis in constitutione Sixti V. sicque declaratus non Religiosus obtinuit Canonicatum in quadam Ecclesia Cathedrali. Quæritur igitur, an talis præbendæ collatio ei facta valeat, faciatque fructus suos absque dispensatione Sedis Apostolicæ, & tandem an sententia Nuncij valida sit?

Pro quo enodando supponendum est, quòd monachus professus est inca-

pax cuiuscunque beneficij simplicis sęcularis, etiam Canonicatus in Ecclesia Cathedrali, cap. in nona 16. quæst. 7. c. 14. c. 10. de Monachus 16. quæst. 1. cap. super eo, de regul. text. à contrario sensu in capit. quod Dei timorem, de stat. monach. c. cùm de beneficio 5. de præbend. in 6. Clem. vnica, de supplend. negligent. prælator. Trident. sessione 14 c. 10. de reform. tradunt post antiquiores in dictis iuribus, Selua de benefic. 3. par. qu. 70. à num. 3. Corras de sacerdotio 3. p. cap. 5. à num. 13. Rebuff. in praxi tit. de dispensat cum regulari, num. 7. Nauar. comment. 4 de regul. num. 23. Couar. c. 1 num. 3. de testam Gregor. Lopez l. 15. ver. gliesias tit. 7. part 1. Azor tom. 1. moral. lib. 12 c. 19. quæst. 13. & tom. 3. lib. 6. c. 4. quæst. 22. Auctor tom. 1. regul. quæst. 34. art. 4. & tom. 3. quæst. 55. artic. 1. & plures alij, quos refert, & sequitur Sanch. ad præcepta decalog. lib. 7. cap. 29. num. 75. Garcia de benefic. 7. part. c 10. à num. 20. & quamuis collatio motu proprio fiat, non tenet, vt post Cardin Alexand. & alios resoluit Stephan. Gratian. 1 tom. disceptat. c. 123. num. 10. Sanch. lib. 7. ad præcepta c. 29. num. 83. Neque adhoc sufficiet dispensatio Episcopi, sed erit necessaria Pontificis, citati à Garcia d. c. 10. num. 22. Sanch. d. c. 29. num. 76. iunctis his, quæ de clausula, motu proprio, tradit lib. 8. de mat. disp. 21. à nume. 49. adeò vt nec facilè à Pôtifice impetratur hodie post Greg. XIII. teste Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloss. 7. à num. 53. Garcia d. c. 10. num 33. Quæ resolutio etiam procedit in Religioso expulso à Religione propter crimina, adhuc enim ad votum paupertatis adstringitur, vt docent noster Auctor *tom. 1. quæst 30. artic 24. Soto lib. 7. de iust. quæst. 1 artic. 1.* Nauar. *comment 2. de Regular. à num. 33.* Molina *tract. 2. disp. 140. num. 34.* P. Miranda *tom. 1 manual. qu. 52. art. 5.* latè Sanch. *ad præcept decalog lib. 6 cap. 9. à nu. 24.*

Trid. sess. 14. c. 10. de reform.

Sed hæc non sunt ad rem proposita, licèt enim iste monachus supponatur professus in quadam Religione ex Mendicantibus, & ab ea expulsus ob crimina tali expulsione digna, ex traditis è nostro Auctore *d. tom. 1. quæst. 30. art. 16. & seq.* P. Miranda, *tom. 1. quæst. 52. art. 1. 2. & 8.* Virtute tamen sententiæ latæ à Nuncio ipse desijt esse monachus, eo quod incurrisse in cõstitutiones Sixti V. declaratum fuit, in quibus nullæ pronunciatæ sunt omnes professiones, ad quæ præcesserunt quædam crimina, seu defectus, vt constat ex originalibus relatis à nostro Auctore *tom. 3. quæst. 54 post artic. 6.* Sicque dicendum puto, quòd si sententia Nuncij non patitur aliquem defectum nullitatis, ex quo retractari possit, ex vi illius omninò exemptus, & liber à monachatu manet talis Religiosus, & tanquam clerico sæculari præbenda Canonicatus, ac per consequens fecit fructus suos. Verum est tamen quòd propter crimina patrata in Religione, si interuenit mutilatio membri, sit irregularis: imò etiam hoc non dato, seu non commisso, per solam sententiam sui prælati putatiui perpetuò eum damnante ad triremes remansit in famis, ex qua infamia, cùm sit iuris c. 2. §. porrò 3. q. 7. l. infamem 7. ff. de publ. iudic. l. quod ergo 13. §. ex compromisso, ff. de his qui notan infam. Itemque mansit irregularis, *c. infamis 6. q. 1. c. qui in aliquo dist 51. c. testes 2 q. 7. regula infamibus, in 6.* post alios docent Suar. *to. 5 de censur. disp. 48 sect. 2 à princ.* plures citati à Garcia *de benefic. 7. p. c. 8. nu. 44.* Itaque si ante, vel post obtentum Canonicatum non fuit dispensatus à Papa in dictis irregularitatibus, & habilis ad beneficia, facilè ex hac via poterit à præbenda priuari, licèt enim cõtrouersum sit inter DD. an collatio facta infami, seu criminoso sit nulla ipso iure, vt constat ex disputatis latè à Suarez *tom. 5. disp. 40. sect. 2. à num. 19.* Garcia *de beneficijs 7. part. cap. 8 à num. 39* nemo tamen negat, per sententiam iudicis irritandam esse huiusmodi collationẽ priuando eum à perceptione fructuum ipsius, docet Suarez *d. disp. 40. sect. 2. numer. 35.*

Dico secundo, quòd hic monachus videtur non posse frui sententia Nuncij, nec illam debere illi patrocinari, Moueor ex Tridentino *sess. 25. c. 19. de Regular.* vbi certæ conditiones ponun-

Trid. sess. 25. ca. 19. de Reg.

tur, vt Religiosus professus possit de nullitate professionis reclamare. Prima, vt id fiat intra quinquennium. Secunda, quod causas, quas prætenderit allegare, deducat coram superiore suo, & Ordinario. Tertia, quòd si antea habitum dimittat sponte, nullatenus ad quamcunque causam allegandam admittatur, notant Nauar. *com.4.de Regular.num.73.Auct.3.tom.quæst.17 art.17. Suar.tom 3.de Relig.libr.7.c.3.numer.11. Sanch.de matr.lib.7.disp.37.nu.1.* Vnde cùm hic Religiosus è carcere fugam fecisse dicatur, causasque nullitatis professionis suæ proposuit coram solo Nūcio, videtur non esse profuturam illius sententiam: eo quod non adfuit persona sui superioris, coram quo tenebatur quoque causas allegare nullitatis suæ professionis iuxta præfatum decretum Tridentinum.

His tamen non obstantibus existimo ex hoc non esse dicendam inualidam sententiam Nuncij, nam vt fieret satis intentioni Concilij, sufficiens fuit Religionis citatio, vt coram eius prælato ista causas, quas habebat, proponeret, ipsaque Religio per contradictorium iudicium absentem citatam, & renuentem comparere, valet, ac si præsens esset, *l. in peremptorio 71. l. & post editium 73 l. si 2 rator 25 ff. de indic. l. de vnoquoque 47. in fin ff de re iudic. l. properandũ, § sin autem reus, ff. de indic. c. preut 4. de dolo, & contum* faciunt *l. cum quærebatur 13 ff. indicatum solui, l. liber. 31. §. item, ff. de negot. gestis*, tradunt Petrus Greg. *lib. 48. Syntag. c.* plenè Sforcia *de restit. in integrum 2. p. quæst. 67. art 1.*

Secundò respondetur, decisionē Tridentini *d. cap. 19. de Regularibus*, non cōprehendere perpetuò inhabiles ad profitendum, sicut proponitur iste monachus per Bullas Sixti V. teste Sanchez *de matrim. d. lib. 7. disp. 47 n. 30.* Sicque conditiones requisitæ: Concilio verificari debēt in duobus inhabilitatibus, seu impedimētis temporalibus, de quibus agit, quales sunt metus, & defectus legitimæ ætatis, vel alia similis his duobus, vt post Nauarrum rectè docet Sanch. *d. disp. 37. n. 32.* sic intelligens verba concilij, ibi, *ex quacunque causa, &c.*

Dico tertiò, quòd dispensatio Pontificis tantùm fuit necessaria ad irregularitates contractas ratione criminum, & infamiæ iuris soluendas, quæ præcesserunt sententiam Nuncij, non tamen existimo requiri aliam dispēsationem ad faciendum distributiones suas, nam cùm per sententiam Nuncij declaratus sit iste non monachus, exinde tanquam clerico sęculari validè potuit conferri præbenda, ac per consequēs ipsæ distributiones tanquam quid accessorium.

Dico quartò, quòd iste monachus post sententiam relegationis perpetuæ ad triremes latam à prælato statim expulsus à Religione mansit, ex eoque tēpore accedere potuit ad forum Episcopi originarij, cui subijcitur, ex veriore sententia; quam probat Nauar. comment. 2. de Regul. à num. 34. Auct. tom. 1. de Regul. qu. 30. artic. 25. Miranda 1. tom. qu. 92. art. 4. Sanch. d. lib 6. ad præcepta, c 9 nu. 28. non ex vi voti emissi in Religione, sed tanquam clericus sęcularis, vt contra Nauarrum vbi sup. bene docent Molina tom. 1. de iust. disp. 140. num. 35. Azor tom 1. moral. lib. 12. c. 16. qu. 11. Lessius lib. 2. de iust. c. 41. n. 114. Sanch. dict. lib 6. c 9. nu. 29. verum est tamen quod non licuit illi conferre beneficium 500. ducatorum sine dispensatione Papæ ob votum paupertatis, à quo per sententiam non fuit exēptus, vt suprà in principio resoluimus. Sed quia post sententiam sui prælati emanauit alia sententia Nuncij declarans nullitatem suæ professionis ex vi huius posterioris redactus fuit ad clericatum sęcularem, & per consequens non fuit necessaria dispensatio Pontificis ad obtinendum beneficium.

Ex quibus omnibus relinquitur, quòd Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, in qua iste monachus in professione canonicatus, difficile ius habet ad obtinendum per viam, qua prætendit contra huiusmodi præbendatum, nisi ipse negligens extitisset in obtinenda dispensatione super duabus irregularitatibus, quas contraxit. Et omnia suprà resoluta nituntur in validitate sententię Nuncij, quæ in dubio valida, & recta reputanda est, ex l. res iudicata, ff. de

ff. de reg. iuris, cum vulgaribus, nisi contineat aliquam nullitatem, de qua non facta mentio à consulente.

Poterit item dictum capitulum alia via agere contra dictum monachum canonicum, procurando scilicet, & rogando prælatum Religionis, vt petat restitutionem omissionis, quam habuit de non agendo ad causam, quo casu, cum ei cōpetat restitutio, argumento l. ait Prætor 7 §. vlt. l. minor, 8 ff. de minoribus 8. iun ctis traditis latè a Caldas l. si curatorem v. sua facilitate, à numer. 26. Sfortia de restit. 2. p. q. 67. à num. 2. & virtute talis restitutionis poterit retractari sententia Nuncij, cap. cùm ex litteris 5. c. suscitata de restit. in integ. c. 1. eod. tit. in 6. quo facto potest de nouo incipi causa litis su per validitate professionis, & in contradictorio iudicio non iam facilè obtinebit, nam fortè Nuncius Apostolicus ex falsis probationibus sententiam protulit, quo casu sententia est ipso iure nulla, vt in sententia contra minores lata probat, l. 1. & 2. C. si tutor, vel curator falsum allegat §. vlt. instit. de excusat. tu torum, & est expressa apud Lusitanos ordinario, lib. 3. tit. 75. in principio, Gama decis. 100. nu. 42. & in sententia contra Ecclesiam lata idem docent ex regu la c. 1 de in integrum restitutione, Alex. in l. Diuus, nu. 2. Ias. num. 6. ff de re iud. Sfortia de restit. 2. p. cap. 77. numer. 36. aut ad minus vtraque sententia poterit retractari per viam restitutionis dicta *l. Diuus, ff. de re iudic. l. 2. C. si ex falsis instrumentis, l. penultima, C. de transactionibus, c. cum venerabilis, de exceptionibus, lex 13. tit. 22. partita 3. docent magis communiter Doctores cum Bartol. in dicta lege, Diuus, numero vlt. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. casu 15. à principio Caldas in d. l. si curatorem, verb lesis, n. 165. Sfortia. d. q. 78. ar. 5. & q. 78. a. 1.* Retractata autem, vel nulla declarata dicta sententia, licèt pendente lite tuendus sit prælatus monachus Canonicus in possessione præbendæ, ex traditis à Felino ad capitulum, in nostra, 32. num. 44. de Rescriptis, Seluà de benefic. 3. p. q. 15. 11. num. 118. Sanch. lib. 7. ad præcepta Decalogi cap. 19. num. 85. adhuc etiam si professio pro valida declaretur ipso iure poterit priuari dictus Religiosus Canonicus sua præbenda, tanquam monachus, qui ex iure incapax qualiscunque beneficijs sæcularis habetur.

Huic consultationi, & responso cum omnibus resolutis suprà annuerunt, & subscripserunt plures ex professoribus iuris vtriusque apud Salmanticenses, licèt res adhuc sub dubia lite sit inter præfatos Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, & Monachum in illa Canonicum.

RESOLVTIO LVIII.

De Electione prælatorum Regularium.

1 Electio est idoneæ personæ ad dignitatem, vel fraternam Societatem seruata forma Canonica facta vocatio; Estque triplex. Prima, per modū scrutinij. Secunda, per modum cōpromissi. Tertia, per modum communis inspirationis. De qua triplici forma electionis mentio fit in c. quia pp de elect. Auctor *to. 2. q. 52. art. 2. De qua D. Th. 1. 2. quæst. 13. art. 5. Innoc. in d. ca quia propter, de elect. P. Greg. Syntagmatum iuris 2. p. c. 11. à num. 29. Host. & Ioā. Andreas in tit. de electione in 6: Sylvester verb. elect. 1. num.* 1.

2. Ad substantiam electionis per scrutinium faciendæ trium scrutatorum numerus exigitur, ex d. c. quia propter nisi Collegij exiguitas excuset, tunc enim quomodocunque fiat electio, tenebit: nec compelli debent electores in hoc casu procedere per viam compromissi. Si verò vnus tantùm de collegio inueniatur, satis est, quòd suum exprimat consensum, etiam sine

testi-

testibus protinus eligendo, ibidem ar. 2. De quo Host. in summa tit. de electione §. qualiter, Abb. d. cap. quia propter, vbi Panormitan. & Ioan. Andreas. Vide Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 1. capit. 4. quæst. 11. Nauarr. lib. 1. consil. 6. de electione num. 4. Syluest. verb. electio. 2. q. 4. & post eos P. Miranda to. 2. Manual. quæst. 23. art. 16. & præcipuè articu. 29. vbi luculenter agit de his quæ sunt de essentia electionis per scrutinium.

3. Duplex iusiurandum præbendum est scrutatoribus antequam ad scrutinum accedant: alterum, quo bonam syncer amque fidem, ac secretum; alterum, quo probabilitatem, & integritatem in eligendo polliceantur. Apud Regulares loco iuramenti imponitur obedientiæ præceptum. Vota deinde secretò per ordinem exquiruntur, & apud nos Minores fit per schedulas secretas, iuxta for-
Trid. sess. 25. c. 6. de regul. mam Concilij Trident. sess. 25. cap. 6. de Regul. In negotijs verò grauissimis testes adhiberi permittitur ad remouendam omnem suspicionem, & in electione facienda per schedulas secretas obsignatas non est necesse, vt scrutatores se inuicem scrutentur, antequam ad rem accedant, potestque scrutinium vno, vel pluribus diebus continuatis absolui, si opus sit, & deficiente aliquo ex scrutatoribus potest alter loco illius subrogari, ibidem art. 3. De quo Biaxius de elector. capit. 24. 25. & 26. part. 3. Cucus lib. 4. maiorum institut. tit. de elect. nu. 204. vsque 213. Vide Panorm. in d. capitul. quia propter, & Pet. Miranda dic. art. 29.

4. In electione suffragia danda sunt pura, & certa, nõ incerta, aut ambigua, vel sub conditione, nec sub disiunctiua, cap. 2. de elect. in 6. licèt autem in Cathedra'ibus, Collegiatisque Ecclesijs, vel Regularibus Canonicorum Regularis ius suffragandi tantùm competat illis, qui intra Subdiaconatus Ordinem sunt admissi, ex Clem. vt ij qui, de ætate, &
Trid. sess. 22. c. 4. de reform. qualitate. Et ex Decreto Concilij Tridentini, hoc tamen non extenditur ad Fratres Mendicantes, & alios Regulares extra Canonicos Regulares, nec requirit ætatem viginti duorum annorũ. Vnde ordinati ante dictum tempus non ob id priuantur voce, nisi sint suspensi ob susceptionem subdiaconatus ante legitimam ætatem sine dispẽsatione. Cui consonat statutum Minorum, vt in electione Guardianorum non habeant votum, nisi sacerdotes, vel sacris insigniti, super quo prælati possunt dispensare iusta existente causa, cùm hæc constitutio non sit extracta ex dicto Decreto Tridẽtino, sed tantùm sit illi conformis, dummodò dispensandus non sit ex laicis Cõuersis, iuxta cap. ex eo, de elect. in 6 licèt in alijs, vt in receptione nouitiorum illi sicut, & sacris non initiati vocem habeant, *ibid. art 4. & 5. De quo Azor. in Inst. Moral. 1. part. lib. 6. cap. 14. quæst. 6 §. I. ñ nullus, & quæst. 8.* Idem docent P. Mir. *dict. quæst. 3 & 23. art. 17. & artic. 8 post Syln. verb. electio 2. q. 3. & iterum, electio 1. q. 4. Panorm. capit. de postulat. prælator. Idem & Portel. verbo elect. nu. 1. & 16.*

Adhuctamen apud quasdam Prouincias Italiæ consuetudo præscripta contra ius commune obtinuit, vt Fratres Conuersi seu laici nostri Ordinis habeant vocem etiam passiuam in electionibus, siquidem Guardiani, & Discreti ad capitula creantur, Regulæ nostræ specia li priuilegio muniti ibidem in fine. De quo Bonifacius de Vitalin. in Clement. vt hi qui de ætate, & qualitate. Idem docet Portel. dict. numero 16 dicens sic declaratum fuisse à Cardinalibus, super Tridentino Anno Domini 1573.

5. Absenti legitimè impendito licet per procuratorum suffragium suum dare, iuxta d. cap. quia propter, §. illud autem, causam iusti impedimenti, saltẽ cum iureiurando declarando. Nec hoc est contra Tridentinum Decretum, ita Trid. sess. 25. c. 6. de regul.
declarante sacra Congregatione Cardinalium, quo tantum tollitur abusus antiquus, quo solebant Præsidentes in Capitulo vota absentium propria auctoritate supplere, substituendo Petrum, verbigratia loco talis Prouincialis absentis ad effectum electionis faciendæ in magnum Religionis detrimentum, ibidem art. 6. Ad quod vide Syluestrum, verbo

elect.

elect. 1. quæst. 3. & Panorm. cum glos. In d. §. illud autem, verb. venire, & tradit P. Miranda dict. qu. 23. art. 7. & faciunt tradita ab Azor. tom. 2. instit. moral. lib. 6. capitul. 14. quæst. 7. § quæres. Portel. supra num. 3.

6. Dum adhuc res integra est, potest quis suffragium semel datum pro vno reuocare, aliumque eligere ex text. à contrario sensu in capit. publicato, de elect. dummodò scrutatores nondum electoribus sese permiscuerint: secus postquã suffragia iam sunt permixta. Et generaliter quandocunque ex aliquo vitio electio nulla redditur, etiam iam peracta scriptura, eam de nouo repetere licet, aliumque eligere, ibidem art. 7. De quo Abb. *in cap. vnico, verbo, occultis, vt Ecclesiastica beneficia, Cucus lib. 4. maior. instit. de electione num. 246. Vide Syluest. verbo electio* 2. q. 7. & Pet. Miranda sup. art. 24. qui idem docent.

Trid. sess. 25. c. 6. de regul. In Bull. bull. 7. Sixti V. & orac. 4. Pij V.

7. Modus dandi suffragia per vota secreta certior, & tutior quidem est. Vnde Concilium Tridentinum in omni electione prælatorum vtriusque sexus ita obseruari præcipit, taliter quòd singulorum eligẽtium nomina nunquam publicentur. Apud nos Minores ex constitutione Sixti V. electiones superiorum, aut officialium, vt sunt Discreti ad Capitulum, semper debent fieri per schedulas clausas, seu obsignatas, & peracto scrutinio schedulæ, & omnia huiusmodi scripta coram vocalibus comburuntur ad maiorem eligẽtium libertatem, alias irritatur totum. Quod in electionibus Monialium non habet locũ quoad schedulas obsignatas, sed tantùm manent in dispositione Tridentini Decreti dispo-

Trid. sess. 25. c. 7. de regul.

nentis, vt superior quicunque sit nõ ingrediatur claustra monasterij, sed ante cancellorum fenestellam vota singulorum audiat, vel recipiat, dummodò per vota secreta fiat, ita vt singulorum eligẽtium nomina nunquam publicentur, ibidem articulo 8. Idem docent P. Miranda supra art. 16. & 29. §. quinto, Portel. supra num. 14.

Sed huic resolutioni opponi videtur tradita ab Auctore in addit. sum. tom. 3. cap. 3. nu. 12. in fine, vbi resoluit, electionem Abbatissarum S. Claræ irritam esse, si non fiat per schedulas secretas, vt præcipit Sixtus V. quod ex diametro repugnare videtur resolutis ab ipso dicto articulo 8. vbi expresse affirmat, dictam Constitutionem Sixti V. non habere locum in electionibus Monialium quoad dictas schedulas obsignatas, sed illas remanere in dispositione Concilij Tridentini in dict. capitulo 7. de Regularibus. Mihi videtur (liceat meam proferre sententiam) standum esse sententiæ Auctoris dict. articulo. 8. nam dicta Bulla Sixti V. non loquitur, nisi de electionibus Fratrum Minorum, & non Monialium, vt bene etiam notat Portel. in Addit. ad sua dubia, verb. Abbatissa, num. 4. § ego tamen. Vel dato, quòd dicta Bulla habeat etiam locum in electionibus Monialium, ibi tantùm præcipitur, vt Abbatissæ sint triennales, & quòd electiones fiant per vota secreta, seu schedulas obsignatas quantum ad electiones superiorum, & officialium per ipsos faciendas, quod euidenter videtur per verba ibi posita se referre ad electiones Fratrum, non verò Monialiũ quarum Abbatissas decernat ad summũ triennales eligi, nullum verbum faciẽs, quantum attinet ad ipsarum electionẽ de votis secretis, seu schedulis obsignatis, id enim pro Fratribus tantùm innuit (vt videtur) obseruari, vt attentè legẽti dictam Bullam patebit. Ad quod vide P. Miranda de monialibus, quæst. 7. art. 3.

Exponitur, & illustratur doctr. Auctoris.

8. Valet electio per scrutinium facta, etiam si scriba schedulam suffragantis clam manifestauerit sine fraude, & malitia, non obstante præfato Decreto Tridentino de non publicando nomina eligentium, nisi manifestatio suffragij præsumatur fuisse causa talis electionis factæ, aliàs minime, ibidem artic. 9. De quo Nauar. lib. 1. titul. de elect. consil. 9. Idem docet Petrus Miranda vbi supra artic. 19.

9. Electio libera omnino debet esse, adeò quòd facta per metum ipso iure irrita est, per textum reputatum singularem in capitulo vbi periculum, §. cæterum, de elect. in 6. & per Bullã Pij V.

Piæ-

Præsidens electioni Ministri Prouincialis apud nos Minores, si libertatem eligentium quouis modo impediisse conuictus fuerit, ab officio priuatur, quæ pœna priuationis nõ extenditur ad electiones aliorum prælatorum à Prouinciali, electio tamen nulla erit, ibidem art. 10. De quo Nauar. cap. 17. num. 29. & c. 22. num. 51. & lib. 1. consil. 5. tit. de elect. Idem docet P. Miranda vbi supra artic. 21. vbi dictam Bullam Pij V. extẽdit ad electionem aliorum prælatorum à Prouinciali.

10. Electio non potest coarctari ad certum numerum personarũ, verbigratia, ad tres, vel quatuor vocales sine auctoritate Apostolica secus tanquam nõ Canonica reputanda est nulla, & irrita, ex statuto Ordinis Tolet. cap. 7. §. de electionibus, in fine, & Præsidens incurrit pœnam priuationis positam à Pio V. cùm id expressè sit contra libertatẽ eligentium, & sacros Canones, capit. cum terra, de electio. Vnde si electores aliũ dignum eligant extra nominatos à Præsidente, electio vtique tenebit. Benè tamen potest restringi, & coarctari electio ad certum genus personarum, vt ad solos Guardianos, vel ad certam nationem, vt ad Cismontanos, dummodò semper dignus eligatur, ibidem art. 11. De quo Syluest. verb. electio 2. num. 16. Couar. de Sponsalibus 2. part cap. 3. §. 6. num. 8. & 9. Idem docent P. Miranda vbi supra, art. 22. Portel. supra num. 4. ad quod videantur Panorm. in d. capit. cum terra, num. 4. & in cap. licet, eod. tit. de elect. num. 12. & DD. in cap. quod sicut, eod. tit.

Ord. Tol. c. 7. §. de elect.

11. Præsidens, etiam auctoritate Apostolica munitus, neminem potest priuare voce actiua, aut passiua, nisi seruato substãtiali ordine iuris, scilicet, quòd prius citetur reus, & detur illi copia processus contra ipsum fulminati ad se defendendum, quia defensio est de iure naturali, quam nulla clausula, etiam cõmissionis Apostolicæ tollit, iuxta glosſã celebrem in Clem. sæpè de verbor. signi. Nec valent censuræ super hoc latæ, tanquam iniustæ, illisque in vtroque foro obedire non tenentur Religiosi cessante scandalo, & constando de ipsarum manifesta iniustitia. Vnde electio facta exclusis iniustè quibusdam dictorum vocalium irritanda est à superiore, interim tamen eius virtute illius debet vt verus prælatus obediri, ex traditis à mlllitas non declaratur, electus DD. in dic. cap. quod sicut, & cap. bonæ memoriæ 36. de elect. Eo tamẽ non obstante, potest maior pars Capituli ad nouam electionẽ procedere, iuxta dict. capit. quod sicut, Auctor, ibi. art. 12. De quo vide Menoc. *de arbitrar. lib. 1. quæst 17. num. 8. Berol. in quæst. famil. 23. nu. 6 Rebuff. ad leges Gallicas tit. de sent. excomm. articul. 9 glos. 2. num. 31.*

12. Consuetudo à septem, vel octo annis inducta, vt ætate maiores, & prudentiores habeant tantùm vocem in electionibus prælatorum, non est bona, vtpotè quæ sit contrà sacros Canones, cap. ex eo, §. in Ecclesijs, de elect. in 6. & contra consuetudinem antiquarum Religionem, in quibus omnes Religiosi simul ac professi sunt, videntur admitti ad habendum votum in Capitulo, idq; conuenientius, & securius iudicatur à quibusdam, nisi aliàs consuetudo sit rationabilis, & præscripta spatio quadraginta annorum, iuxta c fi. de consuetud. Auctor ibidem artic. 13. De quo Nauar. libr. 1. consil. 2. titul. de consuetudine. Idem docet Petrus Miranda supra articulo 23.

13. Qui misit in vrnam schedulam albam non est computandus, nec numerandus inter vota electorum, quia suæ voci videtur renunciasse, sicut etiam qui exeunt ex loco electionis non computantur in numero suffragantium, iuxta cap. cùm nobis 19. de electio. Auctor. ibidem art. 14. De quo vide glossam in Clemen. quod circa, eod. titul. Bonifac. in dict. capitul. cùm nobis. Idem docet Pet. Miranda supra art. 20.

14. Postquam collata fuerint intere eligentium vota, & constiterit in quem fuerit cõsensum, vnus nomine omnium protinus, antequam alij negotio se immisceant, eliget electũ, electionem clara voce pronuncians, iuxta cap. sicut, de elect. l. 6. & c. cum ab vno, de sent. & re iu-

iudicata. A publicatione verò scrutinij vt publicato impediatur, non potest appellari, nec possunt variare suffragates publicato scrutinio, compellique possunt ad eligendum eum, qui secundùm suffragia publicata debet eligi, ex cap. publicato, de elect. Vnde valet electio facta post moram interpositam per malitiam, vel dolum eligentium, vel aliã causam sine fraude electi, non obstante cap. cùm post petitam, vbi id tenet Panorm. de electione, & in d. cap. publicato. Auctor ibidem art. 15. De quo Nauar. lib. 1. consil. 11. Cucus lib. 4. maior. instit. tit. de electione, num. 271. Idem docet P. Miranda d. q. 23. art. 25. & 29. §. tertio decimo.

15. Electio facienda per vota secreta, & in qua est seruanda forma capituli, quia propter, de electione, non potest fieri de nocte, nisi aliqua vrgens necessitas adsit, quo casu non nisi cum tribus luminaribus fiat. Vnde electio per compromissi viam facienda, & omnis alia, in qua non est seruanda forma dicti cap. quia propter, nullo iure prohibetur fieri de nocte, ibidem artic. 16. De quo Ripa lib. 2 Respons. cap. 13. nu. 4. Cucus suprà nu. 25. & DD. in d. capit. quia propter de electione. Idem post Panorm. in cap. 1. vt Ecclesiast. benefic. & Felin. in c consuluit, de offic. deleg. tenet Nauar. lib. 1. consil. 8. nu. 2. de electio. & sequuntur P. Miranda vbi suprà articul. 12. Portel. verb. electio, numero 5.

16. Ante electionem præcedat missæ celebratio de Spiritu Sancto cum eiusdem inuocatione, cui omnes vocales intersint, qua peracta ad locum designatũ actui accedant, & Præses Capituli ante omnia, vt omnis causa, seu vitiũ nullitatis tollatur, absoluat omnes ab excommunicatione, supplens omnes quoscunque defectus iuris, & facti qualitercunque in electione interuenientes, ex concessione Sixti IV. pro Ordine S. Hieronymi, vt habetur in eius Compendio tom. 2. quæst. 52. art. 1. De quo Braxius de elect. 3. part. capit. 13. Cucus vbi supra, num. 190.

Compen. D. Hier. tit. de electio. Priorum §. 4.

17. Minister Generalis apud Minores eligitur alternatim ex vtraque familia Cismontana, & Vltramontana à solis Prouincialibus, & Custodibus in Capitulo Pentecostes, cuius officium non protenditur vltra sexenniũ, eòque transacto statim expirat, iuxta Bullam vnionis, & alias constitutiones Apostolicas, nisi aliqua iusta causa superueniat ad prolongandum, quia existente Sede Apostolica consulenda est, cuius determinationi standum erit, eodem articulo secundo. De quo Collector Mend. titul. officia ordinis, §. 2. Capuccinus tract. 2. fol. 248. & tract. 3. fol. 229.

18. Qui fuerit in Generalem ritè, & Canonicè electus, & pronunciatus, eo ipso confirmatus censetur à Sede Apostolica, nec eget alia confirmatione, vt clarè colligitur ex priuilegio Clementis IIII. quod magnum est, & supra ius commune, *in capitulo auaritiæ de electione in 6.* Idem concessit Eugenius IIII. Ordini Cistercij, & Paulus III. Societati Iesu, & Eremitis Sancti Augustini, ibidem artic. 3. De quo Collector Mend. *tit. Generalis Ordinis, & Compen. verb. electio.* §. 3. Vide P. Miranda *dict. quæst. 23. articul. 32 conclus. 3.* eui idem docet, vbi conclus. 1. tradit electionem Papæ eo ipso confirmari per capit. in nomine dist. 23. item quando electus est valde remotus, scilicet vltra Italiam, ante confirmationẽ administrare potest in temporalibus, & spiritualibus, non tamen potest alienationem aliquam facere, per capitul. nihil, de elect. & citat Sylvest. verb. confirmatio humanæ electionis q. 1.

In Bull. Bull. 14. Sixti 4. num. 1.

19. Mortuo Generali iam non est necessarium recurrere ad Pontificem, sicut olim decreuerat Nicolaus III. sed conuocatis Patribus ad electionem Vicarij Ordinis statim deueniri potest, vt statuta Toletana determinant, ibid. articul. 4. Vide P. Miranda vbi supr. art. 10. vbi docet electionem non debere fieri ante sepulturam defuncti prælati; sed non irritari, si de facto fiat, per capitulo bonæ memoriæ, el secundo de electione, vbi glossa verb. nondum tradito sepulturæ, & Sylu. verb. electio 1. q. 6. circa quod ad maiorem abundantiã habemus speciale priuilegiũ Clemẽ-

tis

tis I I I I. apud Comp. verb. electio.§.4.

De electione Commissarij Generalis in Ordine Minorum vide tomo 1.q. 51.art.1.& nos resoluimus suprade Cõmissarijs Ordinis Minorum,resolut.29. num.1.

20. Electio Prouincialium apud Minores pertinet ad Capitulũ Prouinciale, ex declaratione Clementis V. & eorum confirmatio ad Ministrum Generalem, Clement. exiui, §.demum,de verborum significatione, qui etiam de consilio Discretorum Prouinciæ potest electionem indigni irritare, non tamẽ digni,prætermisso digniore, quidquid fit de peccato eligentium, vt colligitur ex duobus Decretis Tridentini, ipsaq; electio statim deuoluitur ad ipsum superiorem, vel Præsidentem Capituli. Ipsi verò electores scienter eligendo indignum priuantur potestate eligendi & electio ipsa est nulla, ex capitu.cum in cunctis,§ clerici sanè, de electio. & Glossa in cap. Cumana,& capit. quia propter, eodem titulo, & capitul. perpetuò eodem titulo in 6.capit. cum Vuintonensis,& capitul. per inquisitionem, & ex textu singulari in capitul. congregato,extra eod. titulo. Vnde aduertant electores indignum scienter eligentes se esse participes, & communicantes omnium peccatorum ab ipso indigno in prælatum electo in suo officio commissorum, vt Tridentina Synodus eos admonẽdo ait. Quod si per vnum diem naturalem vocales in varia placita dini si eligere prætermittant, Præses Capituli poterit iuxta iuris dispositionem in dict.Clementina exiui,§ demum, quẽ voluerit secundum Deum liberè eligere in Ministrum. Quod etiam in electione Guardianorum per Religiosos Conuentus celebranda,& Abbatissarum locum habere colligitur ex statutis Toletanis, titulo de electione cap. 7.ibid. art.6. De quo Couar. in regula, peccatũ 2.par.§.7.num 4 & 13. D. Thom. 2.2.q. 63.art.2 ad tertium, Soto lib.3.de iustitia quæst.6.art.2 conclus.9. Barbosa in remissione ad dictam sessionem 24.cap. 18.de reform. vbi refert casus,in quib. prætermisso digniore potest eligi,& aliter eligentes dignum peccare mortaliter asserit, ex sententia eorum, quos ini bi citat num.16.& 17. Idem ferè docet P.Miranda vbi supra art.13.& 30.conclus.3.& iterum art.17.vbi attento iure communi in cap. fin. de electione in 6.resoluit, debere fieri ante confirmationem electi aliquam consultationem seu examinationem super eius dignitate, vel indignitate,& forma seruata in scrutinio, sed noster Auctor hic tenet oppositum, quòd praxis approbat, addit que dictum cap.fin.loqui de electione in discordia celebrata, vt patet ex contextu ibi in principio. Et ad Cle. exiui respondet, verba illa in ea posita, dummodò tamẽ ex officio, prout spectat ad ipsum diligentes examinatione præmissa,&c.non inducere conditionem, sed causã,ex modificatione dictionis, prout,qua denotatur, quod quia ad Generalem,seu Præsidem capituli ex officio spectat diligenter examinare, an sit talis electio confirmanda, nec ne, id vtique videat. Quod si viderit electum esse dignum, non est cur dicta electiò ex prætermissione examinis irritetur, præcipuè in causis Regularium, vbi de bono, & æquò, postpositis iuris apicibus proceditur. Atque ideò huic parti videtur innuere Portel. verbo electio num. 7 vbi docet, quòd Præses quando non cognoscit electum, ad inquisitionem in generali de moribus,& vita illius ante confirmationem potest accedere, ne confirmet fortè indignum, & citat dictum capitulo final. de elect. in 6. quo innuit, posse à tali inquisitione abstinere, si cognoscat esse dignum Vide Petr. Miranda vbi supra artic.33. conclus. 3. & Portel dict. verb. electio num. 8. vbi agunt de electoribus vna die naturali per discordiam non eligentibus, quo casu resoluunt, posse superiorem, qui præsidet electioni, eligere quem voluerit,& agendo de electione digni, omisso digniore, concludunt dicto artic. 13. & dicto verb. electio numer. 21. sufficere, quòd eligendus sit melior secundùm quid, hoc est, melior ad hoc officium, vt si minus Sanctus habeat maiorem industriam, & sufficientiam, vel quid simile ad bonum commune magis condu-

Trid. sess. 7.ca.3. de refor. & sess. 24.c. 18.de ref.

Trid. sess. 24.c.1.de reform.

Tuetur Auctoris sententia

conducens, ad quod citant D.Thom. *in quodlibetis quæst.6. & 8.* & Comitolum *lib.1 respons. moral. quæst.77.*

21. Potest eligi in Prouincialem quilibet Frater idoneus de Prouincia, licèt non sit de corpore capituli, vt vsu receptum est apud nos Minores, non tamen de aliena Prouincia, nisi ex magna, & vrgente necessitate, & de consensu vnanimi totius Diffinitorij, vt ordinatum fuit in quodam Capitulo Generali Romæ celebrato anno Domini millesimo sexcentesimo, *ibid. art.7.* de quo Abbas *in cap. cum Vuintonensis, col. 2. extra de electione*, Biaxius *2.p. de electione cap.13. & 18.* Idem docet Portel *verb. Prouincialis num.4. & in addit. nu. 6.* vbi refert quandam Bullam Clementis VIII. super hoc, quoad Fratres Indiarum, de qua infra *resolut.120 nu.10.*

22. Clericus secularius, vel Frater alterius Ordinis licèt possit effici à Papa Commendatarius alicuius monasterij, seu Abbatiæ Regularis, qui quidem erit caput, & verus prælatus Monachorum, id tamen non decet fieri, qua propter Tridentina Synodus decreuit, vt eligendi in prælatos, eiusdem Ordinis necessariò sint professi, quod si intra sex menses solemniter talem Religionem non profiteantur, teneantur Abbatiæ cedere, aliàs commendæ ipso iure vacare censeantur, nec possunt extranei alterius Religionis assummi, ex capit. officij, de electione, & Clement.1. eodem titulo, nisi Auctoritate Apostolica ex aliqua magna causa id fiat, iuxta cap. ne pro defectu, de electione, sine qua non solet concedi: vel etiam consuetudine introductum sit, vt eligêdus ex certo alio gremio assummatur, *cap. cum dilectus, consuetudine*, vbi Glossa & DD. *ibidem art.9.* de quo Cucus *lib.4. Maiorum instit. titulo 2. de electione num. 28. & 149.* Vide Sanchez *ad præcepta lib.5. cap.4. num.15. & lib.7. cap.4. num. 25. & cap.19 num.29. & 30.* qui idem ferè docet, & nos diximus suprà *resolut. 15. num.4. & num.49 & 50.*

Trid. sess. 25. c.21. de regul.

23. Legatus Papæ potest dispensare, vt eligatur in Prouincialem alumnus alterius Religionis, nisi laxioris regulæ sit, ne suo laxiori viuendi modo obseruantiam Regularem relaxet, quã debet reformare, & cõseruare, ex glossa in capit. cùm singula, §. prohibemus de præbendis in 6. vbi Dominicus ibid. art.10. de quo Abb. & Innocentius in cap. officij, de electione, Gambar. de auctoritate legati à latere lib.8. à num.7. Vide in simili tradita à Sanchez *dict. cap.29. num.76.* vbi etiam *num 44. vsque ad 50.* luculenter satis explicat *cap. quorundam, de elect. in 6.* agens de electione Mendicantis ad prælaturas alterius Ordinis, & P. Miranda *tom.2. qu.3. art. 4. & dict. qu 23. art.14.*

24. Nulla omninò est electio illius, cui scrutatores fraudulenter cum Præsidente Capituli tribuerunt consensum maioris partis suffragiorum, quem alter habuit per dictum c. quia propter. Talesque tanquam falsarij seuerissimè puniendi sunt ad arbitrium iudicij, *ibid. art.11.* de quo Nauarr. *lib.1. consil. 7. titul. de electione.* Ad quod vide P. Miranda vbi suprà *artic. 27. consil.1. & art.30.*

25. Qui olim fuit Prouincialis, potest iterum eligi post completum tempus suorum Capitulorum, seu electionum, licèt quidam perpauci dies desint ad complementum sexennij, quod requirit Constitutio Gregorij XIII. Nam regulariter licèt lex generalis etiam minimum includere videatur capit. si proponente, de rescript fallit, quando ratio quæ militat in magno, non militat in minimo, *cap. & si quæstiones, de simonia*, & notat Panormit. *ibid. art.12.* Ad quod Bald. *in authent. præterea C. vnde vi, Bart. libr. prædium C de edilit. edict.*

26. Mortuo, aut deposito Prouinciali, statim debet fieri electio Vicarij idonei, etiam ante completam sepulturam defuncti, præsertim quando aliqua vrgens causa id postulat, non obstante prohibitione iuris, in c. bonæ memoriæ el. 2. de electione, quæ non ligat Mendicantes, ex priuilegio Clementis IV. ibid. artic.13. & 14. Idem docet P. Miranda suprà art 10.

27. Stante statuto ne Vicarius Conuentus eligatur in Discretum ad Capitulum Prouinciale, Commissarius, seu Vi-

Visitator, etiam cum plenitudine potestatis iniustè cum eo dispensat absque rationabili causa, cùm sit statutū in bonum publicum Religionis emanans, electio tamen non est irrita iudicanda, potest tamen à Præsidente Capituli irritari, ibidem art. 15. Ad quod faciunt tradita à Soto libro 2. de iustitia quęst. 7. art. 3.

28. Non potest eligi in Abbatem, seu prælatum, cui animarū cura subest, nisi qui saltem vigesimum quintum ætatis annum attigerit, cap. cùm in cunctis, §. inferiora, de electione, & in clericali ordine versatus, seu Sacerdotes sit, ex Tridentina Synodo, hęc enim ætas requiritur ad sacerdotium, ex eodem Concilio, cui potestas remittendi peccata commendatur, & ad quam ordinatur potestas iurisdictionis spiritualis. Licèt autem apud nos Minores laici conuersi nullo sacro ordine insigniti possint esse prælati cum cura animarum ex permissione Regulæ B. P. N. Francisci à Sede Apostolica approbatæ, hoc tamen iam per cōtrarium vsum abolevit in tota fere Religione, to. 1 q. 14. art. 2. De quo Soto *in 4. dist. 10. q. 1. articulo* 4. Idem docet Pet. Miranda *dict. q. 3. art. 1. & 2.*

Trid. sess. 24. ca. 12. de refor. & sess. 23 ca. 12. de reform.

29. Attentò iure communi electio prælatorum localium, seu Conuentualium pertinet ad Conuentum, capitulo cum dilectus, de consuetudine, capitul. 1. de elect. capit nobis, de iure patron. sed apud nos Minores spectat ad Diffinitorium in Capitulo congregatum per modum compromissi, vt statuta Ordinis decernunt, quod conuenientissimum indicant quidam: extra Capitulū verò talis electio Guardianorum attinet ad Diffinitores, vel ad Conuentuū, *tom. 2. q. 53. art. 1.* De quo Nauar. *in cap. nullum, num. 2. & 3. in fine.* Vide apud Bullarium Bulla 14. Sixti IV. numero 7.

Bulla. r. Bull. 14. Sixti 4. numer. 3.

Explicatur, & propugnatur doctrina Auct.

30. Eligendi in Priores, & Guardianos semper debent esse saltem idonei, & digni, & ex his digniores, vt de Prouincialium de electione numer. 20. iam superiùs diximus, qui eo ipso, quo pronunciantur ritè electi, statim censentur confirmati, vt colligitur ex argumēto priuilegij Clementis IV. & in Ordine S. Hieronymi etiam ante confirmationem exercere possunt curam, & administrationem monasterij in spiritualibus, & temporalibus, dummodò intra tempus legitimum confirmatio fiat, ex concessione Benedicti XIII. apud Compēdium D. Hieronymi, titulo, Prior electus §. 1. Apud alias Religiones consulat vnaquæque sua statuta, ibidem art. 2. & 6. Idem docet P. Miranda vbi supra art. 13. & 32.

31. Scio, quòd Portel. in addit. ad sua dubia regularia verb. Guardianus num 5. notat nostrum Auctorem dicto art. 6. probare Guardianum, eo ipso quo electus est, posse suum exercere officiū liberè ante confirmationem, idque solùm probat scilicet noster Auctor) inquit præfatus Portel. ex priuilegio cōcesso Patribus D. Hieronymi per Benedictum XIII. Sed salua pace tanti viri, non attentè perpensus est verba Auctoris ibidem, nam expresè asserit in principio dicti articuli sexti, ideò Guardianos statim post electionem remanere confirmatos, quia statim habet liberam potestatem in spiritualibus, & temporalibus in conuentibus, ad quos sunt destinati, ex Clemente IV. alioquin, addit, si non essent confirmati, talem potestatem exercere non possent, & statim adducit concessionem Benedicti XIII. pro ordine S. Hieronymi, quàm asserit communicari cæteris ipsius ordinis monasterijs, nam fuit facta pro monasterio B. Mariæ de la Cissa, & nullum verbum facit de communicatione pro nostra, vel alijs Religionibus, fortè, quia id pro electione Prælatorum ipsius ordinis D. Hieronymi, & non pro alijs expediens esse vidit, vt bene perpendit ipse Portel. ibidem: ac proinde nō ex dicta concessione Benedicti probat Auctor Guardianos statim post electionē confirmatos existere, & habere liberam potestatem administrandi suum officium, sed ex priuilegio Clementis IV. qui id nobis Minoribus directè, & specialiter concessit. Ita debet intelligi, & explicari doctrina, & sententia nostri Auctoris d. art. 6.

Exponitur mens Auctor.

32. Quando crimina, & defectus eligendi

gendi in prælatum sunt grauia, & in publicum Religionis detrimentum vergere probabiliter speratur, possunt, ac tenentur diffinitores illa detegere, & propalare in diffinitorio, etiam si sint occulta, si alia via non potest damnum instans vitari, & fiat publici, seu communis boni studio, & zelo sancto, & non priua aliqua intentione, affectione, aut simultate. Ne autem ob variarum circunstantiarum occurrentiam detur errori locus, omnia prudenter, & maturè circũspiciant, ita vt charitate duce & publicæ vtilitati, & proximi famæ, & honori, quoad fieri possit, consulatur, ibidem artic. 3. De quo Nauarr. in summa capit. 13. num. 30. & 56 & cap. 24. num. 14. Cardinal. Paleot. de sacri consistorij consultat. 4 p. quæst. 2. Idem post Sotum de secreto membr. 2. quæst. 6. conclus. 3 & Syluest. verb. inquisitio 1. quæst. 8. num. 14. docet P. Miranda to. 2. quæst. 17 art. 8 conclus. 2.

33. Non sunt iudicandi rei culpæ mortalis, nec pœnæ suspensionis, de qua in cap. cùm in cunctis, §. final. de elect. eligentes scienter indignum, quem talem esse sciunt ex sola sacramentali confessióne, quinimò semper considerũ est, vt huiusmodi scientia, seu notitia minimè vtatur in electionibus ad regimen temporale Religionis: non enim sacramentum pœnitentiæ à Christo Domino institutum fuit, vt per ipsum regimen temporale instituatur, sed vt animabus per ipsius virtutem medeatur, nè alias detur ansa ad perpetrandum plura, & grauia sacrilegia, ibidem art. 4. Quidquid Nauar. in ca. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. num. 147. & 148. Henriquez to. 1. lib. 3. de pœnit capit. 23. nu. 6. quos refert, & sequitur Portel. verb. electio nu. 9. oppositum dicat.

34. Repulsus ab electione ob inhabilitatem ægritudinis, si tractu temporis iterum eligatur, præsumitur adhuc eodem morbo laborare, nisi conualescentia probetur, hoc tamen non procedit, nisi in morbo naturaliter durabili, ibidem art. 5. De quo Cardin. in cap. cum inter el 3. de electione. Alciat. regula 2. præsumpt. 19. Idem docet Petr. Miranda d. art. 8. conclus. 4. vbi idem asserit de eo, qui fuit repulsus ab aliqua electione ob aliquod habituale crimẽ, quo laborabat, idque probat ex Glossa in dict. cap. cum inter el tercero, verbo recusatus.

35. Regula Cancellariæ à Iulio III. edita in qua generaliter reseruatur prouisio omnium Ecclesiarum Patriarchalium, Prouincialium, Archiepiscopalium, & omnium monasteriorum virorum ducentos Florinos aureos communi æstimatione excedentium, volẽs qđ hmõi excessus in litteris exprimatur, tantùm comprehendit monasteria solita, commendari, seu consistorialia, vel monasteria destituta, iuxta glosã, allegantem ad hoc plura iura in capit. olim, el 1. de restit. spoliat. vel translata ad sæculares, iuxta capit. inter quatuor, de Religios. domibus secundùm veriorẽ sententiã, & cõẽm stylum. Vnde alia ab his bene possunt per electionem prouideri, attentis magnis Regularium priuilegijs, vt possint procedere ad electionem, non obstantibus quibuscunque reseruationibus, ac regulis Cancellariæ Apostolicis, &c. Quia reseruatio generalis non tollit specialia priuilegia, vt probat Geminianus consil. 30. §. quoad primum dubium, ibidẽ artic. 8. Ad quod Stephan tract. vt signatura, §. est rarus casus fol. 165. in 1. edit. & Mandosius de regulis Cancellariæ regula 2. reseruat. 3.

36. Statutum, seu mandatum Papæ de eligendo prælatum de consilio aliquorum non petit, vt electores volentes eligere aliquem de ipsis debeãt spectare eius consilium, iuxta Glossa in c. cum in veteri, de electio sed sufficit electioni de se factæ electum consentire, vt statuti formæ fiat satis: secus si ante electionem consentit, tunc n cassanda erit elect. c. cum post petitam, de elect. Si autem statuto caueatur, vt fiat de cõsilio, & assensu, ritè eligitur vnus ex eisdẽ electoribus: quia tunc sufficit cõsensus maioris partis, modò non contẽnatur minor, sed vocetur ad eligendũ. Secus si statutum exprimat: cum consensu concordi omnium, ibid. ar 9 De quo Sylu. verbo, consilium, nu. 10. Panorm. in d. c. cùm in veteri, de elect. vbi Host.

37. Non valet electio facta vnius ex sex electoribus, quem tres tantùm elegerunt ipso electo renunciante suum suffragium, cui non potuit renunciare sine iusta causa in præiudicium alterius argumento glossæ communiter receptæ in capitulo cum nobis olim, verbo, accedere noluerunt, de electione. Præsidens verò eam non confirmans rectè & iuridicè procedet, non obstante appellatione ipsius electi, quæ tanquam friuola, & sine legitima causa interposita non est acceptanda. Vnde talis electus ad superiorem prętextu grauaminis sine alia licentia accedens pro fugitiuo iudicandus erit, iuxta Concilij Tridentini decretum: quia verè non fuit grauatus. Secunda autem electio de alio facta Canonica est iudicanda, recteque confirmari potest. Secus, si electus post tres pro eo suffragantes, ipse etiam pro se ipso suffragetur, consentiendo electioni de se factæ, tunc enim compelli potest Præsidens ad eam confirmandam, quia confirmare tenetur, ibidem articulo 10. De quo Geminian. in capitulo cum appellationibus, columna. 2. §. quæro quid importet, de appellat. in sexto, Innocent & Hostiens. in capitul. vt debitus, de appellat. post Glossam in capit. pastoralis, de officio delegati.

38. Licet Collegium de iure ciuili requirat saltem tres, & de iure Canonico duo, l. Neratius, ff. de verborum significatione, capitul. 1. de electione, potest tamen semel in multis constitutum ad vnum tantùm reduci, & in vno conseruari, & residere totum ius Collegij, putà si omnes alij, excepto vno, inueniantur, & iudicentur inhabiles, tunc enim iste poterit alium, non tamen se ipsum eligere, capitul. per nostras, de iure patronatus. Si autem ius Capituli, seu Collegij ad duos deuolui contigerit, nullus eorum potest eligi alter ab altero, nisi electio fiat per viam compromissi, in qua electus consentiendo electioni de se factæ numerum suffragij augere videtur, argumento capitul. si compromissarius, de electione in 6. & expressè habetur capit. cùm in iure, extra eod. tit. Auct. ibid. art. 12. De quo Glo. in Clem. ne Romani § porrò, vers. omnes, de electione, Blaxius de elect. 1. p. c. 2. nu. 4. Idem post Syiu. verb. electio 1. q. 2. & Nauar. lib. 1. consil. 6. nu. 1. de elect. docet P. Mirand. d. q. 23. art. 5. concl. 2. & de electione redacta ad vnũ per viam compromissi art. 39.

39. Valet electio facta ab vno nomine, seu vice omnium compromissariorum, præsentibus, & consentientibus in eo expressè omnibus compromissarijs, alijs, etiam si eligat semetipsum, dummodo sit idoneus, & capax talis officij, & expressè ab alijs id illi concedatur, vt se ipsum eligere liberè possit, aliàs non facta huiusmodi facultate minimè potest se ipsum primò, & immediatè eligere, ibid. art. 12. De quo Sylu. *verbo consensus, §. 3. in fine, & verbo electio 2. q. 12. Innoc. & Doctores in capit. in causis, de electione, vbi Panorm. idem docent P. Miranda vbi suprà articul. 35. & 39. & Portel verbo el. &. num. 10.*

40. Papa, vel alius iudex superior, ad quem appellatum est super confirmationem electionis factæ per compromissarios Cõuentus, seu communitatis, quam renuit facere is, ad quem spectat, potest, imò & tenetur ex officio inquirere de omnibus, quæ oportet, ad indagandam veritatẽ de idoneitate, & sufficientia electi, & de electorum conditione, ac de forma, & modo habito, & seruato in electione, iuxta cap. cum nobis, vbi Glossa verb. ex officio, & cap. venerabilem, de electione, cap. priusquam 28. dist. capit. bonæ memoriæ, vbi Glossa verb. curaretis, de postulat prælatorum. Vnde potest compellere Capitulum, & eius compromissarios, & notarios ad exhibendũ omnia acta coram eis, quæ ad huiusmodi causæ breuem, & iustam expeditionem conducunt, iuxta argumentum capitul. oblatę, de appellat. & l. ne quisquam, ff. de edendo, etiam si conuenissent inter se, vt semper vota ipsorum sub sigillo secreti manerent, cum hoc ad publicam vtilitatem ordinetur, & spectet, cui pactum priuatorum non debet præiudicare, capit. si diligenti, de foro compet. l. ius publicum, ff. de pactis. Auctor ibidem art. 13. De quo Panormit. in dict. cap.

cap. quia propter §. fin. & in capit. 1. de probat. vbi Felin. & Nauar. lib. 1. consi. 2. Ad quod faciunt tradita à P. Miranda vbi supra art. 27. & 36. cum seqq.

De electione Abbatissarum vide tomo 2. q. 54. & nos diximus supra de Abbatissis à num. 5.

41. Ritè, & debitè electus in prælatum in tribus casibus tenetur consentire electioni de se factæ. Primò, quando à superiore per obedientiam cogitur, capitul. nisi cùm pridem, de renunciat & capitul. dilectissimi 8. quæst. 2. Secundò, quando conscientia ob inopiam alterius idonei stimulat, ex quo probabile dispendium, & periculũ imminet monasterio, nisi consentiat, iuxta sacros Canones, capit. olim, capitul. in scripturis 8. quæst 1. Tertiò, quando per viam illicitam fugit, seu abscondit se absque speciali Spiritus sancti instinctu. Extra hos casus vel potest se humiliter excusare allegando suam dignitem, vel bona intentione ob profectum Ecclesiæ acceptare. Sed quia difficile quisque se ipsum dignum cognoscere potest, melius faciet se humiliter, non verò pertinaciter excusando, tom 2. q. 55. art. 1. De quo Richard. quod lib. 3. quæst. 21. D. Thom. quod lib 5. art. 22. & 23. Geminian. in cap. si elect. de elect. in 6. Idem post Syluestrum verb. elect. 2. quæst. 19. & 20 docet P. Miranda dic. q 23. art. 31.

42. Nulli Religioso licet acceptare prælatiam, aut aliam quacunque dignitatem extra ordinem, nisi de licentia sui superioris, aut Sedis Apostolicæ, vel legati Cardinalis, aliàs electio, & consensus non valent, capit. si religiosus, & cap. quorundam, de elect. in 6. & ex priuilegio Alexandri III. pro Minoribus, & Eugenij IV. pro Congregatione Montis Oliueti de S. Iustina idẽ præcipientis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis ipso facto, vt habetur in Compendio Cisterciens. titulo, electio §. tertio, & in Compend. Societatis: Idem mandauit Gregorius XIII. Patribus Societatis Iesu, ne. si possit aliquis eorum ad aliqđ officium, vel munus cogi à quocunque, etiam si sit Cardinalis absque expresso sui superioris consensu, & mandato, Superior autem verosimiliter potest cogi ad dandum suum consensum, præsertim si id bono publico vtile, & conueniens sit, ex glossa in dicto cap si Religiosus & argumento capitul. nullus, de iurepatron non tamen potest hanc licentiã concedere pro futura electione, si fieri contingat, vt ius determinat in Clem. cum concessa, de electione, Auctor ibidem art. 2. De quo Sylu. verbo elect. 1. quæst. 20. Idem docent Card. in Clem. fin. num. 11. quæst. 8. de elect. & post nostrum Auctorem Sanchez lib. 6. decalogi cap. 29. num. 57. & seqq. & agens de coactione prælati ad dandum suum cõsensum, num. 68 & 69.

43. Mendicantes in discordia electi ad aliquam prælaturam extra ordinem. non possunt consentire suæ electioni, etiam de assensu, & licentia Generalis, nullumque ius illis acquiritur ex tali promotione: alij verò non Mendicantes prohibêtur assentire huiusmodi electioni, & promotioni à minori parte numero factæ, capit. quorundam 14. de electìon. in 6. Clemen. quod circa, eod. tit. Quod quantum ad nõ Mendicantes extenditur ad præfecturas proprij ordinis, iuxta probabiliorem sententiam. Ad quod aduerte quòd Clemens V. in dict. Clement quod circa, declarauit circa Religiosorum electiones de discordia, & minoritate numeri, intelligi debere, quæ in facto, non in fictione, vel iuris effectu cõsistunt: hoc est quòd computandi sunt in numero qui de facto sunt electores, quamuis fictione iuris reputentur quasi præsentes non essent, ac eorum vox sit irrita, ac proinde carens iuris effectu; quales reputantur excommunicati, suspensi, irregulares, vel potestate eligendi ea vice priuati, ex glossa in dict. capitulo quorundam, verbo, in discordia, el segundo in fine, ibidem dict articulo 2 in princip. De quo Cucus lib. 4. maior. instit. tit. 1. de electione, nu 264 Idem docet post dictam glossam, & ibi Archid nu. 6. & 7. Dominic num 2. & post aliam gloss. in dict. Clement. quod circa, verbo que in facto, & ibi Imol nnmer. 13 & post nostrum Auctorem, Sanchez lib 7 De-

Compen. Cister. tit. elect. §. 3. Compen. Societ. verbo exempt. 3.

calog. cap. 29. nu. 45. vbi num 49. Idem resoluit cum eodē nostro Auctore circa extensionem dict. capit. quorundam, ad electiones non Mendicantium ad prælaturas proprij Ordinis, pro qua sētentia citat glossam ibi verb. quaslibet, & Ioan. Andream ad finem, Ancharan. num. 4. Francum, num. 4. & Dominic. ibidem, §. circa num. 2. in fine. De quo etiam vide Lambertinum de iure patron. lib. 2. part. 1. quæst. 7. articul. 2. nu. penultimo.

An autem dicta decretalis, quorundam, habet locum in electione Regularis ad Canonicatum, vel ad aliud beneficium simplex, vel officium? negat ibi Sanchez numero 50. sed numero 51. affirmat habere locum in præsentatione Religiosi ad dictas prælaturas, nempè, si sit Mendicans, quòd præsentetur in concordia omnium patronorum, si autem sit non Mendicans à maiori parte, & qualiter computanda sit ea maior pars, ostendit, num. 55. & addit nu. 53. Mendicantem legitimè translatum ad non Mendicantem non opus esse eligi ad prælationem extra Ordinem in cōcordia omnium electorum, sed satis esse maiorem partem, quia ille iam verè est non Mendicans.

44. Legatus Papæ habens liberam facultatem conferendi quæcunque beneficia sæcularia Regularibus, benè potest ea conferre Religioso, etiam sine consensus superioris. Qui tamē consensus non requiritur ad acceptandum Summum Pontificatum, quia eo ipso, quòd quis eligitur in Papam, efficitur omnium superior, & prælatus, & ipso facto nulla exceptione obstante confirmatus existit, per *capit. licet, de electi. & capit. in nominē, dist. 23. Auctor tomo 2. quæst. 124. artic. 3.* De quo Gambar. *de legatis à latere lib. 8. num. 45* Ad quod faciunt tradita à Miranda supra articulo 32.

45. Subornantes in electionibus Regularium, vel ante eas per sex menses subornati, & illi pro quibus subornatum est ipso facto excommunicantur, & priuantur voce actiua, & passiua perpetuò per Pium V. & Gregorium XIII. apud Bullarium, à qua excommunicatione non possunt absolui, nisi à Ministro, vel Commissario Generali Ordinis, quando de ipsis non est subornatum. Hoc tamen debet intelligi de subornatione mala tantùm, qua amouentur officia Ordinis pecunia, & alijs donis, non verò de bona, in qua licitè, & verè suadentur virtutes, & merita alicuius. Pro quo aduerte, quòd dicta pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ non incurritur in foro conscientiæ, nisi post sententiam iudicis, nisi delinquēs sit diffamatus de tali re, & iuridice interrogatus veritatem negauerit, *tomo 2. quæstio 56. articulo primo. De quo Corduba libro 1. quæstio. 35. & 36 in principio. Soto libro 1. de iust. quæstio. 6. articul. 6. part. 66. col. 1. Nauar. capit. 27. numer. 12. Vide Portel. verb. officia Ordinis, numer. 1. & sequentibus, & verb. subornatio, num. 2. 3. & 4. & Suarez de legibus, libro 5. capitulo 9. numero 2. & sequent.* vbi resoluit legem imponentem ipso facto pœnam inhabilitatis, seu priuationis vocis actiuæ, vel passiuæ in electione incurri ante omnem sentētiam declaratoriam criminis.

In Bull. Bulla 3. Pij V.

46. Fratres recurrentes ad sæcularium fauorem pro obtinendis officijs Ordinis, ipso facto sunt excommunicati, & priuati voce actiua, & passiua, & inhabiles, etiam si ipsi specialiter negauerint, & sæculares affirmauerint non esse ad id solicitatos à Fratribus, dummodò de malitia non constiterit. Ita Pius V. & Gregorius XIII. in præcitatis Bullis pro Minoribus, & receptum est ab ordine in quadam Ordinatione Toletana. Item Pro Prædicatoribus extant aliæ duæ Bullæ eiusdem Greg. XIII. & Clem. VIII. idem sub eisdem pœnis prohibentium, ibid. art. 2. dē quo Portel. d. num. 1.

47. Quas constitutiones nouissimè innouauit Dominus Paulus V. sub præcepto sanctæ obedientiæ, ac excommunicationis ipso facto pœna incurrenda, præcipiendo Ministro Generali, ac Prouincialibus, & reliquis Prælatis Ordinis Minorum, ne ad instantiam, seu requisitionem quarumcunque personarum extra Ordinem constitutarum cuiuis Religioso

vllam

vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere valeant, seu officia, & prælaturas concedere audeant. Idemq; sub eisdem pœnis præcipit Religiosis, ne scilicet per conquisitos fauores, & suffragia aliquid sibi procurent, imò nec etiam spontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipiant, aut munera ad hunc effectum exhibere audeant, eos inhabiles perpetuò declarando ad talia officia, & alia in Ordine consequenda. De quo vide quę circa bullam præfatam Pauli V. congerit, & perdoctè resoluit Portel. in Addit. ad dubia, verb. officia Ordine, à num. 7. & vide etiam infra de Officijs ordin. num. 11.

An autem prædictas pœnas incurrat subornator, non secuto effectu, ad quem consequendam subornauit, vide supra de pœnis pro diuersis criminibus, numero 48.

Comp. D. Hie. ti. elect. prioris, §. 3. & 4. 48. Innocentius VIII. apud Compendium D. Hieronymi prohibuit, nè quisquam quacunque dignitate Ecclesiastica, vel mundana præfulgens audeat se intromittere quocunque modo in electionibus prælatorum illius Ordinis sub excommunicatione ipso facto incurrenda, & priuatione qualiscunque beneficij Ecclesiastici, & inhabilitatione ad illa, quas pœnas declarauit duntaxat extraneos, & non Fratres comprehendere, neque ab illis absolui posse, nisi à Romano Pontifice, vel à Generali Ordinis ibid. art. 3.

49. Ad impediendam electionem Religiosi inhabilis non sufficit semiplena probatio, seu dictum vnius testis deponentis de eius inhabilitate, sed debet præcedere probatio iuridica plena, & ex omni parte concludens, cum agatur de re grauissima in præiudicium dicti Religiosi, & honoris suæ parentelæ, to. 1. q. 14. art. 3. ad finem. Vbi expresse, & apertis verbis tenet Auctor præfatam sententiam.

Explicatur, & propugnatur doctrina Auctoris. Vnde perperam Portel. in suis dubiis regul. verb. elect. nu. 19. oppositum adscribit eidem Auctori, quod attentè legenti manifestissimè patebit. Qui ad nostrum placitum confirmandum ponit differentiam inter impedimentum matrimonij, & electionem, nam ad electionem impediendam non sufficit semiplena probatio de inhabilitate eligendi, cùm id vergat in præiudicium multorum, scilicet consanguineorum, & parentelæ talis Religiosi: ad impediendum autem matrimonium, ex eo sufficiens iudicatur dictum vnius, iuxta cap. præterea el 2. de sponsal. quia ex eo non redundat aliquod damnum, seu præiudicium honoris tertij, & vergit in maximum commodum Reipublicæ Christianæ, in qua multa contraherentur, & consummarentur inualida matrimonia, si talis semiplena probatio ad id impediendum non sufficeret, in maximum præiudicium, & scandalum plurimorum: quæ rationes omnino cessant in electione. Ex quibus omnibus constat clarè de sententia Auctoris suprà à nobis tradita expressè tenentis non sufficere semiplenam probationem, seu dictum vnius ad impediendam electionem Religiosi infamati de inhabilitate, sicut sufficit ad impediendum matrimonium, quidquid dicat Nauar. lib. 5. consil. 22. de hæreticis in 2. editione quem sequitur, Petrus Miranda *tomo 2. Manual. q. 2. art 6. §. & vt præ manibus.*

50. Descendentes ex hæreticis pertinaciter in sua hæretica prauitate decedentibus, quorum corpora, ossa, vel statuæ fuerunt concremata vsque ad quartam generationem inclusiuè, non possunt eligi in prælatos apud nos Minores, ex constitutione Pauli, & Pij IIII. confirmata per Gregorium XIII. & electores temerè eos ad huiusmodi prælaturas, & dignitates admittentes ipso facto manent excommunicati, & priuati suis officijs, & inhabiles ad illa in perpetuum obeunda, d. quæst. 14. art. 1. & seq. de quo latiùs infrà de offic. Ordinis à numero primò.

RESOLVTIO LIX.

De Elemosina.

1 SIcut Episcopi arctissimè tenentur præcepto eleemosynæ, ita etiam gradu monasteria monachorum, in quibus prouentus redundant. Religiosi verò Mendicantes de eo, quod superest, erogare debent arbitrio dispensatoris ad id deputati, ex doctrina D. Basilij, to.2.q.57.art.1. De quo Soto lib. 10. de iust.q.4.art.4. Vide ad hoc Nau.de redd. Eccles.q.1.nu.81. in 1.edit. & in nouiss. quæst.1.monit 8.num.2.& monit.33.n. 1.& in propugnac. de redditib. monit. 13.num.12.& mon.25.num.1. Sanchez lib.6.Decalog cap.6.num.14.

Trid. sess. 25.c.2. de regul.

2. Religiosus habens administrationem à superiore, potest de rebus monasterij sibi commissis facere eleemosynam, cum hic adsit adminus voluntas præfati præsumpta, cui non contradicit Concilium Tridentinum. Alij verò Religiosi particulares non possunt aliquid largiri sine expressa, aut præsumpta sui prælati licentia, vt patet ex cap. cum ad monast.de statu monach.& c.non dicatis, 12.quæst.1.quæ præsumitur quando similia donantur communiter sciente, & non contradicente superiore. Vnde vbi id consuetudine receptum est, possunt moderatas, & consuetas eleemosynas facere, in quibus largiendis non est, cur scrupulis stimulentur Religiosi, nam charitas non agit perperam, operit que multitudinem peccatorum, & vbi viget, expellit omne peccatum, ibidem art.2. De quo D. Tho.2.2. quæst.32.art. 8.ad 1. Nauarr.in cap. non dicatis, nu.8. & 9. Idem docet post Tapia in authen. ingressi, verb. ipso ingressu, cap.3.num. 72. C. de sacrosan. Eccl. Nauar. comm. 2.num.8.coroll.2.de regul.& post nostrum Auctorem. Sanchez lib. 7. Decalogi, cap.19.num.94.& seqq. vsque ad 107. vbi latè tractat de eleemosynis, quas Religiosi facere possunt, etiã Fratres Minores.

1. Corint. 13. & 1. Petri 4.

3. Non licet Monacho extra claustra egredi ad petendum eleemosynam, vel aliquid aliud lucrandũ ratione prædicationis, aut alterius ministerij pro sustentandis parentibus egenis, inuito prælato, cui potius in hoc casu tenentur obedire, præceptum enim Diuinum de succurrendis parentibus non obligat quenquam extra sui status metas, multumque differt à præcepto honorãdi pa rẽtes, ibid.art.3.& 4. & nos dicemus infra resolut.108. num.1.& 2. De quo D. Tho.2.2.quæst.101.art.4. Medina in sua instruct.Confessorum, cap.14.§.14. Vide Sanchez, qui latè rem tract lib.4. Decalog.cap.20.num.17.& seqq.

4. Fratres Minores de Obseruantia non possunt impediri à Conuentualib. nec ab alijs Mendicantibus quoquo modo à petitione eleemosynarum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ex concessione Iulij II. ibidem art.6. De quo in Compen. Minor. verb. eleemosyna, §.9. vbi habetur, quod contra prohibentes possunt procedere Inquisitores, & aliæ pœnæ ibi ponuntur, §. 7. De quo Cordub. ad citatum §.9.

5. Priuilegia Mendicantium, ne prohibeantur petere eleemosynas non sunt abrogata per Concilium Tridentinum, abolens quæstores eleemosynarum, quia in illo tantum abolentur quæstores, qui prædicant, vel publicant indulgentias concessas his, qui manus adiutrices porrexerint pijs locis, pro quibus petunt eleemosynam, non verò in Mendicantibus pro sui sustentatione quæstuantibus iuxta quoddam Decretum Pij V. apud Bullarium reuocantis similes indulgentias quæstuarias concessas porrigentib. manus adiutrices pijs locis. Pro Ordine Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione Captiuorum, extant apud idem Bullarium duæ cõcessiones Benedicti XII. quibus conceditur quæstus eleemosynarum dicto Ordini pro Redemptione Captiuorum, ibidem art.7. De quo Nauar. lib.

Trid. sess. 21.c.9. de reform.

Bullar. Bull.14. Pij V. Bullar. Bull. 2. & 3. Ben.12.

lib. 13. consil. 79. num. 3. titul. de Regularibus, & de Oratione, miscel. 66. num. 2. Henriqu. in summa lib. 7. capitul. 19. Idem docet citatis Nauarro eodem, & nostro Auctore Sanchez lib. 7. Decalog. cap. 24. num. 7. cap. Idque colligi addit ex cum ex eo, de pœnit. & remiss.

6. Religiosis licitum maximè est viuere de eleemosynis, laici verò impedientes, vel dissuadentes eas largire Fratribus Mendicantibus excommunicantur, & contra ipsos possunt procedere Inquisitores tanquam suspectos de fide: Episcopi autem, seu Ordinarij suspenduntur à regimine suarum Ecclesiarum, & interdicũtur ab ingressu Ecclesiæ per Sixtum IV. apud Bullarium. Similiter etiam excommunicantur excommunicatione Papæ reseruata qui impediunt, etiam indirectè oblationes offerri in Missarum solemnis apud Ecclesias Fratrũ, vel alia ad altare peruenientia recipere, ex decreto Bonifacij IX. ibid. dict. art. 7. ad finem, & artic. 8. De quo in Comp. Min. loco supracitato, num. 4. Vide adhoc Castro contra hæreses, verb. mendicitas, & Vualdensem lib. 4. doctrinal. fidei antiquæ, capit. 3. & 4. & quæ latè congerit Sanchez vbi sup. num. 5. & sequent.

RESOLVTIO LX.

De Episcopis.

1 Episcoporum potestas, & iurisdictio dependet à summo Pontifice, tanquam à capite, & supremo Ecclesiæ Principe, ideoque optimo iure potest illam restringere, & limitare, quam si non limitaret, relinquendo eos in plenitudine potestatis, quam habent à Deo, possent vtique in sua Diœcesi quidquid Papa potest in tota Ecclesia, vt grauissimi Theologi sentiunt, tom. 1. quæst. 23. art. 1. De quo Soto in 4. dist. 27 quæst. 1. art. 4. Victoria de potest. Ecclesiæ, quæst. 2. num. 18.

2 Iure communi non potest monachus de se factæ electioni in Episcopũ consentire sine superioris consensu, capitulo si Religiosus, de elect. in 6. quẽ præstare potest Generalis, aut Prouincialis, sine capitulo, vel Conuentu. At electioni de se factæ in discordia nullo modo potest consentire, etiam de superioris licentia, excomm. quorundam, de elect. in 6. Apud Societatem Iesu Religiosi ex voto simplici renunciant iuri sæcularis dignitatis extra ordinem acceptandæ, nisi Pontificis, aut prælati præcepto ad id adstringuntur. Vnde nec præpositus generalis potest acceptare Episcopatum, vel aliam dignitatem sine consensu Religionis, tomo secundo quæstio. 58. articulo primo. De quo Caietan. cum D. Thom. secunda secundæ quæstio. 185. articulo secundo ad 3. Soto lib. 10. de iustit. quæst. 3. art. 2. ad tertium. Idem docet citatis multis Sanchez libro. 7. decalogi, capitulo. 29. numer. 57. & sequentibus vbi num. 58. tradit, non esse necessariam licentiam prælati, vt Religiosus acceptet summum Pontificatum, de quo etiam Auctor tomo 1. q. 54. art. 1. initio, & nos diximus, resol. 15. num. 54.

3. Regularis appetens Episcopatũ ad bonum, & rectum finem, non peccat, dicente Apostolo: siquis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: 1. Tim. 3. imò potest esse actus meritorius, quidquid alij sentiant, nam Episcopalis status perfectior absque dubio est Regulari statu, ibid. art. 2. De quo D. Th. 2. 2. q. 185. art. 2. ad 3. Soto lib. 10. de iusti. q. 2. art. 2. ad 3. D. Bonau. super regul. Fratr. Min. c. 2. vide ad hoc Sanc. d. c. 29. nu. 67

4. Monachus factus Episcopus absoluitur à legib. Monasticis, quatenus opponuntur dignitati Episcopali, per c. statutum 18. q. 1. sed minimè absolutus censendus est ab illis, quæ cum ipsa Episcopali dignitate compatiuntur. Vnde manet absolutus à votis essentialibus, etiam à paupertate, quæ est de essentia status Religiosi, capitu. cum ad monasterium,

in fine, de statu monachor. nec est liber à delatione habitus Regularis, ex text. expresso in cap. clerici officia, ad finem de vita & honestate cleric. ibi: nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem, prius enim sermonẽ fecerat Pontifex de vestibus lineis, quibus Episcopi super induti incendunt: sed non erit excommunicatus, nec peccabit vtens exteriori tunica alba (quam Rochetum vocant) solita ab Episcopis portari. In cæremoniali nouo Clementis VIII. habetur, quòd episcopi monachi non vtantur dicta tunica linea, sed vestes sint coloris habitus suæ Religionis cum birreto nigro, & galero circumfibrato de byssino viridi, ibidem articu. 3. & in addit. summæ tom. 4. cap. 68. numero 4. & 6. De quo Azor. libr. 12. inst. moral. cap. 7. q. 2. & quæst. 4. D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 8. & q 88. art. 11. ad 4.

Illustratur, & propugnatur doctrina Auctoris. Ex quibus constat, quòd ad libitum, ne dicam falsò, imputat nostro Auctori oppositam sententiam, scilicet, quòd monachus factus Episcopus manet absolutus à paupertate, Fr. Ioannes à Cruce de statu Relig. lib. 1 cap. 2. dub. 4. conclus. 2. ad finem. Nam in loco summæ, tom. 2. capitul. 70. nu. 5. quem ad suum placitum adducit præfatus Pater, loquitur expressè Auctor de sententia quorundam Affirmantium, Religiosum Episcopum posse testari de bonis acquisitis non intuitu Ecclesiæ, ex eo, inquiunt, quia post cõsecrationem in Episcopum manet solutus à voto paupertatis. Quod quantum ad votum paupertatis non approbat, imò oppositum firmiter tenet locis suprà citatis idem Auctor. Et quantum ad testamentum faciẽdum meo videri nõ assentitur, imò oppositum resoluit pro conclusione ex D. Thõ. & alijs. Dato tamen, & nõ concesso, quòd in ibi lita senserit cum assertoribus partis affirmantis dict. numero 4. addit. sum. & dict. art. 3. ad cor rediens firmat negatiuam partem. Eidem adhæret, eãque tuetur post D. Thom. in 4. sentent. dist. 38. quæst. 1. art. 4. quæstiuncul. 1. ad 5. vbi D. Bonauentura, quæstion. vltim. art. 2. ad vltim. Palud. quæst. 4. artic. 4. conclus. 11. num. 49. Richardus artic. 5. quæst. 1. ad vltim. & artic. 9. quæst. 1. ad 1. 2. part. Abbas in dict. cap. clerici, fine de vita, & honestat. cleric. Bald. authen. licèt num. 3. C. Episcop & cler. Nauarr. comment. 1. de reg. nu. 13. & comment. 2. num. 17. & comment. 3. num. 46. & de reddit. Ecclesiast. quæst. 11. monit. 11 numero 1. & 2. Couar. capit. 1. num. 18. de testament. Cordub. in regul. cap. 2. quæstio. 20. puncto 3. Valentia 2. 2. quæst. 3. disput. 10. puncto 8. colum. 3. Henriqu. lib. 10. de Sacram. ordin. cap. 32. num. 5. & capitul. 33. num. 3. & 4. post quos, inquam, & alios plures Sanchez lib. 6. decal. cap. 6. num. 2. vsque ad 23. vbi agit de habitu regulari, quem gestare tenetur Episcopus monachus, quamuis eo demisso nõ incurrere excommunicationẽ teneat cum nostro Auctore, & alijs.

5. Fratres Minores, & Prædicatores obtinentes quæcunque beneficia Ecclesiastica, Episcopatus, ac alias dignitates, non amplius gaudent priuilegijs Ordinis, & alijs concessionibus, & præeminentijs, nisi de consensu superiorum, ex Sixto IV. apud Bullarium, vbi declarat Pontifex non posse supradictis frui, nec habere vocem actiuam, & passiuam in Capitulis, postquã adepti fuerint pacificè beneficia Ecclesiastica, quo innuit, monachum electum in Episcopum, sed nondum cõfirmatum à Papa, vel nõ cõsecratum posse ad præfata admitti, nondum enim obtinet pacificè, ib. d. art 4. & in addit. sum. vbi supra, n. 10. De quo Portel. in addit. ad dubia, verbo, Episcopus, nu. 15. & Sanchez vbi supra, nu. 32. & 33. qui idẽ ferè docent. Item Paulus IV. apud Bullarium decreuit Religiosũ cuiuscunque Religionis sit in Episcopũ promotum, postquam fuerit consecratus, nullum in Religione posse officium obtinere. Bull. Bull. 20. Sixt. IV. nu. 7. Bullar. Bull. 4. Paul 4.

6. Collatio, seu prouisio facta per Papam monacho facto Episcopo de Abbatia alterius Ordinis pro subreptitia, & nullius valoris habenda est, non expressa qualitate monachatus, ibid. art. 5 De quo Rebuff. libr. 1. respons. 14. fol. 38 & citato nostro Auctore Sanch. lib. 7. decal. c. 29. nu. 82. qui idem docent, & nos diximus supra resolut. 15. num. 63.

7. Bo-

7. Bona acquisita ante promotionẽ monachi ad episcopatum pertinent ad monasterium, cap. statutum, 18. quæst. 1. Quapropter Clemens IV. apud Bullarium statuit pro Prædicatoribus, vt libros, & alia quæ habent tempore promotionis, ante consecrationem Ordini resignent, aliàs eo ipso manent suspensi ab executione põtificalis ministerij, nisi forsan prælati vsum huiusmodi rerum ad tempus illis concesserint, ex Alexãdro IV. pro Minoribus apud idẽ Bullarium. Postea tamen acquisita ab ipso monacho Episcopo sunt Ecclesiæ, cui præest: nisi sit Episcopus titularis tantùm, quia tunc eius bona ab intestato pertinent ad monasterium, *ibid. art. 6. & tom. 3. q. 69. art. 4. in fine.* de quo Couar. *in cap. de testament. numer.* 20. Idem docent post Sotum *libr.* 10. *de iustitia, quæst. vltim. art. vlt. ad* 3 Molina *tom. 1. de iust. disput.* 140 *in fin.* Leonard. *libr. 2. de iust. c. 41. dub. 12. n. 92.* & plures alios cum nostro Auct. referens Sanch. latè *libr. 7. decalog. cap. 32 num. 62. cum seqq. vsque ad 70.* & Portel *verb. bona, num. 1.*

Bullar. Bulla 5. Clem. 4.

Bull. 4. Alex. 4. idem pręcipientis in virtute S. Obed.

8. Monachus factus Episcopus, aut Cardinalis hæreditatem paternam sibi delatam post consecrationem acquirit suæ Ecclesiæ, & nõ monasterio ex dict. c. statutum, etiam si sit de Minoritis, quia iste recuperat ius succedendi in nomine Ecclesiæ, quæ est capax huiusmodi successionis, licèt ipse ob votum strictissimæ paupertatis sit incapax, sed nõ recuperat ius testandi, nisi de licentia speciali Papæ, ibid. art. 7. & d. q. 69. art. 4. & addit. summa tom 4. cap. 68. num. 5. Idem docet quoad ius succedendi recuperatum post nostrum Auctorem, & plures alios Sanch. vbi proximè, nu. 27. c. 28. cum seqq. De quo etiam vide Aluaradum de coniect. mente testator. libr. 2. c. 3. num. 10. Spino in speculo testam. gloss. 12. principali, num. 38 Gregor. Lop. l. 22. tit. 3. part. 3. verb. herencia, & quantum ad ius testandi, quod nõ recuperat, idem Sanch. lib 6. c. 6. à n. 19.

9. Episcopus, & Beneficiarius regularis eandem potestatem habent disponendi de suorum reddituum prouentibus, sicut etiam sęculares beneficiarij, cùm habeant verum titulum Canonicum, & Ecclesiasticum æquè, ac ipsi clerici sęculares. Sed cùm vtrique sint tãtùm procuratores, & œconomi, seu dispensatores bonorum Ecclesiasticorum, tenentur ad largiendum superflua pauperibus desumptis sibi necessarijs ad status sui decentem sustentationem, qui quidem si dicuntur in iure Domini, id non intelligitur de dominio omninò libero, sed restricto, cuius dominij sunt capaces etiam Regulares, ibid. artic. 8. de quo Nauar. *de redditibus Eccles. quæst. 2. num. 15. & quæst. 1. numer. 81. & lib. 3 consil. 70. num. 4 de Regularibus.* Idem citato etiam nostro Auct. & alijs docet Sanch. *lib. 6. decal. c. 6. nu.* 14.

10. Ex vi decreti Concilij Tridentini potest Episcopus compellere Regulares, vt diebus Dominicis in suis Ecclesijs annuncient populo festa, & ieiunia occurrentia in hebdomada, nè ex ignorantia transgressio Ecclesiasticorum præceptorum eueniat Et ita obseruatum vidisse apud quosdam Mendicantium in Archiepiscopatu Eborẽsi testatur Auctor *tom. 1. quæst. 43. art. 7. in fine*, vide infrà *resol. 63. num. 12.*

11. Episcopus potest obligare prælatum Regularem, vt Religiosum extra claustrum notoriè, & cum scandalo delinquentem puniat intra tempus ab ipso præfixum, sin minus à suo superiore officio priuetur, & delinquens ab ipso Episcopo puniri potest, ex quodam decreto Tridentino. Pro cuius executione, & maiori obseruatione emanauit, quędam constitutio Clementis VIII. in qua districtè præcipitur, quòd si prælatus ipsum impunitum ad alium Conuentum dolosè extra diœcesim transmiserit, ad priorem Conuentum reducatur, instante Episcopo diœcesis à qua discessit, aliàs incurrit pœnas priuationis ab officio, & inhabilitatis ad alia, necnon vocis actiuę, & passiuæ Sedi Apostolicæ reseruatæ: Episcopus verò loci, ad quem transmissus fuerit Religiosus delinquens, potest ipsum seuerè punire requisitus à priore Episcopo, vel aliàs de delicto informatus, *tom. 2. quæst. 2. art. 6.* De quo Nauar. *in cap. non dicatis, numer. 96. & comment. 2. de Regular. nu.* 63. Sanchez *de matrimonio libr. 7.*

Trid. sess. 22. decreto de obseru. & euit. in Miss.

Trid. sess. 25. cap. 14. de Regul.

disp.

disp.33.num.23.& libr.6.decalogi capit.1.nu.14. & nos dicemus hic infrà *num. 15.resolutio 61.num.6.*

12. Religiosi vagantes absque licentia per diœcesim possunt puniri ab Episcopis ex Concilio Tridentino, nisi fidem fecerint se grauatos adire superiorem præmissa iusta appellatione, & protestatione de grauamine coram senioribus, seu discretis Conuentus, ideo que licentiam in scriptis non deferre. *tom.1.quæst.30.artic.4.ad finem.* De quo Nauar. *in cap.nullam 18.quæst 1.in fine, & comment.2.de Regular. numero 61. & comment.3.num.50.* Sayro *in claui Regia lib.2.cap.17.num.37.cum seqq.* Azor *instit.moral.1.p.lib.12.cap.11.quæst.17.& 8.vers.cæterum.* Idem docet post Nauar. & nostrum Auct. Sanch. *lib.6.decalog.cap.8.num.18.* vide suprà *resol.10.nu.3.& 27.*

Trid.sess. 25 c.4.de regul.

13. Episcopus non potest procedere contra nouitium, etiam ob crimen in sæculo commissum, nisi constet Religionem ingressum fuisse in fraudem, seu effugium pœnæ *tom.2.quæst.63.art.7.§.3.infertur.* De quo Nauar. *cap.27.numer.79.& lib.3.consil.58.num.5.de Regular.in 1.edit.& in 2.lib.2.consil.6.nu.4.de foro competent* Idem docet post ipsum Nauar. & Azor *tom.1.instit.moral.cap.2.quæst.11.* Sanchez *libr.6.decalog.c.10.num.11.& 12.*

14. Episcopo non licet interpretari priuilegia Regularium in causa tangente iurisdictionem contra ipsum, ne sit iudex in causa propria, sed id debet per Iurisperitos fieri, & in dubio, seu cœteris paribus in fauorem Religionis facienda est interpretatio, ibidem §.in fauorem. De quo in Compendio Societatis verb. priuilegium §.4. & pro quo est textus singularis in cap. cum venissent, de iudicijs, vbi soli Papæ reseruatur cognitio de dubijs priuilegiorum Apostolicorum, & nos dicemus infrà *resolut. 90. numer. 48.* De epijcheia vide suprà *de dispensationibus, num. 3.& 4.*

RETRACTATIO.

De Episcopis contra Regulares procedentibus.

15. EPiscopus non potest per censuras procedere, ac punire Regularē notoriè, & cum scādalo extra claustrū delinquentem, si à suo superiore intra tempus ab ipso Episcopo præfixum non puniatur, ex decreto Tridentini: licèt enim in multis casibus ordinarij habeant aliqualem iurisdictionem super Regulares exemptos, in illis tamen nō possunt per censuras procedere contra ipsos, nisi expressè id concedatur. Vnde Concilium Tridētinum quoties voluit hanc potestatem Episcopis committere in dictos exemptos id aperte declarauit, vt videre est sessione 25. c.16. de Regularibus, vbi præcipit ordinarijs, vt censuris compellant exemptos ad restituendū bona sua nouitijs exeuntibus à Religione. Item cap.3 de Regularibus, datur facultas Episcopis ad cōpellendum Moniales omnes ad obseruantiam clausuræ, excommunicando rebelles, & inobedientes, & tandem Tridentin. Concil. sess.22. decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ, conceditur eisdem Episcopis auctoritas, ad procedendum per censuras contra exemptos celebrantes in oratorio priuato, ab ordinarijs non approbato, & in debitis horis, remouēdo quascunque superstitiones. In quibus tribus casibus id expressit Concilium Tridentinum, à quo se abstinuit in alijs decretis, vt in punitione Regularis exempti publicè delinquentis, de quo hic agimus, & in mandato compellendi exemptos ad processiones, & componendi eorum controuersias super præcedentia, & in exploratione voluntatis nouitiæ ante professionem, & alijs, in quibus innuere videtur, quòd quan-

Trid.sess. 25. c.14. de regul.

Trid.sess. 25.c.16. de regul. can.5.de regul.

Trid. sess. 22. de obseru. & euit. in Miss.

quanuis Episcopis concedat aliqualem iurisdictionem super exemptos, non tamen ad procedendum per censuras, si enim vellet, id vtique exprimeret, sicut in dictis tribus casibus expressit, quod vtique signum manifestum est mentis Concilij Tridentini. Ita Auctor tom. 2. summæ c. 105. num 2. vbi firmiter tenet hanc sententiam, rationibus, & iuribus illam corroborans, ac corrigens se de opposito, quod senserat tom. 2. quæst. 63. artic. 3. §. sed concludendo dico. Ex quo iam cessat censura Portel in addit. ad dubia Regularia verb. Episcopus, num. 5. Sicque eundem refert, & sequitur P. Villalob. *2. part. sum. trat. 35. diff. 5. nu. 17.* idem tenet Sanch. *libr. 7. de matrimon. disp. 33. numer. 22. & lib. 6. decalog. cap. 1 num. 14.* quod & probatur apertè ex *cap. 1. §. in eos autem, de priuileg. in 6.*

RESOLVTIO LXI.

De Eremitis.

1. EREmitæ vitam Religiosam profitentes in ordine viuendi à Papa, vel ab Episcopo approbato sub obedientia prælati degentes nihil proprij habere permittuntur, ideoque inter personas Ecclesiasticas computari, forique priuilegio gaudere certi iuris est, ac per consequens ante iudicem sæcularem non possunt conueniri, de quibus loquitur ius in cap vnico, de excessibus prælatorum in 6. & in cap. qui verè 16 quæst. 1 Secus in his, qui propriū possident vxorati, nec subduntur alicui superiori, nam tales nominari tantum possunt Pœnitentes, seu Conuersi sæculares, *tom. 2. qu. 62. art. 20.* De quo Cardinal. Zabarela *in Clementina* 2 *quæst. 12. de præbend* Gregor. Lopez *in l. 17. tit. 1. partita 6. verbo, Ermitannos.* Vide Sanchez *lib. 7. decalogi c. 8. n. 40.* vbi tradit, Eremitas non esse verè Religiosos, ac ideò posse testari, sed loquitur de Eremitis vxoratis, qui proprium possidēt.

2. Multiplex est Eremitarum genus. Alij dicuntur Seruitæ per mundū hinc inde discurrentes: alij Anachoritæ, seu solitarij apud desertum procul ab hominibus vitam ducentes, de quibus in dicto c. vnico, de excessibus prælat. Alij tandem Cœnobitæ in congregatione viuentes. Quorum omnium status, & modus viuendi est à iure approbatus, & inter personas Ecclesiasticas, & Religiosas numerantur gaudentes priuilegijs Religiosorum, quamdiu in Ecclesia, & seruitio Dei habitum gestant religiosum, *tom. 3. qu. 49. art. 4.* De quo Boerius *de statu, & vita Erem. nu. 3. 21. & 23.* Siculus *in Clem. cupientes, de pœnis.*

RESOLVTIO LXII.

De Excōmunicatione.

1. GEnerales, & Prouinciales Regularium exemptorum tanquam eorum Ordinarios iurisdictionem ordinariam habentes in vtroque foro censuras ferre posse, ius commune indulget. Qui quidem suam potestatem, & iurisdictionem exercere possunt, etiam extra monasterium, cùm non arceantur limitibus territorij, sicut Episcopi, decentiùs tamen facient id tantùm intra claustra exercentes, *to. 2. q. 59. art. 1.* De quo Syluest. *verbo excomm. 2. vers. 5.* Soto *in 4. dist. 22. qu. 2. artic. 1. concl. 1.* Couar. *Pract. cap 11. num. 5.*

2. Diebus feriatis permittitur prælatis Regularibus ferre sententiā excommunicationis contra rebelles, vel quid prohibitum, seu contra eorum præceptum exequentes, non obstante prohibitione iuris communis, c. final. de ferijs, & Lætus, eodem titulo, quo causarum cognitio, & per consequens latio excommunicationis his diebus vetatur, præcipuè illa, quæ causæ cognitionem requirit, iuxta capit. sacro, de sent. excommunic. lata tamen valebit, maximè quando ad id nulla causæ cogni-

gnitio necessaria est. *ibid art.* 2. De quo Abb. *in capit. final. num.* 13. *de ferijs*, Socin. *in cap. per pendimus, num.* 74. *de sentent. excommunicationis*, Federic. de Senis *consil.* 2. *nu.* 3. Idem docet P. Miranda *tom.* 2. *quaest.* 35. *art.* 9. *concl.* 1.

3. Item noctu ferri potest sententia excommunicationis, cùm sine causę in quisitione aliquando ferri contingat. Item & sine scriptis, ex priuilegio Leonis X. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula. Sed id debet intelligi, quando fertur excommunicatio per modum præcepti contra aliquem priuatum Fratrem propter apostasiam, vel alia causam, quæ dicitur lata ab homine: secus quando fit per modum statuti pro tota Religione, Prouincia, vel monasterio permanenter, & ad semper: quia tunc necessariò ferenda est in scriptis iuxta terminos iuris communis, c. 1. de sent. excomm. in 6. aliàs erit nulla, ex statuto generali Toletano pro tota nostra Religione, ex eo quòd talis excommunicatio censetur lata a iure, & ferens, seu promulgans aliter illam incurrit suspensionem ab officio à iure positam *in dict. cap.* 1. *de sentent. excommunicat. in* 6 Auct. *ibid artic.* 2. *in fine, & artic* 3. De quo Nauar. *cap.* 27. *num.* 8. *&* 9. *&* 161. Couar. *in capit. Alma mater*, 1. *part* §. 9. *numer.* 7. Idem docent Portel *verbo, excommunicare, num.* 1. *& in addit. numer.* 2. & post Gabriel *in* 4. *dist.* 18. *quaestio.* 2. Syluest. *verbo excommunicatio* 1. *quaestio.* 14. Panormitan. *in capit. cum speciali, de appellat.* P. Miranda *dict. artic.* 9. *concl.* 2. vbi addit eam poenam suspensionis nō comprehendere Episcopos, nec prælatos Regulares, quando est periculum in mora, vel quando statuta Religionis à Sede Apostolica confirmata præscribūt aliam formam, quia de illis non fit ibi specialis mentio, quod est necesse, vt ipsi suspensionem incurrant, per c. quia periculum, de sentent. excommunicat. in 6. vbi etiam de prælatis Regularibus fit sermo, ibi: vt Episcopi, & alij superiores prælati nullius constitutionis occasione sententiæ, siue mandati prædictam incurrant sententiam vllatenus ipso iure, nisi in ipsis de Episcopis expressa mentio habeatur.

4. Excommunicationes ad finem reuelationis, pro deperditis, aut subtractis à solis Episcopis ferri possunt, non alias, quam ex non vulgari re, causaque per ipsum diligenter examinata, ex decreto Pridentino. Vnde ad illotum instar in his tribus casibus ad solos prælatos Regulatium iurisdictionē quasi Episcopalem habentes pertinet huiusmodi excommunicationes ferre, idque debent præstare non temerè, aut leui ex re, sed sobriè, & magna circunspectione, ex statuto Toletano pro Minoribus *vbi suprà fol.* 48. §. *de pœnis excommunicationis, ibid. art.* 4. De quo Zarol. *in praxi Episcop.* 1. *p. verbo Vicarius vers.* 17. *pag.* 338. Sanchez *de matrimonio lib.* 3. *dispus.* 29. *num.* 16. Idem docet P. Miranda *suprà art.* 12.

& Trid. sess. 25. c. 3. de Reform. Ordin. Tolet. §. de pœnis, excommunicat. Bullar. Bull 9. Clem 4. & bulla 1. Benedicti 12. & in

5. Regulares exempti à nemine possunt excommunicari, suspendi, vel interdici, nisi à legato à latere Sedis Apostolicæ, vel nisi in litteris specialis, & specifica mentio fiat de Ordine, & indulto exemptionis, ex Martino V. & Clemente IV. ac Nicolao V. pro Minoribus apud Bullarium. Ex quo fit, quòd excommunicatio ob quamcunque causam lata, etiam contra ipsum priuilegium exemptionis, vel etiam quando talis exemptio tanquam notoria non fuerit allegata, erit ipso iure nulla, ex Sixto IV. pro Minoribus, & Carmelitis. Quo priuilegio gaudent Religiosi Militares, vt personæ singulares suarū Militiarum professæ sunt, non verò in quantum sunt personæ publicæ, Ciuitatum Rectores, & Magistratus, ne gladius Ecclesiasticæ potestatis deficiat, & perturbetur Episcopalis iurisdictio, *ibid. art.* 5. 6. *&* 7. De quo Couar. *in cap. Alma mater*, 1. *p* §. 7. *num.* 5. Driedo *lib.* 2. *de libert. Christ. cap.* 8. *pag* 68. Corduba *lib.* 3. *quaest.* 43.

Comp. Societ. verb. excommunic. § 3. vbi refertur. bull. Nicolai 5. bulla 3. & bull. 14. et 33. Sixti 4. nu. 44. bull. 1. Benedict. 11. & bull. 7. Pij 5. n. 9.

6. Idem docet P. Villalobos 2. p. Summæ tract. 35. diff. 4. num. 7. vbi nu. 8. sequenti consequenter tradit, non posse Scholasticum Salmantinum aliquem religiosum excommunicare, eò quòd ratione collegij ei subijciatur, ad quod multa egregiè, ... perdoctè congerit, probatque primò, & principaliter. Nam licet præfatus iudex Scholæ

Sal-

Salmantinæ habeat circa hoc perampla priuilegia Apostolica, Regulares tamen, præcipuè nos Minores habemus nostrorum priuilegiorum ampliores confirmationes à Sede Apostolica per Sixtum IV. Clementem VII. Pium IV. Clementem VIII. & Paulum V. Motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quæ clausula non solùm confirmat prius priuilegium, non obstãte posteriori, sed etiam habet vim nouæ concessionis (etiam non expressa noua illorum priuilegiorum speciali concessione, quam ad maiorem abundantiam ponunt, & exprimunt Pontifices in suis præfatis confirmationibus (necnon reualidat inualidum, vel abrogatum, ex Glossa *in capit. quia diuersitatem, de conceß. præbendę, & in capit. 1. de transact.* vbi Innocent. Bartol. Panormit. Decius, Felin: & resoluit Suarez *lib. 8 de legibus cap. 18 à num 12.*

Amplia- tur doctri na Auctoris.

Nec obstat, quòd priuilegia Scholæ Salmantinæ extra ius commune vagantia non censentur derogata per subsequens priuilegium, nisi de illis fiat expressa, & specifica mentio, argumento *capit. 1. de constitut. lib. 6.* nam etsi id generaliter verum sit propter probabilem ignorantiam, quam Pontifex censetur habere priuilegij non inclusi in corpore iuris communis, hoc tamen nõ admittitur, si priuilegium processerit à Sede Apostolica cum clausula, *Motu proprio, vel ex certa scientia*, quia tunc illud exprimit Pontifex, quòd & si alia extarent priuilegia, quorum ipse nec habet, nec habere potest notitiam, nihilominus ipsa vult derogare, vt in simili expressum est *in capit. si motu proprio, de præbend. in 6.* præsertim, quia quãdo priuilegium posterius non derogat priori in totum, sed tantùm ex parte, quamuis in posteriori non fiat de priore mentio, non censetur derogatum quoad illam partem, tradunt Abbas, *in capit. constitutus, col. 2. de integrum restitut.* Menoch. *l. 6. præsumpt. 40. num. 21.* Antonius Gabriel *libr. 6. communium, titulo de clausulis conclu. 2. num. 21. & 22.* Gratian. *tom. 4. discept. capit. 724. num. 6. & capit. 742. num. 24.* qui addit, dictam clausulam, *ex certa scientia*, vim specialis derogationis habere, etiã si sit Concilium Generale, cui derogandum est.

Supradicta sunt adeò vera, & certa, vt non solùm procedant in Religiosis, qui non sunt actuales Scholastici, sed etiam in his qui actu audiunt in scholis, & sunt conscripti in catalogo (vulgò *matricula*) Scholasticorum, non obstante quòd fruuntur priuilegijs Scholasticorum quoad fauores, conueniendo alios, etiam quando ipsi sunt actores, coram suo iudice Scholastico, ac proinde debere in odiosis subijci iurisdictioni ipsius iuxta vulgatum iuris, *qui sentit commodum, debet sentire & onus.* Nam reuera cùm dictus iudex non possit eos punire, vt statim probabimus, consequenter non erit integrum illi eosdem excommunicare, quia excommunicatio est grauissima inter pœnas Ecclesiæ.

Nec refert, quòd iuxta iuris dispositionem non potest eadem res, vel persona diuerso iure censeri, *l. cum quis ades, ff. de vsucapion.* rectè enim id potest fieri respectu diuersorum, vt probat Menoch. *de recup. poss. rem. remed. 1 à n. 36.* Tiraquel *de nobilitat. cap. 28. à n 12.* nec nouum, inauditũ, vel inconueniens est, vt quis fruatur priuilegio vnius iurisdictionis quoad vnum effectum, & ab ea eximatur quoad alios, putà ne in illa conueniri possit, vt fit in causis miserabilium personarum, qui etiã si sint actores, possunt conuenire reos ad litigandum in Curia Principis, quando verò rei sunt, nõ possunt conueniri extra locũ sui domicilij, *l. vnica C. quando Imperator inter pupillos, & l. 5. tit. 3. par. 3.* apud Hispanos, & apud Lusitanos ordinario Regia *lib. 3 tit. 5. 3.* Late tradunt Couar. *pract. cap. 6.* Menoch. *de arbitrar. centur. 6. consil. 66 à num. 17.* Donel. *lib. 17. capit. 20. littera C.* & in nostris terminis quoad causas Scholasticorum extat singularis textus *in authent. habita, verb. verum tamen C ne filius pro patre,* vbi assignato certo iudice pro Scholasticis, vt possint conuenire debitores suos, illis conceditur, vt eligãt iudicẽ ad ipsos cõueniendos, ita vt recusato iudicio vnius, alterius iudiciũ acceptare liberè que-

queant, vbi notat Salicet. *in dicta authent. numer. 21.* & sequuntur Gratian. *tom. 3. discept. cap. 569. num. 1.* Nauarr. *in praxi electiom. fori, sect. 2. quæst. 31.* quod quando quis habet plures iudices, apud quos potest conueniri, electio illorum competit reo, quando iudex apud quẽ actor citauit partem, habet suam iurisdictionem à Principe, vel à Pontifice, cui consonat etiam Afflictis *decis. 257. num. 6.*

Quod autem dictus Scholasticus, seu iudex Salmantinus non possit corrigere, seu punire Religiosos Scholasticos si delinquant, sed suis prælatis id reseruari, vltra notorietatem suæ exemptionis, qua fruitur per sua priuilegia, quibus per nullum aliud, nisi de eis faciat specialem mentionem, nunquam derogatum iri censetur, extat quoddã singulare priuilegium Innocẽtij VIII. factum Prædicatoribus pro Prouincijs Hispaniæ, vt non possint corrigi, seu puniri dicti Religiosi à iudice scholæ Salmantinæ, vel ab alio cuiusuis vniuersitatis, sed à suis prælatis, non obstantibus quibuscunque priuilegijs in contrarium, & refertur in Bullario, quo possunt per communicationem aliæ Religiones frui, vt tradit idem P. Villalobos vbi suprà *§. tambien tienen.* Bullar. bull. 3. Innoc. 8.

Quod tandem confirmo, quia priuilegia Regularium in dubio latè debent interpretari in fauorem Religiosorum, vt plenè tradit cum Oldrado, & alij Henriquez *lib. 7 de indulg. cap. 22. num. 3. in comment. litera* M. & resoluit noster Auctor *tom. 1. quæst. 11. art. 6. regula* 10. & nos dicemus infrà *resolut 90. num.* 49. pro quo est textus singularis, & à ne mine (quem viderim) ad hoc allegatus *in cap. cum venissent. de iudic.* vbi soli Papæ reseruatur cognitio de dubijs priuilegiorum Apostolicorum, & ad tollendum omne dubium id ipsum declarant sit Leo X. & Iulius II. apud Compend. Societat. & Compend. D. Benedicti, & refert idem noster Auctor *loco citato, et tom. 2. q. 64. art. 2.* Compen. Societ. verb. Priuilegia §. 1. & Cõp. D. Bened. §. 49.

7. Ex quo fit, quòd Religiosi non possunt excommunicari ab Episcopis, nisi in casibus, in quibus à Papa, vel à iure id specialiter, & expressè exprimitur, cùm eorum exemptio sit omnibus notoria, & manifesta, *ibid. art. 6.*

Vnde benè notauerat Portel *in addit. ad dubia verb. Episcopus, nu. 5.* non placere dictum nostri Auctoris *tom. 2. qu. 63. art. 7. § sed concludendo dico.* asserentis posse Episcopum, iuxta decretũ Tridentinum, procedere per censuras, & punire Religiosum extra claustrum notoriè, & cum scandalo delinquentẽ, si à suo superiore, instante ipso Episcopo, intra tempus præfixum non puniatur, quia, inquit Portel, ibi Concilium non exprimit, quod per censuras possit punire. Rectè inquam, aduerteret præfatus Pater, nisi Auctor expressè oppositum asfereret *in Addit. summa tomo 3 c. 105. numero. 2.* De quo vide *suprà de dispensation bus nu. 59.* Idem docent Sanchez *lib. 7. de matrimo. disp 33. numer. 22. & 23. & libr. 6. decalog. cap. 1. num. 14.* & P. Villalob. *2. p. summa tract. 35. diff. 5. n. 17.* apertè probatur ex *cap. 1. §. in eos, autem, de priuileg. in 6.* & tradit P. Miranda *dict. quæst. 35. art. 11.* Explicatur, & pro pugnatur doctrina Auctoris. Trid. sess. 25. ca. 14. de regul.

8. Circa quod aliud dubium insurgit, an scilicet, Episcopus possit formare processum iuridicum contra præfatum Religiosum extra claustrum notoriè delinquentem, & cum tali processu illum remittere ad suum prælatum, & an possit subditus puniri ab ipso prælato virtute istius processus ab Episcopo confecti? Portel in additionibus ad addit. Dubiorum verbo, punitio Religiosi extra Conuentum, num. 17. tenet partem affirmantem, dummodò prius citetur, & audiatur Religiosus iuxta iuris ordinem & probat, quia Concilium præcipit, vt instante Episcopo prælatus puniat, & non benè instaret, nisi ostenderet processum à se formatũ, ad quod adducit quandam declarationem relatam à Marzilla in suis declarationibus ad citatum cap. 14. de Regul vbi id declarari videtur à Cardinalibus sacræ Congregationis. Sed fateor rationem præfatam Portel mihi haud sufficientẽ videri, potest enim Episcopus instare, & bene instare certiorem faciendo per suas literas prælatum de notorietate delicti à Religioso ita commissi, vt nulla tergiuersatione celari potuisset, ad Illustratur, & ampliatur doctrina Auctoris.

quod

quod non est necessarius processus iuridicus ab Episcopo formatus, quem ipso iure nullum esse ex defectu iurisdictionis noti iuris est, per Regularium priuilegia, vt infrà de exeptione quoad Episcopos nu. 17. videbimus, & in hoc casu Episcopo non datur absoluta potestas a Concilio ad puniendum talem Religiosum notoriè delinquentem extra claustrum, sed tantum, vt possit punire, prælato ad eius instantiam non puniente. Hæc doctrina est multum conformis resolutis à nostro Auctore, tom. 2. quæst. 2. artic. 6. ad finem. Vbi declarans quid sit Episcopi instare, ait. Existimo, quòd vt dicatur Episcopus instare, & prælatus negligens, sufficit, quòd ter fuerit requisitus, & nolit punitionē congruenter executioni mandare, ecce quomodo nullum verbum facit de formatione processus ad puniendum talē Religiosum, sed tantum requirit, vt ter moneat, seu requirat prelatum, *Et q. 63. ar. 7. §. ex quibus infertur*, affirmat, quòd Regularem persmientem clericum secularem extra claustrum non potest Episcopus denūciare excommunicatum ex defectu potestatis, ergò à fortiori multo minus poterit contra ipsum formare processum iuridicum, vt prælatus virtute illius puniat talem subditum delinquentem. Ex quo consequitur, quòd si Episcopus de facto eum tali processu à se formato talem Religiosum ad suū superiorem remittat, non potest ipse superior ex vi illius aliquid agere contra delinquentem, cùm ipso iure nullus sit, sed alium de nouo debet conficere. Ad declarationem Cardinalium relatam à Portel pro sua sententia dico, quòd expressè id non insinuat, vel quòd nō pro ponitur sufficienter authentica. Vide ad hoc Sanchez *dict. disp. 33. num. 23. & dict. cap. 1. num. 14. &* P. Villalob. *d. tract. 35. diff. 5. num. 5.*

Noua responsa sacræ Congregationis Card. Circa quod adhuc nota, quod Barbosa *in Collectanea ad Decretal. cap. ea quæ, de statu monach. num. 8* refert quasdam declarationes Cardinalium circa cap. 14. de Regularibus in Tridentino, quorum originalia responsa edita sub die 16. Septembris anni 1625. se vidisse testatur.

Primò quæsitum fuit, an Episcopus statim habita notitia delicti Regularis notoriè extra claustrum delinquentis, possit informationem capere, & illam ad superiorem Regularis mittere, vt ne queat de eodem delicto ignorantiam præsumere? Et congregatio respondit, posse.

Secundò, an sufficiat, quòd Episcopus vna vice superiorem Regularem moneat, eique terminum præfigat ad castigandum subditi delictum? Congregatio respondit, satis esse, vt Episcopus semel instet superiori Regulari, eique tempus præfigat ad eiusdem Concilij præscriptum.

Tertiò, an sufficiat, quòd superior Regularis ad Episcopum mittat copiam tantùm sententiæ, vt Religiosi dicunt, vel debeat remittere acta omnia super delicto acritata ad effectum, vt Episcopus videre possit, si in hoc adimpleta fuerint verba dicti decreti Tridentini, seuerè puniatur, nec ne? Congregatio respondit, non sufficere, vt sententiam, sed etiam acta ad Episcopum transmittat, sed opus esse, vt de punitione ipsa, & sententiæ executione Episcopum certiorem faciat.

Denique quæsitum fuit, an dictum decretum Tridentinum intelligatur etiā, cùm delictum commissum fuerit intra Ecclesiam, vel claustra? Congregatio respondit, facultatem Episcopo attributam vendicare sibi locum, etiam cū Regulares notoriè, & cum scandalo extra claustra, intra Ecclesiam delinquūt, non ita si intra claustra.

Circa quarum declarationum primā aduerte, quòd in ea non datur facultas Episcopis (meo videri, & sub censura Ecclesiæ) ad faciendum processum iuridicum contra dictum Regularem notoriè extra claustrum delinquentem, sed tantùm vt sumariam facti informationem faciat, eamque ad superiorem illius mittat, vt nequeat (inquiunt Domini Cardinales) de delicto ignorantiam præsumere: hoc est, vt per id eum certiorem faciat de delicto commisso à suo subdito, & habeat sufficientem casus notitiam, qua possit in causa contra ipsum delinquentē iuridice procedere

ad

ad puniendum illum. Et ita nihil in hoc responso sacræ Congregationis apparet contra Auctoris doctrinam à nobis hic traditam.

Circa secundum responsum Sacræ Cong. nota, quòd licèt in illo declaretur, satis esse, vt Episcopus semel instet, seu moueat superiorem Regularé, eique tempus præfigat ad eiusdem Concilij præscriptum, adhuc tamen, si superior negligens sit in eo exequendo, poterit secundò, & tertiò instare: & rectè ita faciet, conformando se iuri communi trinam monitionem in causis, & censuris præscribenti.

Circa tertium responsum aduerte, sufficere copiam summariam sententiæ, & eiusdem executionem iam peractam esse ad Episcopum transmittere, vt illi manifestè constet, qualiter præscripto Concilij, & suæ instantiæ, & monito satisfactum sit, quod est ad vnguem illud obseruare.

Circa vltimum responsum tandem obserua, quòd si Regularis intra Ecclesiam sui monasterij delinquat, non videntibus sęcularibus, non censeri comprehensum sub dicto decretò, & declaratione sacræ Congregationis, quia eo casu cessat scandalum, & notorietas delicti, ob quod Concilium & ad illud tollendum præcipit, vt Episcopus instet superiori pro punitione talis delicti.

9. Priuilegia famulis Regularium concessa, ne ab Ordinario excommunicentur, habent locum in his tãtùm, qui actu monasterijs seruiunt intra eorum septa, & domus residentes, & sub eorũ obedientia, & regula professi viuunt, de quo Ordinario constare debet, ex Decreto Tridentino. Priuilegia extant apud Bullarium, *ibidem tom. 2 qu. 67. art. 3.* de quo Henriquez *tom. 1 libr. 7. de indulgent. cap. 25. num. 7. littera L.*

Trid. sess. 24. c. 11. de Reform. Bullar. Bull. 25. Innoc. 4. & Bull. 33. Sixti 4. n. 12. & in comp. v. famuli, §. 11.

10. Duplex est excommunicatio, generalis alia, & altera specialis. Generalis rursum duplex: alia dicitur lata à iure, alia ab homine lata à iure est, qua generaliter Canon, constitutio, aut statutum excommunicat quidpiam facientem, vel omittentem. Lata verò ab homine est, quam iudex generaliter fert contra faciẽtes, vel omittẽtes aliquid: ista expirat mortuo, aut deposito ab officio iudice, glossa *in cap. à nobis el 2. de sentent. excommunic.* at lata à iure minimè, *cap. final de offic legati*, vbi DD. *tom. 2. quæst. 60. art. 1.* de quo glossa *in cap. à nobis, de sentent. excomm.* vbi Hostiens. Panorm. & Felin. D. Anton. *3. p. tit. 24. c. 74.* & latè tradunt Nauar. *in Manu. cap. 27 num. 40. & 41.* P. Mirand. *d. quæst. 35 art. 2.* Suarez *de censuris disp. 3. sect. 1. à num. 1. & disp 8.* P. Villalob. *1. p. sum. tract. 16. diff. 4. num. 1. & tract. 17. diff. 2. num. 2.*

11. Plures sunt excommunicationes, quæ contra Religiosos in iure ferũtur. Prima est, qua excommunicantur Fratres Minores, qui interdicti generalis tempore in suas Ecclesias fratres, vel sorores tertij Ordinis admittunt, *Clement. cum ex eo 3. de sentent. excom.* De quo infrà de interdicto erit nobis sermo Secunda, qua excommunicentur ipso facto Religiosi non seruantes interdictum, vel cessationem à diuinis, quã seruat Ecclesia Cathedralis, vel Matrix, vel Parochialis populi, *Clem. 1. de sentent. excomm.* & confirmat Conciliũ Tridentinum, quod in generali tantum interdicto habet locum Tertia excommunicatio est contra monachos decimas sibi appropriantes, seu præsumentes non soluere, Clemen. 1. de decimis, Quarta fertur contra Religiosos, qui petunt aulas Principum animo nocendi suis prælatis, seu monasterijs, Clement. ne in agro, §. quia verò, de statu monachor. Quinta fertur in monachos, qui sine facultate Abbatis habent arma intra claustra monasterij, vt habetur *eadem Clement. d. §. quia vero, in fine.* Sexta ponitur contra Mendicantes, qui accipiunt nouas domus, vel loca ad habitandum, aut commutant, vel alienant acquisitas ante Concilium Lugdunense, *Clem. cupientes, de pœnis*, & confirmat Tridentina Synodus, de quo suprà *de Ecclesijs Regularibus, num 3.* Septima fulminatur contra Religiosos in concionibus, vel aliter auertẽtes parochianos à solutione decimarum Ecclesijs debitarum, vel qui de industria nullũ conscientiæ scrupulum incutiunt pœni-

Trid. sess. 25. ca. 12. de refor.

Trid. sess. 25. c. 3. de regul.

nitentibus in Confessione de soluendis decimis, vt habetur d. Clement. cupientes, de pœnis, & nos diximus supra de decimis, numer. 7. Nona est contra clericos, & Religiosos inducentes quempiam, vt apud suas Ecclesias eligat, vel mutet sepulturam, d. Clement. cupientes, §. sane, de quo tom. 3. quæst. 58. & nos dicemus infrà de sepulturis. Decima excommunicatio reseruata Papæ imponitur Religiosis ministrantibus Sacramenta Eucharistiæ, vel extremæ vnctionis laicis, aut clericis cui sine licentia Parochi, aut nuptias solemniter benedicunt, vel absoluunt excommunicatos à iure, statuto, vel Synodorum sententijs sine priuilegio, Clement. 1 de priuilegijs, Vndecima, excommunicantur Religiosi vtriusque sexus matrimonium contrahētes, Clement. vnica, de consanguin. & affinit. Duodecima est contra Religiosos fauorem impartientes mulieribus, quæ habitum Biguinarum sumpserunt, & ad id inducentes Clement. 1. de Religiosis domibus. Decimatertia est contra Religiosos professos habitum temerariè dimittentes, capit vt periculosa, ne clerici, vel monachi, libr. 6. de quo infra de habitu Regulari numer. 6. Decima quarta extat in d. capit. vt periculosa, contra Religiosos euntes ad studia generalia, seu vniuersitates non habita licentia superioris, de quo infrà de Monachis, numer. 14. & seqq Decimaquinta habetur eodem capit. vt periculosa, contra Religiosos extra claustrum leges, vel Physicam audientes, de quo infra de monachis, numer. 15. Decima sexta extat apud extrauag. vices illius, de treuga, & pace, contra Mendicantes, Ecclesiarumque parochos pacem inter se ipsos contractam violantes. Decimaseptima habetur in extrauaganti, viam ambitiosa, contra eosdem Mēdicantes transferentes se ad aliam Religionem non Mendicantium sine speciali licentia Papæ, preterquam ad Carthusienses, quam ipso facto incurrunt tam recepti, quàm recipientes: Decima octaua est contra Religiosos vtriusque sexus recipiētes aliquid à nouitijs preter victum, & vestitum, de qua in Con-

Comp. Roderici,

cilio Tridentino, & nos suprà diximus de dotibus Monalium, numer. 4. Decimanona excommunicatio reseruata Papæ fertur contra prælatos, & Religiosos introducentes, & admittentes fœminas intra monasteria virorum, & idē contra dictos prælatos, & prælatas, Religiosos, ac Religiosas introducentes, vel admittentes viros, aut mulieres intra clausuram Monialium, ex Bullis Pij V. & Gregorij XIII. de quo supra diximus de clausura Monachorum, num. 1. & de clausura Monialium à num. 18.

Trid. sess. 25. ca. 16. de regul.

Vigesima extat apud eandem Bullā Pij V. contra Abbatissas, & Moniales exeuntes à monasterio quacunque de causa, etiam infirmitatis, excepta magni incendij, vel ægritudinis lepræ, vel epidemiæ probata litteris superioris, & Episcopi, de quo supra de clausura Monialium à numer. 36. vsque ad 42. & num. 50 & seqq. Vigesima prima habetur in extrauaganti, ambitiosa, contra alienantes bona Ecclesiastica, & recipientes, vel pactum faciētes, per quod illorum dominium transfertur. De quo supra diximus de alienation. num. 14. & seqq. Vigesima secunda, ipso facto excommunicantur Fratres & sorores tertij Ordinis collegialiter viuentes, qui post factam professionem trium votorum substantialium matrimoniū contraxerint, seu contractum consummauerint, aut Religionem deserunt ad secularem vitam redeuntes, vt habetur in Extrauaganti Sixti IV. incipit, ad Christi Vicarij, & refertur à Collectore Mēdicātiū. Vigesima tertia, ponitur contra Fratres Prædicatores, & Minores admittentes ad priuilegia, & immunitates Ordinis quoscūq; laicos vtriusque sexus, prætextu tertij Ordinis, seu alterius modi, nisi gestauerint habitum dicti Ordinis, & professionem emiserint in aliqua domo, vel cōgregatione Fratrum præfatorum, vel sororum vitā ducētes, ex alia Bulla eiusdē Sixti, quæ incipit, detestanda nōnullorū ambitio, relata ab eodem Collectore. Sed hęc iā per non vsum, seu oppositam consuetudinem omninò est abrogata, sicut & aliud constitutiones per disuetudinem iam antiquatæ sunt ibid. d. qu. 60. artic.

Collect. Mend. tit. excommun. §. 13.

Collect. vbi supra § 14.

V 2. De

i. De quo Cordubain *Addit. ad Compen.d.* §.14.Caiet.*in summa verb.excommunicatio,capit.*8. Gerson. *libr.3.de vit. spiritu.lectio.* 5.*&* 6.

12. Attento iure communi licitum est communicare cum excommunicatis necessitatis propriæ ergo, vel ob ipsius excommunicati salutem, capit.responso 43.c.cum voluntate 54. de sentent. excom. Idque ad maiorem abundantiam,& ad pacandos scrupulos concessit Greg.IX.Clem.& Eugen.IV.Fratribus Minoribus apud Bullarium, scilicet, vt in terris hæreticorum,& schismaticorum possint commorari,& participare cum illis. Ex quo Catholici inter hæreticos & in terris hæreticorum commorantes in externo conuictu cũ illis participantes excusantur à peccato ex necessitate,& consuetudine, quæ est optima legum interpres,*tom* 2.*q*.61. *art.*1.De quo Nauar. *in Manual c.*4.*nu.* 6.*&* c.27.*num.*35. Ad quod vide Suarez *de censf.disp.*15.*secti.*3.*per totam*,&P. Villalobos,2.*p.summ.tract.*17 *difficul.*13.

Bullar. Bull.6. Greg.9. & Bull. 19 Innoc. 4.& Bull. 14. nu.11. & Bull. 33.nu.13. Sixti 4.

13. Hodie per Extrauagantem Martini V ad euitanda,nullos tenemur excommunicatos vitare,nisi sint nominatim excommunicati,& denunciati,vel sint publici clerici percussores, seu notorij, tam notorietate iuris, quando, scilicet, percussor confessus est delictum,vel est de illo conuictus, vel post deductionem ad forum contentiosum lata est super eum sent. ntia excommunicationis: quam etiam notorietate facti,quando,scilicet,adeò manifesta est euidentia actus, vt nulla possit tergiuersatione celari,aut ali qua excusatione excusari, nec est locus inficiationi, *ibidem articul.*2. de quo Couar. *c.alma mater*, 1. *part.*§. 2.*numer.*9 § *superest*, Nauar. *capitul.*9. *à numer.* 6. *& capitul.* 26.*numer.*26. *& capitul.*7. *numer.*35. *& exp sul.*15.*numer.*5 *& libr.*5.*consil* 40 *titul.de sententia excommunicationis*. Vide Suarez *de censur. disput.* 9. *secti.*2.*per totam*,& P. Villalobos *d.tract.*17.*diff.*3. *à num.*1.

14. Regularis exemptus percutiens clericum secularem extra claustra non potest denunciari excommunicatus ab Episcopo Diœcesis, in qua deliquit, potestas enim illius non extenditur ad sibi non subditos, sed tantùm monere debet suum superiorem, vt puniat intra tempus ab ipso præfixum, iuxta terminos Tridentini Concilij, tom.2.quæst. 63.articul.7.§.ex quibus infertur. De quo supra diximus, *num.*8.§.*circa quod.* Trid. sess. 25. ca.14. de regul.

15. Communicatio cum excommunicato in Diuinis est prohibita iure Diuino, secundùm Theologos, qui contra Lutherum scripserunt: in alijs non est prohibita iure Diuino. Vnde circa primum non potest Papa dispensare, tomo,2. quæst. 99. articul.6 § respondetur, de quo Couar. capit. alma mater, 1. part. §.1. Vide Suarez suprà *disputat.*10.*section.*1. *&* 2. Villalobus. *d.diff.*17.

16. Multæ excommunicationes contentæ in Extrauagan.ibus, & alijs priuilegijs, & constitutionibus factis pro Regularibus non ligant, cum quia non sunt promulgatæ, & licet aliquando fuerint promulgatæ, inuincibiliter ignorantur:tum etiam quia non fuerunt latæ per modum statuti perpetui, sed per modum sententiæ, quæ est ab homine, & cum homine expirat, qualis est excommunicatio latæ sententiæ Alexandri VI contra transeuntes ad Indias Occidentales sine speciali licentia Regum Hispaniæ, ibidem articul. 7. de quo Nauar.capit 27.numero,2 51. & 55.

17. Licitum est leuato galero aperire caput inclinando illud excommunicato denunciato, si est nobilissimus, vel officialis, seu minister Regis, qui priùs vrbanitatis gratia se discooperit. Ita decisum fuit Neapoli in facti contingentia refertur, Addit. Summæ,tomo,3.capit. 110 numero, 1. de quo Couar. in cap. alma mater,1. p.§.1. num.2. Zerola in. Praxi Episcop: 1 part. in d.excommunicatio, 75. §.vndecimum dubium.

RESOLVTIO LXIII.

De Exemptione Regularium quoad sæculares.

1 Exemptio est quædam libetatio à potestate Ordinarij inferioris, stã te subiectione immediata ad Romanũ Pontificem, vt notarur c. cum personæ, de priuil. in 6. Quædam autem est personalis, qua eximuntur personæ, quædã verò localis, qua eximitur Ecclesia, vel monasterium. Rursum quædam est vniuersalis, qua Ecclesia, vel personę cum vniuersitate iuris spectãt ad Papá: quędam verò particularis, qua eximitur ex parte, videlicet in certis casibus tantùm ex glossa in Clem. attendentes, de statu monach. Denique exemptio potest considerari quoad personas quoad Ecclesias, & quoad res Ecclesiasticas, & Regulares, quæ ad dominium Sedis Apostolicæ pertinent, tom. 2 q. 61. art. 2 de quo Socin. in cap. recepimus, n. 12. de priuil.

2. Religiosi, sicut & Clerici inter personas Ecclesiasticas cõputantur, ac ideò iure Diuino à iurisdictione sæculari eximuntur, iuxta illud Psal. 104. nolite tangere Christos meos, & illud Matth. 17. ergò liberi sunt filij, & sacri Canones hoc iuri Diuino tribuunt in cap. si Imperator, cap. Constantinus 96. dist. c. continua 11. q. 1. Sed eorum bona, seu res tẽporales Ecclesiarum, & Monasteriorũ iure tantùm humano, & Ecclesiastico Sedes Apostolica eximit ex causa à potestate sæculari, cui suapte natura suberant, vt ex cap. Ecclesia S. Mariæ, de cõstit. c. nullus et 2. & c. Syluest. 1. q. 1. & c. benè quidem 1. dist. 96. satis colligitur, ac constat, & habetur in Trid. sess. 25. c. 20. de reform. ibid. art. 2. De quo Turrecremata in c. cum ad verum 96. dist. Na-

Psal. 104. Matth. 17.

Trid. sess. 25. ca 20. de refor.

uat. in c. nouit, notab. 6. nu. 6. de iudic. Couar. 1. Pract. c. 31. nu. 1. Abb. in capit. qualiter, n. 7. de iudicijs, Ad quod vide Suarez lib. 3. de leg. c. 34. à num. 2. & 11. cum seqq.

3. Iudici sæculares licet sequestrare triticum Ecclesiasticorum Regularium, ac Commendatorum Militarium tempore magnæ necessitatis, vt venundetur pretio taxato per legem, relicta priùs sibi parte pro sufficienti victu suorũ, plus potius, quàm minus, dummodo in eo exequendo obseruetur ad vnguem forma præscripta in lege Regia, & ipsis pretium taxatum verè, & realiter offeratur anti quam ab eis triticum extrahatur, id namque ius naturale in necessitatis articulo permittit, ac dictat. Aliter faciẽtes, & excedentes modum præscriptum à lege incidunt in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, ibid. art. 3. De quo Mexia de taxa panis, nu. 64 fol. & 12. Gutier. lib. 1. Pract. q. 13 num. 3. Ad quod vide Suarez vbi supra à num. 15. vbi resoluit leges ciuiles iustas non cõprehendere clericos, & alios Ecclesiasticos quoad vim coactiuam, & de casibus in quibus iudices laici, & Rectores ciuitatum incidunt in dictam excommunicationem in Cęna Domini, agit tomo de censuris disp. 21. à num. 77.

4. Receptores laici redituum temporalium Ecclesijs ac alijs pijs locis à Rege concessorum sub conditione, vt eorũ petitio apud iudicem sæcularem proponatur iuxta legem Regiam 1. tit. 2. lib. 4. nouæ Compilat. non possunt conueniri coram iudice Ecclesiastico, dicta n. bona non transfierunt in naturam, & conditionem spiritualium. At si præfata bona commutata sunt in spiritualia, vel spiritualibus annexa, possunt vtique conueniri laici super his coram iudice Ecclesiastico, ibidem art. 4. de quo Azeuedo in d. l. 1. Gutier. lib. 3 Pract. q. 27.

L. 1. tit. 2. li. 4. nou Comp.

5. Monachus in causa ciuili corã suo prælato est conueniendus, nisi de eius licentia absens sit causa studij, vel in Curia, vel ad negotia monasterij missus assistat in alio loco, quia tunc cõueniri potest coram iudice Ecclesiastico, dummodò tria simul concurrant: licentia præla

V 2 ti,

ti, contractus, aut debitum moderatum iuxta negotij qualitatem ad arbitrium boni viri, ita vt in mandato monasterij videatur comprehendi, & quòd prælatus, & monasterium longè absint. Abbates verò, & Monasteria coram suis iudicibus Regularibus sunt conueniendi, ibid. art. 5. De quo Bart. in l. si lóglus 28. §. fin. ff. de iudic. Horatius Lucius de priuilegijs scholat. priuil. 74. Idem post Abbat. cap. quanto, n. 5. de offic. ordin. & Felin. cap. cùm dilecta, n. 18. de rescri ptis, docet Sanch. lib. 7. Decal. c. 31. n. 51.

6. Monachus, sicut nec clericus non potest capi, vel incarcerari à iudice sæculari ob debitum ciuile, vt notū iuris est, nisi in fraudem creditorum ingrediatur Religionem, vel sacris initietur post capturam, tunc enim cum profes sio sine præuia informatione, an debitis sit obnoxius? iuxta constitutionem Sixti V. facta sit nulla, consequenter post spoliationē habitus Regularis potest conueniri vt merè laicus coram suo iudice sæculari. Idem ius est de clerico, cui priuilegium clericale non prodest, videtur enim Clericatus in fraudem susceptus, ibid. art. 6. de quo Abb. in cap. vnico, de oblig. ad ratioc. verb. tertia fuit, & in cap. 1. de posit. Baeza de inope debitore, cap. 17. num. 22.

7. Prælatos Ecclesiasticos posse habere iurisdictionem temporalem exemptam à sæculari, affirmant plures, & cōstat ex c. cùm dilectus, de ordine cognit. quia potestas temporalis, aiunt, residet apud Papam, & Ecclesiam in habitu, & potentia, & ab ea medio ordine, & dispositione Diuina ad Imperatores, Reges, & Principes temporales, seu sæculares translata est, vt deducitur ex multis locis sacræ Scripturæ. Alij negant asserentes, quòd potestas Ecclesiastica non se extendit ad iurisdictionem temporalem, nisi in quantum ista deficuit, aut cōcernit spiritualem. Prima opinio affirmatiua vt securior, & communior amplectenda est. Vnde in magnis difficultatibus potest Papa contra laicos vti hac potestate temporali, & iusta intercedēte causa regna auferre, vel trāsferre, vt in facto contingentia olim fe-

*Luc. 22. Marc. 26. Matt. 26. Ioan. 28. Act. 5.

cisse cōstat ex c. grandi, de supp'en. neglig. prælat. lib. 6. Auct. ibid. a. 7. de quo Anastas. Germ. libr. 3. de sacrorum immunit. c. 3. n. 64. & 74. in fine, & c. 13. n. 18 M. Anton. Camoss. in Microlog. 3. p. Dialogo 4. pag. 44. Idem post Sicardū cons. 210. nu. 32. & Auendano iuniorem l. 40. Tauri, gloss. 4. n. 39. tradit Sanchez lib. 7. Decal. c. 14. n. 11. ad finem, & n. 14.

8. Episcopi, Abbates, & monasteria nullibi prohibentur iurisdictionem temporalem exemptam habere, ac illam actu exercere per ministros, & iudices sæculares, notariósque Regios agendo causas secundùm leges Regias, quarum dispositioni se in omnibus debent conformare sicut alij Domini, & iudices sæculares, qui sunt vassalli Regum ab ipsis hanc iurisdictionem temporalē in feudum habentes. Vnde nullum videtur inconueniens, præfatos prælatos, & monasteria tali modo habere vassallos, & tēporali potestate frui, vt colligitur ex iure cap. Romanæ, §. debet, de appellat. lib. 6. dummodò iudicium sāguinis per se non exerceant, quod illis strictè prohibetur, cap. clericis, & cap. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi, quin imò ita conueniens iudicatur propter auctoritatis Ecclesiasticæ conseruationem, & maiorem zelum iustitiæ, & charitatem, quam exercere erga subditos præsumitur, quo confisi antiqui Reges illis gladium huiusmodi temporalis dominationis committere non formidarunt, certò sperātes tanquam patres filios habendos subditos, & tractandos vassallos, ibid. artic. 8. & 9. de quo Greg. Lopez in l. 48. verb. en lo temporal. tit. 6. p. 1. & gloss. 8. tit. 3. lib. 1. Recopilat. D. Anton. Florent. 3. p. tit. 24 c. 75. in proœmio, Hostiens. in c. dilectus, de offic. ordin. Azeuedo in lib. 4. n. 3. in fine, tit. 7. lib. 3. Recop. Segura in Directos. iudicum 1. p. c. 2. n. 3. Vide in Bullar. Bullam vnicam Vrbani II & gloss. in dict. c. clericis, Cou. Clem. si furiosus, 2. p. § 5. nu. 8. Ad quod faciunt tradita à Sanch. vbi suprà dict. n. 11. & sequentibus, vbi agit de capacitate Monasterij, et successione in maioratus habētes annexam iurisdictionem tēporalē, & quantum ad facti di

Bullar. bul. vnica Vrban. 2.

di successionem, multa quoque tradit *à num.* 32.

9. In causa feudali tam super proprietate, quàm super possessione Dominus feudi cognoscit inter vassallos etiã clericos, vel monachos, iuxta magis receptam, & communem sententiam, & habetur expressum cap. ex transmissa, & cap. verum, sequenti, de foro competen. At in causa criminali, vel ciuili procedente à delicto minimè. In causa autem Maioratus, si reus sit clericus, vel monachus, & litigetur super eius tenuta, seu possessione, de ea cognoscere non pertinet ad iudicem sęcularem, à cuius iurisdictione potest declinari, sed ad forum Ecclesiasticum, vel Regularem, vt in terminis iudicatũ referunt apud Regale Consilium, seu Tribunal, in multis enim differt Maioratus à feudo in Hispania, *ibidem artic.* 10. de quo Bobadilla, *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *num.* 157. Mieres *de Maiorat. quæst.* 9. *num.* 3. *&* 4. *part.* 3. *& quæst.* 2. *num.* 13. *part.* 4.

10. In causis temporalibus, in quibus Ecclesia, vel Monasterium personam gerit actoris aliquid à laico petẽs, debet eum conuenire coram iudice sęculari, *cap. si clericus, cap. cum sit generale, de foro compet.* nisi fortè laicus destruxerit Ecclesiam, aut monasterium, vel in eis sacrilegium commiserit; tunc enim apud Ecclesiasticum iudicem agendum est *cap. conquestus, & dict. capit. cum sit generale, eodem titul.* Monasterium autem agens, & petens aliquid apud iudicem sęcularem potest apud eundem iudicem reconueniri, iuxta communionem sententiam, nisi reconuentio sit super causa criminali, etiam ciuiliter tantùm intentata, aut super re spirituali, aut spirituali annexa, aut causata sit à malitia ipsius laici procurantis, vt à monacho conueniatur coram tali iudice, vt ipse coram eodem ipsum reconueniat, sciens forè sibi maximè fauorabilem ipsumet iudicem, *ibid. art.* 11. de quo Greg. Lopez *l.* 56. *tit.* 6. *p.* 1. Roland. *consil.* 24. *à num.* 1. *volum.* 2. Auendaño *cap.* 1. *Prætorum, num.* 32. *in fine*, Abbas, Bald. Felinus, & Speculator *in d. c. si clericus*. Ad quod vide Sanchez *lib.* 7. *Decalogi, cap.* 31. *num.* 26. vbi cum Couar. *Pract. capit.* 7. *num.* 3. & Cabedo *decision. Lusit.* 54. *part.* 1. *num.* 9. *&* 13. resoluit, monasteria Mendicantium, & monialiũ, & si ditissima sint, gaudere priuilegio miserabilium personarũ, vt agentia contra laicum possint illum conuenire apud Curiæ Regiæ iudices.

11. Pro publicatione testamenti, in quo monasterium à laico est hæres institutum, ad iudicem sęculare pertinet citare prælatum ipsius monasterij, qui ad id est iudex competens non verò ad Ecclesiasticum, notat glossa, & DD. in c. si hæredes, de testamen. & in l. 15. titul. 4. lib. 5. recopil. apud Hispanos. Sed hęc citatio intelligi debet sub conditione, si ipse prælatus, verbi gratia, vult se opponere, & contradicere testamento, & vt suam manifestet voluntatem, *ibid. a.* 12. de quo Couar. *lib.* 8. *pract. n.* 2. *& in dicto c. si hæredes, n.* 3. *de testam.* Gutier. *lib.* 2. *pract. q.* 49. *Paz in l.* 3. *Tauri.*

12. Prætor, seu corrector ciuitatis potest facere, vt concio habeatur apud Ecclesiam, etiam à Fratre Minore, non obstante sua Regula, in die magnæ alicuius festiuitatis, verbi gratia, in Epiphania Domini, non obstante contradictione vicarij foranei Episcopi, id enim licitum esse videtur pro executione decreti Tridentini præcipientis populo prędicari in festis solemnitatibus, cuius & sacrorũ Canonum, ac Conciliorum executioni principes, eorumque ministri, ac iudices fauorem, & auxilium præstare debent. Quod in facti contingentia ita fuisse executioni mandatum in ciuitate Soriæ à quodam eius prætore refertur, non obstante consuetudine in contrarium, approbauitque factum Episcopus diœcesanus, *ibi, art.* 19. de quo Bobadilla *lib.* 2. *polit, cap* 18. *num.* 194. Aufrer. *de potest. sęcular. super Ecclesiast. personas, regul.* 2. *n.* 3. *l. ver.* 2. 11. vide infra *de prædicatoribus, num.* 19. Trid. sess. 24. c. 4. de reform.

13. Ecclesiam, seu monasterium succedens iure successionis, aut legati laico iam conuento coram suo iudice sęculari posse conueniri apud eundem iudicem, affirmãt plures, quia lis inchoata, inquiunt, persequenda est ab hærede coram illo iudice, vbi iudicium cęptum est, *l. vbi cæptum est iudicium ff. de*

iudicijs. At alij tenent, quòd instantia capta cum defuncto laico non transit ad Ecclesiam, vel monasterium hæredem, ac ideò inchoandam esse de nouo, coram iudice Ecclesiastico. Prima opinio tanquam iuri magis consona, ac veritati, & æquitati in iudicando amplectenda est, & in facti contingentia ita iudicatum fuisse fertur, *ibid. art.* 21. de quo Couar. 1. *prati. qu.* 8 *num.* 2. Guido Papa *decis.* 421. Bald. *consil.* 207. *volum.* 2. Castrensis *in l. hæres absens, ff de iudic.* Barbacia *consi.* 2. *volum.* 3. Boerius *decis.* 69. *à num.* 32.

De Exēptione quoad Episcopos.

14. Olim attento iure communi Regulares pariter ac Clerici sęculares Episcopis subdebeantur, prout ex sacris Canonibus, & Concilijs constat. At nunc ab eorum iurisdictione sunt exempti, per multa priuilegia apostolica, quæ obseruari iubentur, per *cap. nimis iniqua, & cap. nimis praua, de excess. prælator. & Clementina* 1. *eodem tit. & Clementina* 2. *de censibus*, ac tandem per Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 20. *de regul.* & immediatè subsunt Romano Pontifici, de quibus priuilegijs latè apud Bullarium. *tom.* 2. *quæst* 63. *art.* 1. 2. *&* 3. de quo Enriquez *de indulgent. capit.* 24. & latè P. Villalob. 2. *par. summa tracti.* 35. *diff.* 4. *à num.* 1.

Trid. sess. 25. ca. 20. de regul. Bullar. Bull. 13. & 28 Inn. 4. Bull. 30. Alex. 4. Bull 1. Vrb. 3. Bull. 3. Nicol. 3. Bul. 14. & 33. Sixti 4. Bull. 10. Nicol. 4. Bull. 1. Ben. 11. Bul. 8. Bonif. 8. Bul. vnica Vrb. 2. & in Comp.

15. Exempti à iurisdictione cuiuslibet Ordinarij censentur exempti à legatis Papæ, sed nō à legatis à latere dictis, iuxta *cap. si Abbatem, de electi. in* 6. & declarationem Clementis IV. qui quidem semper censentur excepti in quacunque etiam amplissima exemptione, sicque interpretanda veniunt priuilegia concedentia Regularibus exemptionem à legatis Sedis Apostolicæ, vt est priuilegium Sixti IV. pro Carmelitis. *ibid. art.* 4. de quo P. Villalob. suprà *num.* 1. *&* 7.

16. Moniales Regularibus subiectæ, earumque monasteria, & bona eadem exemptione à iurisdictione ordinariorum gaudent, qua Fratres, ex Eugenio IV. pro ordine S. Claræ apud Bullarium, *ibid. art.* 5 de quo P. Villalob. suprà *num.* 8. vbi resoluit, non posse excommunicari ab Scholastico, seu iudice Salmant. Vniuersitat.

Societ. amplissimum priuilegiū Paul. 4. verbo exempt. §.

17. Processus sententiæ contra Regulares ab Ordinario latæ in quacunque causa, & iudex secuta sunt ipso iure nulla, ex defectu iurisdictionis, vt constat ex tenore priuilegiorum suprà relatorum, & colligitur *ex cap. dilecto*, vbi Glossa *verbo, clausula, de præbend.* quæ irritatio tenet, etiam data ignorantia ipsorum iu iudice, *cap. at si clerici, de iudicijs, l. priuatorum, de iurisdict. omnium iudicum.* Vnde talis sententia nec transit in rem iudicatam, nec debet executioni mandari: excipe causas mercedum, seu stipendiorum soluendorum, & miserabilium personarū contra Regulares extra claustrum viuentes, de quibus in Concilio Tridētino *ibid art.* 6. De quo Federicus *consil.* 14. *num.* 4. *qu.* 2 Calderin. *cons* 13. *de iudicijs.* Castrens. *consil.* 342. *num.* 2 *lib.* 1. Cou. *r. p. ass. c.* 6. & 7. Nauar. *cap.* 25. *num* 13. Idem post Felin. *in cap. cùm ordinem, à numer.* 6. *de rescript.* & Iul. Clar. *in prati. quæst.* 36. *nu.* 5. Paz *in pract.* t. *p. tom.* 1 *tempore* 3. *num.* 24. docet P. Villalob. *vbi suprà nu.* 6.

Sixti 4. n. 15 & Bul. 33. nu 7. Bull. 29. Eug. 4. Trid. sess. 7. c. 14. de reform. Bullar. Bull. 13. Clem 4. Comp. Societ. tit. priuilegium §. 1. & 4.

18. Duplici via possunt se defendere Regulares ab ordinarijs, vel per fori declinatoriam, exhibendo in iud cio priuilegium petitum, in loco congruo, & securo, iuxta *cap. cùm persona, de priuileg. in* 6. at id debet intelligi, quando priuilegium non est notorium in titulo, & possessione, ex *d. c. cùm persona*: quia si est notorium, sicuti est exemptio Mendicantium, nec tenentur exhibere, nec probare exemptionem. Vel etiam reprobato priuilegio producto, sui exhibito, & sententia lata a g ere possunt de inualiditate actus per priuilegium Clementis IV. Alexandri VI. & Pauli III. quo reseruatur interpretatio priuilegij dubij concessi in fauorem Regularium ipsimet Romano Pontifici, & idem habetur c. cùm venissent, de iudic. Vnde Regularis notoriè exemptus citatus ab Ordinario, vt compareat in iudicio, non tenetur comparere, nisi tan-

tantùm ad proponendum declinatoriã fori, vel nisi in citatione exprimatur causa, quæ fundat iurisdictionem Ordinarij: nam tunc comparere debet. *ibid. art. 7.* de quo Syluest. *verb. exceptio, num 6. & 8.* Couar. *regula possessor 2. p. §. 5 num. 1. & §. 10. numer. 9.* Maranta *de ordine iudiciar. 6. p. memb. 1. num. 39* Domin & Perus. *in dict. cap. si persona, nu. 4.* Monac. *numer. 1.* Idem docent Fuscus *libr. 2. de visitat. c. 20. numer. 6.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 33. numer. 23.* Henriq. *lib. 7. de indulgent. cap. 25. numer. 7. & in comment. littera F. & littera T. numer. 8.* post Abbatem *in c. cùm ordinem, num 5. & 6. de rescr.* quibus citatis cum nostro Auctore idem resoluit P. Villalob. *vbi suprà num. 5.* Vide apud Bullarium Bullas Clementis VI. & Sixti IV. quibus conceditur, quòd non possunt conueniri Regulares ratione delicti, aut contractus, aut rei, de qua agitur, reuocando decretum Innocentij IV.

Bul. 1. Clement. c. & Bulla 14. Sixti 4. n 37.

An autem Episcopi possunt procedere per censuras contra Regulares in casibus illis à Sede Apostolica commissis, vide quę suprà diximus *de excommunicatione num. 8.*

19. Ordinarius non potest procedere ad capturam Religiosi exempti, nisi in graui delicto timeatur de fuga, argumento cuiusdam decreti Trident. *sess. 25. cap 6 de reformat & cap. si clericos de sentent. excom lib. 6.* tunc enim licet capere, vt ipsum remittat ad suum prælatum, quem intra spatium viginti horarum remittere tenetur, ex *Gloss. 1. in c. cùm non ab homine de iudicijs.* Imò nec ad capturam nouitij licet accedere, nisi præsumatur in fraudem Religionem intrasse ob crimen in seculo commissum: secus manus injicientes in Religiosum, vel nouitium incidunt in excommunicationem, ex *dicto cap. si clericos*, vbi à contrario sensu notant & colligunt DD. *ibid §. tertio, infertur.* de quo Perez *l. 17. tit. 17. gloss. 1. lib. 2. ordinamenti; & in l. 15. tit. 3. lib. 1. ordin* Nauar. *c 27 num. 79.*

Trid. sess. 25. c. 6. de reform.

20. Papa per speciale rescriptum mandans ordinario, vt visitet, & corrigat Regulares, aut Moniales exemptos, eo casu non procedit, nisi auctoritate delegata, sine qua nil potest in exemptos, ex Tridentino Concilio, in quo quando datur facultas Episcopis ad gubernandum, & visitandum Moniales, & earum monasteria Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, vel hospitalia exempta, id vtique illis conceditur tanquam eiusdem sedis delegatis. *ibidem §. quinto infertur.* de quo *in Clem. quia contingit, de Religios. domib.* innouato in dicto Concilio, ad quod vide *c. grauem, de offic. ordinar.* & Felin. *in c. licèt, eodem titul.*

Trid. sess. 25. c. 8. de reform.

Trid. sess. 25. c. 8. de reform.

21. Priuilegium exemptionis à procuratione legatorum Papæ concessum Regularibus cum clausula, quòd ad id non teneantur, nisi de indulto præfato fiat mentio de verbo ad verbum, reuocatur per aliud indultum concessum legato Sedis Apostolicæ, vt possit exigere procurationem à quibuscunque etiã exemptis habentibus priuilegium exẽptionis super eodem cũ clausula, quòd de eo fiat mentio de verbo ad verbum, etiam si talis mentio expressa non fiat de priori indulto, sufficit enim clausula generalis posita in secundo indulto, quod vult Papa haberi pro expresso, ac si de verbo ad verbum insereretur, vt colligitur ex doctrina *Clemens. dudum, de sepult.* vnde satis est vt appareat de mente, & intentione Papæ voluisse remoueri priuilegia in contrarium. *ibid, art. 8.* De quo à simili Card. *in Clement. 1. de sepult.* Panorm. *in cap. veniens de renunc.*

22. Si exemptio fuit à Papa obtenta omnimoda, & plena non tenentur Regulares ad ius reuerentiale Episcopo, in aliquibus tamen casibus non liberantur à debita reuerẽtia *ibid. art. 9.* de quo Felin. post Abbat. *in cap cum inter, num. 3. de re indicata.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de exemptione ab Episcop. p. 2. fol 121.* Vide P. Villalobos *2. p. summæ tract. 35. diff. 3. num. 13.* vbi tradit Religiosos non dantes debitam reuerentia Episcopis esse puniendos à suis prælatis, & non ab ipsis Episc.

23. Non est licitum Regularibus renunciare priuilegio exemptionis in honorem sui status concesso sine licentia Papæ, qui est immediatus superior, &

eorum diœcesanus, cui id ius competit. capit. cùm tempore in fine, de arbitris, & agendo de clericis habetur cap. significasti, de foro competenti. Vnde si ex negligentia patiantur subiici Episcopis, adhuc possunt se tueri ex iure, quod Papæ competit, contra quem non praescribitur nisi per spatium centum annorum, *cap. ad audientiam, de praescript.* vbi Pano. mitan. *numer. 11. ibid. art.* 10. de quo Socin. *in dicto cap. significasti, num. 42.* Perez *in l. 2. titulo 1. lib. 3. ordinamenti, glossa 1. quaest. vltim.* Mandos. *de signat. gratia, loco suprà citato.*

24 Plures sunt casus, in quibus exempti subsunt ordinarijs. Primus quàdo exemptus est notoriè excommunicatus, nam potest tunc per Ordinarium denunciari, vt tuetur, secundùm aliquos, Andrea, & Dominic. *in capit. 1. de priuilegijs, lib. 6.* Imola *in Clement. ad cōpescendas, de sequestrat. possess.*

Secundus, quòd exempto delinquenti potest praefigi terminus ab Episcopo, infra quem se debeat praesentare suo iudici, ex Dominico *in cap. quamuis, §. inferiores, de electio. in sexto.*

Tertius, quod in his, quæ sunt instituta contra hæreticos subsint exempti Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, *c. ad abolendam, §. final. de hæreticis.*

Quartus ponitur *in cap. 1. §. in eos, de priuileg. lib. 6.* quòd exempti subsint Ordinarijs in his quę pertinent ad curam, & regimen Prioratuum ordinarijs eisdem subiectorum.

Quintus ponitur *in Clementina, quia contingit, de religiosis domibus*, circa negligentiam, vel defectum supplendum collatorum hospitalium, etiam circa exempta.

Tandem ex Tridentino Concilio Regulares in multis subsunt Episcopis. Primò, quantum ad ministerium prædicationis, quod exercere non possunt extra suas Ecclesias absque ordinarij licentia, *sessione 5. cap. 2. de reformat.* de quo infrà *de prædicatoribus nu. 2.* Secundò quantum ad correctionem religiosi extra claustrum delinquentis, *sess. 6. c. 3. de reformat.* de quo suprà *de Episcopis, num. 8.* Tertiò, circa visitationem beneficiorum curatorum, quæ sunt monasterijs annexa, *sessione 7. cap. 7. de reformat.* Quartò, quantum ad exemptos extra monasterium degentes in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum, *dicta sessione 25. cap. 14 de reform. regul.* Quintò, quòd religiosus sponsos sine parochi licentia copulans ipso iure suspensus maneat, quousque ab ordinario pro libito absoluatur, *sessione 24. c. 1. de Matrim. in.* Sexto, quòd ad Synodum accedere teneantur exempti, qui aliàs cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis Generalibus subduntur, *sessione 24. cap. 2. de reformat.* Septimò, quod non possint prædicare, etiam in Ecclesijs suorum Ordinū contradicente Episcopo, *sessione 24. cap 4. de reformat. vers. nullus.* Octauo, quòd Regularis inuentus sine licentia in scriptis sui superioris ab ordinarijs tanquam desertor sui instituti puniatur, *sessione 25. cap. 4. de regul.* Nonò, quòd monialis non potest exire à monasterio, nisi iusta de causa ab Episcopo approbanda, *sessione 25. cap. 5. de Regul.* Decimò, quòd Regulares curam animarum exercentes in parochijs annexis monasterijs subsint immediatè in his, quæ ad curam, & administrationem sacramentorum pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi diœcesani, *sessione 25. capitul. 11. de Regul.* Vndecimò, quod Episcopus possit procedere per censuras contra Regulares dantes, vel recipientes aliquid pro ingressu Monialis, *eadem sessione 25. capitul. 16. de Regul.* Duodecimò, circa præcedentias Regularium sedendas in publicis processionibus *sessione 25. capitul. 13. de Regul.* Alia plura sunt, in quibus Regulares subsunt Episcopis, de quibus suis in locis. *Ibidem articul. 11.* De quibus vide P. Villalobos *in p. summa tract. 35. d. numer. 1.* vbi numero 10. addit, religiosos testamentarios subesse Episcopis quoad rationem dandam de suscepta executionis officio, per *Clement. vnicam, de testamentis.*

Trid. sess. 5. ca. 2. de refor.
Sess. 6. ca. 3. de refor.
Sess. 7. c. 7. de refor.
Sess. 25. c. 14. de Regul.
Sess. 24. c. de ...
Sess. 25. c. 4. de Regul.
Sess. 25. c. 5. de Regul.
Sess. 25. c. 11. de Regul.
Sess. 25. c. 16. de regul.
Sess. 25. c. 13. de regul.

De Exeptione quoad superiores Ordinis.

25. EPiscopus, vel alius inferior à Papa (excipe legatum à latere) nō pōtest assumere sibi socium Regularē, vel eundem compellere ad quid muneris peragendum absque expresso sui superioris consensu, ex Leone X. pro Minoribus, & Gregorio XIII. pro Societate Iesu, de quo in Bullario, idque conforme videtur iuri communi Clement. 1. §. ad hæc, ibi, ad claustrum reuocandi, de statu monach. superior autem ex magna causa deputet huiusmodi socios, puta pro auctoritate monasterij, vel Religionis, iuxta *cap. non pastoris 2 quæst. 7.* Auct *tom. 2. quæst. 64. artic. 1.* De quo Pelagius *de Planctu Ecclesiæ cap. 69. pag. 139. col. 4.* Nauar. *in cap. statuimus num. 13. & comment. 4. de Regul. n. 15.* Idem post Baldum *in rubric. de maiorit. & obedient. num. 3.* Abbatem *capit. quanto, num. 1 de officio ordin* & alios docet Sanchez *lib. 6 Decalo, cap. 13. numer. 98 & 99.*

Bulla 4. Leon 10. & bul. 1. Alex. 4. & bul. 14. Sixti 4. n. 19. Comp. Societ. verbo exempt. §. 3.

26. Episcopi, & alij in dignitate cōstituti requisiti à prælatis Minorum, vel à Commissarijs Romanæ Curiæ aut ab alijs Fratribus ad id deputatis possunt examinare litteras Apostolicas exemptionis quascūque alicui Religioso concessas, Item vt compellant Fratres translatos ad Canonicos Regulares temerè, seu fraudulenter, vel vt seculares incidentes, ne in locis, vbi domus, & monasteria Ordinis extiterint, permanere permittant, ac volentes ibidem manere, ad claustrum redire cogant, ex concessione Iulij II confirmata per Tridentinum Concilium. *ibidem art. 2.* Ad quod Sanchez *lib. 6 decalogi cap 7. à num* 108. vbi agit de pœnis transeuntium ad laxiorem religionem, de quibus *in Clement. 1 de Regular.*

Trid. sess. 23. c. 5. de reform.

27. Regulares ab Ordinis obedientia exempti per Sedem Apostolicam non possunt morari in domibus, seu Cōuentibus sui Ordinis, aut in illis, officijs, & negotijs se intromittere, ex prohibitione Clementis IV. pro Minoribus, & Sixti IV. pro Carmelitis, addēs pœnam excommunicationis ipso facto contra admissos, & admittentes, nisi consensus Generalis interueniat. *ibid. 7.* Ad quod Sanchez suprà *cap. 6 n. 33. 37.*

Bullar. Bulla 26. Sixti 4. n. & bul. 4. 3. nu. 32. & bulla

28. Indulta Apostolica, quibus Capellani aliquorum Principum erant exempti à iurisdictione suorum prælatorum, sublata sunt per Tridentinum Cōcilium. Vnde Religiosus quocunque officio fungens, etiam Regis, vel Sedis Apostolicæ Capellanus non eximitur à sui superioris obedientia, sed eius correctioni, & visitationi in omnibus, per omnia subest, ex Gregorio XI. & Bonifacio IX. apud Bullarium. *Ibidem art. 4.* Ad quod in simili vide P. Miranda *tomo 1 quæst. 32. art. 5.*

4. Pauli 4. Trid. sess. 24. ca. 11. de refor. bulla 1. Greg. 11. & bul. 5. Innoc. 4. & bulla 14. Sixti 4. n. 18. Ge. nu. 47 nu. 22. n. 3. & 8. exo. 19. & 3. reg. 8. & 9. & 1. Esdræ 7. nu. 24.

De Exeptione quoad tributa, et exactiones.

29. Libertas Ecclesiarum, clericorum, & Regularium quantum ad impositiones Principum secularium, & ad non soluendas gabellas de fructibus, & redditibus Ecclesiasticis, & beneficijs est de iure diuino, iuxta sententiā doctissimorum virorum, quod & plurimi Pontificum confirmarunt, capit. cum nobis in fin. de decimis, cap. 1. & 2. cap. ea quæ, & toto titulo de censibus, cap. non minus, cap. aduersus, de immunitat. Ecclesiarum, & præcipuè cap. quanquam, de censibus in 6. vbi expressè definit Bonifacius VIII. hanc immunitatem esse de iure diuino. Vnde Regulares, etiam boni possidentes contra sui Ordinis institutum, ex concessione Apostolica, omninò exemptos esse ab huiusmodi tributis, & exactionibus per priuilegia Apostolica, nec posse grauari à Principibus secularibus, vel Ecclesiasticis collectis, & oneribus, certi iuris est. Pro quo extant apud Bullarium amplissimæ concessiones Alexandri IV. Eugenij IV. Pij 4. Pauli IV. Gregorij XIII. & aliorum Pontificum, in quibus grauissimæ pœnæ maledictionis æternæ, & anathematis appo-

Bull. 30. Alex. 4. bul. 29. Euge. 4. bul. 7. Pij 5. n. 24. bull. 24. Greg. 13.

nun-

bu.1.Vrb. 9. bul.5. Bene.12.a bulla.1. Greg. 10. bul. 14.n. 36.& bul. 33.nu.35. Sixti 4. Comp. Societ. verbo exemptio §.8. Trid. sess. 23. ca. 18. de refor. Bull bull. 18.Sixti 5. & bu. 24. Pij 5. Trid. vbi sup. Bull. 44. & 45. nu. 18. Leon X.

nuntur cōtra quoscunque impositores, & exactores decimarum, etiam Papalium, & quarūcunque aliarum exactionum soluendarum à Religiosis. Vbi etiā Pius V. exemit Collegia, & monasteria Mendicantium à contributione pro seminarijs, quæ ab Episcopis exiguntur, iuxta decretum Tridentinum. *Ibi tom. 2. q. 65 art. 2. & 3* De quo Couar. *Tract. cap. 31.* Lupus *de potestate Ecclesiæ quæst. 2. Bart. in l. semper, ff. de immuni ac. Eccl.* Ferret. *tract. de Gabell. & vectigal. num. 564* Vide de hac materia. Comitol. *lib. 3. respons. moral. quæst. 95* Suarez *de legibus libr. 5. capit. 13. & de censuris disput. 21. sect. 2. à num 99.* agens de excommunicatione in Cœna Domini contra imponētes clericis tributa, & Portel *verb. tributum, & in addit. à num. 1.*

30. Fratres, seu Milites Hierosolymitani, vulgò *Maltenses* nuncupati sunt exempti a solutione quarumcunque decimarum, exactionum, & aliorum quorumcunque onerum, etiam charitatiui subsidij, & à contributione pro seminario puerorum educandorum, per plura priuilegia confirmata per Sixtum V. & Concilium Tridentinum, de quo Portel *d. verbo tributum. nu. 3 in fine.*

31. Fratres, & Sorores Tertiarij Beati Patri nostri Francisci apud proprias domos habitantes in sæculo ad collecta, tributa, exactiones, & alia onera tenentur sicut meri laici. At Tertiarij vtriusque sexus collegialiter viuentes in monasterijs, & sorores virginalem, aut castam vidualem vitam ducentes expresso voto, & sub habitu Ordinis in suis domibus exempti sunt ab hoc onere, gaudent enim priuilegijs Ordinis, cuius habitum tertiæ Regulæ gestant ex constitutione Leonis X. in Concilio Lateranensi relata apud Bullarium. *ibid. art. 5.* & nos dicemus infrà latius *de Tributis num. 11 & de Tertiarijs num. 5.* De quo Bartol. *in l. semper § quibusdam de iure immunitat.* Bald. *consil. 312. volumine 1.*

32. Prædicta onera imponentes, & exigentes à Regularibus incidunt in excommunicationem ipso facto, quod si moniti pertinaciter perseuerent, à solo Papa absoluendi sunt per priuilegium factum Minoribus apud Compendium Societatis *verbo exemptio, §. etiam* Quę pœna ad Reges, & Principes, ac alias, quascunque personas, & communitates etiam extenditur, ex Leone X super quo Ordinarij, & Nuntij Apostolici tenentur Religiosos defendere, etiā per censuras Ecclesiasticas, ex priuilegio concesso congregationi Montis Oliueti apud Compendium Cister. *tit. exemptio §. 6. & 8 ibidem art. 6.* De quo Syluest. *verbo, immunitas.* Idem docet Portel *dicto verbo, tributum num 3.* vbi refert ex Capucino in Compendio quandam satis rigorosam Pij V. Bullam contra imponentes, & exigentes quæcunque tributa, & onera ab Ecclesiasticis, & in addition. ad dubia num. 1 & 2. resoluit ex cap. non minus, de immunitat. Eccles. ad releuandas communes necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, posse Ecclesiasticos subsidia conferre, dummodò in fiat de consensu Romani Pontificis, cui id reseruatū extat in cap. aduersus, eodem titulo. Bonum autem commune (addit numer. 8) pro quo possint imponi ea tributa Ecclesiasticis, non sufficit quod eos tangat solùm in genere, vt pro constructione pontium, murorum, & similium, sed oportet, vt in particulari ad ipsos spectet, vt pro constructione viæ propè suam domum, vel obuiatione ignis, aut fluuij comminantium agros, & prædia Ecclesiæ. Ad quod refert Nauarr. *in summa cap. 17. numero 102.* Sosa *in Bulla Cœnæ cap. 19. disput 92. & 93.* & Azor *tomo secundo institut. moral. lib. 9 capit. 12. quæst. 1 §. in dubium vocatur*, vbi agens de gabella, quæ vulgò, *Sisa*, dicitur, & solet imponi in carnibus, & vino ab communem Reipublicæ necessitatem, resoluit non posse exigi ab Ecclesiasticis: quia id eorum immunitati saltem indirectè videtur nocere, ex eo quòd coguntur, vel carius emere, vel aliunde emere. Quapropter, inquit, vsu receptum est multis in locis, vt Ecclesiastici talem gabellam non soluant, vel si soluant, ad exitum anni Princeps, vel Respublica damnum resarciat pecuniaria compensatione. Vnde benè infert idem Portel *ibidem num. 7.* incidere in

Comp. societ. v. exēptio, §. 8.

Comp. Cister. §. 6. & 8.

cen-

censuam latam in Bulla Cœnæ Domini imponentes tributum indifferenter, & generaliter omnibus ementibus, verbi gratia, carnes, aut vinum, nam id videtur, saltem indirectè imponi clericis, & Religiosis, cùm obligent omnes ementes soluere, & ab omnibus exigi id ipsum faciant: in dicta autem bulla prohibetur talis impositio, vel exactio tributorum, siue directè, siue indirectè fiat. Imò aliqui extendunt dictã censurã ad recipientes à sponte dantibus, moti illis verbis bullæ: *sic imposita, etiam à sponte dantibus recipiunt.* Sed hoc intelligit Suarez statim citandus de illis qui petunt tributa à clericis tanquã debita, ex *cap. quanquam, de censibus, in 6.* vbi præcipitur, quod talia tributa ab Ecclesiasticis nemo exigat, vel extorqueat, talis enim impositio, vel exactio sufficiens vis est, & coactio. Atque ita docent Suarez *de censuris disp. 21. sect. 2. num 69.* & Reginald. *in praxi fori pænitent. lib 9. num 375. ad finem.* Sayro *de censuris lib. 3. cap. 22. num. 1.* quos refert, & sequitur Portel *dicto num. 7.*

De Exemptione quoad charitatiuum subsidium.

Comp. D. Hieron. tit. subsidium.

33 MOnasteria exempta non tenentur ad huiusmodi subsidium soluendum, ex Gregorio XI. pro Ordine Sancti Hieronymi in Hispania, & Eugenij IV. pro monasterio Beatæ Mariæ de Guadalupe, & aliorum Pontificum, de quibus in bulla Sixti V. confirmatoria priuilegiorum S. Ioannis Ierosolimitani, de quo suprà num. 30. Item Ecclesiæ parochiales, & capellæ annexæ dictis monasterijs ad id etiam non tenentur, ex bullis Gregorij XIII Sixti V. suprà relatis. Et ita iudicatum fuisse in facto centum quingenta pro annalibus reddentibus cum onere missarum relictis apud Ecclesias Fratrum Minorum, refertur *tom. 2. cap. 66. art. 1 & 2.*

Sed in *dicta summa tom. 4 capit. 142. num. 4.* resoluit Auctor præfata monasteria exempta à solutione charitatiui subsidij teneri hodie ad illud soluendum, quia dicta priuilegia sunt sufficienter reuocata per Pium V. & Gregorium XIII. De quo infrà *de tributis num. 2.* adhuc redibit sermo. Idem docet Portel *in dubijs regul. verbo tributum, num. 3. §. adde quod aliqui.*

34. Monasteria omnia, & loca pia, etiam exempta (exceptis Mendicantibus, & Fratribus S. Ioannis Ierosolymitani duntaxat) tenentur cõtribuere pro Seminariò puerorum docendorum, etiam ex decimis quacunque ratione ad laicos, ex quibus subsidia Ecclesiastica solui solent, pertinentibus, id definitur in Concilio Tridentino *ibid. art. 3.* de quo Gonzalez *regula 8. Cancellar. gloss. 23. cap. 18. 5. § 7. à num. 68.* Zerola *in Praxi Episcop. 1. p. verbo Seminarium*, Barbosa *in remiss. ad Tridentin. dicto cap. 18. à num. 2.* vbi refert circa hoc aliquas declarationes Cardinalium. de Trid. sess. de refor.

35. Subuentiones datæ Regularibus Ecclesijs intuitu Religionis, & reformationis non debentur casu, quo ipsæ Ecclesiæ in statum sæcularem redigantur, argumento *cap. recolentes de statu monachorum, & capit quoniam, de priuileg.* Vnde exemptio ab exactionibus concessa propter eandem causam Religionis, & reformationis etiam deperditur. Si verò ex fundatione res, aut priuilegia illis data sunt intuitu pietatis, & necessitatis, debent apud eosdem Regulares manere, etiam si Ecclesiæ sæculares fiant, *ibidem artic. 4* de quo Rebuf. *consil. 105.* Panorm. *in cap. recolentes, notab. 2. de statu monacho.*

Pro complemento vide amplissimam exemptionem ab omnibus, & qualibuscunque exactionibus, & tributis factam à Pio V. in fauorem Mendicantium vtriusque sexus, quam vidisse authenticam testatur Auctor, ac eam de verbo ad verbum transcribit in calce dicti articuli 4. proximè relati, de quo etiam extat quædam alia Bulla Pij V. apud Bullarium. Bulla 7. Pij 5. nu. 24.

RESOLVTIO LXIV.

De Famulis, & familiaribus Fratrum.

1. FAmuli, & familiares Fratrum seruientes Monasterio auctoritate prælati, aut officialium Conuentus, vel alicui priuato Religioso, non ad eius libitum assumpti gaudent priuilegijs receptionis sacramentorum ab eisdem Fratribus, & tradendi eos sepultura Ecclesiasticæ, Clement. Religiosis, §. sanè, de priuileg. Imo & illis, qui intra septa monasterij contigerit infirmari, & curari, licèt de numero famulorum, aut familiarium non sint, possunt Fratres ministrare sacramenta Eucharistiæ, & extremæ vnctionis assensu parochi, vel Episcopi minimè requisito, ex multis priuilegijs Pontificum apud Bullarium, quæ aliquid vltra Ius commune debent operari Sed confessiones ipsorum sicut & famulorum, & familiarium præfatorum non possunt audire, nisi ab Ordinario approbati existāt ex Tridentino Decreto. Aduerte tamen, quòd dicti famuli assumpti in fraudem legis, vt scilicet priuilegijs Fratrum gaudeant, tali exemptione priuari debent, ex glossa *in cap. licet vobis, v. familiares domestici, de priuilegijs in 6.* Auct. *tom. 2. qu. 67. artic. 1.* Idem tradunt Miranda *tom. 1. qū. 49. art. 1. §. sed pro familiaribus*, Portel *verb. famuli, seu familiares, num. 1.*

Bull. vni. Innoc. 6. Bull. 33. Sixti. 4. n. 11. Comp. Mend. v. extrema vnctio. & v. famuli. Trid. sess. 23. ca. 15. de refor. In Bull. bulla 7. Alex. 4. & bulla 14. Sixti 4. n. 10. & 29. Comp. Min. v. interdictū, 3. §. 1. & 6.

2. Iure communi attento dicti famuli apud suam parochiam, aut ad sepulcrum maiorum sepeliri debent, nisi alibi eligant sepulturam. Sed ex concessione Alexandri, & Clementis IV. possunt sepeliri in Monasterijs, quibus inseruiunt, etiam non electa sepultura, ac parocho recusante, nec non tempore interdicti, & cessationis à Diuinis ea solemnitate, qua sepeliuntur Fratres, *ibidem articul. 2.* Idem tradit Portel *vbi suprà, num. 3.*

An autem possint excommunicari, vel interdici ab Ordinario huiusmodi famuli, vide suprà de *excommunic. numer. 9.*

3. Tempore interdicti, aut cessationis à Diuinis possunt admitti dicti famuli ad Diuina, ibique recipere Ecclesiastica Sacramenta, ac sepulturæ tradi Ecclesiasticæ, per dictum priuilegium Alexandri, & Clementis IV. *tom. 2. q. 115. art. 1.* de quo Portel *vbi suprà d. num. 3.*

4. Fratrum Minorum seruitores, & Monialium S. Claræ seruitrices habent plenariam indulgentiam semel in vita, & in morte de reseruatis, & possunt lucrari indulgentias Romæ, & Portiunculæ dicendo quinquies, *Pater noster*, cum totidem *Aue Maria, & Gloria Patri*, ad finem cuiusque in Ecclesijs Fratrum, & Monialium, sed debent habere ad id lucrandum Bullam Cruciatæ, vbi publicatur, ex Sixto IV. *ibid. artic. 4.* de quo Portel *vbi supra num. 2.*

Monumēta, Ordin. concess. 96. fol 66.

RESOLVTIO LXV.

De Festis Diebus.

1. OMnes, & quęcunque personæ Ecclesiasticæ, vel Regulares possunt solemniter celebrare cum processione festum Corporis Christi in Dominica infra octauam ipsius festiuitatis, nec ab aliquo super eo possunt molestari, aut impediri sub grauibus pœnis excommunicationis latę sententię, suspensionis, & interdicti, cui bus Ordinarij requisiti præsidium defensionis præbere tenentur, etiam cum inuocatione brachij secularis, si opus fuerit, ex constitutione Gregorij XIII. *ibid. tom. 2. qū 68 art. 1.*

In Bull. bul. 39. Greg XII.

2. Fratres totius Ordinis Minorū, ac omnes Moniales eidem Ordini subiectæ possunt solemniter celebrare festum

stum Sanctissimi nominis Iesu cum suo proprio officio à Sede Apostolica approbato quartadecima die Ianuarij, recitantibusque dictum officium, vel illi interessentibus, ac dicentibus quinquies Orationem Dominicam, cum salutatione Angelica, conceduntur eædem indulgentiæ, quæ concessæ sunt pro festo Corporis Christi, ex concessione Clementis VIII. apud Bullarium. Quo frui possunt per communicationem omnes alij Fratres, & Moniales Mendicantium, & qui eorum gaudent priuilegijs. Pro quo aduerte, quod Moniales sub cura, & regimine Fratrum Minorum degentes, etiam si diuersi Ordinis, & instituti sint, gaudent eodem priuilegio, quales sunt Commendatariæ Illustrissimi, & Religiosissimi monasterij Sancti Ioannis Baptistæ apud præclarum oppidum, Estremoz, nuncupatum, à Serenissimo Principe Domino, ac Domino Ludouico Magni Emanuelis Regis Portugalliæ filio constructi, quæ, inquam, Dominæ Commendatariæ Malcenses per breue Apostolicum in fundatione sui monasterij obtentum gubernationi, & obedientiæ Fratrum Minorum subsunt. Eodem priuilegio gaudet Monasterium insigne S. Vrsulæ Salmanticensis, licèt non sit sub cura Ordinis, ex concessione Pauli III. ibidem art. 2.

Bull. 3. Clem. 8.

3 Festum S. Bonauenturæ Episcopi, & Cardinalis celebratur in tota Ecclesia sub ritu Duplici, & sub titulo Doctoris ad quatuor Ecclesiæ Doctorum, per Bullas Sixti IIII. & Sixti, & Sixti V. apud Bullarium. Festum verò S. Antonij de Padua celebratur in tota Ecclesia sub Ritu semiduplici, & apud nos Minores solemniter cum Octaua per Gregorium IX. & Sixtum V. Item Festum S. Didaci in toto Ordine Minorum celebratur solemniter cum Octaua ad instar aliorum sanctorum Ordinis in Ciuitate verò, & Diœcesi Hispalensi, & Toletana, vbi in oppido Complutensi requiescit eius corpus, sub ritu Duplici, ex indulto Sixti V. & Clementis VIII. apud Bullarium, ibid. art 3. 4. & 5.

Bull. 1. & 28. Sixti 4. & bull. 4. Sixti 5. bul. 5. Greg. 9. Bul. 5. & 10. Sixti 5.

4. Festum S. Francisci à Paula fundatoris Ordinis Minimorum celebratur sub duplici ritu in toto Orbe Christiano, ex indulto Sixti V. Festum verò Sanctorum Martyrum Placidi, & Sociorum celebratur sub officio simplici, in ciuitate verò & Diœcesi, ac Prouincia Massanensi sub duplici, item inuentio eorundem Sanctorum in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ Massanensis sub eodem ritu, ex indulto Sixti V. ibidem art. 6. & 7.

5. Festa S. Nicolai Tolentini Ordinis D. Augustini, & S. Petri Martyris Ordinis Prædicatorum celebrantur sub ritu semiduplicis, ex recognitione Clementis VIII. super nouo Breuiario, qui etiam B. Iacinthum sanctorum Catalogo adscripsit, & mandauit eius festum celebrari die decima sexta Augusti, apud Bullarium extat Bulla Canonizationis huius sancti, ibidem art. 8. & 9.

Bul. 24. Clem. 8.

6. Festum B. P. N. Francisci ex præcepto Gregorij IX. & Sixti IIII. celebratur in tota Ecclesia sub ritu Duplici & sub præcepto obseruationis, & abstinentiæ ab omni opere seruili, quod licèt apud aliquas partes Hispaniæ nō obseruetur ex causa vindemiæ, & periculi superuenientis pluuiæ, maior tamen gloria, & honor accrescere videtur ipsi Seraphico Patri, quod ab omnibus ferè fidelibus eius festum obseruetur ex mera deuotione, & pietate. In quo lucratur indulgentia plenaria visitando Ecclesias Ordinis, ex Sixto V. apud Bullarium, *tom 2 q 69 art 1.* Idem notat Portel. *in addit. ad dubia verb. festi dies, nu.* 5. quidquid de dicto præcepto lato à Sixto IIII. dubitet Suar. *tom. 1. de Relig. lib 2 cap. 9 num. 22. in fine.*

Bull. bull. 2. Greg. 9. & bull. 8. Six. 4.

Bul. 16. Sixti. 5.

7. Item festiuitas Stigmatum eiusdem B. Seraphici P. Francisci (quæ varijs Pontificum diplomatibus stabilita satis, & exaltata sunt) à Fratribus, & Monialibus Ordinis sub duplici etiā officio celebrari licet, ex indulto Nicolai 4. & Sixti IIII. qui post Alexandrum IV. apposuit excommunicationem Sedi Apostolicæ reseruatam contra temerè affirmantes B. Franciscum nullatenus his sacris Stigmatibus insignitum fuisse, & contra ea abolentes, aut abolere facientes, item præcepit, quòd nullus sanctus, aut

In Bull. bul. 8. & 9. Greg. 9. bul. 6. & 12. 19. & 25. Alex. 4 Bul. 6. & 7. Six.

aut sancta, Beatus vel Beata cum huius modi Stigmatib. depingatur, & ne quis audeat populo prædicare, vel aliàs scriptura, aut verbo asserere aliquem sanctum, vel sanctam talia Stigmata habuisse, excepto B. Francisco, sub pena quoque excommunicationis Papæ reseruatæ, & priuationis ab officio legendi prædicandi, & confessiones audiendi ibid. art. 2.

8. Dominus Paulus V. ob magnam deuotionem ergaSeraphicum Sanctum concessit Anno Domini 1615. vt in vniuersali Ecclesia ab omnibus tam Ecclesiasticis, quàm Regularibus hæc sacrorũ Stigmatum festiuitas possit sub ritu Duplici celebrari die Decimaseptima Septembris. Deinde idem Dominus Paulus V. concessit nobis Minoribus, vt possimus recitare de dictis sacris Stigmatibus semel in quolibet mense prima die non impedita festo nouem lectionum extra tempus Quadragesimæ, & Aduentus, & quod officiũ diceretur sicut prius fuerat approbatum, & concessum pro vniuersali Ecclesia sub die 28. Augusti, Anni 1615. Ex quibus patet quod hæc sacra Stigmata, eorumque impressio in corpus B. Francisci sunt approbata, & Canonizata per Sedem Apostolicam, præcipiendo, seu concedendo, vt anniuersaria solemnitate eorũ memoria recolatur à cunctis fidelibus die 17. Septembris, quo die ipse Christus Dominus in forma Seraph. alati eidem sancto huius modi sacra vulnera mirabiliter impressit signãs corpus eius signis Redemptionis nostræ, vt canitur Ecclesia quæ, in quã assignatio diei festi facta ab Ecclesia fuit, ad ipsa Stigmata celebranda, proponenda ac veneranda ab omnibus fidelibus, de quibus tot, tantique Pontifices testimonium tam authenticum præstant, Canonizatio enim non solum fit, de sanctis sed etiam de mysteriis, vel assignatione festorum, in qua datur testimonium publicum à Papa de sanctitate, festo, vel mysterio, & in quo non potest errare tanquam re ad fidem concernente, vt sa tis eruditè probat P. Ægidius lib. 1. de Conceptione Deiparæ, fol. 9. & libr. 3. fol. 307. citans Suarez, & refert Portel. verb. Stigmata, num. 6. in fine. Octo Bullas Pontificias in confirmatione sacrorum Stigmatum præfatorum refert Bartholomæus à Pisa lib. 3. conformit. fructu 3. confor. 31 fol. 210. Litera O. & P. vbi ad finem addit, quod supposita determinatione Romanæ Ecclesiæ hoc est firmissimè tanquam verum tenendum, & oppositum vt erroneum, seu hæreticũ ab omnibus despiciendum. Eædem Bullæ habentur in Bullario nostri Auctoris loco infrà citando resolut. 132. num. 1. Addit etiam ibidem Pisanus litera N. quod Stigmatizatio B. Francisci est per ipsum Dominum Iesum Christum authentica, & approbata, quia per ea multa sunt à Deo patrata miracula: item & per B. Mariæ reuelationem factam cuidam deuoto Fratri de eorum certi udine.

Ampliatur, & illustratur doctrina Auctoris circa Stigmata B. F.

Ex quo etiam consequenter deducitur, nemini esse dubium hæc sac a sigjlla Dei viuentis impressa fuisse corpori Seraphici Patris non ab Archangelo Michaelo, vt quidam diuinatoriè autumauit, nixus eo quòd tunc Sanctus ad honorem ipsius Michaelis ieiunium peragebat,) sed ab ipso Rege Angelorum Domino Iesu Christo, cùm id maximè sit approbatum, & Canonizatum ab Ecclesia quæ est columna veritatis, vt constat ex præfatis Bullis Gregorij IX. Alexandri, & præcipuè Sixti IIII. qui in Bulla Canonizationis horum sacrorũ Stigmatum apertè affirmat, ea recepisse ab ipso Christo Domino, idemque testatur Bartholomæus à Pisa lib. 3. Conformitatum, fructu 31. fol. 304. column. 2. in medio, alias fol. 209. in antiquis column. 4. litera D. ad initium, vbi refert B. P. N. Franciscum apparuisse cuidam deuoto Fratri, eumque de hac re certiorem fecisse, dicendo: scias igitur, quòd ille, qui mihi tunc apparuit, non fuit Angelus, sed fuit Dominus meus Iesus Christus in specie Seraph. qui sicut vulnera ipsa sacra in cruce suscepit corpore, ita manib. suis benedictis in corpore meo impressit, cui consonat illud [illegible] tat Ecclesia in Hymno Officij huius sancti: Ad quem venit Rex è cœlo amictu Seraphico, sed alarum tectus velo, &c. Ita

Viegas in Apocal. c. 12. sect. 18. nu. 8. Pla. 5. 5. Bol. bul. 7 Sixti 4.

Ita latè tradit, & probat Auctor tomo quarto Addit. Summæ capitul. 115. numer. 5. de quo etiam Portel. verbo Stigmata à numer. 1.

Tandem in laudem, & honorem tanti Patris, & Domini mei B. Fräcisci operæ pretium duxi referre hic verba, & testimonium Doctissimi, & Deuotissimi viri F. Vbertini de Cassali in sua Arbore vitæ Crucifixi, lib. 5. capit. 1. fol. 205. colum. 3. vbi affirmat B. Franciscum, & eius Religionem fuisse adumbratos in illo sexto signaculo, quod aperiri vidit B. Ioannes Euangelista Apocalypsi ca. 6. addens vltrà, quòd illa verba eiusdem Apocalypsis, cap. 7. Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis habentẽ signum Dei viui. Intelligẽda sunt ad literam de Seraphico Patre, ipsumque intellexisse, & vidisse in spiritu prophetiæ præfatum B. Euãgelistã, qñ dicta verba p̃tulit. Verba formalia Vbertini sic hñt.

Præclarũ testimoniũ F. Vbertini, de B. Frãcisco.

Et idcircò dixi tibi suprà, quòd hic sextus status respicit singulariter Christi tempus, in cuius figura in apertione sexti signaculi, vidi, ait Ioannes, alterum Angelum ascendentem ab ortu solis habẽtem signum Dei viui; & hic & dicit Abbas Ioachim super Apocalypsim. Angelus iste est ille, quem Christus per concordiam respicit futurus in principio tertij status. Sic ergo patet, quòd illuminatio data Ioachim dicit, in principio sexti status, vnum Angelicum virum mundo dari, quem Christus per concordiam respicit, quia vitæ Christi renouator singularis apparebit, & ego audiui à solemni Doctore illius Ordinis, quod F. Bonauentura tunc Generalis Minister, & Doctor solemnis, præsente præfato Doctore, qui mihi dixit, quòd in Capitulo Parisiẽsi solemniter prædicauit, quòd ipse erat certus, & certificatus, quòd B. Franciscus erat Angelus sexti signaculi, & quòd ad literã de ipso, & de eius statu, & ordine Euãgelista Ioãnes intellexit, & quòd in spiritu ipsũ vidit, quãdo prædicta verba protulit, & suorum filiorum perfectè Christum imitantium Collegium aspexit in omnibus senarijs huius libri, & hic prædictus Frater Bonauentura ibidem cum maximo feruore asseruit; vt ab illo audiui (si memoria me non fallit) scire se certissimè per solemnes, & indubitabiles reuelationes talib. personis quod de hoc nõ poterat dubitare. Hæc Vbertinus Bernardinus de Bustis addit id suo Rosario 2. part. Sermo. 27. eidem S. Bonauenturæ fuisse factam eam reuelationem, vt ipse Seraphicus Doctor cum iuramento affirmauit, cùm legeret Parisijs. Hoc idem sentit Abbas Ioachimus suprà relatus ab Vbertino, qui fuit Archiepiscopus, & Patriarcha Venetiæ, vir vtique sanctitate, spiritu prophetiæ, & eruditione pollens, floruitque pluris ducentis annis ante felicem ortum B. Francisci, quem ipse Ioachimus, sicuti ipsi reuelatio Diuina monstrauit, iussit opere Mosaico effingi super fores sacristiæ D. Marci apud Venetos, vt modò solet apud nos depingi indutus habitu subcinericij coloris, chorda cinctus, pedibus discalciatus, & Stigmatizatus in volis, plantis, & latere, ad instar Stigmatum Saluatoris, vt refert idem Bernardinus dicto sermone 27. Idem traditur ab illuminato sacrarum literarum interprete cõsummatissimo F. Bartholomæo de Pisis in 1. libr. Conformitatum vitæ B. Francisci ad vitam Iesu Christi, fructu, & conform. 2 part. 2. fol. 17 col. 3. vbi in apertione sexti sigilli dictum capitul. 7. Apocalyp. exponit cum S. Bonauentura de B. Francisco, quem tunc tẽporis, ait, Ioannes Euangelista inspexit. Pro quo tandem facit quod Leo X. in Bulla Vnionis, sic nuncupata scriptum nobis relinquit, vt in principio explicat, & accommodat præfata illa verba Ioannis, Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, &c. B. Franc. Oriente iam sole (inquit Pontifex) misit ipse Pater familiàs (id est, Iesus Christus) Angelum illum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei viui B. Franc. &c. Refertur apud Bullarium inter Bullas Leonis X.

Bull. bul. 1. Leo. 10 num. 1.

Et ne aliquid excellentiæ, & tanti priuilegij retroactis sæculis non concessi (vt inquit D. Bonauentura) exaltationi deesse videatur, & Religio Seraphica præ-

præcipuis, & singularibus fauorib. exaltata ab omnibus decoretur, ac Deus in sanctis suis mirabilis maximè laudetur, placuit referre hic aliud singulare, necnon inauditum priuilegium in fines seculorum reseruatum à Domino ad solatium, & decus Fratrum Minorum verè filiorum Patriarchæ pauperum tunc ab Antichristo ob nomen Iesu Christi varijs tormentis tentandorum, quod habetur lib. 1. conformitatum fructu 9. fol. 33 t. col. 1. § tertio habuit, impressionis nouæ, vbi refertur reuelatum fuisse Fratri Rufino, à B. Francisco, quòd Fratres apparebunt in die iudicij cum Stigmatibus, & in fine, scilicet tempore Antichristi habebunt Fratres quamplurimi stigmata. O verè pater, & Patriarcha pauperum euangelicorum pauper, & humilis cœlum diues iam ingressus es, & tui spiritus filij verè pauperes, & humiles te secuti virtutibus diuites paradisum etiam ingredientur, & egredientur in occursum Domini simul cum Patre Stigmatibus decorato. O mirabile dictu, & auditu quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile. Hæc dixisse sufficiant in laudem Stigmatum Seraphyci Patris, plura vtique dicturus, ne falcem in alienam segetem mittere videar, vide infra de sacris Stigmatibus B. Franc. num. 2.

Bull. Bul, 24. Sixti 4. Bul. 10. Leo X, 9. Fratres Minores possunt solemniter celebrare festa quinque Martyrū Marrochij, ex concessione Sixti IV. & septem etiam Martyrum Ceptæ, in suis duntaxat Ecclesijs, sub duplicis maioris ritu, ex Leone X. apud Bullarium. Et sub eodem ritu possunt celebrare festa sanctorum titularium suarum Ecclesiarum, etiam si sint de se simplicia, ex eodem Leone X. Qui etiam concessit Monialibus S. Claræ sub cura Fratrum Minorum degentibus, vt possint celebrare festa B. Agnetis, & vndecim millium Virginum sub ritu duplicis maioris, ibidem art. 3. & 4.

10. Religiones possunt celebrare festa propria suorum Sanctorum consueta celebrari apud se cū officijs proprijs à Sede Apostolica approbatis, vel approbandis, aliàs de communi, si non habent propria, seruata tamen forma Breuiarij Romani noui reformati, etiam si huiusmodi festa apud Kalendarium nō existant, vt patet ex Rubricis generalibus ipsius Breuiarij. Vnde non est ablata facultas prælatis Regularibus recitandi de alijs sanctis etiam si non sint sui ordinis, de quibus antea recitare cōsueuerant, secluso omni priuilegio post dictas Rubricas impetrato, vt fit apud nos Minores de sancto Gabriele Archangelo, & S. Ioachimo, ex mandato Congregationis generalis Segouiæ celebratæ anno Domini 1621. ibidem articulo 5.

11. Clemens VII. concessit Fratrib. Minoribus, vt vbique degentes possint celebrare festa, quorum sancti sunt protectores terrarum, vel sub quorum nomine earum Ecclesiæ intitulantur sub duplici ritu, respectiuè tamen. Extat apud Bullarium inter viuæ vocis oracula Clementis VII. §. vltimo. Pro quo notā, quod dicit, respectiuè, id est, quod possint celebrare festa Sanctorum titularium in Ecclesijs eorum nomini dicatis tantùm & non in toto Ordine, vel Patronorum in terris, vbi sunt patroni, seù protectores, ibidem d. art. 4. de quo Portel. in addit. verb. Horæ Canonicæ, num. 2. Suarez tomo 1. de Relig. lib. 2. c. cap. 11. num 3. Bulla inter oracula Clem. 7. §. vlr.

12. Ex Tridentino decreto Regulares exempti tenentur seruare dies festos, quos in Diœcesi seruandos Episcopus præceperit. Festa tamen per populū votata, etiam confirmata ab Episcopo non tenentur obseruare, secluso scandalo. tom. 2. quæst. 70. art. 1. de quo Nauar. cap. 21. in manual. num. 80. vide Suarez vbi supra dict. cap. 11. vbi de festis seruari solitis in aliquibus diœcesibus agit. Trid. sess. 25. c. 12. de regul.

13. Non est licitum Regularibus in diebus festiuis occupare sæculares in operum seruilium exercitio apud sua monasteria, nec ipsimet occupari, ac ideò prælati id permittentes, & ipsi laborantes peccant, nisi aliqua necessitate præsente, aut eminente excusentur, vel petant licentiam ab Episcopo, nullo enim ad id priuilegio Apostolico muniūtur. Ex concessione tamen Eugenij IV. in

festis

festis S. Crucis, S. Michaelis Septem-
In Bull. bris, sanctorum Innocentium, & S. Syl-
orac.7. uestri licitè laborare possunt sęculares,
Eug. 4. nisi venerint in Dominica, ibid. art. 1. de quo Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 4. Nauar. c. 14. nu. 45. in man. Ad quod vide Suar. vbi supra c. 19. vbi num. 6. & seq. sup ponit, necessariam esse dispensatio nem, vt possint operarij in templo ædificando laborare, vel aliud simile facere pro Ecclesiæ vtilitate, secus non licere, etiam si fiat gratis sub pietatis prætextu. Ad quod etiam vide c. licet, & glossam in c. fin. de ferijs, vbi propter necessitatem datur licentia in diebus festis operi seruili intendere.

14. Diectis diebus festis ab Episcopo indictis tantùm tenentur Regulares abstinere à seruilibus, ac Missam audire, non autem ritus in recitando Officio diuino, & celebrando Missarum solemnia iuxta sui ordinis instituta relin
Trid sess. quere, debent tamen se conformare in
25. ca. 12. concionibus ad populum Euangelijs,
de Reg. quibus clerus secularis talibus diebus
Bulla sub vtitur. Nec circa id tenentur obedire
Clem. 8. Episcopo præcipienti quidquam. Ita declaratum est Romæ à congregatione Cardinalium sacrosancti Trident. Concil. interpretum super c. 12. §. dies etiã festi, de Regul. & refertur in Bull. sub Clemente VIII in principio inter declarationes Cardinalium, §. congregatio Capitul. censuit.

In quibus festis suspendatur interdictum, vide infrà de interdicto, numer. 22. 25. & 26. & quæ indulgentiæ lucrentur in festis sanctorum suorum apud Ecclesias Regularium, vide *de indulgentijs à num. 48.*

RESOLVTIO LXVI.

De Feudo.

1. Feudum est concessio rei immobilis facta pro homagio, vt colligitur ex capit. ex diligenti, de simonia. Comp. Roderici. Vel aliter, est beneficium alicuius rei inuestitura interueniente sic concessæ, vel datæ alio, vt dominium penes concedentem maneat, vtile transeat ad feudatarium cum obligatione, seu pacto præstandi seruitium directo domino, vt notatur in iure *lib. feudorũ, tit. in quibus causis feudum amittatur, c. vnico, & tit. de inuestitura de re aliena facta, c. vnico. Antl. t. 1. q. 38. art. 3. et t. 2. q. 71. art. 2. & q. 78. art 12. §. tertio probatur*, de quo Hostiens. & Azor *in dicto c. ex diligenti, de simonia*, Sylu. *verbo, feudũ, §. 2.* vbi tradit, in quo distinguitur ab emphyteusi.

2. Monachi, & monasteria bona feudalia habere licitè possunt, quando seruitium præstandum non repugnat ordini Monachali, aut non est incompossibile eorum statui, potestque per substitutum præstari. Et ex concessione Celestini V. licèt inuestitura de illis, vt solent, non fiat, non propterea cadunt in commissum, comp. Cister. §. 4. *ibid. in d. art. 3. in principio, & d. art. 12. §. tertio probatur.* de quo Decius *in c. in præsentia, à n. 74. de probat.* Idem citatis multis docet Sanch. *li. 7. de cal. c. 15. n. 36. & sequentibus*, vbi latè agit de successione monasterij in feudum, & citat nostrum Auctorem, & alios plures plena manu.

3. Milites Hierosolymitani, seu Melitenses attento iure communi non sunt capaces feudi, iuxta veriorem sententiam. At per communicationẽ priuilegiorum S. Georgij in Algala, & Cęlestinorum (si fortè ea fruuntur) licitè retinere, & possidere possunt bona feudalia, cum licentia tamen sui magistri, *tom. 2. quæst. 71. artic. 2.* de quo Alexand. *consil. 303. decisio Pedamentan. 27. num. 18.* Idem docet Sanch. *d. cap. 15. n. 49.* post Dueñas *regula 103. limitat. 6. num. 6. Tapia in authent. ingres. verb. sua cap. 15 num. 20. C. de sacrosanct. Eccles.* & alios plures relatos à Menoch. *consil. 54. numer. 1. volum. 1. & de arbitris lib. 2. cent. 3. casu 231. num. 5.*

4. In causa feudali potest monasterium conueniri coram domino feudi, quia iste cognoscit de eo inter vassallos, etiam clericos, vel monachos, mixta magis receptam sententiam, *to m. 2.*

q.62.art.10. de quo suprà *de exemptione Regular.num.9.*

5. Monasterium, etiam Monialium succedit in feudo, quando seruitium potest per substitutum præstari, etiam si habeat annexam iurisdictionem vassallorum. *tom.2.quæst.78.art.12.§.tertio probatur.* de quo Iul. Clar. *lib.5.recept. sentent.§.feudum, qu.78.nu.1.* Menoch. *de arbitrarijs lib.2.cent.3.casu 331.num. 8 & consil.519.nu.31.lib.6.* Idem resoluit Sanch. *vbi sup.d.nu.38.* post Felin. *in dict.capit. in præsentia num.47.de probat.* Dueñas *dict. regul.103.limitat.4 nu.* 4. & Tapia *vbi suprà cap.14.n 37.* quidquid ipse Sanchez *nu.42.* non assentiat nostro Auctori quantum ad feudum iurisdictionem habens, sed eius sententiam sustinent Euerard. dict. consilio 210 nu.32. Auendaño iunior l.40. taur. gloss.4.num.39. & constat ex cap. cùm dilectus, de ordin.cognit. & in facti cõtingentia sic iudicatum fuisse in senatu pinciano refert Auctor *dict. art.12. in fine.*

Firmatur sententia Auctor.

6. Monasteria possidentia bona in communi, illa infeudare, seu in feudum dare possunt, ibid.§.quarto & vltimo. Feudatarius autem ingrediens monasterium habet fructus feudi durante vita ipsius, etiam si sit Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ibidem, §. præterea, de quo Auendaño *in l.40. tauri glosa 4 n.45.* vide Auctores *num. præcedenti* citatos.

7. In renunciatione bonorũ, quantumuis amplissima, & per verba amplissima, ac generalissima facta non venit feudum, ad quod renuncians habebat, vel habere poterat ius, nisi de ipso expressa, & specifica mentio fiat, sicut nec bona feudalia veniunt in generali alienatione, obligatione, vel hypotheca. *ibid.d.quæst.78.art.14.§.tertio probatur.* de quo Couar. *in cap. quamuis pactum 2.p.§.2.n.6.* Tiraquel. *de retract. linag.gloss.3. num.9.* Idem post nostrum Auctorem cum alijs pluribus resoluit Sanchez *lib.7.decalog. capitul.7. numer.8.*

RESOLVTIO LXVII.

De Fidei Professione.

1. IVxta Tridentinum decretum, & constitutionem Pauli IV. omnes Cathedralium, & superiorum Ecclesiarum Prælati, Dignitates, Canonici, & alij beneficiarij curam animarum habentes, necnon alij quicunque prælati Regulares tenentur facere professionem fidei, & promittere cum iuramento obedientiam Romanæ Ecclesiæ intra duos menses à possessione præfecturæ, & quantum ad prædicatores verbi Dei idem fieri præcepit apud nos Minores illustrissimus Cardinalis protector Ordinis per litteras Reuerendissimi P. commissarij generalis in his Hispaniarum partibus, *tom 2.quæst.72.articul.1.* de quo Nauar. *lib.1. consil 1. titul.de summa Trinitate, & libr.2. consil. 2.titul.de iureiurando,* Garcia *de beneficijs 3 part.c.3.per totum.* Sanchez *in præcepta decalogi libr.2.c.5.à principio,* Zerola *in praxi Episcop. part.2. verbo fidei professio,* & alij relati à Barbosa *in remiss. ad Triden.in d. capitul.12. de reformat.* Trid.sess. 24. ca.12. de refor.

2. Religiosus adeptus prælaturam ex ignorantia vel inaduertentia omittens facere professionem fidei non peccauit coram Deo, & in foro animæ immunis est à pœnis præfatæ constitutionis. Imò etiam non ignorans, si intellexit, ad id minimè teneri ex eo, quia fidem iam solemniter professus fuerat, quando accepit munus prædicationis, *ibidem articul 3* de quo DD. *in capitul. ignorantia de regul.iuram.in 6.& in cap. turba §.notandum 1. quæst 4.* Nauar. *capitul.27.numer.43.& libr.1.consil.3.tit. de summa Trinitate.*

RE-

RESOLVTIO LXVIII.

De Generalib. Ordinũ.

1. MInister generalis apud nos Minores durat per sexennium, officium autem Prouincialium, & Guar-
Bulla Sixdianorum per triennium, ex decreto
ti V. & Sixti V. apud Bullarium, quod triennij
Bulla 9. tempus numeratur à capitulo in capi-
Sixti IV. tulum, & à congregatione in congre-
et Bulla 5. gationem, etiam si ex aliqua causa vl-
Pauli 4. tra tres annos protrahatur. tomo. 1. qu. 16. art. 2. de quo Miranda tomo 2. quæst. 6. art. 1. & 6. vbi cum Nauar. comment. 3. de Regularibus super cap. nullam 18. quæst. 2. num. 3. & libr. 2. consil. 1. num. 2. de causa possess. & propriet. & libr. 3 consil. 7. num 8. de statu monachorũ, resoluit multo rectius, ac conuenientius fore, prælatos generales Religionum esse perpetuos, quàm temporales.

2. Potestas iurisdictionis generaliũ, & aliorum prælatorum Regularium, sicut & Episcoporum dependet ab Ecclesiæ capite summo Pontifice mediatè, vel immediatè, ideoque illorum iurisdictionem ex causa limitare ac restringere optimo iure potest, quam si nõ restringeret, eos relinquens in plenitudine potestatis, quam habent à Deo, possent vt quæ in sua Religione, quidquid Papa in vniuersali Ecclesia, *tom. 1. quæst. 23. art. 1.* de quo infrà iterum redibit sermo *num. 9.*

3. Generales Ordinum possunt exercere suum munus reiecta quacunque subditorum appellatione circa præcepta: monitiones, ordinationes, & mandata, ex Sixto IV. pro Carmelitis apud
Bull. 37. Bullarium. Et ex Paulo IV. apud Com
Sixti 4. n. pendium Societatis verbo Generalis,
68. & bul. § 1. potest Præpositus Generalis huius
33. nu. 1. Religionis, vt primum est electus, exercere plenam iurisdictionem in omnes sibi subditos, etiam exemptos, aut quacunque facultate suffultos, *t. 2. q. 73. a. 1.*

4. Minister Generalis Minorum per decretum Concilij Constantiensis potest, & debet Conuentus sibi subditos reducere ad statum strictæ obseruantiæ conformium, iuxta declarationes Apostolicas, & statuta Ordinis, tollendo superflua vtensilia, cum consilio tamen Discretorum, quę applicanda sunt alijs conuentibus egentibus, vel commutanda, seu conuertenda in vtilitatem, & opera eorundem conuentuum, ex Eugenio IV. Sed nulla reformatio potest fieri absque Ministri Generalis, aut Prouincialium in suis Prouincijs respectiuè expresso consensu, ex præcepto Leonis X. non tamen per id tollitur, quin auctoritate Apostolica fiat reformatio sicut de facto peractum fuit à Gregorio XIII. pro Fratrib. Discalceatis Prouinciæ S. Ioseph apud Hispaniã, *ib. ar. 2.*

5. Item Generalis Cisterciensium cũ consensu Capituli potest interpretari, modificare, declarare, & exponere quęcunque dubia circa accidẽtalia Regulæ, seruatis recta cõscientia & sano intellectu illius, ne declaratio vergat in dissolutionem, ex Eugenio IV. ibid. de quo Nauar. *in commentar. de Regularibus à num. 9.*

6. Generalis non potest concedere statuta sine Capitulo, bene tamen ponere præcepta, & mandata morte ipsius finienda. Nec è contra Capitulum id potest facere in toto Ordine sine Generali. Idem iudicium est de Prouinciali, & Prouincia, nam neuter sine alio nihil potest, *tom. 1 quæst. 10. art. 1.*

7. Ministri Generales apud Minores iurisdictionẽ habent ad instar Patriarcharum, seu Primatum: Prouinciales ad modum Archiepiscoporum: Custodes ad modum Episcoporum: Guardiani autem ad instar Archipresbyterorũ, & Confessores velut parochiales presbyteri, *tom. 1. quæst. 12. art. 5.*

8. Generalibus, & Prouincialibus tanquam habentibus iurisdictionem Episcopalem reseruantur maiora negotia, vt licentiare subditos ad ordines, instituere prædicatores, & confessores, absoluere à reseruatis, dispẽsare in impedimẽtis, approbare, vel reprobare contractus, & alienationes rerum sen-

poralium, ac grauiora supplicia infligere, & id genus alia, *tom. 1. qu. 17. art. 3.*

9. Generales, & alij prælati Regulares iurisdictionem quasi Episcopalem habẽtes suam ordinariam auctoritatẽ, & potestatem habent à iure Diuino, vt aliqui probabiliter affirmant, possuntque circa suos subditos quidquid Episcopi possunt erga suos. Vnde sicut Episcopi si non essent prohibiti, potuissent in sua Diœcesi quidquid potest Papa in tota Ecclesia, vt insinuant præstantissimi Theologi, ita Generales Religionum, si non essent prohibiti, potuissent in tota sua familia, seu Congregatione, quidquid Pontifex in vniuersali Ecclesia potest facere, *ibid. art. 2. & 6.* de quo Victoria *de potest. Ecclesiæ qu. 2. num. 18.* Soto *in 4. dist. 27. quæst. 1. art. 4.*

10. Sicut nullus inferior à Papa potest transferre Episcopum de vna ad aliam diœcesim, cap. 1. & 2. de translat. Episcopi, ita Generalis, iure communi attento, nõ potest Prouincialem vnius Prouinciæ ad aliam transferre, *tom. 1. quæst. 23. art. 1.* de quo Syluest. *verbo e-jus, casu 1.* Idem tradit Portel *in addit. ad dubia verbo, Generalis Ordinis, nu. 1.*

11. Prælati Generales non possunt semel à Religione expulsos, habituque Regulari, ac priuilegijs Religionis perpetuò priuatos ad eandem Religionem iterum admittere absque facultate, & auctoritate Apostolica: sicut nec clericus actualiter degradatus restitui, nisi per Papam potest: quia post actualem degradationem clericus, & post spoliationem habitus Regularis, & actualem expulsionem à Religione monachus iã vterque transit in aliam iurisdictionẽ, quam sibi Episcopus, aut Prælati Regulares propria auctoritate vendicare minime possunt, ibid art. 4. & 5. & nos latius diximus suprà resolut. 57. n. 14. vbi resoluimus, consuetudine receptum esse, vt Generales tales expulsos ad correuersos iterum ad Religionem admittere possint. De quo Nauar. *comment. 2. de Regularibus nu. 34. & 35. & lib. 3. consil. 51. tit. de Regul.* Syluest. *verbo casus, casu 6.* Cætera require suprà *de dispensationibus*, & infra *de prælatis Regularibus*, & similibus.

RESOLVTIO LXIX.

De Guardianis in Ordine Minorum.

1. GVardiani apud Minores sunt verè prælati habentes dignitatem Ecclesiasticam, ac ideo possunt institui iudices Apostolici, eorumque iurisdictio, & potestas est similis illi, quam habent arch-presbyteri Plebani, vt suprà *de Generalibus, numer. 7. diximus, tom. 1. quæst. 12. artic. 5. & 6. Idem docent Corduua super regul. cap. 8. qu. 4. puncto 4. Portel verbo, Guardianus, num. 1.*

2. Guardianorum, Priorum, & aliorum similium Prælatorum Conuentualium, cùm sint inferiores, munus præcisum est, sicut & iurisdictio. Vnde tantùm præsunt ad minora determinandũ, maiora referendo ad prælatos superiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, argum. cap. final. de offic. archipresbyt. vbi glossa. Minora negotia, quæ de iure eis committuntur, sunt omnia pertinentia ad disciplinæ Regularis obseruantiam, & regimen ordinarium conuentus, ad quæ subditos censuris cogere possunt, iuxta quod debet intelligi *cap. nullam, 18. quæst. 2. Auctor tom. 1. quæst. 17. art. 3.* de quo Nauar. *in dicto cap. nullam num. 4.*

3. Dicti Guardiani, & alij prælati locales virtute suorum priuilegiorum habẽt plenariam auctoritatem circa suos subditos, sicut habent Prouinciales in Fratres, & subditos totius Prouinciæ, sed illorum potestas, & iurisdictio, seu vsus talium priuilegiorum per statuta Generalia, & Prouincialia prohibitus, seu restrictus extat, ac proinde cùm varia, & diuersa sint pro varietate Religionũ, consulat vnusquisque quę sui Ordinis specialia sunt, ne manum mittat in segetem alienam, aliàs reus erit culpæ mortalis, aut venialis secundùm rei grauitatem, *ibid. art. 4. & 5. & quæst. 9. art. 2.* de quo Collector Mend. *verbo,*

Guar-

Guardianus, §. 4. *& verbo, absolutio quoad Fratres*, §. 7. Corduba *in annotat. ad Compendium, verbo, Guardianus*.

4. Guardianorum, & cęterorũ prælatorum localium iurisdictio, & potestas est ordinaria, cùm beneficio iuris communis illam habeant, cap. nullam 18. quæst. 2. & de iure speciali, & consuetudine non solùm habent auctoritatem ordinariam ad causas Regulares, & domesticas, sed ad extraneas, quales sunt lites, quas laici habent aduersùs Fratres. Sed hæc auctoritas, & iurisdictio restringi, & limitari potest à prælatis superioribus, sicut istorum potestas à Summo Pontifice etiam coarctari potest. Nam licèt vtrisque data sit talis potestas iure diuino, ex sententia grauissimorum Theologorum, concessa tamen est ordine Hierarchicho, vt minores pédeát à maiorib. *ib d. a. 6*. Ad quod vide Nauar. *in c. non dicatis, n. 95*.

5. Verum est tamen quòd prælatis maioribus non licet Inferiorum potestatem restringere sine iusta causa: secus facientes iniuriam illis irrogant, ac grauiter peccant, sed factum tenet. Restrictiones autem factæ à iure & statutis Religionum, & consuetudine, ac reseruationes iustæ, & expedientes censendæ sunt, quas posse facere Episcopos, & alios superiores prælatos tam quoad forum interius pœnitentiale, quàm quoad forum exterius, & politicum, definit Tridentina Synodus damnans sub anathemate oppositũ sententes, *ibid. art. 7* de quo Nauar *in c. non dicatis, dicto numer. 95*. Soto *in 4. d. st. 17. quæst. 1. artic. 4* Corduba *libr. 1. quæst. 1. propos. 8*. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 1. num. 25 & 26*. Paulus Comitol. *respon. Moral. lib. 1. quæst. 25. nu. 10*.

Trid. sess. 14. c. 7. de Sacram. pœnit. & canone 11.

6. Dicti Guardiani, & similes prælati, & Præsidentes habentes principale regimen Conuentus benedicunt corporalia, cęteraque ornamenta Ecclesiastica, vbi Chrisma nõ interuenit per multa priuilegia, de quibus suprà *de benedictionibus num. 2. & de Abbatibus nu. 7. tom 1. quæst 19. art. 3*.

7. Officium Guardianorum non durat nisi per triennium, ex decreto Sixti V. & Pauli IV. relato proximè de Generalibus numer. 1. Prò quò nota, quòd verba posita in bulla Pauli IV. ibi, & in eodem loco non remanebunt, videntur innuere, quòd finito triennio Guardianatus non potest idem constitui præsidens cum regimine principali conuentus, ac si esset Guardianus, id enim videtur ex diametro opponi menti expressæ Pontificis, qui in prooemio bullæ ait, se velle obuiare ambitiosæ cupiditati ortæ ex continuatione officiorum in Religione, *tom. 1. quæst. 16. articul. 2*. de quo Portel *in addit. ad dubia verbo Guardianus, à num. 2*.

An autem Guardiani, & alij Prælati Regulares Conuentuum possint eligere confessorem simplicem sacerdotem, vt eos absoluat? vide infrà *num. 10*.

8. Guardianus potest absolui à reseruatis per confessorem à se electum, si ad id habet auctoritatem pro suis Fratribus absoluendis, vt de facto nũc habent ex vi sui officij, & ex litteris Guardianatus, iuxta regulam communem traditam à Doctoribus, quòd habens potestatem dispensandi cum subditis, eandem etiam habet ad dispensandum secum, tom. 1. quæst. 21. artic. 8. de quo Caiet. 2. 2. quæst. 96. art 5. Syluest. verbo, confessor, §. 8. Idem tradit Corduba *in regul. cap. 7. quæst. 2. puncto 3. §. secundo dubitatur*.

9. Guardianis habentibus auctoritatem ad casus reseruatos ex commissione Prouincialis non licet generaliter eam potestatem alijs committere, quia delegatus non potest subdelegare, nisi sit delegatus ad vniuersitatem causarũ, vel nisi id sibi specialiter concedatur; benè tamen licebit eam potestatem in casibus particularibus committere petentibus, ibid. art. 9. & nos diximus suprà de absolutione Fratrũ quoad reseruata n. 23. Vbi resoluimus, posse dictam auctoritatẽ sine restrictione committere, ex quodam priuilegio Pij V. facto Prędicatoribus, de quo P. Villalobos tom. 1. Sum tract. 9 diff 64 num. 2. & d. Portel in addit. ad addit. dubiorum. Regul. de hoc multum dubitat verb. casus reseruati, n. 2. quia apud nos Minores non est in vsu, vt Guardiani delegent suam auctoritatem pro reserua-

torum absolutione ad totum sui officij tempus, sed tantùm pro occurrenti necessitate, idémque tenet Corduba in regul. loco supra citato puncto 2. prope finem, sed sententia P. Villalobos probabilis mihi satis videtur, quia priuilegium præfatum Pij V. cùm sit perpetuũ, dat iurisdictionem ordinariam absolutè delegabilem, vt noti iuris est.

De electione Guardianorum, & Priorum, vide, *tom. 2. quæst. 53. art. 1. & 2.* & nos diximus supra *de electione à nu. 19.*

Cetera require supra *de absolutione Fratrum, de benedictionibus, de dispensationibus*, & similibus.

RETRACTATIO.

De Guardiano eligente confessarium.

10 GVardiani, Priores, & alij prælati locales inferiores non habẽtes iurisdictionem quasi Episcopalem non possunt eligere simplicem Sacerdotem, vt eos absoluat, sed approbatũ à Generali, vel Prouinciali ad audiendas confessiones, non obstante cap. vlt. de pœnitent. & remiss. Imò nec ipse Generalis, vel Prouincialis extra Ordinem possunt eligere confessorem sibi non subditum, qui non sit approbatus à suo Ordinario, idque probatur à fortiori, nam Episcopo non licet eligere confessorem sibi non subditum, nisi à suo Ordinario approbatum, per quandam declarationem Cardinalium, quam Auctor refert, tomo 4 Summæ capitul. 67. numero 19 vbi de opposito se corrigit quod scripserat, tom. 1. quæst. 20. artic. 28. Vide P. Villalobos 1 p. summ. tract. 9. diff. 15 numer 4. oppositum resoluentem quoad prælatos superiores habentes iurisdictionem Episcopalem, & quoad inferiores prælatos conuentuales, docet Suarez *t. 4. de pænitent. disp. 27 sect. 2. dub 5. & tom. 4. de Religione lib. 2 c. 22. num 8.*

An autem religiosi possint virtute cruciatæ eligere confessorem, vt eos à reseruatis absoluat? Diximus latè supra resolut. 3. numer. 24. & 25 vbi partem negantem rationibus, & multorum non infimæ notæ auctorum calculo probauimus, quam etiam nouissimè amplectitur doctissimus P. Suarez tomo 4. de Religione lib. 2. cap. 16. à numero 2. eamque probat nouo, & solidiori (meo videri) seu irrefragabili iuris fundamento. Nam, inquit, omnes ferè Pontifices ad hoc citati, in suis Bullis verbis vtuntur non tam concessiuis, quàm declaratiuis, vt patet ex Bulla Pij V. ibi: Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò declaramus, idemque habetur clariùs in decreto Gregorij XIII. pro Societate, vbi declarat, non esse, nec ferè vnquã mentis suæ, aut Sedis Apostolicæ, vt personæ Societatis, &c. Item Alexander III. in fauorem Cistercienfium similiter declarauit; non esse suæ mentis; &c. & tandem post alios Pontifices, Clemens VIII. in sua Bulla edita anno 1599. die 23. Nouembris: Perpetuò declarat concessionem cruciatę, & aliorum indultorum particularium, quantum ad articulum eligendi confessorem, & absoluendi à reseruatis in Religiosis vtriusque sexus quorumcunque Ordinum, & congregationum locum minime habere, sed suæ intentionis esse, quod in prædictis dispositioni suorum prælatorum sint subiecti. Ex quibus omnibus satis colligitur, hanc non fuisse restrictionem, sed iuridicam Bullæ declarationem, ac proinde & esse perpetuam, nunquamque reuocari, & esse vniuersalem. Quod autem sit perpetua, & valeat pro temporibus futuris, probat idem Suarez ibidem numer. 5. ad finem, quia tenor, inquit, bullarum subsequentium est omninò idẽ, & immutatus, præsertim quoad extensionem, seu comprehensionem personarum, quæ priuilegijs bullæ vti possunt, & solum certo numero annorum, v. g. sexto quoque anno, nouam à Sede Apostolica accipit confirmationem, vel renouationem, eodem, inquam, manente tenore bullæ: ergo si antea concessio cruciatæ non comprehendebat personas

sonas religiosas, vt prædicti Pontifices declarant, nec modò comprehendet, nam noua extensio ad illas non censetur fieri, nisi id explicetur noua aliqua clausula, seu verborum declaratione, vt per se patet. Hæc Suarius.

RESOLVTIO LXX.

De Graduatione.

1. MOnachi, sicut & clerici sæculares non prohibentur ad doctoratus, & magisterij gradum promoueri de licentia suorum prælatorum, nam gradus scholastici monachatui minimè repugnant. Quocirca Bonifacius IX. & Innocentius VIII concesserunt generali ordinis Prædicatorum, vt in quolibet Capitulo generali vni ex fratribus in Theologia prouecto, ac per generalem, & diffinitores, vel per magistros ad id deputatos, præuio examine, & idoneo inuento magisterij honorem, & docendi licentia conferri possit, seruatis tamen conditionibus Concilij Viennensis, & alijs solemnitatibus consuetis: qui taliter graduatus omnibus gratijs, priuilegijs, libertatibus fratribus ordinis eiusdem Parisiensibus magistris in Theologia concessis, frui, & gaudere valeant, ac si in eodem Parisiensi studio huiusmodi magisterij gradum recepisset. tom. 2. qu 74. artic 1. de quo Nauar. consilio 2. titulo ne clerici, vel monachi, Salzedo in pract. capit. 59 iuxta finem, idem Nauar. in cap. non dicatis, num. 33. Idem post nostrum Auctorem, & Caietanum, Felinum, Syluestrum, & alios plures resoluit Sanch. 2. lib. 6. decalogi cap. 14. numer. 44 vbi & num. 45 addit cum eodem nostro Auctore, posse religiosum etiam promoueri ad doctoratum in iure Canonico, imò & in iure ciuili, quia, inquit, capit. non magnopere, & cap. super specula, ne clerici, vel monachi, solam auditionem iuris ciuilis, aut medicinæ interdicunt, & non promoueri ad gradus in his facultatibus. Pro quo aduerto, quòd in dict. cap. non magnopere, interdicitur religiosis legere physicam, & leges ciuiles. Vnde si gradus doctoratus ad legendum eas facultates ordinetur, procul dubiò ad illum promoueri non poterunt, ex vi dictæ decretalis, & eius mente.

2. Martinus V. prohibuit Fratribus Minoribus posse conferri gradum magisterij in aliqua vniuersitate, nisi cursus per constitutiones Apostolicas, & ordinis instituta perfecerint, & alias ad dictum gradum obtinendum idonei existant. Secus facientes gradu, & honore magisterij careant, ac lecturis, & actibus, gratijsque magistralibus ipso facto priuati existant, & ad eadem de cætero inhabiles. Idemque statuit, si gradum receperint extra vniuersitates à generali Capitulo ad id specialiter electas, & deputatas. Quod tenentur superiores & alij prælati, vel Capitula obseruare, & obseruari facere sub pœna excommunicationis. *ibid. artic.* 2 Idē docet citato Auctore Sanchez *vbi suprà num.* 47.

3. Fratres Prædicatores de obseruantia Congregationis Hispaniæ magisterium, seu alium quemcunque gradum in sacra Theologia (nisi ad id per capitulum expositi fuerint) assumere quoquo modo præsumentes, vel aliter promoti pro non promotis habentur, & ad huiusmodi gradus inhabiles manent, ex decreto Innocentij VIII. Quæ pœnæ non comprehendunt promotos sine tali expositione capituli ante notitiam huius constitutionis, vel postea, si per obliuionem, incogitantiam, aut animi simplicitatem sine dolo fecerunt: quia lex pœnalis contra præsumentes non ligat, nisi dolosè, & præsumptuosè facientes. Nec item extenduntur dictæ pœnæ ad fratres non reformatos, seu nō obseruantes dicti ordinis, neque ad reliquos religiosos. *ibid. art.* 3. Idem docet cum nostro Auctore Sanchez *vbi suprà num.* 49.

4. Scholares societatis degentes in aliqua vniuersitate, vel studio generali, si præuio rigoroso, & publico exa-

mine idonei reperti fuerint, rector autem vniuersitatis gratis promoueri eos recusauerit, à præposito generali, vel de eius licentia à quouis ex præpositis, ac rectoribus collegiorum cum duobus, vel tribus Doctoribus, seu magistris per eosdem eligendis ad quoscunque gradus promoueri possunt: extra vniuersitates verò absoluto suorum studiorum cursu, ac præuio examine eodem modo possunt graduari, ex Iulio II. apud Compend. Societ. Quod Pius IV. apud bullarium extendit ad scholares extraneos in dictis Collegijs studentes, quos præuio examine, & approbatione posse per Rectores, aut studiorum præfectus, & cancellarios promoueri ad dictos gradus concessit, quod etiam confirmauit Gregorius XIII. qui taliter graduati gaudent omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, quibus gaudent in vniuersitatibus iuxta solitos ibi vsus promoti. Rectores verò Vniuersitatum super hoc Præfectos Collegiorum Societatis, aut Scholares prohibentur molestare sub excommunicationis pœna, per Pium V. apud Claudium in dicto Compend. tit. Scholæ §. 3 & titulo, gradus §. 5. ibidem art. 4. & 5. Idē docet Sanchez vbi suprà numer. 48. vbi num. 46. notat Religiosum missum à superiore ad literas addiscendas censeri quoque licentiam habere, vt ad doctoratus gradum promoueatur, ac proinde expensas in tali gradu factas teneri monasterium soluere, idque tenere Nauar. comment. 2. de Reg. num. 2. §. tertiò dico, & Surdum *de aliment. tit. 8. priuileg. 97. num. 4. & 5.* asserit.

Comp. Societ. titul. gradus §. 1. & 2. Bullar. Bull. 5. Pij 4. n. 2. & 3. Bullar. Bul. 22. Greg. 13. n. 3. & 4.

RESOLVTIO LXXI.

De Habitu Regulari.

1. INter leges, quæ Regularibus ferè omnibus communes sunt, illa est, ne lineis indusijs vestiantur, capit. cùm ad monasterium, de statu Monachorū. Quali autem habitu debeant vti, vnaquæque Religio suam regulam, & statuta cōsulat. Apud Fratres Minores forma habitus, & indumentorū quoad colorem, & vtilitatem panni arbitrio superiorum relinquitur, per Extrauagantem, quorūdam, de verborum significatione, in qua Ioannes XXII. prohibet, ne Fratres habitus strictos, curtos, & difformes ab alijs eiusdem ordinis Religiosis deferant, quod ad mandatū generalis ministri in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub excommunicatione deponere iubet. Vnde habitus, quibus modò vtuntur Minores de Obseruātia, sūt quidē iuxta formam præscriptam in regula B. P. N. Francisci, & declarationibus apostolicis à capitulis generalibus Ordinis ita declarati, & præscripti. Nec alijs strictioribus, & vilioribus licet ad libitū Fratres vti, nisi à Sede Apostolica habeant ad id facultatem specialem, in qua specialiter derogetur dictæ Extrauaganti Ioannis XXII. melius enim est obedire, quàm sacrificare, & Deo in simplicitate, & puritate cordis in vestibus honestis seruire, quàm in vestitu nimis squalido, abiecto, & inusitato intentos in se hominum oculos facere (vt inquit Augustinus) & iactantiam (ne dicam ambitionem) ex contemptu cultus corporis, & ex ipsa paupertate colligere. to. 2. qu. 76. art. 1. de quo vide Cordub. in reg. c. 2. qu. 22. puncto 3. vbi verba refert Martini V. cōstitutiones, c. 2. qui ait: Quòd nō debent vestes nostræ esse adeò prætiosæ, vt videntes eas notare debeant curiositatem, vel vanitatem, neque ita viles, & grossæ, quòd videntes eas ad terrorē horrorē & derisum inducant. Notāda certè verba tāti Pōtificis.

D. Aug. hom. in Matth. c. 6. Nota verba Martini V.

2. Professi ordinum militariū, si sunt clerici, vel milites beneficia ecclesiastica, vel pēsiones obtinentes, tenētur deferre habitum, & tonsuram clericalem, & contrauenientibus graues pœnas iniungit Sixtus V. apud Bullariū, qui cæteris militibus permittit vestibus communibus vti cum insignijs, aut numismatis suæ militiæ proprijs, super quo consulantur statuta militiarum, ibid. art. 2.

Bullar. p. 164. & 167.

3. Monachus assumptus ad curam Ecclesiæ sæcularis nō absoluitur à delatione

ne habitus regularis, cum id non adnerfetur officio curatus. Vnde vtens habitu clericali sęculari, ita vt non appareat Monachus, de hoc erubescens ob vanitatem, reus erit culpę mortalis, & nodo excommunicationis ligatus existet, nā in Tridentino Concilio nulli Regulari datur licentia occultè deferendi habitum suæ Religionis, nisi ex causa rationabili, vt tenet communis Doctorũ, ibidem art. 3. de quo Syluest. verb. habitus, nu. 5. & verbo, excommunicatio 8 excommun. 24. not. 3. Suarez tom. 5. disp. 23. sect. 4. num 34 Regin. in praxi for pœnit. lib 18. nu 406. Cruz de stat. Relig. lib 1 cap. 7. dub. 4. & c 2. dub. 4. Idem docet Sanchez lib. 6. decalogi c. 6. num. 30. & nos diximus suprà resolu 15. num 9.

Trid. sess. 24. ca. 19. de Reg.

4 Nulli deferre licet habitum alterius religionis, aut ita consimilem, vt credatur professus illius ordinis, compellique potest ab ordinario per censuras ad eum deponendum, quod exequi tenentur requisitus à Fratribus sub pęna suspensionis ipso facto incurrenda, ex Innocentio, & Clemente IV. pro Minoribus, & Cælestino V. pro Cistercienfibus. Super quo interpositum fuit quoddam decretum à Pio, & Sixto V. confirmatum per Gregorium XIII. teste Capuccino in addit. ad compend Mendicantium, cōtra Fratres Ioannis de Deo, & fuit emanata quædam executorialis sententia à Patribus Obseruantiæ apud consilium supremum Matriti, ibid. art. 4. Idem citato Auctore docet Portel. verbo habitus num. 6.

In Bulla Innocent. bull. 1. Innocent. 4. bull 14. Sixt. IV. num. 27. compen. Cist. v. habitus, §. 2

5. Apud Minores gestare habitum à caputio dissutum absque contemptu non est peccatum, quidquid aliqui nimis zelantes regularem disciplinam dicant, cùm id nullibi in regula repetiatur prohibitum, ibid. art. 5. de quo Corba in regul. cap. 2. q. 10. puncto 2. & q. 22 puncto 3. in fine.

6. Nulli religioso professo licet habitum suæ religionis temerè dimittere sub excommunicationis ipso facto pęna, ex Bonifacio VIII. in cap. vt periculosa, ne clerici, vel Monachi, libro 6. Sed hæc censura non incurritur ob qualemcunque dimissionem habitus, nisi fiat in conspectu multorum sine iusta, & rationabili causa, vel ad perpetrandum scelus aliquod mortiferum, vel ad tantum tempus, aut ob talem causam, ac rationem, quod iudicio boni, & prudētis viri habitum dimisisse iudicetur. Ita debet intelligi, & declarari dicta decretalis Bonifacij VIII. & alia similis constitutio Innocentij VIII. facta pro Congregatione Cisterciensi, in qua in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub excommunicatione latæ sententiæ reseruatæ Papæ præcipitur deferri habitum iuxta eius antiquā statuta ordinatam, tam intra, quam extra monasteriū, ibidem art 6 de quo Syluest. verbo, excommunicatio 9 casu 15 quæst. 6. Nau. cap. 27 num. 131. Rosella verbo, excommunicatio, excommunicatione 16. Idē docent Suarez de censuris disput. 23. sect 4 à num. 26. & post multa ad hoc tradita latè Sanchez lib 6 decalogi, c. 8. à num 38. & nos diximus suprà resolut. 11. num. 2. & 21. vide Portel. verbo habitus, num. 4.

7. Sæcularis vtens veste religiosa, si ex leuitate, & sine irrisione, vel turpitudine fiat, non est iudicandus mortalis peccati reus; secus si causa ludibrij, vel vituperij faciat, vt quando defertur lasciue; vel apparenter, vulgo dicitur, en mascara, tunc enim videtur omninò mortale, & punitur grauiter in authentica, de sanctissimis Episcopis coll 9 § vltimo. Similiter quando tali veste vtuntur Mimi, & Histriones exercentes vituperosa, ibidem art. 7. de quo Syluester. verbo habitus, num. 5. Corduba in addit. ad comp. rit. habitus. Idē docet Portel. verbo habitus, n. 3 vbi refert quandam legem Regiam Portugalliæ libr. 5. ordinat. tit. 93. contra portantes in ludis, & iocis habitum ordinum militarium sub pęna pecuniaria, & carceris pro prima vice, & exilij, vel alia arbitraria pro secunda.

8. Curati, & Rectores, seu parochi Ecclesiarum impedimentum quoquomodo afferentes volentibus sepeliri in habitu Fratrum Minorum incidunt in excommunicationem reseruatam

tum d'apta, si canonicè munitiperficiāt,
Bull 14. ex Sixto IV, apud Bullarium. Ad solos
Sixti 4 n. autem Guardianos, aut ad priores in
48. ordine prædicatorum, & similis modo
ad alios prælatos conuentuales in alijs
religionibus, vel ad alium de eorūdem
commissione pertinet dare habitū ad
sepulturam, ex bulla antea Sixti IV. &
Bul 20. Leone X. apud Bullarium ibidem art.
Sixt. IV. 8 & 9. Idem late docet Portel. verbo,
& Bulla habitus, num. 2. & verbo, sepultura, nu.
22. Leon. 8. & 9. & in addit. num. 2. refert ad hoc
X. quandam bullam Clementis VIII. con
tra parochos Indiarum Occidentalium
petentium maiorem eleemosynam pro
illis qui sepeliuntur apud nos Minores,
quam pro illis, qui apud parochiales
Ecclesias eligunt sepulturam, idque sub
pœna excommunicationis reseruatæ
Sedi Apostolicæ, & refertur in bullario Bulla 11. Clementis VIII.

Bullar. 9. Leo X. concessit indulgentiam
Bull. 2. plenariam omnium peccatorum mo-
Clem 8. rientibus, & sepeliendis in habitu Fratrum Minorum, vel sororum tertiæ regulæ S. Francisci sub obedientia eiusdem ordinis degentium. Qui Pontifex etiam declarauit sufficere habitū prædictum petere, ac super se vsque ad mortem habere, & in eo sepeliri, etiā si ante mortem illo non induatur. Mittò alias minores indulgentias concessas decedentibus in habitu aliorum Ordinum, de quibus in Compendio Mendicantium titul. communicatio priuilegiorum, §. vlt. & tit. indulgentia, quoad sæculares, §. 4. & 23. ibidem art. 10.

10. Habitum Fratrum Mendicantiū osculantes lucrantur quinque annos, & totidem quadragenas, quas de iniūctis sibi pœnitentijs relaxauit Ioannes XXII. in sua concessione facta Ordini Prędicatorum, ibidem artic. 11 de quo Collector Mend. tit. indulgentia quoad sęculares, 6. §. 9. qui ait in ista indulgentia, contineri duo mille, & septuaginta quinque dies indulgentiæ, & idē refert Portel. in addit. ad dubia verb. habitus, num. 4.

11. Fratres Tertiarij Franciscani de Pęnitentia nuncupati in Congregatione viuentes apud Regnum Portugal. tenentur portare habitum distinctū in forma, & colore ab habitu Fratrum Minorum secundum formam præscriptam à Cardinali Mathæo Ordinis Protectore, & confirmatam per Clementem VIII. sub præcepto Obedientiæ, & excommunicationis latę sententiæ, ac priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa perpetuò, & mandat prælatis, ne aliter permittant habitum gestare. De quo in Bullario, & in Com-
pend. verbo, Tertiarij, § 18. & nos ite- Bull 14.
rum repetemus infrà de Tertiarijs, nu. Clem. 8.
1. & refert etiam Portel. in dub. 1. verbo, habitus, num. 5.

RESOLVTIO LXXII.

De Hæreditatibus ad Regulares delatis.

1 COmmunior, & probabilior sententia tenet hæreditatem Monacho relictam immediatè Monasterio acquiri, neque fore necessariam ipsius Monachi aditionem, quia per professionē omnia iura monachi, omnisque eius voluntas translata sunt in monasterium, ita vt nulla amplius voluntas illi super sit, cap. non dicatis, & cap. nolo 12 q. 1. cap. si Religiosus, de electio in 6. Vnde monasterium potest adire hæreditatē inscio, & inuito monacho. Imò si ea non adita, nec repudiata, decederet è vita, transmitteretur illam ad monasterium, quod quantum ad hoc habetur loco filij, cui hæreditas delata potest eo ignorante, & inuito adiri à patre, l. vlt. in initio, C. de bonis quæ liberis. Monachus igitur potest adire hæreditatem cum consensu Abbatis, & non aliter; Abbas verò per se solus potest adire, etiam monacho hærede instituto reluctante, tom 2. q. 77 ar. 1. de quo Bartol.

in

in l. 1. numer. 22. C. de hered. instituend. Abbas, Imola, & Canonistæ in cap. in præsentia, de probat. Maranta in l. si po test. num. 130. ff. de acquirend. heredit. Idem docent Molin. tom. 1. de iustit. disput. 140. colum. 8. §. non solum bona, Iulius Clarus lib. 3. receptarum, §. testamentum, quæst. 30. in fine, Spino in Speculo testam. gloss. 12. princip. num. 19. & 20. Zecchius de Republica Ecclesia 1. tit. de Regul. cap. 3. num. 14. ampliat 9. & alij ferè innumeri, quos cum Auctore refert plenè Sanch. lib. 7. Decalog. capit. 12. à num. 36.

2. Monachum non posse exhæredari à Patre ex causa ingratitudinis ante professionem commisse, tenent plures. Quod debet intelligi, quando ingratitudo respicit directè ipsum solum filium. Secus si respicit personã patris, velut si filius percusserit ipsum patrem, tunc enim per ingressum Religionis non tolli talem ingratitudinem probabile est, & hoc modo debet moderari sententia affirmantium, posse exhæredari, ibidem art 2 de quo Couar. in capitul Rainutius, num. 20 de testament. Tiraquel de priuilegijs piæ causæ, priuilegio 20. Manuel à costa in l. Gall. §. & quod si tantum, 3. part. à num 195. q. 5 Idem vniuersalius docet Sanch. li. 5. Decalogi, cap. 5 nu. 33. vbi latè probat, vniuersas præteritas exhæredationis causas aboleri professione, ita vt filius ob nullam illarum possit exhæredari. Quia, inquit, indistinctè id decisum est ob Religionis fauorem in cap final 19. quæstion. 3. qui textus desumptus est ex constitutione nouellæ 123. quæ quidem continet ius Cæsareum, non quodcunque, sed nouissimum, ac proinde anterioribus omnibus derogans. Atque eam reperiri in emendatioribus codicibus probat latissimè Couarr.

in capitu. Rainutius, initio, num. 20. & 21. de testamen. & in 4. Decretal. 2. p. 7. §. 4. nu. 12. Hæc Sancius. Hanc eandem sententiam in proprijs terminis sustinent Albas consil. 27. num. 1. & 2. Costa loco supra citato, Molina tom. 1. de iust. disp. 176. dub. vltimo, & pro eodem sunt alij idem indistinctè affirmantes. Hi sunt glossa l. Deo nobis, §. hoc etiam verbo, quasi, C. de Episcop. & cler. & dict. cap. final. verbo, ingratitudinis, vbi Turrecrem. num. 1. Cardin. Clem. fin. nu. vltim. quæst. 11. de Regul. D. Antonin. 3. par. tit. 16. cap. 2. §. 4. column. vltima, versic. item nota, Leonard. de iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 11. nu. 87. in fine, noster Auctor tomo. 1. quæstion. 13. articulo tertio, §. Vnde non est dubium,

& alij plures, quos refert, & sequitur idem Sanchez dicto num 33 vbi num. 34. idem quoque priuilegium existimat tribuendum esse simplicibus votis nouitiatus emissis apud Societatem Iesu. Nec expulsum, addit, post professionẽ, aut ea vota simplicia in pristinam ingratitudinem semel abolitam reincidere. Sed hoc vltimum satis dubium mihi videtur, quia sicut illegitimus per professionem factus legitimus quoad Ordines, si Religionem deserat, vel ab ea expellatur, maximè declarata nulla ea professione reincidit in eandem illegitimitatis irregularitatem, vt dicemus infra resolut. 76. num 7. ita pariformiter iste post desertam Religionem, & expulsionem ab ea, cùm iam maneat absolutus à monachatu, ac si nunquam professus fuisset, videtur reincidere in pristinam ingratitudinem, quæ ad instar professionis reuocabilis non fuit absolutè, sed reuocabiliter abolita.

3. Non valet statutum excludens filiam à successione patris, si ingrediatur Religionem, sicut nec pater filium exhæredare potest ex eadem causa ingressus futuri in Religionem, est enim impeditiuum perfectionis Euangelicę acquirendæ, & per consequens contra libertatem Ecclesiæ, ibidem articulo 3. de quo Paulus Castrens consil. 335. Idem docet loquens de statuto excludente à successione Monasterium Sanchez lib 7. Decal. capitulo. 16. numero 19 & in proprijs nostris terminis defendit, & multis traditis tenet, tale statutum quocunque modo excludẽs ingredi volẽtes, vel iã ingressos

Re-

Religionem esse omnò irritũ, & iniquũ, *eodem lib.7.cap.12.num. 18.& 19.& refert ad id præter nostrum Auctorem, Dominicum, cap. quamuis pactum, num. 10. de pactis, in 6. Alciat. auth. cassa, numer.8.C. sacrosanct. Eccles. Salicet. l. Deo nobis, §. etiam cognitum, numer. 4. C. de Episcop. & cler. Couar. de pactis, 3. par. §. 2. numer. 4. § illud sanè, Hondedeus consil. 11. num. 14. volum. 2. Zeuallos in qq. communibus, quæst. 42. 3. fine*, & plures alios, ibi tamen nu. 19. addit valere statutum ciuile præferens masculos in successione fœminis, nec obstare, quamuis fœminæ aliquæ effectæ essent moniales, adhuc enim ea lege ligarentur, & ipsæ postponerentur masculis, cùm quia, inquit, lex generaliter ob bonum publicum edita, nec mentionem clericorum, aut Religiosorum faciens, nec in illorum fauorem edita (qualis est hæc) ligat æquè illos, ac laicos, cùm quia cum tam seculares, quàm clerici ex iure ciuili ius succedendi habeant, & ex eodem iure legitimæ assignentur, poterunt quidem per legem generaliter editam non facientem mentionem clericorum, priuari in aliqua parte iure successionis ante delatam hæreditatem. Atque ita hanc partem sustinent Molina alios allegans, lib.2. de primog. cap.10. num. 81. & 82. Baeza de non melior. filiorum, capitul. 14. num. 32. quos refert, & sequitur ipse Sanchez dicto, num. 19.

4. Substitutio facta sub conditione, si sine liberis decesserit, tenet, si apparet de mente expressa testatoris voluisse monasterium excludere, in quò professus est filius sine liberis mortuus, cui substitutus fuit alter, vt si dicat, si sine liberis legitimis, & naturalibus, & ex vero, & legitimo matrimonio, vel ex corpore suo procreatis, &c. secus si constat de mente ipsius testatoris noluisse excludere Monasterium, vt si dicat simpliciter si sine liberis decesserit, iuxta cap. in præsentia, de probat. vbi DD. latè, tunc enim excluditur substitutus, si est extraneus, sed non filius, quem ad successionem paternam ratio naturalis, & pietas paterna vocare censetur potius, quàm monasterium, argumento, l. scripto, ff. vnde liberi, l. filio, ff. de liber. & posthum l. cum auus, ff. de condit. & demonst. Nomine monasterij intellige semper in causa hæreditatis monasterium capax bonorum in cõmuni, etiam si sit Mendicantium, quorum Monasteria (exceptis Minoribus de obseruantia, & Capuccinis) possunt bona in communi possidere, ex Decreto Trid. Concilij, ibid. ar. 4 de quo Iaf. *consil. 101. volumn. 2. Old. ad consil. 95. numer. 8. Idem docent Paul. in auther. nisi rogati, num. 3. C. ad Trebell. & l. 5. in principio, num. 5. C. de Episc. & cler. Rom. l. fin. num. 35. C. de pactis, Beroi. in suis qq. quæst. 34. numer 4. Couar. 1. var. cap. 19. numer. 11. Man. de coniect. vltim. vol. um. lib. 11. tit. 7. numero. 7. & tit. 8. num. 3. Florez de Mena ad Gamã decis. 319. circa 3. consil. Gut. Canon. lib. 1. cap. 32. numer. 6. Spino in Specul. testa g. gl. 12. princ. num. 29. Mol. to 1. de iust. disp. 190. col. 13. §. quando quis*, quos, & alios quamplures refert, & sequitur Sanchez libro 7. Decalog. capit. 16 num. 8. vbi cum præcitatis auctorib. resoluit, rationem decisionis dict. cap. in præsentia, de probat. legitimam eam esse, quia præsumit ius in fauorem Religionis æquè cum filijs grauati dilexisse monasterium, ac proinde sicut fauore filiorum excludit substitutum, quasi defecta ea conditione, si absque liberis decesserit, ita præsumit fore, vt si substituti memor tunc esset, excluderet quoque substitutum, grauato, profitente in Religione. Quare ex hac iuris præsumptione ea conditio, si absque liberis decesserit, substituo Titium, pro non scripta habetur, quatenus est in monasterijs præiudicium. Trid. sess. 25. c. 3. de reg.

Item quoad alterã partẽ nostræ resolutionis, nẽpè nõ excludi substitutum, quando constat de expressa contraria testatoris voluntate, aut ex certissimis coniecturis deducta, idem tradunt Bal.

in l. fin. initio num. 1. & 2. C. de Episc. & cleric. vbi Paul num. 5. & in a th. n. nisi rogati, num. 3. & vlt. C. ad Trebell.

idem

idem Bald consil. 196. num. 1. lib. 1. & consil. 107. num. 13. volum. 1. Menoch. latissime de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. à num. 2. vsque 26. Meres de maior. 2. p. quæst. 3. n. 3. 4. & 22. in 1. edit. Medices, mors omnia soluit, 3. p. numero 49. Lelius Zechius de Republ. Eccles. tit. de Regularibus, cap. 3. num. 14. ampliat. 45. Benedict. Ægidius in l. Titia si non nupserit, 100. parte prima numero 54. ff. de condition. & demonstr. quos, & alios ferè innumeros refert, cũ Auctore nostro, & sequitur idem Sanchez vbi supra num. 12. vbi à numero 13. limitat suprà tradita, vt non procedant in Monasterio succedendi incapaci, qualia sunt Monasteria Minorum de Obseruantia, & Capuccinorum, & numero 6. addit, statim à die professionis in Religione incapaci admitti substitutum exclusis professi illius hæredibus, & numeris seqq. vsque ad 38 ponit alias limitationes pro successione Monasterij, in quibus substitutus admittitur, vt quando Monasterium repudiat hæreditatem; vel nouitius deserit Religionẽ, aut obijt ante professionem, vel postea, ea irrita declaratur, item quãdo alia pia causa est substituta, non tamen ista admittetur, inquit, vsque ad naturalẽ professi mortem, & interim Monasterium habebit bona. Tandem, numero 38. & 39. limitat cum Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 3. & libro 11. tit. 7. num. 13. in fine, Menoch. in 4. præsumpt. 83. numer. 43. & nostro cum Auctore, & alijs pluribus nisi substitutus in testatoris filius, tunc enim succederet ille excluso Monasterio, ex d. l. cùm auus ff. de condit. & demonst. vbi deciditur, descendentem grauatum restituere hæreditatem post eius mortem, non
Trid. sess. 25. c. 3. de Reg. teneri restitutioni, si ipse liberos habeat, ratione tacitæ conditionis quæ inesse præsumitur, nisi liberos habuerit, quod habere verum quamuis Ecclesia, aut alius pius locus substituatur, multis citatis probat ibidem num. 31. vsque etiã extendit, num. 40. vsque ad 44. ad substitutum testatoris descendentem, qui quidem præfertur Monasterio ex eadẽ ratione, maxime in hoc Castellæ Regno, respectu tertiæ bonorũ partis quæ est legitima ascendentium, nec potest alienari extra descendentes superstites testatoris, per l. 27. Tauri, quæ hodie est l. 11. tit. 6. lib. 5. Nouæ Recopil. Item & id ipsum extendit, num. 44. ad substitutum de familia testatoris exprimentis in testamento, velle ea bona perpetuò in familia conseruari: tunc enim excluderetur Monasteriũ, quod quidem incapax est conseruandæ agnationis, & familiæ. At bona illa retinebit Monasterium, dum monachus, cui substitutio facta est, vixerit, & tandem limitat cum nostro Auctore, & alijs quamplurimis, nisi appareat, testatorem de filijs veris, & naturaliter genitis intellexisse, quia vbi habemus clarum testatoris sensum ex eius verbis, non admittitur quæstio voluntatis, l. ille, aut ille, §. cum in verb. ff. de leg. 3.

5. Religionis ingressus in articulo mortis non excludit substitutum sub conditione: si sine liberis moriatur hæres, nam licèt monasterium loco filij habeatur hæc tamẽ interpretatio iure pietatis, & Religionis fauore inducta non est ita latè accipiendã, vt cedat in præiudicium alterius, argumento cap. ex tenore, de foro co[illegible]. & cap. nuper, de don. inter vir. etiam si alias de fraude non cõstet, nam suspecta censetur adeò festinatio, quæ alteri damnum infert, vt colligitur ex cap. de his, de sepult. Auctor ibid. art. 5 de quo Sarmiento, tom. 2. selectarum lib. 7. cap. 2. nu. 7. Idem docent in proprijs professionis huius terminis Bald. authen. nisi rogati, num. 24. C. ad Trebell. vbi Cornelis num. 13. & in dic. cap. in præsentia, num. 51. Decius consil. 28. num. 17. volum. 1 Guillel. Bened. c. Raynutius, verb. si absque liberis, cap. 1. num. 10. & verb. in extremis positus, n. 25. de testam. Sarm. lib. 7. select. capit. 6. num. 10. quos cum nostro Auctore refert, sed iam sequitur Sanchez vbi supra num. 58. & probant ex l. familiæ mex. ff. soluto matrim. vbi habetur, quod vbicunque actus, per quem alius excluditur, celebratur in articulo mortis, præsumitur in eius fraudem gestus. Sed oppositum sustinet, & defendit Sanchez citato loco, num. 59. motus quia talis pro- Firmatur & ampliatur doctrina Auctoris.

fessio

fessio non est perspicuum fundis indicium, nec præsumendum est, quenquam adhuc superstitem velle rebus omnibus spoliari, & maximis Religionis oneribus subijci, vt post mortem suam excludatur substitutus, eo maximè, quod in eo articulo nemo suæ salutis immemor præsumatur, l fin. C. ad l. Iul. repetund. & cap. sancimus, 1. quæst. 7. & ad l. filiæ meæ, Citatam pro opposito respondet, intelligi quando actus in articulo mortis gestus non esset morienti vtilis, atq; alteri noceret, tunc enim in dubio potest fraus præsumi: secus quando morienti, & monasterio est vtilis, vt cõtingit in præsenti, tunc enim longe abest fraudis præsumptio. Prima sententia auctoris in rigore, & speculatiuè loquendo probabilis apparet, sed ista posterior tanquam magis pia fauore Religionis probabilior quidem mihi videtur, eamque satis confirmat Sanchez d num. 59. vbi antecedenter à numer. 54. vsque ad 62. resoluit generaliter quandocunque constet, grauatum ingressum esse Religionem animo fraudandi substitutum, illum non excludi, quia fraus sua nemini patrocinari debet, cap. sedes, de rescriptis, & argum. capit. 2. de renunc. in 6. addit que hanc fraudem in dubio non præsumi, sicut in dubio non præsumitur delictum, l. merito, ff. pro socio, & subiungit à numer. 58. ex quibus coniecturis hæc fraus deprehendi valeat, inter quas ponit præcipue duas, nempè, si grauatus ille comminatus esset substituto, fore vt in illius odium, & exclusionem ingrederetur Religionem, vel si ante professionem alienarit omnia bona sua.

6. Licet Monachus per professionẽ liberetur, & eximatur à patria potestate, quia transit in potestatem Abbatis, vt communis sententia tenet per Gloss. in l. si ex causa §. Papinianus ff. de minoribus, nihilominus ipse succedit patri ab intestato vt suus hæres, nec vllã patitur capitis diminutionem, vt colligitur ex l. Deo nob. §. 1. C. de Episc. & cler. & quoad ius succedendi, expresse ex l. fi. § hoc nisi C. de episc. & clericis, constat, ibid. ar. 6. de quo Tiraq. de vtroque retractu §. 1. gl. 8. nu. 19. & in l. si, inquam, verbo, susceperit filios, nu. 45. C. de reuoc. don. Pirel. l. 1. p. 1. num. 46. de bonis maternis. Idem docent Bart. cum communi in dict. l. si ex causa, §. Papinianus, alias Pomponius, verbo, cum statum, num. 4. Card. in Clem. fin. 6. quæst. 11. de Regularib. Nau. commen. 3. de Regularib. num. 41. Couar. in cap. quia nos, nu. 5. de testam. Gomez l. 48. Tauri num. 7. fine, Costa in cap. si pater, 2. p. verbo testatore mortuo, num. 11. de testam. Mol. tom. 1. de iust. disp. 140 col. 5. §. verùm autem, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 5. decalog. c. 5. nu. 29 & quod per professionem non amittat monachus iura suitatis, & agnationis, sed succedat patri tanquam filius hæres, trãsmittendo monasterium iura suitatis, sicut transmitteret ad alios hæredes, constat ex l finali, C. de episcop & cler. c. s, vbi dicitur perinde hunc succedere, ac si Religionẽ ingressus non fuisset, & notant ibi DD. vnanimi fere cõsensu teste eodem Sanchez lib. 7 decalogi c. 11. n. 5. seqq. vbi nu. 8. id intelligit in monasterijs, in quibus religiosi non habent in particulari bona, si enim illa habeant, vt sunt monasteria Tertij ordinis Diui P. N. F. & Diui Dominici, non succedit monasterium. Pro quo citat Ang. Sylu. Tab. & Greg. Lopez l 17. verb. Enij arecdado, tit. 1. p 6 Ex quib deducit nu. 1. integrum esse patri meliorare hunc filium professum in tertia bonorum parte, prout respectu filiorum, & descendentium est sibi permissum apud Hispanos in l. 17. Tauri, hodie l. 1. tit 6. lib 5. recopilat. nisi sit professus in ordine Minorum, aut in Societate Iesu, aut coadiutor eius formatus.

7. Duobus monasterijs hæredib. institutis in quadam certa quantitate, vel certo legato quodã legato determinato, quod non sufficiat ambobus, monasteriũ Monialium, vt in plurimum præferendum est monasterio virorũ, si est pauperius, & magis indigens, nam si est dictum, & monasterium monachorum est pauperrimum, vel magis indigens, illud præferendum est, maxime si in eo obseruantia Regularis multum vigeat, ibid. ar. 7. de quo Menoch de adip. poss. reg. ... regul. ...

regul.4.num. 788. Bald. in l.in multis, fiu ff de ftatu homin. & in l.cum multa, C de bonis quæ liberis.

8 Nouitio morienti ab inteftato intra annum probationis nō fuccedit monafterium, fed venientes ab inteftato fuccedunt, ac fi nouitius in ftatu fæculari extra clauftrum decederet ibid. art. 8. de quo Abb. in capit. in præfentia de probat. Greg. Lop. l. 17. tit. 1. p. 1. verb. entrando. Idem docet citatis, & traditis multis Sanchez l. 7. decalogi c. 3 n. 92. & feqq. vbi num. 97. id limitat, nifi nouitius in ipfo ingreffu expreßè contuliffet bona fua monafterio, nec expreßè reuocauerit, tunc enim bona ad monafterium, non verò ad hæredes ab inteftato pertinebunt, dummodò ille donans non declararet, fe nolle aliter valere donationem, quàm fecuta profeffione, fi enim id explicaret, ad venientes ab inteftato rediret.

9 Licet Fratres Minores iuxta fuæ Regulæ, & iuris terminos in Clementina, exiui, de verb. fign. fint omnino incapaces hæreditatum, & relictorum in teftamentis, hoc enim continet quoddam ius vniuerfale, poffunt tamen fingularia, feu legata recipere per modū eleemofynæ, ad quæ foluenda index ex officio poteft compellere hæredem (etiam nemine ad hoc agente), Vel etiam quilibet de populo poteft agere, vt dicta legata tamen ad pias caufas relicta adimpleantur per illum, qui grauatus eft à teftatore, vel aliàs ad id tenetur, l. in prouinciali, §. Fratrum, cum l. feq. ff de oper non. nunciat. auth de Ecclef. titul. §. fi quis autem Vel tandem Syndicus poteft petere nomine Papę, modò id fiat cum debitis circunftantijs, ex Martino V. apud Bullarium, *tomo 2 q. 78. art. 1. de quo Cordub. fuper Reg c 4 q. 16 pun. 3. Bartol. in l. ne quicquam §. cum igitur, de verbor. fign. Idem docent traditis multis Sanch. li. 7. decal. c. 25. à nu. 1. c. 26. à nu. 9 & præcipuè nu. 85. & feqq. vbi fatis luculenter, ac egregie rem tractat poft noftrum Auctorem & Cord. in reg. 4. 6. q. 11. pun. 2. 3 & 4 Bart. lib. 1. Minoritar. dift. 7. c. 2. nu. 38. & 39. & c. 3. n. 41. & in l. ciuitatib. 125. initio, numer. 5. ff. de leg. 1. vbi addit ipfe Sanchez nu. 62. poffe Fratres Minores circa hoc iudicis officium implorare extra iudicium, ad quod citat D. Bonauent. in regul. cap. 4. poft folut. ad quartum, Bartol. loco allegato, & alios plures.*

Bul. bul. Mart. 4.

10. Conceffiones Clementis, & Sixti IV. vt poffint Fratres Minores fuccedere parentibus, de Conuentualibus intelligendæ funt, & non de Obferuātibus, etiam translatis ad Conuentuales, vt declarauit idem Sixtus IV. ibid. in princ. Idem docet poft noftrū Auctorem, & Cordub. Sanch. vbi fup. n. 20. ad finem.

Bul. bul. 2 & 13. Sixti 4.

11. Item nec licet dictis Fratribus recipere valorem, feu æftimationē hæreditatis, nullatenus. n. (ait Clemēs V. in d. c. exiui) Fratres capaces funt fuccesfionum, quæ ex natura fua indifferenter ad pecuniā, & ad alia mobilia, & immobilia fe extendunt, confiderata fui puritate voti: fi ergo vniuerfaliū fucceffionum, nullatenus Fratres capaces funt, ergo neq; æftimationis earūdē, cuius receptio eft vnus ex modis recipiendi hęreditatē, argumento l. domus, §. conftetur, ff. de legat. 3. ac per confequens nec ad dictam æftimationē dandā tenebuntur hæredes, idq; tutius, & verius videtur, ibid. art. 2. de quo Bart. in tract. Minoritarū, qui oppofitū tenet, lib. 1 d. 1 c. 3. nu. 7. & 8. & d. 2. c. 3 n. 15. At cum noftro Auctore tenet Sanch. d. c. 25. n. 8. & 9. vbi ad id citat Bal. Card. Anchar. in d. Clem. exiui, nu. 8. Spino de teftam glo: 11. principali num 15 & 16. Sorbo in Compēd. Mend verb. Hæreditas, in annotat. § fed quibufdam, & plures alios.

Firmatur Auctoris doctrina.

12. Teftamētū, in quo Fratres Minores inftituuntur nullo facto cohærede, vel fubftituto, nullū eft, hęreditasq; deuoluitur ad venientes ab inteftato. Vnde fi adfit cohęres, vel fubftitutus, qui adeat hęreditatē, valet, & portio relicta Fratrib' accrefcit cohęredi, nifi per officiū à Syndico petatur. Ex quo fit, qđ hereditas p fideicōmiffū vniuerfale nō pōt relinq. dictis Fratrib. ex d. c. exiui, § qa ergo, qa vniuerfalis fideicom. eft heres

qui quadraginta, & l. si filius, §. quod cũ eo ff. ad Trebell. benetamen hæreicommissum singulare, quod petere potest Syndicus ad subministrandum necessitati bus Fratrum. ibid. art. 3. & tom. 3. q. 69. ar. 10 Pro quo Bart. in l. si in metallũ, ff. de his quæ pro non scriptis habent, & in l. is qui, §. ex prædictis, ff. de vulgari, & pupillari, & tract. Minoritar. lib. 1. dist. 2. cap. 1. & dist. 1. c. 2. Idem docent Bald. in authent. ingressi, numero. 46. 47. & 49. C. de sacros. Eccles. Corduba in Regul. capitul. 6. quæst. 1 1. puncto 1. Duenas regula 381. ampliat. 1. num. 1. Spino in speculo testament glossa 12. principali nu. 45. & 56. Sorbo in Compend. Mend. verb. hæreditas, in annotat. initio, & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez dict. capit. 25. nu. 5. & 6. vbi notat, verum esse attento iure communi, quod testamentum, in quo dicti Fratres Minores insti tuuntur, foret nullum, non instituto co hærede, aut substituto, aut illis non adeuntibus, at attento iure Castellæ erit solum nullum quoad illius hæredis institutionem, non verò quoad reliqua in eo contenta, vt constat ex l. 1. titulo 4. libr. 5. nouæ recopilat. vbi ad valorem testamenti non requiritur hæredis insti tutio, sicut ex iure communi perhiet, vt benè aduertit Molina tomo 1. de iust. disput. 154. ad finem, relatus ab eodem Sancio.

13. Valet testamentum, in quo instituuntur hæredes dicti Fratres Minores cum clausula, quòd vendatur hæreditas, & pretium conuertatur in necessitates eorum, non quoad institutionem hæredum, cuius Fratres sunt penitus in capaces, sed quoad causam piam ibi appositam, de pretio hæreditatis conuertẽdo in vtilitatem Fratrum, licèt enim nullus sit hæreditatis conuertendo in vtilitatem Fratrum, licèt enim nullus sit hæres, pia causa sustinet vicem, seu personam hæredis, l. ad declinandam, C. de Episc op. & cler. vel etiam Episcopus, vel Respublica repræsentabit talẽ personam, quæ hæreditatem adeat, argumento Authenticæ, de Ecclesiast. titulis, § si quis in nomine, de sacrosanctis Ecclesijs, sed quantitas debet esse modica, & ad subleuandum tantùm necessitates Fratrum. Extraneo verò Instituto hærede cum tali clausula, vt sibi licet vendita hæreditate pretium expendat in vsus Fratrum, id nullo quidẽ iure prohibentur acceptare. Ibidem artic. 4. De quo Bart. in tract. Minoritarũ, l. 5 dist. 5 c. 2. nu. 30. & 31. Idem docent post Bartolum loco citato, Iaso in dicta l. Lucius la vlt n. 4. ff. de hæredib. instit. Defenditur Aucto Guido Papæ decis. 547. num 1. & 2 Sorbo in Comp. Mendie. verb. hæreditas, tla, in annot. §. quæritur cuius, quidquid in oppositum contendat Sanchez c. 25. num. 11. Nam ratio, qua ille nititur, nẽpè quòd in ea institutione sit duplex. præceptum, quorum posterius adijcitur tanquam modus priori accessorius: ergo destructo priori principali (quod irritum esse fenerit) corruet quoque accessorium, argumento l. alimenta, § Scia, ff. de aliment legat. ratio, inquam, hæc nil probat, imò facit pro nostra sententia, quia ex ea colligitur à contrario sensu, quòd non destructo priori principali præcepto, nec etiam corruet accessorium, sed testamentum, in quo instituuntur dicti Fratres Minores, licèt quoad eorum institutionem non teneat, tenet tamen quo ad piam causam, quæ sustinet vicem, seu personam hæredis, idque in hoc regno Castellæ magis indubitatam, ac certam veritatem habet, quippe quod ex dicta lege Regia 1. titulo 4 libr. 5. nouæ recopil. non est opus hæredis institutione ad valorem testamenti, ergò stante validitate testamenti, stabit quoque illi accessorium. Quod adhuc cõfirmatur; quia si ipse Sanchez ibidem numer. 12. fatetur cum nostro Auctore hic, quòd quando alius, & non ipsi Fratres, instituitur hæres cum eo onere, vt hæreditatem vendat, ac pretium in vtilitates Fratrum conuertat, absque dubio tunc valeret testamentũ; quia tunc adest verus hæres, in quem transeunt onera hæreditati annexa, ergo consequenter debet fateri, quòd si adsit qui per fictionem iuris sustineat personam hæredis (qualis est causa pia) vel etiam absque vllo hærede testamentum teneat (vt in regno Castellæ) erit quoque ad quem onera hæreditatis transeant, eaque sustineat, ac proinde valebit

bit quoad contenta in eo, & accessoria illi, quale est, quòd hæreditas vẽdatur, & pretium conuertatur in necessitates Fratrum, idque potest executioni mandari per Rempublicam, vel per Syndicum Papæ, ad quem pertinent res, & re licta ipsis Fratribus. Atque ita se vidisse semper sic obseruari, & ita indicatũ fuisse in Curia Parlamenti Delphinatus, testatur Sorbo suprà citatus, & tenent alij Auctores ibidem allegati.

14. Hæreditas relicta Ecclesiæ Fratrum Minorum valet tanquam relicta capaci, capax enim est Romanus Pontifex, ad cuius ius, & proprietatem pertinent omnes Ecclesiæ, & res dictorũ Fratrum, vt habetur Clementina, exiui, de verbor. significat. & eius Syndicus, seu procurator nomine ipsius, & Ecclesiæ Romanæ potest acquirere, ibid. art. 5. de quo Bart. in tract. Minoritarum vbi suprà. Idem docent idem Bart. tract. Minoritarum libr. 4. dist 4. cap. 1. num 20. & l. ciuitatibus 125. initio nu. 1. & 3 ff. delegat, 1. Abbas consil. 63. num. 4, lib. 2. Anton. Cucus lib. 3. instit. maior. tit. 1. num. 37. oppositum tenet post Baldum in Authent. ingressi, num. 55. C. de sacrosanct. Eccles. in noua edit. & post alios Sanchez dicto cap. 25. numer. 14. Cuius sententia mihi videtur satis probabilis ob rationes ibi ab eodem traditas, sine præiudicio magnæ probabilitatis, quam habet nostra, & defendimus cum Auctore.

Trid. sess. 25. c. 3. de regul. Bulla 2. Clem. 4. 15. Fratres Prædicatores cum ex priuilegio Sixti IV. confirmato, per Concilium Tridentinum capaces sint possidendi bona stabilia in communi absque eo quòd desinant esse de numero Mendicantium, consequenter possunt succedere, quod specialiter ipsismet concessit Clemens IV. apud Bullarium, vt scilicet licitè possint succedere in bonis temporalibus, in quibus succederẽt in sęculo existentes, illáque liberè possidere, ac vendere, pretiùmque in vtilitatem suam conuertere. Idem concessit Alexander IV. Fratribus Augustiniẽsibus, excepto quod bona feudalia non possint acquirere, & retinere, ibidem art. 6 & 7. Idem docet loquens generaliter de Mendicantibus, Sanchez *vbi su* Comp. Roderici.

pra num. 2. & 16. & cap. 12. numer. 1. & in proprijs terminis *cap. 15. n. 19. ad finem.*

16. Monachi Benedictini, & Cistercienses bona quęcunque ex successione, vel aliàs illis obuenientia petere, ac retinere possunt, ac si in sęculo remansissent, ex Innocentio, & Clemente IV. & alijs, qui Clemens declaratbona monachis ante professionem, cõmpetentia monasterio suo acquiri, ibidẽ artic. 8. Idem vniuersalius de omnibus monachis docet Sanchez *libr. 7. decalog. cap. 12. à num. 4.* Bulla bull. 28. Innoc. 4. bulla 1. Nic. 5. Comp. Cister. tit. hæred.

17. Canonici Regulares licẽt priuatim non permittantur possidere, attento tamen iure communi in capit. si qua mulier, 19. qu. 3. & l. Deo nobis, de Episcop. & cleric. succedunt in bonis temporalibus, ac si in sęculo existerẽt, etiam in feudalibus, ex Cęlestino V. apud Compend. Societat. *titulo, bona* §. 6. & Compend. Cister. *eodem titulo* §. 2. *ibidem art. 9.* Idem loquens generaliter de monachis tradit Sanchez *libr 7. cap. 15. à num. 34.* Comp. Soci. tit. bona §. 6 & Cõp. Cister. eodem tit. §. 2.

18. Conuersi in sęculo manentes, nec profitentes regulam approbatam succedunt consanguineis, ac si non essent oblati. At professi in monasterio capaci, ad illud hæreditas pertinet, & ad consanguineos, si est incapax, ibidem articul. 10. de quo Bald. in l. generaliter, C. de sacrosanct. Eccles. Ad quod faciunt tradita à Sanchez libr. 7. decalogi capit. 8. numer. 42. vbi agit de oblatis, qui se, & sua obtulerunt Ecclesiæ, vel monasterio, *& capit. 12. à num. 4. & cap 25. num. 21.*

19. Moniales, etiam Ordinis Mendicantium absque dubio succedere possunt, sicut & Religiosi, quia illis similiter permittitur habere bona in communi, ex Tridentino Concilio, cuius dispositionem etiam locum habere in Monialibus clarissis primitiuæ Regulæ, alijs collectaneæ, seu Capuccinæ nuncupantur, certi iuris est, nam in dicto decreto tantùm excipiuntur Fratres Minores de Obseruantia, & Capuccini, exceptio autem firmat regulam in contrarium, ex quo consequenter poterunt succedere in hæreditate, nisi renuncient pri-

Trid. d. c. 3. de Regul. uilegio dicti decreti Tridentini, nam tunc consequenter etiam videntur renunciare iuri succedendi, & velle viuere secundùm paupertatem promissâ in sua Regula, de non habendo proprium in particulari, nec in communi, *ibid. art. 11. & tom. 3. quæst. 29. art. 14.*

Ita debet intelligi doctrina nostri Auctoris dicto art. 11. quo innuit, dictas Moniales Collectaneas non esse capaces successiones, eò quòd prohibitæ sunt possidere in communi quia ibi loquitur casu, quo dictæ Moniales renunciant priuilegio possidendi dato in Concilio Tridentino, ac per consequẽs renunciare videntur iuri succedendi, vt supra à nobis declaratum est. Et in dicto artic. 14. loquitur iuxta terminos Tridentini decreti, quo dictis Monialibus permittitur possidere in communi, cui consequens est potentia ad succedendum. Quòd autem hæc sit mens Auctoris, colligitur ex verbis in fine dicti articuli 14. positis, vbi postquam resoluit dictas Moniales posse habere bona in communi, subdit: quæ si nolint tali se concessioni conformari, laudandæ sunt: ecce quomodo de mente ipsius apparet in dicto articulo 11. quòd dato, posse dictas Moniales renunciare priuilegio possidendi in communi, renunciare consequenter censentur iuri succedendi in hæreditate, aliàs sibimet oppositus, & non consequenter loquutus videretur Auctor, vt conijcit, & suspicatur Portel verb. hæreditas, nu. 7. qui ideò dixit, quia ipsius Auctoris mentem intimè non penetrauit. Idem docent Hondedeus alios referens consil. 60. nu. 5. & 6. sicque declarasse Cardinalium Congregationem, & consil. 62. num. 2. & 3. & consil. 76. à num. 9 in fine, volum. 2. & concludit sic decisum esse in Senatu Perusino, causa hac inter partes agitata, Caualcan decis. r. num. 51 & decis. 18. numer. 52. p. 3 Pulsatus. consil. 69. num. 21. volum. 1. Florez de Mena *lib. 1. variarum quæst. 16. § 2. num. 6.* Ludou. de Casanate *consil. 26. num. 2. et 3 volum. 1.* quos refert, & sequitur doctissimus Sanchez *libr. 7. decal. c. 12. n. 2.*

Declaratur doctrina Auctoris, & eius mens.

10. Monasteria capacia bonorum in communi consequenter sunt capacia successionis Maioratus, etiam si Maioratus, etiam si Maioratui annexa sit iurisdictio temporalis, dummodo per substitutum præstari possit, sicut de successione feudi, cuius seruitium per substitutum præstabile est, resoluimus suprà de feudo num. 5. nisi in sua primæua institutione excludatur Religiosus a tali successione. Ad successionem autem Regni, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus re.ent aliqui posse admitti Monachum, & monasterium de iure ordinario, licèt de facto non seruetur. ibidem articul. 12 de quo Antonius Gomez in leg. 40. Tauri num 6. & 69 Gregorius Lopez in leg. 2. titulo 15 part. 2. Gama decis. 6. numer. 23. Molina de primogenijs cap. 13. num. 1, 95. vide infra de monasterijs, numer. 10. Idem docent, casu quo maioratus institutioni adiecta sit clausula, nè in illum succedant monachi, Couarru lib. 1. variarum cap. 19. num. 10. & 11. Mercurialis probans, de maiorat. 2. p. quæst. 3 à num. 1. vsque ad quintum, in 1. edit. Molina lib. 2. de primogenijs capit. 12. num 54. Cabedo in decision. Lusitani Senatus 1. p. decis. 133. num. 6. & 8. Spino in speculo testament. glossa 12. principali numer. 33. Gutier. lib. 2 Canonicarum cap. 25. nu. 6 Tapia in Authent. ingressi, per textum ibi, verb. sua, cap. 16. numer. 11 C de sacrosanctis Eccles. quos, & alios quamplures refert, & sequitur Sanchez lib 7. decalogi cap. 15. num 6. Qui ibidem nu. 12. sustinet contra nos, non succedere monasterium in maioratum, quando habet annexam iurisdictionem temporalem in aliquod oppidum, villam, vel castrum, illùsque esse incapacia monasteria quæcunque.

Sed salua pace tanti viri, & sine preiudicio alterius meliùs sentientis, nullo nititur sufficienti fundamento eius sententia. Nec valet argumentum à Regni, Ducatus, vel Comitatus, aut feudi successione, ad quam non admittitur monachus, nã vt probat benè Auctor, de iure ordinario benè potest admitti, licèt de facto non seruetur, & de feudo affirmauimus suprà numero quinto. Nec etiam obstat, quòd monachus non possit

Defenditur Auctoris sententia.

ptelli commodè per se hæc regere, & administrare, quia id æquè benè potest fieri per idoneos ministros quantum ad iurisdictiones, ac litium, & causarum agendarum exercitium, quoad cætera autem per se ipsum, id enim non repugnat statui monachali. Tandem argumenter ad hominem contra ipsum pactum. Nam ille numer. 13 & 14 resoluit, quòd quando maioratui sine iurisdictione instituto adijcitur quasi accessoriè postea iurisdictio, succedit in illum monasterium; idemque fore asserit, quando institutor maioratus vocat monachos ad habentis annexam iurisdictionem successionem, siue ex regia facultate, siue ex bonis patrimonialibus institutum sit; quia (inquit sibi contrarius) non est incapax iurisdictionis temporalis monasterium sed ex sola præsumpta institutoris voluntate reijcitur ab ea successione: ergo si in istis duobus casibus id admittit, necessariò debet in omni casu id ipsum admittere: quia iurisdictio accessoriè annexa maioratui post illius institutionem non facit monachum magis capacem exercendæ iurisdictionis, quàm si in ipsa institutione fieret, si enim id non potest exercere in priori casu, nec etiã poterit in posteriori, quia non est maior ratio in vno, quàm in altero.

Rursus, quia si concedit, posse institutorem vocare monachum ad maioratũ habentem annexam iurisdictionem temporalem, ex eo inquit, quòd monasterium non est talis iurisdictionis incapax, ergò pari ratione poterit succedere monachus in huiusmodi maioratũ, etiam si expressè ad illum nõ vocetur, dummodò non reijciantur expressè ab ipso institutore monachi in primæua illius institutione, adiecta tali clausula. quia ratione capacitatis monasterij admittitur ad eam successionem monachus, & non tantùm ratione institutionis, seu fundationis, in qua vocatur, quæ per accidens se habet quantum ad hoc: nam institutor maioratus per suã vocationem non dat capacitatem ad illum habendum monacho, sed supponit eam habere, eo quòd sit Religiosus monasterij capacis possidendi, alias ex vi talis vocationis admitteretur monachus monasterij incapacis, quod est absurdum. Vnde etiam si non vocetur, potest admitti, vt diximus. Quod autem hæc capacitas monachi ad habendam iurisdictionem temporalem pendeat ex capacitate sui monasterij, colligitur ex *c. cũ dilectus, de ordine cognit. ib. præsertim cum dictum castrum ad ius, & proprietatem sui monasterij pertineret.* Atque ideò hanc partem sustinent Euerardus *consil. 210. num. 32.* Auendaño iunior *in l. 40. Tauri glosa 4. num. 39.*

Quantum verò ad primam partem nostræ resolutionis, nempè monasteria capacia possidendi posse succedere in maioratum iurisdictione carentem, idem docent Gomez l. 40. Tauri, num. 66. vbi Auendaño minor glossa 4 num. 13. Caldas de nominat. Emphyteut qu. 6. num. 14. Valascus consil. 101. num. 7. tomo 1. Matienzo *lib. 5. recopilat. titulo 7. l. 1. glossa 1. nu. 18.* & alij quamplures, quos cum Auctore nostro refert, & sequitur Sanchez *ibid num. 16.*

Imò & monasterium succedendi capax in maioratum institutum ad agnationem, & familiam conseruandam etiam succedere, apertè affirmat Auctor hic post solutionem ad sextum argumentum, §. neque etiam, vbi resoluit, non cessare conseruationem familiæ pro vita Religiosi, ratione cuius monasterium succedit, cùm monachus non perdat iura sanguinis, nec desinat esse de familia, & agnatione, quod est quid naturale, ac incommutabile, l. ius agnationis, ff. de pactis, & colligitur ex capit. statutum 18. q. 1. Atque ideò in monacho conseruari agnationem optimè tradunt Cephalus consil. 53 num. 198. volum. 1. & Boerius cap. in præsentia, num. 554 deprobat. Accedit, quòd cũ maioratus non sit perpetuò retinendus apud monasterium, sed ad solam professi vitam, non dicitur extingui familia, & agnatio ex temporanea monasterij possessione, etiam admisso, quòd in monacho non conseruaretur agnatio, non enim dicitur amissum quod non ita durat amissum, quin ad propriam naturam reditum sit, l. pro parte §. verum, ff. de incremẽ. vers. Huius sententiæ

tiæ sunt Beroius loco proximè citato, Caldas de nominat. Emphyteu. q. 6 n. 13. Cabedo in decis. Senatus Lusitani 1. dec. 133 n 9. Cevallus in quæstionibus suis communibus q. 193. nu. 7. Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 25 in fine, & eam probabilem dicit Sanchez lib 7. decalogi cap. 15. n. 19. licèt oppositam tanquam sibi probabiliorem sequatur ibidem motus ea ratione, quia Monasterium non excluditur, eò quòd non reputetur agnatus, nec cõseruet agnationem, nec eò quòd sit incapax, & pro mortuo habeatur, sed quia nõ est talis agnatus, per quem possit iuxta testatoris intentum in ea institutione familia conseruari. Quare addit, ius agnationis à monacho retentum esse quoad legitimam successionẽ, à qua non potest excludi, non autem quoad voluntariam, à qua censetur exclusus, eò quòd testator voluerit prospicere conseruationi agnationis, & familiæ, & ad idem multa satis luculenter, ac egregiè congerit *dict. num.* 19.

Defenditur Auctoris sententia.

Sed hæc ratio mihi non concludit, & concluderet certè, si maioratus perpetuò remaneret apud Monasterium, tunc enim verè nomen, agnatio, & familia fundatoris supprimerentur: secus verò quando Monasterium ad tempus vitæ Monachi illud possidet, quia eo mortuo maioratus ad consanguineos familiæ deuoluitur, sicque non perditur memoria agnationis, & nominis fundatoris, cuius conseruationi ipse consulere voluit, & cuius voluntati per hoc satisfieri benè dicitur, vt optimè expendit noster Auctor *in d. §. neque etiam,* cũ Doctissimo Emanuele a Costa subtilissimo Lusitano *in cap. si pater, 2. part. verb. Si absque liberis, n. 66 de testament.*

21 Ex quo fit, quòd cùm portare arma, seu insignia familiæ, & nuncupari nomine, ac pronomine fundatoris, non sit incompatibile Religiosis, aut Monialibus, nemini dubium erit, eorum Monasteria posse succedere in Maioratum habentem clausulam, seu conditionem in sua primæua institutione, vt successores portent nomen, & arma fundatoris, ibid. art. 13. De quo Molina libr. 2. de primogen. cap. 14. num. 8. & lib. 3. c. 5 num. fin. Garcia de nobilit. in præfatione, num. 41. Auendaño in l. 40. Tauri, gloss. 9. numer 27. Idem licèt dubius videtur sentire Molina libr. 1. de primog. cap. 13. num. 91. & 93. & idem probabile dicit Sanchez d. cap 15. num. 12. vbi num 13. quamuis oppositum probabilius dicat, tandem in fine concludit, id intelligendum esse quando maioratus est talis, à quo excludi potest Religiosus, ergo à contrario sensu, scilicet, quando non potest excludi, nostram sententiam veram esse innuit.

22. Monialis generaliter renuncians suam legitimam, & quancumque successionem sibi obuenturam, non censetur cedere maioratui, ac proinde ad illum petendum ius est Monasterio, nam renunciatio est stricti iuris, nec comprehendit, nisi expressum, vnde omnino necesse erat, vt fieret mentio specialis ipsius maioratus obtenturi. Quod maxime procedere dicendum est, si tempore renuntionis Monialis ignorabat talem maioratum sibi posse, vel fore obuenturum, *ibid art.* 14. De quo Padilla *in l. sub prætex tu, gloss. 3 num* 10 *C. de transact. Gutier. de iuramen. 3. part nu.* 3. & 51. Vide Sanchez *lib 7. Decalog. ca.* 15 *n* 29. & *cap. 7. num* 8 post Molinam *de primog. libr* 1 *cap* 8. *Gutier. pract.* *tom. 2. lib. 3. quæst.* 80 *num.* 6. cum nostro Auctore *hic.*

23 Frater Minor Obseruantiæ melioratus a patre in tertio, & quinto habet ius ad talem meliorationem factus postea capax successionis, quia scilicet Episcopus ordinatus est, vel trãslatus ad religionem capacem bonorũ, ad cuius monasterium pertinet hæreditas, quia satis est, institutum esse capacem tempore mortis paternæ, quo illi hæreditas defertur, vt institutio valeat, vt in hæredibus suis decernit Regia l. 22. t 3 p. 6 apud Hispanos, sed hoc intelligi debet, dummodo fiat ante iacentẽ hæreditatem, quã ex eo adire nõ poterat, quia is professus erat, & anteq̃ ad successorem in gradu pertineret, etiã illa nõ adita: secus iste successor est præferendus, cùm illi statim ius succedendi quæsitum, & delatum fuerit à morte testatoris, Religioso tanquam tunc incapaci

paci

paci postposito. Quod maximè procedit in maioratibus Hispaniæ, & alijs in quibus mortuo possessore transit ipso iure possessio in sequentem in gradu, tom. 2. quæst. 79. art. 1. de quo Greg. Lopez in l. 22. tit. 3 p. 6. glossa 1. verb. herencia. Tiraq. de retract. lign. § 1. gloss. 9. n. 103. Feder. consi. 26. idem tenet, vniuersaliùs loquendo de quacunque successione in paternam hæreditatem, Aluaradus de coniectur. in mente testat lib. 2 cap. 3. num. 10. initio, Spino in speculo testam. gloss. 22. principali, n 38. & in terminis nostris idem resoluit cum istismet DD & nostro Auctore Sanchez libr. 7. decalog cap 32. nu. 29. in fine, & loquendo de delata hæreditate, sed nondum adita ob tempus inhabile, latè tradit *nu* 22. post Molinam *lib. 3. de primog. cap. 2. num. 17* Meres *de maiorat. 1. part. quæst 2. nu. 23.* cum eodem nostro Auctore, & alijs, & loquēs de maioratu *num* 23. *& seqq.* vbi multa ad id notatu digna congerit.

Quid si frater minor tempore quo erat secularis instituatur hæres, & delata sibi hæreditate per testatoris mortem, ante illam aditam profiteatur in eo Minorum ordine, & postea fiat capax succedendi translatus ad aliam religionem, vel ad Episcopatum, poterit ne illam hæreditatem tempore habili sibi delatam adire, exclusis hæredibus ab intestato, qui nondum adierant eandem hæreditatem? Affirmat Sanchez vbi suprà, nu. 27. eam hęreditatis aditionem pertinere ad huiusmodi religiosum factum Episcopum, vel legitimè translatum ad aliam religionem capacem: quia inquit, sufficit hæredem esse capacem vel tempore conficti testamenti, vel mortis testatoris, quod defertur hæreditas, vel tempore eius aditionis, vt deciditur, l. si alie num 49 § in extraneis, Inst. de hæred. qual & diff & l. 22. titul 3. part. 6. At hic triplici hoc tempore reperitur habilis ille Religiosus. Neque obstare, addit, tacitam renunciationem, qua nituntur oppositum tenentes, quam videtur facere professus in religione incapaci, quia renunciatio non est absoluta renunciatio, sed tacitam habet conditionem, nisi ea integra, hoc est ante aliorum hæredum aditionem fiat capax, & ideò sub hac tacita conditione est acquisitum ius adeundi hæredibus ab intestato. Atque ideo huic parti adhærent Feder. *consi. 26. nu. 2. & 3.* Menchaca *lib. 1. qq. vsu frequent. cap. 1. num. 25.* & eiusdem sententiæ videntur Gregor. Lop. *d. l. 22. v. temporales, Aluarad. de coniect. mente testat. lib. 2. cap. 3. nu. 10. initio*, & noster Auctor *hic dicto art. 1.* qui aiunt videri sic dicendum, quidquid dicat in oppositum Faber *d. § in extraneis*.

24. Bona Monachi professi transeuntis ad aliam religionem voluntariè, licitè, & validè, tam acquisita tempore primæ professionis, quàm ea, quæ vsque ad secundam professionem quæsiuit, sunt prioris monasterij: at quæsita post secundam professionem ad secundum monasterium, seu ordinem pertinent, ibid. art. 2. de quo infrà latius erit nobis sermo, de religiosis transeuntibus ad aliam religionem num 17. vbi agemus, an vsusfructus bonorum acquisitorum primo monasterio, seu priori religioni pertineant ad posteriorem, ad quam translatus est religiosus, de quo Nauar. *comment 4 de Regularib cap. 24.* Couar. *cap. 1. de testament. ad finem.*

25. Fratribus Minoribus de Obseruantia statim post factam professionem succedunt consanguinei, non spectata morte naturali religiosi, Clement. exiui, de verò signific. & notatur in cap. beneficium, de Regul. in 6 Sed alijs religiosis possidentibus bona in communi succedit monasterium, nec ad consanguineos ab intestato deuoluitur hæreditas, nisi post secutam mortem naturalem religiosi, *tom. 2. qu 80. art. 1.* de quo DD. *in auth ingressi, C. de sacrosancti. Ecclesijs*. Idem docet post Baldum, Paulum, & Decium, Sāchez *vbi suprà, cap. 25. num. 22.*

26. Nouitio decedenti in monasterio ab intestato, eius consanguinei succedunt, c. cùm simus, de Regular. etiam si bona sua secum obtulisset, videtur enim sub tacita conditione, seu secuta professione fecisse, nisi longè ante ingressum dicta bona donasset, nam in dubio videtur donasse non contem-

Trid. sess. 25. ca. 16. de Reg.

platione ingressus, & professionis, quod non est prohibitum per Tridentinum Concilium, in quo tantùm irritantur donationes factæ à nouitio in fauorem monasterij non secuta professione, non verò quæ facta sunt in sęculo ante ingressum religionis. Quòd si offerens expresse bona monasterio declaret suæ voluntatis esse, vt maneat apud ipsum monasterium, etiam non secuta professione, ad ipsum vtique pertinebunt, quia tacita condicio præsumpta sublata fuit per oppositi expressionem. At verò decedente monacho post factam professionem sine liberis, monasterium succedit in omnibus, sed liberis relictis, inter eos, & monasterium diuiditur hæreditas, authent. si qua mulier, C. de Episc. & cler. quod ad filios legitimatos, imò & ad naturales extendunt Iason & Nauarrus infrà citandi: similiter si habeat parentes, iuxta veriorem, & æquiorem sententiam, ibid. art. 2. de quo Bartol. in l. filius, per textum *ibi num. 28. C. de inofficios. testament.* vbi Iason, *num. 2. & in dict. auth. si qua mulier, num. 9. Nauar. comment. 2. de Regularibus, num. 46.* Idem docent Bart. *in authen. ingressi, in 2. lect. num. 56. C. de sacrosanct. Eccles.* Iason *dicta authen si qua mulier, num. 59.* Abbas *cap. in præsentia, num. 68. de probat.* Imola *nu. 24.* Beroius *n. 552. & cons. 28 numer. 13. volum. 1 Nauar. comment. 2. num. 49 de Regularibus, Molina tom. 1. de iust. disp. 140. volum. 1. §. de alijs ergo, Gutier. Canonic. libr. 2 c. 1. nu. 101. & 107. §. quinimo.* Rebellus *de instit. 2. part. lib. 1. quæst 8. sect. 5. num 52.* quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez *libr. 7. decalog. cap. 3. nu. 92. & cap. 5. num 51.* vbi expresse tradit moriente nouitio ab intestato bona sua pertinere ad hæredes illius ab intestato, etiam quando expresse ea bona contulit monasterio, nisi ea donatio longè ante ingressum facta fuisset, & non contemplatione ingressus, tunc enim non succedunt hęredes ab intestato, sed monasterium, quia illa ab initio fuit firma.

An autem patre professo religionem succedendi capacem debeatur statim legitima pars filijs, quæ ad illos patre mortuo proventura esset, ita vt viuo ipso patre monacho eam petere possint ab ipso monasterio? controuersia est grauissima inter Iurisperitos. In qua duplex est sententia, cuius meminit auctor hic dict. art. 2. §. notandum insuper. Prior asserit, statim parente profitente deberi legitimam filijs. Quę sententia satis probari videtur ex cap. cùm simus, de Regul. quia non constat patrem in ea specie mortuum fuisse, cùm id ibi non caueatur, nec verum est quod testatur Felinus capit. in præsentia, de probat. n. 56. nempe ex integra, dict. cap. cum simus, quam vidisse profitetur, apparere patrem fuisse mortuum. Nam Corset. singulari 162. num. 3. ait se integram illam decretalem vidisse, legisse, ac relegisse, & nihil in ea inuenisse, ex quo appareat patrem fuisse mortuum. Nec negotium facessunt illa verba, cap. cùm simus, ibi, quæ ipsi ex successione proueniunt, quia respondetur, monacho viuenti dari successionem, & satis tractatur de patris professi successione, inspecto professionis tempore, cùm tunc moriatur ciuiliter, & desinat esse in rerum natura iuris fictione. Ex quibus hanc sententiam probant Zabarella in dict. cap. cùm simus, num. vnico, quæst. 1. Anchar. in fine, Anan. numer. 3. Nauar. comment. 2. de Regularibus, num 48. & 54. Cota in memorabil. verb legitima, Couar. in cap. 1. num. 7. de testament. Fechineus lib. 6 controuers. cap. 13. §. ego priorē, Hondedeus consil. 60. à nu. 18 & cons. 61. à num. 9 lib. 2. Molina de iust. tract. 2. disp. 140. versic. an verò, Lessius libr. 2 de iust. cap. 41. num 83. Azor tom. 1. inst. moral. libr. 12. capit 8. quæst. 7. vbi quæst. 8 idem è conuerso docet, in filio professo religionem succedendi capacem, Azeued. l. 1. num. 46 titul. 8. libr. 5. recopil. & alij plures, quos latè refert, & sequitur Barbosa in collectan. ad dictum cap. cùm simus, num. 3. Idem latissimè tradit Sanchez *lib. 7. decalog. cap 20. num 3.*

Defenditur Auctoris sententia.

Verùm & si hæc sententia attenta æquitate canonica aliquibus probabilior, & ob id verior visa sit, cõtraria tamen, quæ est nostri Auctoris in dict §. notãdum insuper, cum satis firmissima

iuris

iuris ratione subnoxia sit, attento iure ciuili, ac eius æquitate verior mihi videtur, dum docet legitimam filijs non deberi à tempore, quo pater profitetur, sed naturalem eius mortem expectandam esse, & interim monasterium ea potiturum ex l. 1 § impuberi, ff. de collat. bonor. & ex argumento desumpto à contrario sensu ex authent. si qua mulier, in fine, C. de sacrosanct. Eccles. quam Auctoris sententiam tenent cum glossa ibi verbo, moriatur, Bart. nu 22. Alberic num 7. & 8. Cynus num. 5. Iason à num. 51. DD. in cap. in præsentia, de probat. vbi Anton. numer. 20. Felin. num 55. Beroius num. 536. Parisius nu. 169. Decius num. 262. Gregor. Lopez l. 17. verb. sus hijos, titul. 1. part 6. Roland consil. 97. numer. 29. lib. 2. Surdus de alimentis tit. 1. q. 19. num. 7. & cons. 238. num. 10. Menchaca lib. 3. de succes. creatione, § 21. num. 175. & illustrium, cap. 37. num. 10. Beccius consil 34. à nu. 18. Spino de testament. glossa 12. nu. 32. Zeuallos communium quæst. 342. Gutier. lib. 2. canon capit 1. à num 79 Castillo de vsufructu, lib. 1. cap 64. & nu. 10. Matienzo l. 3. glossa 2. nu. 3. titul. 4. li. 5 recopil. egregiè Stephan. Gratian. 1. tom. disceptat. cap. 102. à numer. 2. & alij, quos refert Barbosa in dict. cap. cũ simus, apud suam collectaneã, ad quod plures alios pleniùs citat Sanchez vbi suprà, num 2. & idem probabile iudicat Lessius dict cap. 41 num. 83. Quorũ auctorum plures existimant, textum in dict capit. cùm simus, contrarium non decidere, cùm ex eo non constet, patrẽ tunc viuere, imò Iason dict. numer. 51. Menchac. dicto cap 37 num 11. Spino dict numer. 32. aiunt, sententiam dictæ decretalis ex eo procedere, quia ibi qui in monasterium cum omnibus bonis se contulerat, erat naturaliter mortuus, id euincentes ex illis verbis textus, ibi, quæ ipsi ex successione proueniunt, &c. quasi verbum, successio, propriè cõueniat defuncto, cùm nulla successio, aut hæreditas viuentis sit, l. qui superstitis, ff. de acquirend hæredit si modo excipias singularẽ casum, l. quæsitum 91 § si mihi seruus, ff de legat. 1. de quo adeundus Cuiacius libr. 25 obseruat. cap. 40. & affirmat Felin. *dict. nu.* 56. ex integra *dict. cap. cùm simus*, quam vidisse profitetur, apparere patrem fuisse mortuum, non obstante, quòd in oppositum testatur vidisse, & legisse Corsetus.

Quantum verò attinet ad filium professum religionem succedendi capacẽ, cuius legitimam statim deberi parentibus, dixit Axor dict. qu. 8. oppositum, nempe remansuram apud monasterium vsque ad mortem naturalem filij Monachi, tradunt Gutier. d c. 1. num. 93. Benedictus Ægidius in repetitione l. 1. C. de sacrosanct Eccles. p. 4. § 2. numer. 8. quos etiam refert Sanchez vbi suprà, num. 10. qui numer. 8. & 10. bene notat, quòd quidquid sit de his opinionibus, semper monasterium teneri de bonis quæ retinet alimenta ministrare filijs parentis professi, vel parenti post filij professionem, quia transeunt bona cum ea obligatione, quam habent pater respectu filij, & filius respectu patris, quod tãquam indubitatum citatis multis tradit Surdus *de alimentis, tit. 1. qu. 29. à num. 1. vsque ad 5. & num. 9. & 10.* quem cum Imola, Paulo, Felino, & alijs pluribus refert, & sequitur Sãchez *dict. num.* 8.

In ordine D. Hieronymi habetur statutũ, ne monasteria ordinis succedant in bonis fratrũ professorum venientibus ab intestato, quod & cõfirmauit Paulus III. in comp. D. Hieronymi *tit. succedere in bonis*, § 1. *ibid. ad finem d. art.* 2.

27. Cùm actio iniuriarum, seu de iniuria facta defuncto cõpetat omnibus hæredibus, l. 1. § si fortè, ff. de iniurijs, si pater monachus occidatur, remissio, seu venia mortis spectat ad monasteriũ hæredem dicti monachi, & nõ ad eius filium, vt communior opinio tenet, *to. 2. q. 42 art. 3.* de quo Feder. *cons.* 25. Abbas & DD. *in c. in præsentia, de probat.* idem docent Guillelm. Benedict *in c. Raynutius el 2 verb. condidit, nu 17 de testam. Padilla in l. transire. n. 38 & 39. C. de transact. Farinac. in praxi crim tom 1. tit. de accusat q. 13 n. 26 § sed certè*, quos refert cum nostro Auctore & sequitur Sanch. *lib 6 decal. cap* 12. *n.* 40. Cętera require infrà de testamentis.

RESOLVTIO LXXIII.

De Hæresi, & Hæreticæ prauitatis Inquisitoribus.

1. HOdie omnes Religiosi, etiam exempti subsunt Tribunali, & officio Sanctæ Inquisitionis, non obstantibus suis ad id priuilegijs, ex Bullis Alexandri IV. Clementis VII. & Pij IV. nisi à suis superioribus causa sit præuenta, per Extrauagantem Pij IV. quod tamen quoad hanc partem non videtur receptum, stylus enim sancti Officij, & consuetudo contrarium obseruat, nec est qui suos super hac causa iudicare audeat, sed protinus ad sanctum fidei Tribunal remittunt. Verùm est tamen, quòd contra Ordinum prælatos Generales ob dignitatis prærogatiuam non est facilè procedendum, donec Generalis Inquisitor consulatur, ad instar Episcoporum, quorum causæ grauiores, etiam hæresis Sedi Apostolicæ reseruantur, ex Decreto Tridentino, & Extrauaganti Pij V. *tom. 2 qu. 81. artic.* 1. de quo Pesia 3. *p. Director. Inquisit comment.* 77 *p* 557. Nauarr. *c. 1 de foro competenti, num. 5.* Trid. sess. 24. c. 3. de reform.

2. Inquisitores de Ordine Prædicatorum non possunt procedere contra Fratres Minores, nec è contra sine expressa, & speciali Sedis Apostolicæ licentia, ex Bulla Sixti IV. apud Bullarium. Quod priuilegium licèt, vt in plurimùm inseruire non videatur pro Hispanijs, vbi dicti Fratres non funguntur Inquisitorum Officio, extra illas fortè inseruire poterit, *ibidem artic. 2.* Bull. 20. Sixti 4 n. 8.

3 Religiosi hæretici suo priuantur officio, nec restituuntur sine Sedis Apostolicæ speciali licentia, ex Alexandro IV. sed ob dignitatis prærogatiuam, & periculum excommunicationis mitiùs torquendi sunt, nisi delicti grauitas, & indicia aliud suadeant, ibidem, art. 3. de quo Simancas *de Catholicis institutionibus, tit 65 nu 59*

4. Licèt secundùm aliquos non possit alter Inquisitor sine reliquis absoluere à casibus sancto Tribunali reseruatis, vel absolutionem committere. At dum solus visitationis officium exercet, benè poterit sacramentaliter absoluere ab hæresi, facta priùs abiuratione, aut alteri ex causa committere absoluendum circa personam longè distantem, & impetam accedere, v. g. ad Monialem, vt quidam probabiliter sentiunt. ibid. art. 4. de quo Henriquez de pœnitentia, lib 3. capit. 7. nu 4. Simancas de Catholicis institut. capit 3. num 8. & cap. 16. num. 4 & cap. 34 nu 13. Couar. cap. alma mater, 2 part § 11 nu. 3. & in regula, peccatum, 2. part. num 7. in fine, & suprà diximus de absolutione, nu. 5. & 6. Idem probabilius ex thimat Sanchez libr. 2. Decalogi c. 12. nu. 4. & 5.

5. Inquisitores de Ordine Minorū, & Prædicatorum non tenentur obedire suis prælatis in his quæ ad exercitiū sui muneris spectant, ex Clemente, & Sixto IV. apud Bullarium, liberèque possunt pergere ad Curiam Romanam, cum socio sui Ordinis ad libitum assūpto, etiam non petita, vel non obtenta licentia superiorum, ex alio priuilegio Gregorij Papæ. Religiosi tamen Societatis Iesu non possunt compelli ad huiusmodi munus, vel aliud exercendum absque expresso sui superioris consensu, ex Gregorij XIII cōcessione, ib. a. 5. de quo in cōp Societatis, v. exēptio, § 3. Bull. 14. Sixti 4. num. 20.

6. Hæreticæ prauitatis Inquisitores procedere possunt contra asserētes peccata semel confessa Fratribus Mendicā tibus iterum parochis Ecclesiarum esse confitēda, ex Sixto IV. apud Bullariū, quia id est virtualiter asserere non valere absolutionem habentium actualē iurisdictionem ad absoluendum, quam habere dictos Fratres iuxta Decreta Canonica nemini fas est dubitare, ibidem art. 6. Idem damnauit tanquam falsum, erroneum, & à doctrina Sacra deuium Ioannes XXII. in Extrauagāti, d. Bull. 14. nu. 50.

Vas

Vas,electionis,de hæreticis,& traditis multis resoluit P. Miranda tom.1.Manual.quæst 45.art 3.Ad quod etiam vide D. Antoninum 3. part.titul.17.cap. 9.Soto in 4. distinctio.18. quæst.4. art. 3.conclusi.2. vbi probat per cap. omnis vtriusque sexus,de pœnit. & remis.peccata semel confessa confessoribus Regularibus non esse iterum confitenda proprio sacerdoti,idque etiã condemnatum est per Clementem IV. in bulla, *quiaã temere*, teste P.Mirãda *vbi sup.*

7. Religiosi quorumuis Ordinum, vel etiã clerici sæculares,vnus,aut plures possunt ab Inquisitoribus auctoritate Apostolica eligi, assumi, vel creari in Notarios,ex Pio IV. *ibid. artic* 7. de quo Penna *in Directer. Inquisit.3.p.comment.67.p* 0.

8. Dicti Inquisitores vltra quòd gaudent indulgentijs concessis laborantibus, seu succurrentibus Terræ sanctæ, habent indulgentiam plenariam semel in vita,& in morte, ex Vrbano IV. quã consequuntur pro vita in quolibet actu contra hæreticos,teste Repertorio Inquisitionis, verb. Indulgentia,§. item Inquisitores. Item eodem modo lucrantur indulgentiam trium annorum auxiliantes Officio sanctæ Inquisitionis, & Inquisitoribus in fauorem fidei, quo tres ex illum præstant,quæ,& aliæ indulgentiæ habentur in quadam Bulla Alexandri IV. ibidem artic. 8. de quo Penna *vbi suprà comment.179. pag.676. col.2.*

9. Confessarij tam sæculares, quàm Regulares in Regnis Hispaniarum existentes tenentur sub præcepto obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ sententiæ reseruatæ Summo Pontifici, aut Inquisitori Generali nullo modo absoluere habẽtes, vel legentes libros hæreticos aut damnatos per Inquisitionem,vel imprimentes, aut imprimi facientes,aut venales tenentes,vel de eis aliquam notitiam habentes, vel super hoc aliquos culpabiles scientes, nisi priùs hæc Sancto Officio faciant, ipsos pœnitentes reuelare,ex decreto Pauli IV. Quapropter hac nõ seruata forma, actus absolutionis erit nullus, & absoluens incurret dictam excommunicationem, nisi probabili,seu inuincibili ignorantia huius constitutionis excusetur, & libri prohibiti de Religione nihil ex professo tractent.tom.2.quæst. 82.art.1.de quo Nauar.in Manual. cap. 23.numer.45.& lib.1.cons.1.quæst.35. art.2 tit.de constitutionibus. Ad quod vide Suarez de censuris disputat 21 sectio.2.num.10 & 11. & Sanchez latè lib.2.Decalogi,capit 10.à num.20 vbi benè tradit,quinam incurrant,vel non incurrant in dictam excommunicationem latam in Bulla Cœnæ Domini, & numer.38. agit de ignorante, seu cum ignorantia legentibus.

10. Religiosus denunciatus apud Sanctum Officium Inquisitionis, eò quod legerat quendam librum suspectum, abiurauitque de leui suspicione,non sit inhabilis ad dignitates,& officia ordinis,quia absolutus per talem abiurationem de leui suspicione hæresis imò & de vehementi est habendus pro innocẽte,ac si nullo modo commisisset crimen impositum,iuxta capit accusatus, in princip. de hæretic. in 6 & capit.ad abolendam, § qui verò, extra eodem tit.cap inter,de purg. Canon, & notatur in c.de his,de accusat & consequẽter nulla inhabilitas ex eo nasci potest, nisi ei aliqualis ob id pœnitentia sit imposita, ex quo cõtra illum fuit orta suspicio, *ibid. art.2* de quo Nauar. *lib. 5. cons 4 tit.de hæretic.* Idem in casu maioris suspecti de hæresi, & abiurantis de vehementi tradit Sanch. *lib. 2 Decalogi,cap* 24 *num.* 12.

11 Nullus inferior à Papa potest dare licentiam,nisi ex eius speciali delegatione ad legendum libros hæreticorum,etiam ad eorum errores confutandos.Facultas autem facta Præposito generali ad id per Gregorium XIII. pro Societate Iesu, & aliæ similes concessiones in his Hispaniarum partibus fortè oẽs sunt abrogatæ, tũ per priuilegia amplissima sancti Officij, tum per Bullã in Cœna Domini *ib.a.*3.de quo Collector Societatis *tit. Bulla Cœnæ* §.2. *& tit.libri prohibiti*,§ 2 *Nauar lib.1.cons.1.q. 36.tit. de constitutionib. & infrà dicemus de librorum prohibitione num* 1. *&* 2. Ad quod vide Sanchez *dict c.10.à num.42.*

12.Nul-

12. Nullo priuato decreto, vel consuetudine stante circa bona hæreticorũ applicanda in terris Ecclesiæ Romanæ subiectis, iuxta capit. vergentis, de hæret. dimidia pars ipsi Ecclesiæ, & altera officio Inquisitionis applicanda est: in alijs verò locis Italiæ obseruãda est constitutio Innocentij, Alexandri, & Clementis IV. extra Italiam ius Canonicum dict. cap. vergentis, seruandum est. Sed apud Hispaniam hæc bona hæreticorum applicantur Fisco Regio, eò quòd Reges Catholici præbeant abundè omnes expensas Inquisitoribus. An autem bona Hæreticorum debeantur ante sententiam comdemnatoriam? lis est inter Doctores, sed pars negatiua tã quam verior, & benignior amplectenda videtur: quia nemo obligatur ad pœnam in seipsum exequendam, etiam in causa hæresis. *tom. 2. quæst. 83. art. 1.* de quo Penna *in directr. Inquisit. 3. p. comment.* 158. Couar. *lib. 2. variar. cap. 9. nu.* 12. *Castro de lege pœnali lib. 3 cap.* 10. *& de iusta hæret. punitione lib. 2. cap 6.* Simancas *de Catholic. instit. titulo 6 num.* 157. Vide ad idem Sanchez *vbi suprà cap. 20. à num. 1 & cap. 22. num. 7.* vbi resoluit, non deberi dicta bona ante iudicis sententiam

13. Bona Ecclesiæ non sunt propter hæresim confiscanda, secus facientes incurrũt excommunicationem ipso facto ante satisfactionem non absoluendam extra articulum mortis, Clement. nolentes, de Hæretic. Vnde Fiscus sæcularis confiscans libros Fratris Minoritæ, quorum dominium pertinet ad Ecclesiam Romanam, incidit in dictam censuram, nisi probetur donantem tales libros reseruasse sibi eorundem dominium tunc enim non incurrit, eidémque domino sunt restituendi, ibid. art. 2. de quo Ouando in 4. dist. 13. propositione 33. corol 3. Septimacen libr. 5. variar. inst. titulo 9 num. 88. Idem videtur innuere Sanchez lib 2. decalog. capit. 20. n. 14. quidquid dicant Simancas de Catholic. instit. titulo 9. num. 88 & Azor tom. 1. instit. moral. lib 8. cap 12. quæst. 14 ab eo relati, nam licet dicta bona non sint monasterij Minorũ, quod est incapax possidendi in communi, sũt tamen Ecclesiæ Romanæ, ad quam pertinent omnia destinata ad vsum dictorum Fratrum. Nec placet, quod subdit ibid. Sanchez ex mente Simancas, cuius sensum exponens, ait, publicantem dicta bona Minoritæ ob hæresim, non incurrere dictam censuram: quia non sunt bona ipsius monachi, licèt enim non sint, sunt tamen bona Ecclesiæ Romanæ, ad quam pertinet eorum dominium, ac proinde in eo publicante procedere dictam Clement. nolentes, videtur consequenter dicendum, in hoc tamen standum esse praxi Sancti Tribunalis, & suorum priuilegiorum dispositioni omninò censeo, vide eund. in Sanchez lib. 7. decalog. cap. 12 nu. 54. vbi docet monacho incidente in hæresim, minimè amittere monasterium bona delata ipsi monacho, quippe ea non ipsi, sed monasterio acquiruntur, vt benè tradit Spino *glossa 12. principali, numer.* 25.

14 Bona immobilia Clericorum hæreticorũ pertinent in Hispania ad Principem sæcularem, etiam si sint Beneficiati, seu Curati, secundum aliquos; *Addit. summæ tom. 3. cap.* 184 *num* 2. de quo Couar. 2. *variar. capit. 9 ad finem,* Oldrad. *consil.* 17. vide Sanch z *libr.* 1. *decalog cap. 20. num.* 22.

15. Hæretici manent irregulares, etiam si pœniteant, & absoluantur, cap. salubeirimum, 1. quæst. 7. nec possunt dispensari ad ordines recipiendos, nisi à Papa, ex quodam Breui Pij V. ad ministrandum tamen in susceptis benè dispensari posse per Episcopum, vel Inquisitorem Generalem supponit Pius V. In irregularitate verò proueniente ex hæresi occulta, quæ probari potest, non licet Episcopis dispensare postquam ablata est ab eis facultas absoluẽdi in foro conscientiæ à crimine hæresis occulto per Bullam in Cœna Domini, & declarationem Cardinaliũ, quia per capitulum, cum illorum 32. de sentent. excommunic. Episcopi non habẽt dispensandi facultatem in casibus, quorum etiam absolutio est ipsis interdicta, cùm maiora intelliguntur illis prohibita, quibus vetita sunt minora. Ex quo consequenter deducitur sublatam

esse

esse ex eadem ratione talem potestatẽ dispensandi à prælatis Regularibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, quando quidem ad instar Episcoporum illis data erat talis auctoritas per priuilegia Apostolica. *Ibidem cap 183. à num. 2. vsque ad 6.* de quo Suarez *de censuris tomo 5. disput. 43. sect. 1. à num. 1.* Maiol, *de irregularitate lib. 5. capit. 46.* Nauar. *cap. 27. num. 205.* Syluest. *verb. irregularitas, quæst. 5.* vide Sanchez *lib. 2. decolog. cap. 25. per totum*, vbi ad id multa tradit notatu digna.

16. Innocens conuictus iuridicè de Hæresi, ita vt sit ei imponenda pœna mortis non peccat mortaliter confitendo crimẽ à se non commissum: quia scit conuictum de eo esse, ac secundùm allegata, & probata esse publicè puniendum tanquam reum talis criminis, ex qua confessione non oritur scandalum graue, & licèt sibi soli præiudicet, culpæ tantùm venialis reus iudicandus est, vt communis tenet. Secus si non est conuictus; quia tunc grauissimè peccat, non ex eo tantùm, quia suæ famæ, & honor's prodigum se gerit, sed etiam præcipuè ob damnum irreparabile infamiæ, qua maculat ex sua stirpe descendentes *ibid. cap. 185. num. 8.* de quo Nauar. *in cap. inter verba, concl. 6. corol. 44.* Soto *de iustitia libr. 4. quæst. 2. artic. vlt.* Cou ar. *lib. variar. cap 2. num. 8.*

De Homicidio.

De pœna, qua sunt puniendi Religiosi homicidæ, vide tom. 1. qu. 33. & tom. 1. quæst. 30 art. 18. & nos diximus suprà de correctione Fratrum quoad pœnam imponendam Fratribus homicidis à num 18. Vide etiam de potestate dispensandi in irregularitate prouenienteex homicidio, tom. 1. quæst. 24. art. 8. vsque ad 13. & nos diximus suprà *de dispensationibus à nu. 23. vsque ad 26.*

De Horis Canonicis.

Vide quæ suprà resoluimus *ex tomo 1. quæstion. 42.* de celebratione Diuini Officij *resolutione 24. per totam.*

RESOLVTIO LXXIV.

De Hospitalibus Regularium.

1. Hospitale in titulum duobus modis conferri potest, aut ratione fundationis, aut per viam electionis, quando quis ad eius regimen eligitur. Item quando ibi est campanile cum cãpana ad pulsandum pro Diuino Officio, vel altare, in quo missæ celebrantur, tunc enim verè appellatione beneficij venit, conferrique potest in titulum. *tomo 2. quæst. 84. artic. 1.* de quo Rebuf. *in tract. nominat. quæst. 15. num. 12. & de pacifica possessione num. 21. DD. in Clement. quia contingit, de religios. domibus.*

2. Hospitalia Regularia in quinque sunt libera, per glossam in d. Clement. quia contingit. Primò in suppletione Ordinariorum, etiam quoad exempta. Secundò, quod non conferantur in beneficium. Tertiò, in iuramento præstando. Quartò, in conficiendo inuentario. Quintò, in ratione reddenda. Verum est tamen, quòd tenentur administratores, seu seruientes, aut Præsidentes sub præcepto obedientiç prouidere pauperibus, ac hospitalitatem debitam tenere, & exercere, ex dicta Clement. quia contingit § præmissa. In Cõcilio etiam Tridentino præcipitur ordinarijs, vt curent, quod hospitalia etiam exempta fideliter, ac diligenter à suis administratoribus gubernentur, item vt impositum illis onus, officiumuè administrent, atque hospitalitatem debitam ex fructibus ad id deputatis exerceant, & in defectum pauperum liceat ipsis in alium pium vsum institutioni proximiorem, ac pro loco, & tempore vtiliorem conuertere ad arbitrium ordinarij cum duobus de Capitulo. ibid. art, 2, de quo Rebuff. *in Praxi titulo de com-*

Trid. sess. 7. c. 15. & sess. 15. ca. 8. de reform.

commend. nu. 15. Zerola in prax. Episcop. 1. p. verb. hospitale num. 8. Gener. cap. 3. n. 8 de testam. vide ad idem Azor *tom. 2. inst. moral. lib. 3 cap. 40 quaest. 12.*

3. Licet iure communi non possit committi hospitale Religioso iuxta dictam Clementinam, quia contingit, hoc tamen fieri potest, quando hospitale habet annexam ecclesiam curatam, vel quando Religio est fundata in hospitalitate, vel etiam quando hospitale solet per Regulares gubernari, ac tandem generaliter quandocunque necessitas hospitalis, & pauperum id suadeat potest legatus à latere præficere monachum huic muneri, ipsumque à monasterio extrahere, imo & Episcopo id ipsum licet ex Rotæ decisione *ibid. artic. 3.* de quo Gambar, *de auctoritate legati à latere lib. 8. num. 44.* Lappus *in tract. Hospital. column. 4.* Cardinal. *in Clement. 2. qu. 23 de præbend. & in Clement. 2. §. vt autem, qu. 1. de Religios. domibus.*

4. Apud hospitalia Cisterciensis ordinis monachus per Abbatem electus confessiones pauperum inibi commorantium audire, eisque sine alieni iuris præiudicio Ecclesiastica ministrare Sacramenta valet ex Nicolao IV. apud

Bull. 11. Bullarium. Sed hoc quantum ad auditionem confessionum videtur iam re-

Nicolao uocatum; nisi confessarij ad id deputati

4.

Trid. sess. ab Ordinario approbati sint, iuxta formam Tridentini Concilij, sicut in simi-

23 c. 15. li diximus de potestate Regularium ad

de refor. sacramenta ministranda suis familiaribus, suprà *de famulis Fratrum num. 1. de quo tom. 1. q. 57. art. 14. & tom. 2. q. 67. art. 1.*

5. Fratres, seu Germani sæculares (vt vocant) hospitantes Religiosos Minores in Hispania gaudent magnis priuilegijs Regalibus, inter quæ præcipuũ est, vt non teneantur contribuere pro accommodandis militibus id quod alij oppidani contribuunt, nec constringantur eos hospitare apud suas domus. *tomo 3 quæst. 40 art. 2.*

6. Ordinarius potest visitare hospitalia inquirendo, an opere compleantur statuta fundatoris, & petere ratiocinia singulis annis, etiam si constructa non sint de eius licentia, & auctoritate, vel etiam si sint loca prophana, vt ex mente dicti Tridentini decreti colligitur. Quandò vero ex institutione, seu fundatione, priuilegio, aut consuetudine ad alios pertinet rationẽ sumptuum exigere, Ordinarius simul cum ipsis admittendus est, aliàs data, & expensa non valent, vt habetur in quadã declaratione Cardinalium apud Zerola. Addit Summæ *tomo 3. capit. 198 nu. 2. 3 et 4.* de quo Gutier. *lib. 1. Canonicar. cap. 35 num. 19.* Zerola *in prax. Episcop. 1. p. titulo hospitale fol. 91. & 92. § sextũ dubium.* Vide Azor *dicta quæst. 12.*

RESOLVTIO LXXV.

De Ieiunio.

1. QVamuis Monachis Benedictinis per suam Regulam esus carniũ omnino sit prohibitus, ex priuilegio tamen Alexandri VI. certis quibusdam diebus licitus est, quod item permittitur infirmitate, vel debilitate detentis, & in alijs casibus iuxta sacrorum Canonum, & eiusdem Regulæ moderamen. Quæ prohibitio cùm sit pœnalis, non extenditur ad esum ouorum & lacticiniorum extra Quadragesimã, quidquid in oppositum firmet Collector Cisterciensium *titulo, carnium esus. tom. 2. quæst. 100. art. 1.* de quo Panormitan *cap. cum ad monasterium, num. 16 de statu monachor.* *Angles in 4. quæst. 9 de ieiunio pag. 438 Henriquez in capit. denique 4. distinctione.*

2. Iure communi attento possunt Prælati Regulares dispensare suos subditos, sicut Episcopus suos circa ieiunia Ecclesiastica, & comestionẽ ouorum, carnium, & aliorum prohibitorũ in Quadragesima, & à fortiori, vt possint anticipare horam prandij ante horam nonam, quod & Leo X. ad maiorẽ Bull. Ora

cautela indulsit Fratribus Minoribus, 57. Leo.

maximè actu populo prædicantibus, X.

etiam quoad anticipationem, & retar-

In. Com. Mend. ti. Ieiunium §. 5. & 7. Comp. D. Hier. §. 7. Bullar. Orac. 8. Pij V.

dationem ſerotinæ collationis. Et ex conceſſione Eugenij IV. Prælati ordinis Diui Hieronymi, & in eorum abſentia Vicarij, imò & confeſſores Fratrum poſſunt licentiare, etiam familiares monaſterij infirmos, & debiles circa ieiunia Eccleſiaſtica, & cibos prohibitos, etiam ſine cõſilio medici. *ibid. art.* 2. de quo D. Thom. in 4. diſt. 15. q. 3. *art. 2. ad vltimum, & 2. 2. quæſt. 147. art. 4. Nauar. in man. cap. 21. num. 11.*

Item Pius V. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula conceſſit, quòd in ieiunijs Eccleſiæ, & Regulæ, ſenes, & debiles Fratres poſſint comedere oua, & carnes de conſilio medici, & confeſſoris, & quòd eorum ſuperiores poſſint diſpenſare; de quo ſuprà *de diſpenſationibus, num. 37.*

3. Ratione medicinæ, debilitatis cõplexionis, aut agendi aliquid negotij neceſſarium, vel iter faciendi, etiam equitando, vel alia rationabili de cauſa, ſecluſo omni priuilegio de manè facere conſuetam collationem, & veſpere cœnare licet, ex ſententia grauiſſimorum virorum. Vnde præfata cõceſſio Leonis X. & ſimiles parum, aut nihil vltra ius commune concedere videtur, niſi tantùm ad ſedandos ſcrupulos Fratrum pro varietate opinionum, *ibidem in fine, & Addit. Summæ tom. 4 cap. 110. num. 9.* Vide Sylueſt. *verb. ieiunium, Nauar. cap. 21. nu. 14. & 15.*

Bull. Ora Leon. X.

4. Religioſi itinerantes poſſunt tráſferre ieiunium in alium diem præcepto Eccleſiaſtici ieiunij non impeditũ, ex Leone X. apud Bullarium Conficiẽtes autem inter ſex leucarum pedeſtres ab obligatione ieiunij excuſari, affirmant plures, & hoc regulariter, & vt in plurimum, ea enim poteſt eſſe itinerantis debilitas, vel itineris aſperitas, vel quid ſimile, vt ex breuiori ſpatio excuſetur, ad arbitrium prudentis viri. Vnde breue conficiens iter tali priuilegio de transferendo ieiunio in alium diem vti optimo iure poteſt. *ibid. art. 3.* de quo Victoria 2. 2. *quæſt 149. Soto. in 4. d. ſt. 19. quæſt. 2. art. 1.*

5. Fratres Minores ex vi Regulæ tenentur ad ieiunium Quadrageſimæ, etiam ante vigeſimũ primum ætatis annum, vt Expoſitores Regulæ cum Sancto Bonauentura, & ſtatuta Barchinonenſia tenent, idemque declarauit Clemens V. in capit. exiui, §. nos itaque, & §. deinde cum duobus temporibus, conſuetudoque ac communis intelligentia Ordinis admiſit. Alia tamẽ ieiunia Eccleſiæ, vt Vigiliarum, & quatuor anni Temporum, non obligant, nec ad ea obligatur ante dictum ætatis tempus ex præcepto Regulæ, ſed tãtùm poſt illud expletum, ſicut cęteri fideles. ibid. art. 4. & 6 & in addit. Summæ tomo 3. cap. 25. num. 16. de quo D. Bonauent. ſuper Regul. c. 3. Cordub. *ibid. quæſt. 2. puncto 2. & 3.* Idem ferè poſt alios à ſe relatos docet Sanchez *lib. 4. decalogi cap. 11. num.* 56. & ſequitur Portel *verb. ieiunium, n. 2.*

D. Bonau. ſup. Reg. cap. 3.

6. Licèt ex decreto Teleſphori Papæ in cap. ſtatuimus diſt. 4. clerici omnes, ac Religioſi ſeptem hebdomadas integras ante Paſcha à carne ieiunare debent, id tamen quoad integritatem, ſeu complemẽtum talium hebdomadarum iam per contrariam deſuetudinẽ antiquatum eſt, à feria quarta Cinerum inchoantes, ad inſtar aliorum omnium fidelium. Apud tamen quoſdam Regulariũ, vt apud nos Minores ex deuotione in refectorio à feria ſecũda ante Cineres ieiuniũ Quadrageſimæ inchoatur *ibid. art. 5. & tom 3 q. 45. art. 1. & 2.*

7. Quamuis iuxta ſtatuta antiqua ordinis Minorum, & Expoſitores Regulæ, obſeruari ieiunia Regularia in cibis Quadrageſimalibus à Fratribus debeãt conſuetudo tamen legitimè præſcripta apud quaſdam Prouincias obtinuit, vt lacticinijs veſcantur, ſuper quo Prouinciales de conſilio Diſcretorum diſpenſare poſſe, declarat ſtatutum Barchinonenſe. *ibid. ar. 7. & q. 101 art. 3 eodem tom 2.* Idem ferè docet Corduba *in Regul. c. 3. qu 2. puncto 4.* de quo vide infrà *nu. 13.*

8. Dicti Fratres Minores ante vigeſimum primum ætatis annum completũ tenentur ad ieiunia Regulæ ex vi voti ab ipſis expreſsè emiſſi, idq; approbat, & interpretatur antiqua, & recepta conſuetudo ordinis Huiuſmodi namque Fratres iuniores ſponte ſe ſubdentes præcepto Regulæ de ieiunando,

iuxi

iuri suo quodammodo renunciare videtur, ac voto se adstringere supra id, quod Ecclesia alijs fidelibus præcipit. ibid. art 8. de quo Cordub. in cap. 3. Regul. quæst. 2 puncto 2 Syluest. verb. ieiunium, num 10 §. sexto quæritur. Idē docet Portel dict. numer 2. & addit ad dubia verb. ieiunium, num. 1. addit, esse annum vigesimum primum debere esse completum omninò de momento ad momentum, vt obliget præceptum ieiunandi.

9. Frater Minorita frangens ieiuniū feria sexta Aduentus, vel Quadragesimæ, vnicum tamen transgreditur præceptum, Ecclesiæ scilicet, quantum ad Quadragesimam, & Regulæ ratione Aduentus: quia extra id temporis tantum tenentur sexta feria ieiunare. Sed frangens ieiunium feria sexta, in qua occurrit vigilia, vel ieiunium quatuor temporum facit contra duo præcepta, sicut & ille, qui non ieiunaret in Vigilia Sancti Matthiæ occurrente in Quadragesima, vel Sancti Thomæ in Aduentum, ibidem §. adde tamen, ad finem articuli, & Addit Summæ tomo 3 cap. 25 num 17. vbi affirmat Auctor, quòd Regula Minorum non obligat ad ieiunium sextæ feriæ intra Quadragesimā speciali præcepto, sed communi Ecclesiæ, quo tenētur omnes fideles. De quo Oviedo in 4. disp 16. punct 53.

10. Senes, etiam Religiosi excusantur à ieiunio, quia senectus ipsa est morbus, & infima ætas dicitur seniorum, non indifferenter omnium, sed prouectioris quæ sunt ætatis, putà septuagesimum annum attingentium, regulariter, inquam, loquendo aliquando enim continget quosdam ante talem ætatem, vt sexagenarios in magna constitutos esse senectute, & debilitate, quos ad ieiunia non teneri valde probabile indicatur à quibusdam. Vnde in Bullis Cruciatæ à temporibus Pij V. dispensatur cum Religiosis præfatæ ætatis sexagenarijs ad vescendum ouis, & lacticinijs. *ibidem §. confirmatur, & artic. 2 §. ad vnum*, de quo Sanchez *de matrimonio lib. 7. disp. 32. numer. 17. Monachus de arbitrarijs casu* 59. Idem tradit Portel *verb. ieiunium, numer. 5. ad finem*, & non dissentit Sanchez *lib 4. decal. cap. 11. num. 55. in fine.*

De ieiunio quoad abstinentiam à carnibus.

11. STatutum Carthusiensium de non edendo perpetuo carnes, etiam in extrema necessitate rationabile est, ac proinde approbatum à Sede Apostolica. Eo tamen non obstante contingibilis est casus, in quo professus istius Ordinis teneatur vesci carnibus, cum tantum ex statuto, & non ex voto obligatio oriatur, secluso tamen scandalo cuius vitatio etiam in extrema necessitate obligat, dicente Apostolo. *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum Auct tomo 2. quæst. 101. art. 1* de quo Gerson *1 p. tit de abstinentia Carth. & Victoria de temperantia num 8* Henriquez *libr. 9. cap 12. § 3. in fine*, Sanchez *lib. 6 decalogi capit. 13. num 39 vers 3. quia.* 1 Cor. 8.

12. Abbreuiare vitam per nimiam abstinentiam nemini fas, sit rectè tamē licet vti communi hominum cibo in quantitate sufficienti ad salutem conseruandam tantùm, alia nō quæsita delicatiore, vel lautiore esca, dato quòd ex eo abbreuietur notabiliter vitę cursus: sicut nec tenetur quis vti peculiaribus medicinis, ac remedijs ad prolongandam vitam *ibid. art* 2 de quo Victoria *vbi supra dicti num.* 8.

13. Prælati ordinis Minorum, & aliorum Mendicantium possunt dispensare cū suis subditis, vt comedant oua, & lacticinia in ieiunijs Ecclesiasticis, ex concessione Clementis VII & Eugenij IV. ibidem. art 3 de quo suprà n. 7. Vide ad hoc Sanchez lib 4. decalogi cap. 11 num. 50. & 51 vbi iuxta probabiliorem sententiam resoluit, lacticinia nullo iure, ac consuetudine interdicta in diebus ieiunij extra quadragesimam, ad quod refert Syluest. verb. ieiunium, quæst 5 dicto 1. Tabi: h. quæst. 7. num 8. Angel. nu. 5. Azor lib. 7 institut.

rut. moral. cap. 10. quæst. 2. in fine, tom. 1. & dict. capit. denique 4. dist. vbi ea lacticinia tantùm prohiberi in quadragesima videtur, ad quod etiam vide Portel *in addit. ad dubia verb. ieiunium, num. 7. & 8.*

14. In die Natalis Domini occurrente in sexta feria permittit ius comedere carnes ob solemnitatem tanti festi, c. final. de obseruat. ieiunior. Quod à fortiori videtur dicendum, si occurrerit in Sabbato, in quo abstinentia carnium non est ita stricta, sicut in die Veneris, idque vt indubitatum ac certissimum tenendum est, & probat generalis consuetudo Ecclesiæ, quidquid alijs non placeat. Hoc tamen non permittitur Religiosis & alijs, qui ex voto, aut ex regulari obseruantia sunt adstricti dictis diebus ieiunare, vel à carnibus abstinere, vt habetur in eodem cap. finali. Nec Prælatis Regularibus potentibus dispēsare in esu carnium id licet facere cum suis subditis in tali festo Natalis Domini occurrente cum feria sexta, vel Sabbato: quia non habent dispensare in iure communi prohibente esum carnium talibus diebus, quod ius non reuocari quando coniungitur voto, aut regulari obseruantiæ, indubitati iuris est, quidquid sentiat Syluester loco statim citando. tomo 3. q. 45. art. 3. & in addit. summæ tomo 3. c. 25. nu. 8. 9. & 10. de quo Syluest. verb. ieiunium, num. 6. 7. & 10. Idem docet post alios Sanchez lib. 4. decalog. cap. 11. à numer. 59. & de matrimon. disp. 8. num. 16. & libr. 6. decalog. cap. 6. num. 2. vbi docet Episcopum Monachum, cui iuxta suæ regulæ præscriptum ieiunium, vel abstinentia à carnibus indicta est, posse licitè carnibus vesci feria sexta, in qua Natale Domini incidit: quia iam liber est à legali regulæ obligatione, seu debito, & citat pro sua sententia Caietan. Sotum, Couar. & nostrum Auctorem *tom. 2. summ. capit. 10. num. 4.* & addit idem dicendum esse in Episcopo assumpto ex ordine Minorum, qui quartum solemne votum abstinentiæ à carnibus emittunt.

15. Vouenti abstinentiam ab ouibus in sexta feria non est licitum tali esca vesci in die Natiuitatis Dominicæ occurrente cum die Veneris, si ex priuilegio, aut consuetudine aliàs licitus est illi talis esus ouium, bene tamen licebit carnes manducare, per votum enim huiusmodi intendit se abstinere à re sibi licita, non autem à re illicita, qualis est esus carnium in sexta feria, & per consequens suæ voluntatis fuit permanere in obligatione iuris communis disponētis, vt in tali festo occurrente in Veneris die licitus fit esus carnium. Secus dicendum, quando vouenti non erat permissus esus ouium tali die, tunc enim promissio videtur facta Deo ad maceratione carnis, & in memoriam Passionis Dominicæ, ac proinde à fortiori à carnibus se voluisse abstinere censetur, à quo recedere videtur, si ... ilibus illarum esus liceret: ... §. tertio notandum, & addit sum. vbi supra num. 9. de quo Syluester vbi supra n. 7. Idem absolutè, & indistinctè docet idem Sanchez d. cap. 11. num. 61. & non dissentit Azor *tom. 1. inst. moral. lib. 7. capit. 10. qu. 2. prope finem.*

16. In Prouincijs, vbi consuetudine præscripta receptum est Sabbato manducare animalium extremitates, & viscera, vt fit apud regnum Castellæ, Regulares, quibus his vesci tali die prohibetur ex voto, aut obseruantia regulari, eadem comedere licitè non possunt in Natali Domini contingente in Sabbato, ex eadem ratione, qua in superioribus diximus, tali die carnes manducare non licere ob causam voti, quæ æquè militat in Sabbato respectu talium extremitatum, & viscerum animalium vescendorum, ac respectu carnium in feria sexta. Et à fortiori idem prohiberi dicendum est in prouincijs, in quibus non est consuetudo comedere in Sabbato tales escas, si adsit votum, aut obseruantia regularis de non edendo illas tali die, ibid. art. 4. & addit. sum. vbi supr. nu. 10. de quo Syluest. verb. Ieiunium, num. 16. & 27. Faciūt tradita à Sanchez d. cap. 11. num. 59. ad finem, & ferè expressè docet Portel in addit. dict. verb. Ieiunium, num. 9. & idem colligitur ex resolutis ab Azor tom. 1. inst. moral. lib.

7. cap.

7.capit.19.quæst.8.ad finem, vbi agens de ea consuetudine edendi extremitates animalium in Sabbatis,in quibus nō est præceptum ieiunij, ait, talibus cibis vti non posse religiosos,quibus id interdicitur in eisdem diebus per institutum suæ regulæ.

17. Non peccat mortaliter prætermittens ieiunium ob corporis ægritudinem, intelligens per illam excusari ab hoc præcepto, nec prætermitteret,si aliter intelligeret, licet ipsa ægritudo in rei veritate non esset sufficiens causa, quia bona fide omisit ieiunare, *tom.3 q. 64.articul.2.§.vnum tamen.* de quo Palud *in 4.dist.13.qu.4.art.1. Syluest.verb. Ieiunium,q.28. Nauar.cap.21.num.20.*

18. Religiosi non tenentur ad ieiunia præcepta ab Episcopis, quia nullo ad hoc iure obligantur,nec item ad ea,quę ex consuetudine obseruant clerici sęculares, nisi adsit scandalum. Sed ad ieiunia generali consuetudine prouinciæ, aut loci communiter recepta obligantur vtique in monasterijs intra eandem Prouinciam, seu loca constitutis. *addit. sum. tom. 4.c.140. num.4.* de quo D. Anton. *2.pars tit.6.c.2.§.6. Azor lib.7.inst. moral. cap.19. quæst.1.tom.1. Palud.in 4. dist.15. quæst.4.art.3. Syluest. verb Ieiunium quæst.2.*

RESOLVTIO LXXVI.

De illegitimis.

1. TRia sunt genera illegitimorū de iure canonico,cap.nisi cum pridem §.personæ vero,de renunciat. Videlicet naturales spurij,nothi,& manceres,Filij naturales reputantur de iure pontificio illi omnes, qui geniti sunt ex parentibus, inter quos tempore Conceptionis, aut natiuitatis ipsorum nullum erat impedimentum ad contrahendum dirimens,vt colligitur ex argumēto cap.tanta,qui filij sint legitimi,& habetur in authent. quibus modis naturales efficiantur, & c.5. si quis autem defunctus,collat.7.Nothi, autem seu manceres,qui ex soluto,& soluta,inter quos matrimonium contrahi potest,nati sūt. Et differunt à naturalibus in eo, quòd nascuntur à matre comi non retenta, quapropter necessarium est,vt pater tāquam suos eos recognoscat, vel id aliūdè sufficienter probetur. Spurij verò sunt, qui nascuntur ex parentibus habētibus impedimentum ad contrahendū inter se matrimonium, *tom.1.qu.13.art. 1.* de quo Conat. *in epitom.4. part c.8.§. 4.num.6.* Anton.Gomez *l.11.tauri n.91. Molin.2.2.disp.66 Sarmient. lib.1.select. c.6.* & *alios.de nothis,cap.10.num.4.*

2. Filij legitimi dicuntur illi, qui ex matrimonio in facie ecclesiæ cum bona fide, saltem ex parte alterius coniugis celebrato geniti sunt, esto matrimoniū ob occultum impedimentum fuerit nullum,cap.2. & c.ex tenore, qui filij sint legitimi,l.1.tit.13.part.4 At non qualis qualis ignorantia circa hoc efficit prolem legitimam, sed tantum ignorantia facti, & non iuris,vt qui bona fide contrahunt scientes se esse consanguineos, aut affines,ignorantes tamen consanquinitatem,& affinitatem esse impedimentum iuris dirimens. Filij tamen nati ex matrimonio clandestino nullo ob defectum assistentiæ parochi,& testium vel etiam denunciationum,inuento postea aliquo impedimēto, non sunt legitimi, etiam si adsit ignorantia circa illud impedimentum,vt à contrario sensu ex c. quod nobis,qui filij sint legitimi, deducitur, & satis constat ex Trident. sess. 24. capit.1. de reform.matr. ibidem in princ. articuli, & addit. sum.tom.3.ca. 190.num.6.& 7.de quo Molina de primog.lib.3.cap.3.num. 12.Costa in cap. si pater,1.part. verbo, vxor,num.2. Couarruuias suprà §.1. Sanchez libr.3. de matrimonio disp.53. num.8. & quantū ad ignorantes resoluit,eorum annullari matrimonium,& consequenter non legitimari filios ex eo procreatos, *libr.3. disp.17.num.10.ad finem Gutier.de matrimonio cap.61.num.11.* Trid. sess. 24.c.1. de reform.

3. Filij Commendatorum Militariū ordi-

ordinum illegitimi sunt sacrilegi, quia à verè religiosis militantibus votum solemne castitatis coniugalis emittentibus sunt geniti, vnde per subsequés matrimonium non legitimatur, *ibid. art.* 2. de quo Couar. *4. p. 2. epitom. cap.* 8. §. 2. *num.* 30. Sarmiento *lib.* 1. *sellect. capit.* 6. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 6. Idem docet Villalob. 2. *part. summæ tract.* 35. *d.* §. 10. *num* 7.

4. Legitimatus per subsequens matrimonium reputatur ille, cuius mater concubina ducta fuit tempore mortis patris ad eum effectum, vt filij ex ea nati legitimarentur, ac sint capaces magnæ hæreditatis, etiã Maioratus. Quod procedit, etiam si vir côtrahens sit adeò senex ac decrepitæ ætatis, vt naturaliter non valeat generare, *ibid. d. art.* 1. §. *& est notandum*. de quo Couar. *vbi suprà num.* 10. *Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 51. *num* 16. Menchaca *libr.* 3. *con. vniuers. frequent. cap.* 4. *num* 41.

5. Expositi legitimi censentur, ex sẽtentia doctissimorum virorum. Ex quo non videntur indigere dispensatione ad sacros ordines, vel ad prælationes ordinis facti religiosi. Sed in varietate opinionum, consultius erit cum illis prius dispensare secundùm terminos priuilegiorum Regularium, *ibid.* §. *expositi.* de quo Paleot. *de nothis cap.* 3. *num.* 63. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 4. *casu* 396. Salzed. *in pract. crim. c.* 14. *p.* 35.

6. Legitimatio est amplè interpretanda, quando non est dispensatio, & è contra dispensatio, licèt sit stricti iuris, amplè etiam est interpretanda, quando est legitimatio. Ex quo magna reperitur differentia inter dispensationem, & legitimationem, cum illegitimo, nam quando tali illegitimo non conceditur habilitas ad omnia, ad quæ de iure erat inhabilis, sed ad taxam tantùm, dispensatio duntaxat censenda est, esto habilitans vtatur verbis, legitimare, vel legitimationis, quia non potest quis pro parte esse legitimus, & pro parte illegitimus. Secus si simpliciter, & absolutè habilis reddatur ad omnia ad quæ erat inhabilis de iure, tunc enim legitimatio dicenda erit, licèt vtatur verbis; dispẽso tecum, vel restituo te natalibus, vel habilem te facio. nam hic potius attenditur ad factum, quam ad verba, quibus fieri significatur, *ibid. art.* 10. §. *pro huius notabilis.* de quo Cou. 4. *p. epitom. cap.* 8. §. 8. Molina Iesuita 2. 2. *tract.* 2. *disp.* 173. *col.* 979. vide quæ ad hoc diximus *resol.* 52. *num.* 44.

7. Illegitimus per ingressum religionis legitimatus, si ante professioně exeat, reincidit in irregularitatem contractam ratione illegitimitatis quoad ordines, nam similiter nouitios virtute priuilegiorum ordinis absolutos à censuris, si à religione ante professionem recedant, in easdem relabi, ipsisque religari, certi iuris est, *ibid. artic.* 4. de quo Angel. *verbo, nouitius, num.* 20. Syluest. *verbo, Religio* 5. *num.* 10.

In oppositum tenet Sanchez libr. 5. decalog. cap. 5. num. 13. vbi resoluit, per simplicia vota emissa in Societate Iesu deleri irregularitatem ex natalium defectu consurgentem, taliter quòd retrocedens, seu demissus à Religione, à votisque absolutus non reincidit in ipsam. Vnde si iam promotus sit, poterit ordinibus susceptis vti; nondum verò promotus promoueri non prohibetur. Idẽque docet de professo in alia Religione, & ab ea expulso in perpetuum. Ducitur, quia iura decernunt, eam irregularitaté deleri per ingressum Religionis, nec declarant semel ingressos, vel professos post desertam religionem reincidere, quod necessariũ esse, probat ex eo quia irregularitas non contrahitur, nisi in casibus iure expressis, & per professionem semel factæ dispensatio, seu legitimatio iam consecuta est suum effectũ; ad quẽ ordinabatur. Et pro sua sentẽtia citat Suarez *tom.* 5. *de censuris disp.* 50 *sect.* 5. *nu.* 14. *in fine*, qui etiam reprobat nostrum Auctorem. Defenditur Auctoris senten tia.

His tamen non obstantibus nostra sẽtentia verior, & probabilior mihi videtur, dum ait, nouitium egressum à religione ante professionem relabi in eam natalium irregularitatem. Nam, vt idẽ Sanchez fortiter instat, cessante causa finali dispensationis, antequam ea suum vltimatum effectum sortiatur, cessat di-

spen-

spensatio, vt ipse probat l. 8. de matrim. disp. 30. nu. 14. & 15. ergo cessante statu religioso in eo, qui ante professionem, vel post biennij vota emissa in Societate expulsus, aut egressus est à religione, cessare quoque debet ea irregularitatis dispensatio, quæ à iure concessa est intuitu, & fauore status religiosi. Nec valet responsio, seu potius euasio, quòd ex dispensatio concessa est fauore status semel assumpti, & in præmiũ actus illius heroici, quo ille sæculo renunciauit, quæ causa videtur non cessasse, illo expulso, quia iam actus sortitus est suũ effectũ: non probat, inquam, nec concludit hæc ratio; sequeretur nãq; ea admissa, quod iste ex delicto suo reportaret commodũ, quod in iure strictè prohibetur. Tũ etiam, quia tantum abest, quòd iste deserens religionem dignus sit præmio, & priuilegio religionis ob illum actum heroicum renunciati sæculi, vt potiùs indignus, & ineptus reddatur honore, & pmio vitæ æternæ, dicente Christo Domino, & refertur in regula B.P.N. Francisci: *Nemo mittens manum ad aratrum, & adspiciens retro, aptus est regno Dei.*

Luc. 9. Regul. B.F. c. 2.

Nec tandem obstat, quòd illa dispensatio illegitimitatis consecuta est suum effectũ per ingressum, aut professioné in Religione, & iura id concedens non declarat reincidere in eam irregularitatem, deserta Religione. Nam respondetur, quòd accessorium sequitur naturã sui principalis: ergo cum nouitius, aut Religiosus Societatis non sint irreuocabiliter Religiosi, deleto, seu sublato Monachatu, consequens est, vt tollantur accessoria ad Monachatũ, qualia sunt priuilegia Religionis, & quale est istud, de quo agimus. Nec potest dici, quòd dicta dispensatio sortita est iam suum effectũ per ingressum Religionis, vel per professioné votorum simplicium in Societate, quia is effectus nõ irreuocabiliter, sed reuocabiliter fuit secutus: idque innuunt illa verba Vrbani Papæ in d. c. 1. d. 56. nisi in Religione probati fuerint, quæ conditionem inducere videntur: id est, non tollitur illegitimitatis impedimẽtum, nisi probati fuerint in Religione. At is qui antè professionem, vel post professionem votorum simplicium in Societate deserit Monasticam vitam, vel ob demerita expellitur à Religione, nullo modo dici potest in Religione probatus, ac per consequens non impleta, seu cessante conditione, cessat etiam actus sub illa productus, est enim conditio sine qua non, seu forma ipsius actus, qua non seruata, seu nõ impleta, res seu actus ipse corruit, vt communiter docent Iuristæ. Quod in expulsis à Societate Iesu post vota biennij emissa certius, & indubitanter verius existimo, quippe qui manét omninò soluti à vinculo monachatus, & à vero Religionis, ex Gregorio XIII. *in sua constitutione.*

Ad confirmationem ex dictis patet solutio. Nam in nostro casu non contrahitur de nouo aliqua irregularitas, ad quam sic contrahendam requiri iuris expressam declarationem libenter concedo, sed in antiquam reincidit; ad quã contrahendam id non requiritur, cùmque ea sublata fuisset per ingressum Religionis, vel per professionem sub conditione status Religiosi permanentis, illa conditione non impleta iterum reuiuiscit talis illegitimitatis impedimentũ, vt in superioribus iã diximus. Atq; ideò hanc reincidentiam etiam admittit, & probat P. Miranda tom. 1. Manu. qu. 35. art. 10. concl. 1. quamuis ratio ex ea desumpta illi omninò non satisfacit, ad tenendum per solum ingressum Religionis tolli notam illam illegitimitatis, de qua suprà. Idem videtur sentire Aloys. Ricci in praxi aurea, resol. 311. relatus à Barbosa in Collectan. addictũ, cap. 1. de filijs præsbiter. num. 9. vbi resoluit, irregularitatem sublatam per Religionis ingressum, & professionem reuiuiscere professione annullata, idest, nulla declarata.

Ad quod adhuc nota, quòd vt resoluimus suprà resol. 51. nu. 42. ex Auctore hic art. 3. per professionem comparatur iure Diuino integra, ac perfecta legitimatio, etiam quoad dignitates Ecclesiasticas, ac prælaturas, ad quod probandũ refert Auctor ibid. glossam in c. cum dignitate, de iudicijs, quod per incuriam, seu errorem typographi factum est, & cum

enim inuenitur talis textus, sed capit. cum deputati, vt benè etiam notat Sanchez vbi supra, num.15. qui addit ibid. in dicta glossa nullatenus huius iuris Diuini, nec huius sententię mentionem fieri, sed tantùm, quod per professionem omnis irregularitas deletur, nec explicat(at) an quoad solos ordines, an etiã quoad dignitates seu prælationes. At facilè huic scrupulo satisfit, nam Auctor ibi solùm intendit probare ex dicta glos. sa, tolli eam maculã illegitimitatis, omninò, tam quoad Ordines, quàm quoad prælationes, nõ verò tolli iure Diuino, id enim probat infra in corpore artic. 5.§ diximus iure Diuino, ex eo quòd prof. ssio iure Diuino, ex omnium consensu dissoluit vinculum matrimonij rati, quod est fortius, & difficilius, vtpotè quod iuris Diuini naturalis sit, ergò dissoluet quoque vinculum huius irregularitatis (inquit) quod est iuris humani. Hoc inquam argumento probat tolli iure Diuino eam illegitimitatis notam, in honorem, & venerationem sacrarum Religionum: id tamen omninò non approbat, nec hac ratione, & alijs se conuinci fatetur ad id tenendum, sicut nec tenet Sanchez *vbi suprà, num.16.*

Cap 1. dist.56. 8. Opinio est doctissimorum virorũ, non tantùm per professionem, sed etiã per educationem in Religione tolli ipso iure irregularitatem illegitimitatis, capit.1.de filijs presbyterorum, vbi dicitur, filij presbyterorum, & cęteri ex fornicatione nati ad sacros Ordines nõ promoueantur, nisi aut Monachi fiant, vel in congregatione Canonica regulariter viuentes, quod apertiùs confirmat Vrbanus Papa: filios, inquit, presbyterorum à sacris Ministerijs remouemus, nisi aut in Cœnobijs, aut in Canonica Religione probati fuerint. Probati, tãtùm dicit, nõn professi, quod per tẽpus educationis fieri potest, *ibid.§ his suppositis.*

Quidquid in oppositum dicant Soto in 4.distinct.25.qu.1.art.3. Nauar.commentar.2.de Regularibus, nu.60. & in Summa cap.27.nu.201. Ledesm.2.p.4. q.16.ar.2.fol.363.col.4 Maiolus de irregulat.lib.1.c.10.nu.2. Valent.4 to disput 7.q.19.puncto 3. & alij quos ij sece & sequitur Sanchez ad præcepta libr. 5. cap.5.à nu.11. Quorum sententia videtur magis conformis menti, & contextui *dicti c.1.de filijs presbyteror.* quamuis nostra speculatiuè potest tanquam probabilis amplecti, ob rationes traditas ab Auctore hic.

9. Illegitimus factus Monachus, per professionem legitimatur quoad successionem ab intestato. Sed id procedere in filio illegitimo naturali tantùm, tenet Bartolus, *ibid.art.5.* de quo Cifuentes *l.10. Tauri nu.5.* & alij infrà citãdi.

Oppositum, nempè vitium defectus natalium nõ tolli per professionẽ quoad successionẽ in paterna bona, ac proinde spurium professum non reddi successionis capacem, nec Religionem nomine eius succedere, tenent Paludan. in 4.distinction.41.quæstion.3.artic.2. nu. 14. Diuus Antonin.3.part.tit.2.cap.27. §.2. Couarru.4.Decretal.2.part.cap.8. § 7.num.4. Salzedo in practic. Bernardi Diaz cap.24.§.nimis tamen, Suarez tom.5.disputation.50.section.5.num. 16 quos refert, & sequitur Sanchez lib. 5 Decalog.cap.5.num.25.& 26. Ducitur, quia licet oblatus Curiæ sęculari legitimetur: Authentic. quibus modis naturales efficiantur sui, §. si quis igitur, coll.7. eò quòd in illius oblationis præmium conceatur à Prencipe legitimari, & adhuc talis legitimatio non est in vsu: ea tamen ratio non militat in oblatione Principi cœlesti per professionẽ. At non desunt, qui oppositæ sententiæ adhæreant, loquendo de filio naturali, quem cum duplici limitatione posse parentibus succedere affirmant. Prior dũmodò ex patris consensu filius ille naturalis Religioni offeratur. Posterior, dũmodò parentes prole legitima careant. Ita Lambertin.de iure patronat.libr. 1. p.2 qu.2.art.30. & 31. Gregor. Lopez l.12.verbo, en orden, tit.6.part.1. idem quoque tenet cum posteriori limitatione Cifuentes, l.10. Tauri, nu.5. Paleot. de nothis, & spurijs, cã.45 n.5. qui Paleotus limitat, si filius ille ad sacros Ordines promoueatur, teste eodem Sanchez, qui plures alios ad id citat *dist.n.* 25. nec Auctor noster dissentit, imò id

innuere videtur, cùm ex aliorum loqua tur sententia.

10. Quicunque illegitimi, etiam sacrilegi, & incestuosi, & ex quocunque alio coitu prohibito nati admitti possunt ad Religionem dummodò eorum virtutes, & merita examinata suppleăt defectum natalium. Filius tamen illegitimus monachi nullo modo admitti debet ad Religionem, in qua eius pater vi uit, siue ante, siue post natiuitatem ipsius filij professus fuerit, non obstante constitutione Sixti V. quam sic modera uit Gregorius XIV. sed professio istorũ non est inualida, etiamsi eorum virtutes, & merita non extent, neque excom municantur receptores non habita matura deliberatione circa eorum admissionem ad professionem, vt Sixtus V. ordinauerat. tomo 3. quæst. 10. art. 4. & 5. De quo vide P. Villalob. 2. part. Summæ tractat. 35. difficult. 10. num. 8. qui dicit, talium professionem esse nullam, ex constitutione Gregorij XIV. In ea tamen id non exprimitur, vt patebit legenti, & ideò nostræ sententiæ subscribit P. Miranda tom. 1. Manu. qu. 19. art. 3. conclusion. 3. vbi addit conclusion. 4. id indubitatum esse post cõnstitutioné Clementis VIII. qui reduxit constitutiones Sixti V, Gregorij XIV. ad terminos iuris communis, quoad nullitates professionum illegitimorum quorumcunque, ac si nunquam editæ fuissent, idem tenet Portel *verb. Nouitius, nu.* 11.

Firmatur sententia Auctoris.

11. Cum illegitimis ex sacrilego coitu natis non est facile dispensandum, ac cum filijs naturalibus. Filij tamen Militum Sancti Iacobi, & aliarum Militiarũ (exceptis Melitensibus Sancti Ioannis Baptistæ, qui absolutam promittunt castitatem) non debent sacrilegi censeri quantum ad hoc, quia Sixtus V. tantùm agit de filijs parentum, qui castitatem absolutè vouerunt, non verò de his, qui coniugalem tantùm continentiam promiserunt, quales sunt dicti Commendatores Militares, ibid. art. 6. vbi hic expo ni, & intelligi debere ait id quod dixerat, *tom. 1. q.* 13. *art.* 2. De quo P. Villalob. vbi sup. n. 7. qui tenet, vel saltem innuit dicta constitutione Sixti V. comprehendi filios spurios Commendatorum Sancti Iacobi, & Alcãtaræ in Hispania. Sed opinio nostri Auctoris (salua pace tanti viri) videtur probabilior, & cõformior dictæ constitutioni Sixtianæ, quæ cùm si odiosa, debet restringi ad ve è, & propriè Religiosus absolutam castitatem vouentes, de quibus tantùm agere videtur Pontifex. Ad quod faciunt tradita à Lessio de iust. 1. tom. lib. 2. ca. 41. num. 7. & nostræ sententiæ videtur assentire P. Miranda *tom.* 2. *quæst.* 2. *art.* 9. medium tenens inter vtranque (nempè Gutier. *lib* 3. *pract. quæst.* 91. & nostri Auctoris locis) sententiam.

Firmatur & tuetur Auctoris sententia.

Cætera circa hanc materiam vide supra *de dispensatione quoad illegitimos à num* 40.

De immunitate Ecclesiæ vide *tom.* 2. *quæst.* 50 *per totam*, & nos resoluimus supra *de Ecclesiarum immunitate, resol.* 56.

RESOLVTIO LXXVII.

De Indulgentijs.

1. Indulgentia absolutè sumpta, est remissio iurisdictionalis pœnæ temporalis pro peccatis actualibus Deo debitæ, facta à prælato Ecclesiæ de commu ni thesauro Ecclesiæ. Indulgentia verò per modum suffragij, quæ applicatur animabus Purgatorij, est dispẽsatio, seu communicatio thesauri indulgentiarũ auctoritatiuè facta per prælatum Ecclesiæ pendens quoad suum fructũ, seu effectum remissionis pœnarum à sola liberali, ac gratuita Dei acceptatione, de qua infrà loco iterum redibit sermo speciatis, *t.* 2. *q.* 85. *art* 1. *&* 2. de quo Cordu ba *l.* 5. *q.* 5. *&* 15 *et l.* 5. *de indulg. q.* 42. *ar.* 5. D. Thom. *in* 4. *dist.* 45. *q.* 6 *art.* 2. Nauar. *de indulg. notab.* 19. *&* 22. *vsque ad notabile* 24.

2. Indulgẽtia plenaria est remissio omnis pœnarũ pro peccatis omnibus debitarum. Licet tamen olim aliud esset indul-

dulgentia plenaria, plenior, & plenissima, & Iubileus, nunc ex stylo Curiæ in ratione indulgētiæ idem sunt, vt innuitur in Extrauaganti, antiquorum, de pœnitent. & remission. At Iubileus differt in alio ab indulgentia plenaria, scilicet, quoad absolutionem reseruatorum, quod vltra indulgentiam plenariā solet concedi in Iubileo, vt habet stylus Curiæ Romanæ. In quo etiam practicatur, vt in concessione plenariç absolutionis Sacramentalis veniat plenariæ etiam indulgentiæ concessio facienda à Confessario in Sacramento pœnitentiæ, *ibid. artic* 3. de quo Palud. *in* 4. *dist* 20 *quæst. vlt.* Cordub *de indulgent. lib.* 1. *quæst.* 11. *artic.* 1. *Soto in* 4. *distinct.* 21 *qu.* 2. *art.* 1 *Florez* 1 *p. tit.* 10 *c.* 3 §. 36. supplemen. Gabriel. *in* 4 *distinct.* 45. *q.* 3. *art.* 1. 1. *notab.* 1 *&* 3. *& art.* 2 *concl* 9. *Syluest. verb. indulg qu.* 10 *p.* 1.

3. Aliæ item sunt species indulgentiæ, scilicet quadragena, septena, & carena. Quadragena est remissio quadraginta dierum indulgentiæ; septena septem annorum; carena autem erat tempus quadraginta dierum in pane, & aqua cum septem sequentibus annis pœnitentiæ, cap. accusasti, de accusat. cap. accepisti, de spōsa duorum, solebātque olim infligi regulariter in sacris Canonibus pro quolibet peccato mortali, nunc autem in ratione indulgentiæ accipitur pro remissione dictorum quadraginta dierum, & septem annorum pœnitentiæ. Vnde quando in bullis vltra plenariam indulgentiam conceduntur tot, dies, vel quadragenæ indulgentiæ de iniunctis pœnitentijs, denotat, vt si causa insufficiens fuerit ad indulgē tiam plenariam concedendam, saltem lucrentur illi numerati dies, vel quadragenæ concessæ in bulla. *ibid.* §. *sed ex tra.* de quo Paludan *in* 4. *dist* 20. *quæst.* 4. *art* 2. *concl.* 4 Iacobus Cardinal. *in suo tract. de indulgentijs.*

4. Iubilei forma creditur initium habuisse à tempore Bonifacij VIII. circa annum Domini 1300 vt cōstat ex dict. Extrauag. antiquorum, & dicitur à Iobel Hebraicè, quod Latinè, sonat initium: quia apud veterem legem anno Iubilei incipiebant libertates possessionum, & seruitutum, ac remissiones offensarum, omniaque redibant ad suum statum pristinum, vt habetur in Leuitico, indeque per analogiam dicitur apud Latinos Iubileus, à iubilo: quia per Iubileum homini spiritualiter renouato, & ad gratiam baptismalem reducto, est magnū gaudium, & quies conscientię, ac simul cordis, & oris iubilatio, gratiarum actio, laudumque personatio, vt videtur innuere Extrauagans, *vnigenitus, de pœnitent. & remissionibus.* Auct. *ibid art.* 4. de quo Nauar. *tract. de iubileo notab.* 1. *n.* 3. *&* *notab.* 23. *n.* 4. Flor. 1. *p. tit.* 10. *c.* 3. §. 6. *&* 7. Alexand *in sum. de pænit. dist.* 7. Leuit. 25

5. Potestas concedendi indulgētias residet apud Pontificem maximum tanquam caput Ecclesiæ, Extrauag. vnigenitus, de pœnit. & remiss. qua potestate etiam pollent Conciliū Patriarcha, Primas, Archiepiscopus, & Episcopus, cap. quod autem, cap nostro, de pœnitent. & remiss. Cardinales autem sicut & Patriarchæ, & Primates, si non sunt prælati, non gaudent hac præeminētia de iure communi, nisi ex priuilegio, cō missione, aut consuetudine, quæ dat iurisdictionem, id habeant. Tandem prælati regulares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, quales sunt Generales, & Prouinciales, habent hanc eandē auctoritatem ordinariam largiendi Indulgentias, nec id illis prohibetur in c. accedentibus, de excessibus prælat. sed prælatis localibus nō habentibus iurisdictionem Episcopalem, vel Abbatibus non exemptis, aut exemptis excedentibus, seu concedentibus indulgentias sibi non subditis. Imò & iuxta veriorem, & meliorem sententiam à iure diuino ea potestas emanat ad instar Episcoporum, licet de facto ea non vtantur: quia per desuetudinem non tollitur huiusmodi contra ius diuinum potestas. *tom.* 2. *q.* 86. *art.* 1. de quo Soto *in* 4. *dist.* 21. *q.* 1. *a.* 4 *Sylu. verb. indulg. n.* 11. *Cordub. l.* 5. *q.* 12 *Con reg. possessor* 2 *p.* §. 3 *nu* 2. *Medina de indulgentijs disp* 6. *c.* 29.

6. Prouinciales ordinis Minorum de Obseruantia peracta visitatione possunt concedere Fratribus, & Monialibus sibi subditis benedictionem, & plenariam Indulgentiam, ex concessio- Bullar. orac. 59.

cessione Leonis X. apud bullarium inter viuæ vocis oracula. Idemque concessit Gregorius XIII. visitatoribus Societatis Iesu apud Compendium eiusdem, titulo, visitator. Item prædicatores Minores vbicunque prædicare contigerit possunt auctoritate Apostolica largiri auditoribus 40. dies indulgentiæ, ex indulto Alexandri IV. & per Gregorium IX. conceduntur quindecim anni indulgentiarum audientibus prædicationes dictorum fratrũ Minorum, de quo in bullario ad calcem Bullarum Gregorij IX & infrà num. 56. alias ampliores indulgentias referemus pro eodem. ibid. art. 2.

Leon. X.

Bullar. ad calcem. Bullar. Greg. 9.

7. Indulgentiam plenariam consequi profitentem religionem approbatã in die professionis, ac qui suum corpus subsidio terræ sanctæ deuouet, eãdemque gratiam, quam consequuntur baptizati in sacro fonte baptismatis, tenent plures cum D Thoma. Sed hoc non est ita certum secundùm meritum, & vim ipsius professionis. Per priuilegium tamen Sixti IV. pro ordine Minorum, de quo in bullario inter viuæ vocis oracula, certissimum est lucrari nouitium dictam plenariam indulgentiam in die professionis, idemque nouissimè concessit Dominus Paulus V. extendendo illud ad diem ingressus ad probationẽ in religione, vt infrà n. 46 videbimus, & id ipsum fecit Iulius I I. pro Minimis. tom. 2. quæst. 87. artic. 1 de quo D. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 3. ad tertium, & in 4 dist 4 quæst. 3. art. 3 quæstion. 3. ad tertium. Felin in cap. nostro, de pœnitent & remissionibus col 4 Vide super hoc tradita à Sanch. lib 5. decalog. cap. 5. num. 2. vbi post multos canones sacros, & auctores ad id citatos, resoluit per textum in cap. quis aliquando 287. §. his auctoritatibus, de pœnit. dist. 1. vbi glossa verbo, totum, & cap. scripturæ, verb. temporale, de voto, per religionis professionem obtineri plenissimam omnium peccatorum commissorum condonationem, eam tamen non esse verè indulgentiam plenariam probat ibi num 6. quia non fit ex thesauro Ecclesiæ per dispensationem Papæ, sed ex vi, & merito ipsius operis excellentissimi, & quamcunque debitam peccatis satisfactionem excedentis. Idem docent Nauar. de indulgentijs notab. 10. num. 27. Plati de bono status Religiosi lib. 1. cap. 13. & comment. 2. de Regular. num. 60. Vualdensis de sacramentalib. tit. 9. cap 80 numer 8 & 9. Petrus Sutor Carthusianus lib. 2 suæ historiæ, tract. 1. cap. 7. Azor tom. 1. instit. moral. lib 12 capit. 5. quæst 11. qui omnes ferè dicunt, non in omnibus æquari baptismo professionem religionis: quia nec est sacramentum, nec primam gratiam confert, nec peccatorum culpas delet, sed solam pœnam temporalem in purgatorio ei correspondentem.

Bullar. orac. 9. Sixt. IV.

8. Item lucrantur eandem plenariã indulgentiam Fratres Minores, & communicantes in eorũ priuilegijs in mortis articulo, item in Dominicis diebus, ac in festiuitatibus Domini Sabbaoth, beatæ Mariæ Virginis, & sanctorum ordinis, imò quotiescunque sacram Communionem sumpserint, ex concessione Innocentij. VIII facta Monialibus S. Claræ, & ancillis B. Mariæ confirmata per Leonem X apud bullarium, idemque concessit Sixtus IV pro Prædicatoribus, quo fruuntur confratres Chordigeri Franciscani, & Corrigiati Augustinienses. Idem lucrantur in festiuitatibus Apostolorum Petri, & Pauli, S. Mariæ Magdalenæ, sanctorum quadraginta Martyrum, necnon S Luciæ, & S Alberti, ex Gregorio XIII qui declarauit, quòd legitimè impediti, & inuincibiliter non potentes confiteri, & communicare, si postea perfecerint, etiam præterito constituto die indulgentiam consequantur ibid. art. 2 de quo in Compend. Minor. verb. indulgentia, et in Compend. D Hieron § 19.

Bullar. Bul 45. Leon X. num. 3 & Bulla 32. Sixt. IV.

9. Item eadem indulgentia plenaria fruuntur recitantes coronam Saluatoris continentem triginta tres Pater noster, & totidem Aue Maria, in memoriam triginta trium annorum ætatis ipsius Domini, & coronã B. Virginis continentem septuaginta duo Aue Maria cũ septem Pater noster, addito vno Pater noster, cum Aue Maria pro domino. Papa, ex concessione Iulij I I. & Leonis X. pro Minoribus, & Monialibus. S. Cla-

Bullar. orac 12. Iulij 2. & oracul. 24 & 51. & Bulla 36. Leon X. Comp. Mend. tit. indulgēt. plenar. quoad fra tres §. 19.

S. Claræ sub eorum cura degētibus, de quo in bullario inter viuæ vocis oraculà Pontificum. Infirmi autē, ac senes decrepiti supplent dicentes vnum psalmum, vel hymnum Domini nostrī, vel B. Virginis, idemque lucrantur dicentes Canticum Graduum, ex eodem Leone X. apud Comp. Mend. & nota quòd indulgentia pro coronā Virginis continente 72. *Aue Maria*, & septem *Pater noster*, cum vno *Pater noster*, & *Aue Maria* est confirmata per Dominum Paulum V. *ibid. art. 3.* de quo Portel *verb. indulgentia, num.* 13.

Ad quod nota pro Coronis Domini nostri, & B. Virginis, quòd sunt multiplices. Prima Corona Domini nostri Iesu Christi, quæ dicitur parua, continet quinque *Pater noster*, & totidem *Aue Maria* in honorem quinque vulnerū eiusdem Domini. Secunda continet triginta tres *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, in honorem ætatis Christi Domini, qua in hac vita mortali vixisse creditur. Tertia continet quinque psalmos habentes quinque litteras in principio, quibus nomen *Iesus*, scribitur, in honorem eiusdem sanctissimi nominis. Primus Psalmus, Iubilate, paruum. Secundus, Exaudiat te Dominus in die tribulationis. Tertius, Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus. Quartus, Vsquequo Domine obliuisceris. Quintus, Sæpe expugnauerunt me, & in fine dicitur Antiphona: In nomine Iesu omne genu flectatur, &c. cum versu, sit nomē Domini Benedictum, &c. & Oratione: Omnipotens sempiterne Deus dirige actus nostros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare, per eundem Dominum, &c. Habentque hos versus recitantes eandem indulgentiam concessam dicentibus orationem pietatis, de quo in Bullario inter viuæ vocis oracula Leonis X.

Bullar. orac. 50. Leo X. & Bulla 36.

Quantum ad coronas B. Virginis, prima continet decem *Aue Maria*, ad honorem euangelicarum virtutum eiusdem Dominæ. Secunda continet septuaginta duo *Aue Maria*, cum septem *Pater noster*, ad honorem septuaginta duorum annorum, quibus piè creditur vixisse in hoc mundo. Tertia continet quinque Psalmos habentes in principio quinque litteras, quibus nomen Benedictum Mariæ scribitur. Primus Psalmus est canticum, Magnificat. Secundus, Ad Dominum cùm tribularer. Tertius Retribue seruo tuo, &c. Quartus, in conuertendo Dominus. Quintus, Ad te leuaui oculos meos, &c. & in fine Antiphona, Sub tuum præsidium, cū versu, Dignare me, laudare te, &c. & oratione, Famulorum tuorum, &c. De quo in Bullario apud Leonem X, Bullar.

Bulla 36. Leo. X.

Prima corona de decem *Aue Maria* habet ab eodem Leone X decem millia annorum, & totidem dierum indulgentiæ. Secunda corona de 72. *Aue Maria* habet totidem dies, & centum annos de indulgentia, sed postea plenaria indulgentia ab eodem Leone X. indulta est vtrique coronæ, tam Domini nostri de 33. *Pater noster*, & *Aue Maria*, quam B. Virginis de 72. *Aue Maria* cum septem *Pater noster*, addito vno *Pater noster*, cum *Aue Maria* pro Domino Papa, quæ omnia habentur in Bullario inter viuæ vocis oracula Leon X.

Bullar. orac. 35. 51. & 52. d. Bull. 35. Bullar. orac. 42. & 43.

Indulgentia illa vulgatissima coram imagine pietatis, dicta comuniter de S. Gregorio concessa ab eodem sanctissimo Patre recitantibus solitos decem versus cum suis orationibus, extat confirmata per eundem Leonem X. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula.

10. Item Fratres Camaldulenses visitantes Ecclesiam, aut oratorium Eremitorij, vel alterius loci ipsorum Fratrum, & recitantes semel Psalmum, Exaudiat te Dominus, &c. vel ter *Pater noster*, cum *Aue Maria*, rogando pro felici statu suæ Sanctitatis, vel pro demortui animæ salute consequuntur omnes indulgentias quomodolibet concessas, & concedendas à Sede Apostolica quibuscunque Ecclesijs, & locis, nec non Rosario à B. Dominico instituto: legitimè autem impediti possunt prædicta recitare quocunque loco se inuenerint, etiam sola mente, & intentione, si aliter dicere non valent, ex Clemente VII. Qua magna indulgentia gaudent Mendicantes communicātes. *ibid. art.* 3.

Comp. Mend. suprà §. 17. Bullar. Bull. 15. Sixt. IV. Bullar. orac 14. Leon X.

11. Item dicentes, vel audientes Missam Conceptionis B. Mariæ orãdo pro sua Sanctitate, & pro vniuersali Ecclesia consequuntur indulgentiam plenariam, ex concessione Leonis X. pro Minoribus, & Monialibus S. Claræ apud Compend. Mend & ex Sixto IV. apud Bullarium *ibid. art* 4.

12. Item Leo X. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula concessit Fratribus Minoribus, & Monialibus S. Claræ, ac Tertiarijs recitantibus sex *Pater noster* cum totidem *Aue Maria* cum *Gloria Patri* ad finem, vniuscuiusque omnes indulgentias stationum Romæ, Ierusalem, Portiunculæ, & S. Iacobi in Compostella, quacunque hora, & quocunque loco sine vlla restrictione dicant. *ibid. art* 7. de quo Cordub. *in addit. ad Compend. tit. indulgentia.*

Indulgentia magnæ stationis SS. Sacramenti cõfirmata est nunc per D. Vrban. 8. Bullar. orac. 19. & 37. Sixt. IV. orac. 13. Alex. 6.

Hæc indulgentia vulgariter dicta, statio de sanctissimo Sacramento confirmata est per Dominum Paulum V. post suam reuocationem generalem indulgentiarum, vt audiui à quodam viro graui ordinis, item & per Dominum Gregorium XV. & Vrbanum VIII. qui illam restrinxit, vt tantùm lucretur à recitantibus ante altare maius, seu principale Ecclesiæ loci, quod (ni fallor) accepi à viris fide dignis. Pro quo nota, quòd Sixtus IV. inter viuæ vocis oracula apud Bullarium extendit hanc indulgentiam ad Moniales, & ad earum seruitrices, & Alexander VI. ad Fratres extra Conuentum stantes vt habetur in eodem Bullario inter oracula viuæ vocis: Vide infrà *num* 47.

13. Similem plenariam indulgentiã consequuntur Monachi Carthusienses visitantes quodlibet altare apud suas Ecclesias, & recitantes post confessionem sacramentalem factam, Psalmum, *Miserere mei Deus*, flexis genibus, & illiterati septem *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, qui etiam lucrantur omnes alias indulgentias, etiam plenarias concessas visitantibus Ecclesias Romæ, & alias quocunque loco constitutas, ex Sixto IV. qui idem concessit dicentibus septem Psalmos de pœnitẽtia, vel pro nescientibus litteras 25. *Pater noster*, & totidem *Aue Maria* in oratorijs, in quibus persoluunt Diuinum Officiũ. Infirmi autem, & debiles satisfaciunt recitando cum socio, vel audiendo recitare, si magna infirmitate impediti sint. Quod etiam quoad recitationem cũ socio concessit Prioribus, & Procuratoribus dicti ordinis Alexander VI. apud Compend Mendic *ibi. art* 8. pro indulgentijs communicatis fratribus minimis, vide infrà *num*. 19.

Comp. Mend. tit. indulg. stationũ quoad fratres §. 28. & 29. Bullar. orac. 2. Sixt V. Bullar. orac. 7. Clem 7. de Nouitio.

14. Fratres addicti seruitio, & curæ Monialium S. Claræ habent vltra indulgentiam plenariam ad mortis articulũ, semel in vita absolui plenariè de reseruatis, ex concessione Sixti IV. inter oracula viuæ vocis apud Bullarium, de quo suprà *de absolutione plenaria Fratrum, à num*. 29.

15. Fratres Minores de Obseruantia, Moniales S. Claræ, & quæuis persona tertij Ordinis sancti Francisci possunt assequi anni sancti Iubilei plenariam indulgentiam in suis Ecclesijs, si pœnitentes, & confessi ter, siue quater, quatuor altaria, vel quatuor imagines in vno, duobus, vel pluribus diebus, dum tamen intra triginta dierum spatiũ illa visitent, prout commodius eis fuerit cum oratione Dominica, & altera Angelica visitauerint, qui possunt etiam eligere confessorem ad arbitrium sui prælati, qui authoritate Apostolica eos absoluat ab omnibus casibus, & peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis. Ita concessit Clemens VII. inter viua oracula apud Bullarium. Hoc tamen indulto, credo, quòd non fruuntur dicti Fratres, & Moniales, quia in anno Iubilei solent suspendi omnes gratiæ, & indulta in Bulla publicationis eiusdem Iubilei facta à sua Sanctitate.

Bullar. Bul. 20 & 37 & oracul 34. Sixt. IV. & Bulla 9. Iulij 2 in princ. & Bulla 11. num 3. & Bul 19. num 5. Eug. IV. Comp.

16. Indulgentiã plenariã ad articulum mortis concessam religiosi consequuntur, etiam in casu, quo non possint eligere confessorẽ, dũmodo sint in statu gratiæ, ex declaratione Martini V. & aliorum Pontificũ pro Minoribus apud bullarium. Articulus verò mortis quoad hunc effectum præsumptus, seu reputatus sufficit secundùm aliquos, nisi aliud exprimatur in litteris, seu Bulla Papæ. Quæ indulgentia in defectu sacerdotis potest concedi à Subdiacono,

vel

vel etiam à laico côuerso, iuxta magis receptam, piam, & fauorabilem senten- tiam. Eandemque consequentur lethar gicus, phreneticus, & vel amens, seu ali ter vsu loquelę priuatus cum sola con tritione habita, dum sanę mentis extiterat, & proposito confitendi tempore debito, vel etiam cum signis contritionis, aut voluntatis confitendi, ex Nicolao V. pro ordine D. Hieronymi in Hispania, ibidem art. 9. 10. & 11. de quo in compend. D. Hieron. tit. indulg. plenaria, § 7. D. Anton. n. 1. p. tit. 10. n. 1. § 4. Nauar in ca. in Leuitico, notab. 30. à nu. 8. in fine, & notab. 17. vide supr. de absolutione plenaria Fratrum à num. 27. vsque ad 29. Pro quo adhuc aduerte, quòd idē Nicolaus V. declarauit, quòd si talis infirmus superuixerit, nihilominus dicta plenaria indulgentia, quoties sibi facta fuerit, perinde valeat, ac si de huiusmodi infirmitate decessisset, ibidem.

D. Hiero. tit indul. gent. plenaria § 7.

17. Tandem lucrantur Indulgentiā plenariam, quando ad pulsationem cāpanę solitam fieri post Solis occasum, ad primum signum dicūt. Angelus Domini nunciauit Marię, & concepit de Spiritu sancto, cū Aue Maria, & ad secundum signum: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum cum altero Aue Maria: & ad tertium signū: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, cum alio Aue Maria. Ita concessit Adrianus VI. ad instantiā Guardiani Burgensis, ibid art. 12. Vide infrà num 51.

18. Doctissimorum virorum sententia est, posse dilatari susceptionem, seu cōmunionem sacrę Eucharistię per hebdomadam post transactum terminum Iubilei, vel indulgentię, & ita declarasse Gregorium XIII. in quodam Iubileo ibidem in fine, de quo Henriquez libr. 7 de indulg ca 7. in margine littera S. Idem in simili ferè docet Sanchez lib. 4. decalog cap. 54 num. 28.

Bullar. orac 13. Innoc. 8. ibid orac. 14. Leo. X

19. Fratres infirmi promerentur Indulgentias stationum, & alias Fratrib. concessas in suis Ecclesijs, dicēdo quinquies Pater noster, & totidem Aue Maria pro tali intentione, ex Innocentio VIII inter viua oracula apud Bullar. ū, & Leo X. ibidem concessit, quòd infirmi, & senes in decrepita ętate possint lucrari indulgentias concessas dicētibus coronas Domini nostri Iesu Christi & B. Virginis Matris suę, dicendo vnū Psalmum, vel Hymnum Domini nostri vel B. Marię, quod Eugenius IV. extendit ad Fratres occupatos, & Pius II. addit, quòd faciant aliud pium, & ęquiualens opus, & idem Innocentius VIII. declarat, quòd dicant aliquas orationes impositas per prelatos in illis diebus, quibus tales indulgentię conceduntur, tomo 2. q. 102 art. 1. vide suprà num. 13. de quo Compen. Mendic tit. Indulgentia non plenaria quoad Fratres § 13. & Compend. D. Hier. tit infirmi § 6. & 7.

Tandem Clemens VIII. ad instantiā Commissarij Romani F. Ioannis Baptistę Moles concessit, vt Religiosi in Xenodochijs, seu valetudinarijs extra cōuentum ęgroti existentes, & deputati eorum curę, & seruitio consequantur omnes indulgentias, quas in suis Conuentib. alij Religiosi consequuntur, videlicet in festiuitatibus Sanctorum Ordinis siue quocunque alio die, dummodò exequatur omnia, quę pro dictis ingenijs consequendis tenentur exequi. Similiter etiam, vt ibidem decedētes, seu morientes eisdem gratijs, priuilegijs, & indulgentijs concessis, & concedendis Fratribus intra Ordinis Conuētus, & vita decedentibus possint, & valeant potiri. Ita refertur inter oracula viuę vocis Clementis VIII. apud Bullarium. Quę concessio, vt puto, non est reuocata per Paulum V., in sua generali reuocatione indulgentiarum pro Regularibus: quia Clemens VIII. ibi non concessit aliquas nouas indulgentias, sed tātùm declarauit posse ęgrotos extra claustra existentes consequi concessas Fratribus intra Conuentus degentibus, quod est quasi priuilegium, seu dispensatio circa locum De quo Portel. in addit ad dubia Regularia, verb. indulgentia num. 5. De indulgentiis concessa decedentibus cum habitu P. N. B. Franc sci, & osculantibus eundem habitum, vide tom. 2. q. 74 art 10 & 11 & nos diximus suprà de habitu Regulari. num. 9. & 10.

Bullar. orac. 6. Clem 8.

De

De Indulgentijs stationum Romæ.

20 ETymon stationis dicitur à stantium militum vigilia, qui stationarij dicebantur: quia sicut sub eorum custodia, & vigilia exercitus totus quietus, & tutus erat, ita per illos, qui stationes spirituales piè, & vt decet, visitant, fideles, & peccatores custodiuntur, & à Deo præseruantur. Has stationes instituit B. Gregorius Papa, & pro qualibet pro tunc concessit septem annos remissionis. *tom.2.qu.88. art.1.*

21. Romæ quotidie est Indulgentia plenaria, seu remissio omnium peccatorum ad minus in tribus locis, & tertiæ partis peccatorum ad minus apud octo loca, & quartæ partis in alio, & septimæ in altero, & in diuersis Ecclesijs, & locis sunt innumerabiles indulgentiæ. Summa illarum vt fertur, sunt 400. anni, & 1500. quadragenæ. Item habentur aliæ plures Indulgentiæ quotidie in diuersis locis pro dedicatione Ecclesiarum, & altarium, & in diuersis temporibus, & festiuitatibus, quæ augentur, & duplicantur in Quadragesima. Quibus etiam additæ sunt plures aliæ de nouo à Sixto IV & alijs Pontificibus, maximè apud Ecclesias ab eis constructas, & reædificatas. Has verò omnes indulgentias lucrari possunt Religiosi, & Moniales, nouitij, Donati, & perpetuo oblati recitantes in suis Ecclesijs ante altare principale sex *Pater noster*, & *Aue Maria* cum Gloria Patri, ad finem cuiuslibet, vel visitantes septem loca ad id deputata specialiter, ad instar septem Ecclesiarum Vrbis, inibique dicentes septem Psalmos de pœnitentia cum Litania, & laici numerum *Pater noster* à superioribus taxatum, *ibidem artic.2.* de quo Collector *Mend. titul. indulgentia stationum quoad fratres, §. 15.*

22. Apud Ecclesiam Lateranensem (quæ est prima, & principalior sunt stationes Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum, Feria quinta in Cœna Domini, Sabbato Sancto, Sabbato in Albis, Vigilia Pentecostes, in die S. Ioannis ante portam Latinam, quibus diebus habetur indulgentia plenaria, & liberatio animæ à purgatorio.

Liberatio animæ à Purgatorio.

A die verò 20. Maij, quo celebratur festum S. Bernardini Ordinis Minorū, vsque ad primam diem Augusti quotidie est indulgentia plenaria. Item visitantibus hanc Ecclesiam absque peccato mortali, quocunque anni tempore concessit Syluester Papa remissionem omnium peccatorum, quod & confirmauit S Gregorius Papa. Item in festo Basilicæ Saluatoris habetur eadē remissio omnium peccatorum, & Bonifacius Papa concessit, quòd accedentes ad hāc Ecclesiam causa deuotionis, orationis, & peregrinationis sint mundati ab omni sorde peccati totics, quoties. Item apud Capellam S. Ioānis Baptistæ eiusdem Ecclesiæ, ad quam fœminæ non ingrediuntur, datur remissio omnium peccatorum, idèmque apud Cappellam S. Laurentij, quæ dicitur, Sancta Sanctorum, ad quam etiam non est permissus ingressus mulierum Tandem tot, tantæque sunt indulgentiæ huius sanctæ domus, quod à solo Deo numerari possūt, vt dixit Bonifacius Papa, qui eas omnes confirmauit, *tom.2. quæst 89. art.1.*

23. Secunda Ecclesia est S. Petri in Vrbe, in qua sunt quotidie 48 anni indulgentiæ, & totidem quadragenæ cū remissione tertiæ partis peccatorum, in quolibet verò altari 18 anni. Item in festis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, vel vocatione altarium, & in Natiuitatis Domini, Paschæ, & omniū Sanctorum diebus, & in alio quocunque festo duplici duplicantur indulgentiæ. Item in die Annunciationis B. Mariæ sunt mille anni indulgentiæ, à qua vsq; ad kalendas Augusti sunt etiam in ibi 12. anni, & totidē quadragenæ, simùlq; remissio tertiæ partis peccatorū. Tandē ascēdētes gradus S. Petri pro quolibet habēt septē annos indulgētiæ, *ibi. art. 2.*

24. Tertia Ecclesia est S. Pauli Apostoli, in qua omni die habentur 48, anni, & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. Item in Conuersione eiusdem Apostoli

sunt

sunt centum anni, & totidem quadragenæ. Item in festo Innocentium sunt 48. anni cum totidem quadragenis, sed nūc habetur indulgentia plenaria. Item in Dedicatione eiusdē Ecclesiæ sunt mille anni, & totidem quadragenæ, simulque remissio tertiæ partis peccatorum. Tandem intrantes hanc Ecclesiam omnibus diebus Dominicis habent tantas indulgentias, ac si pergerent ad sanctū Domini sepulchrum in Ierusalem, ibidem art. 3.

25 Quarta Ecclesia dicitur S. Mariæ Maioris, in qua habentur omni die 48. anni, & totidem quadragenæ, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Item in vigilia Ascensionis Domini ad altarē D. Hieronymi, cuius translatio ibi eodem die celebratur, est remissio tertiæ partis peccatorum. Tandem in omnib. festiuitatibus B. Mariæ habentur mille anni indulgentiæ, & à die Assumptionis vsque ad eiusdem Dominæ natiuitatem sunt duodecim millia annorum vltra prædicta, ibid. art. 4.

26. Quinta Ecclesia est S. Laurentij extra muros, in qua sunt omni die 48. anni cum totidem quadragenis, ac remissio tertiæ partis peccatorum. In festiuitatibus verò sanctorum Stephani, & Laurentij, quorum corpora ibidē requiescunt, & per octauas eorum, & A... iin singulis stationibus eiusdem Ecclesiæ sunt centum anni indulgētiæ, & remissio tertiæ partis peccatorum cōcessa ab antiquo, nunc verò plenaria remissio à Calixto I V. Item omni feria quarta per annum est liberatio vnius animæ Purgatorio. Tandē ingrediens per ianuam australem huius templi de vna cruce ad aliam contritus, & confessus habet plenariam remissionem omnium peccatorum, ibid. art. 5.

27. Sexta Ecclesia est Sanctorum Fabiani, & Sebastiani extra muros, in qua habentur omni die 48. anni cum totidem quadragenis, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Item sunt quotidie mille anni indulgentiæ à Pelagio Papa. Item ad Catacumbas ibidem pro pè ... re ma... sunt eædem indulgentiæ, quæ apud D. Petrum, & Paulum, quorum corpora inibi priùs fuerunt abscondita. Item quilibet ex sex Pontificibus concesserunt mille annos indulgentiæ quocunque anni tempore visitātibus hanc Ecclesiam. Tandem in Cœmeterio Calixti habetur plenaria remissio omnium peccatorum secundū quosdam, ibid. art. 6.

28. Septima, & vltima Ecclesia est S. Crucis in Ierusalē, vbi sunt omni die 48. anni cum tot quadragenis, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Item in eius dedicatione, quæ est in Vigilia S. Benedicti Abbatis mēse Martio hī ibi plenaria indulgentia. Item omnibus diebus Dominicis sunt 300. anni cum totidē quadragenis, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Item in inuentione Tituli S. Crucis 26. die Ianuarij, & quotidie etiam in Capella S. Helenæ, ad quam mulieres non intrant, nisi semel in anno, habetur plenaria indulgentia. Quas omnes indulgentias consequi valent Fratres, & Sorores Ordinis Minorum recitantes stationem Sanctissimi Sacramenti de sex Pater noster, & totidem Aue Maria, cum Gloria Patri, vt in superioribus iam diximus, ibid. art. 7.

Numerum specialem indulgentiarū, quæ pro singulis mensibus habentur in stationibus Romæ, vide, latè tō 2 q. 90. per totam, quas breuitatis gratia omitto, passimque circunferuntur in tabulis Ordinis: Indulgentias verò stationum in Aduentu, quadragesima, ac tempore Paschali, vide q 91. & passim habentur in Bulla Cruciatæ.

29. Dies, in quibus lucrantur prædictæ indulgentiæ plenariæ, sunt sequentes. In die Circuncisionis Domini duobus in locis, nempè in S. Ioanne Lateranensi, & in Araceli. In Epiphania apud Ecclesias sancti Petri, & S. Mariæ Maioris, in octauo die Epiphaniæ ad S. Petrum; in die S. Marcelli Papæ, quo celebratur festum quinque Martyrum apud Marrochium occisorum in nostro Ordine Minorum, in die SS. Fabiani, & Sebastiani, in die S. Agnetis, In Dominica prima post festum S. Antonij Abbatis, quo die ostenditur Veronica ad S. Petrum, in Conuersione S. Pauli, in die S. Agnetis secundo, in Purificatione B. Mariæ, in die S. Agathæ, in Cathe-

dra

ara S. Petri, in die S. Matthiæ Apostoli, in die S. Thomæ Aquinatis, in die S. Gregorij Papæ, in die S. Ioseph, in vigilia S. Benedicti Abbatis, in Annunciatione B. Mariæ, in die S. Georgij M. in die S. Marci Euangelistæ, in die S. Petri Martyris, in die SS. Philippi, & Iacobi, in omnibus Dominicis Mensis Maij, in inuentione S. Crucis, in die S. Ioannis ante portam Latinam, quo etiam liberatur anima à Purgatorio, in die Apparitionis S. Michaelis, à qua vsq; ad Kalendas Augusti habentur quotidie apud Ecclesiam Lateranensem tres plenariæ indulgentiæ, in die S. Bernardini Ordinis Minorum, in Ascensione Domini, in festo Corporis Christi, in die S. Antonij de Padua Ordinis Minorũ, in natiuitate S. Ioannis Baptistæ, in visitatione B Mariæ, in die S. Bonauenturæ Episcopi, & Doctoris Ordinis Minorum, in die S. Alexij, in die S. Mariæ Magdalenæ, in die S. Iacobi Apostoli, in die B. Annæ, in die S. Petri ad Vincula, & per octo dies sequentes, in dedicatione B. Mariæ de Angelis, seu Portiunculæ, quæ fuit prima Ecclesia Ordinis Minorum, in inuentione S. Stephani in festo S. Mariæ ad Niues, in die S. Dominici, in die S. Laurentij, & per totam Octauam, in die S. Claræ Ordinis Minorum, in Vigilia Assumptionis B. Mariæ ad vesperas, in ipsa die Assumptionis, & per totam octauam apud S. Mariam Maiorem, & ad S. Petrum, in Dominica infra octauam Assumptionis apud Araceli, in die S. Ludouici Episcopi Ordinis Minorum, in octaua Assumptionis ad S. Mariam trans Tiberim, in die S. Bartholomæi Apostoli, in die S. Augustini, in Decollatione S. Ioannis Baptistæ, in vigilia Natiuitatis Dominæ nostræ ad vesperas, & in ipsa die B. Mariæ, in Exaltatione S. Crucis, in die S. Matthæi Apostoli, in dedicatione S. Michaelis Archangeli, in die S. Hieronymi, in die B. P. N. Francisci, & per totam octauam apud eius Ecclesiam trans Tiberim, & ad S. Paulum, in festo S Lucæ Euangelistæ, in die Sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum in festo omnium Sanctorum, in Commemoratione defunctorum, & per octo dies frequentes apud Ecclesias S. Mariæ Maioris, & Gregorij, in die octauo eorundem Sanctorum, in dedicatione Basilicæ Saluatoris, in Dedicatione Ecclesiæ Principis Apostolorum, in Præsentatione B Mariæ, in die S. Cæciliæ apud suã Ecclesiam, & ad Araceli, in festo S. Clementis in eius Ecclesia, & apud S Petrum, in die S. Andreæ Apostoli, in die S. Nicolai Episcopi in eius Ecclesia, & & ad S Crucem, in die S. Ambrosij, in Vigilia ad Vesperas, & in festo Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, in festo S. Thomæ Apostoli, in Natiuitate Domini nostri Iesu Christi in qualibet trium missarum, in die S. Stephani, in festo S. Ioannis Euangelistæ, quo die etiam liberatur anima à Purgatorio, in festo Sanctorum Innocentium, & in die S. Syluestri Papæ tom 2. q 90. per totam, de quibus in tabulis ordinis.

Liberatio animę à purgat.

30. In Quadragesima à feria quarta Cinerum vsque ad Dominicam in Albis quotidie habetur indulgentia plenaria in diuersis Ecclesijs, & stationibus Romę, & Dominica prima, secunda, Sabbato ante Dominicam quartam, feria quinta ante Dominicam quintam, & in feria sexta Parasceues duplex indulgentia plenaria habetur apud duplicem Ecclesiam. Item tempore Paschali conceditur plenaria indulgentia in Litanijs maioribus S. Marci Euangelistę, in Ascensione Domini, in vigilia, & Festo Pentecostes vsque ad Sabbatum tom. 2. q. 91. per totam.

31. In Aduentu habetur indulgentia plenaria in omnibus quatuor Dominicis, & in secunda lucratur duplex apud duas Ecclesias, in tribus ferijs quatuor temporum, & in Natiuitate Domini ad omnes tres missas, & in tribus sequentibus diebus, in Circuncisione & Epiphania Domini, in septuagesima, sexagesima, & quinquagesima, ibidem d q 91 art. 1.

Dies, in quo liberatur anima à purgatorio.

32. Item vltra prefatas indulgentias plenarias est liberatio animę à purgatorio in sequentibus diebus. In quadragesima, feria tertia post Dominicã primam, Sabbato post Dominicam secundam, Dominica tertia, feria quarta, sexta, & Sabbato ante Dominicam Palmarum

marum, feria quarta post Pascha, Tempore verè Paschali, feria quinta, & Sabbato post Pentecosten. Item per annum in festo S. Ioannis ante portam Latinam, & in die S. Ioannis Euangelistæ, & tandem omni feria quarta totius anni. Quas omnes indulgentias, & stationes suis diebus præsignatas lucrantur Fratres Minores, & communicantes in eorum priuilegijs, item & Confratres Chordigeri B. P. N. Francisci recitando dictos sex Pater noster cum totidē Aue Maria, & Gloria Patri, vt sæpè sæpius in superioribus diximus, ibid. dict. q. 90. & 91. vbi omnia hæc ad longum referuntur.

33. Summa igitur indulgentiarum plenariarum secundùm numerum dierum, & stationum suprà relatarum, quæ consequuntur per circulum totius anni apud Ecclesias Romæ excedit numerū 542. Immò & secundùm alium computum accedit ad 1098 si numeremus triplicem indulgentiam plenariam, quæ quotidie habetur ad minus in tribus locis, quæ multiplica per 360. dies anni facit summam præfatam 1098. de quo in superioribus diximus, num. 21.

De Indulgentijs locorum, & Ecclesiarum Ierusalem, & Terra sancta.

34. Septem sunt loca principalia in Ierusalem vbi sunt mysteria, & Indulgentiæ: tria extant intra muros: Mons, scilicet, Syon, vbi Dauid composuit Psalterium, sepultique sunt Reges Israel, ac ibidem fuit sanctum Cenaculum: Mons Caluariæ, qui tempore Passionis Domini extra Vrbem erat, & reliquum corpus ciuitatis. Quatuor verò loca extra muros circumcirca sunt: Hoc est, Torrens Cedron, Vallis Siloë, mons Oliueti, & Bethania, tomo 2. q. 92. art. 1.

35. Apud montem Syon habetur indulgentia plenaria in locis sequentibus, In Monasterio Fratrum Minorum de Obseruantia, vbi Christus Dominus fecit vltimam Cēnā, in Capella S. Thomæ Apostoli, vbi Dominus apparuit, in capella, vbi descendit Spiritus Sanctus, in die Pentecostes; in loco, vbi obijt B. Virgo Maria: in domo Annę Pontificis, vbi Domino fuit data alapa: & tādem vbi fuit decollatus S. Iacobus maior. In cęteris locis huius sancti mōtis, quæ sunt duodecim, in vno quoque lucrantur septem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, ibid. art. 3.

37. In corpore Ciuitatis habetur indulgentia plenaria sequentibus in locis. In loco, vbi traditur ... fuisse B. Virginem, in domo Pilati, in templo Salomonis, vbi præsentata, & nutrita fuit B. Virgo, & tandem in Porta Aurea, per quam ingressus est Dominus cū ramis palmarum, In alijs locis sanctæ Ciuitatis, quæ sunt septem, in vno quoque habentur septem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, ibidem articulo 4.

38. Apud loca extra muros, in valle, scilicet, Siloë ad Speluncam, qua se inclusit S. Petrus post negationem, & in tribus alijs locis sunt septem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, ibid. art. 5.

39. Apud torrentem Cedron habetur indulgentia plenaria in loco, vbi Dominus ter orauit ad Patrem, & tribus alijs in locis habentur septem anni, & totidem quadragenæ, ibidem articulo 6.

40. Apud Vallem Iosaphat habetur indulgentia plenaria in loco, vbi sepulta fuit Domina nostra B. Maria, in loco verò, vbi lapidatus fuit Stephanus sunt septem anni, & totidem quadragenæ, ibid. art 7.

41. In Monte Oliueti habetur indulgentia plenaria apud locum, ex quo Dominus ascendit ad cœlum, itemque in loco Galileæ, vbi promisit, & apparuit Discipulis post Resurrectionem. In sex alijs locis huius montis sunt septem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, ibid. art. 8.

42. Apud Bethaniam habetur indulgentia plenaria in loco, vbi resuscitatus

tatus est Lazarus, & in quatuor alijs locis sunt septem anni, & totidem quadragenæ. Summa præfatarum indulgentiarum plenariarum est 20 & anni 336. & totidem quadragenæ, exceptis alijs, quæ sunt in Bethleem, & Nazareth, quas omitto, quia ad eas lucrandas non extenditur concessio Leonis X. de recitatione sex Pater noster, & Aue Maria cum Gloria Patri, sicut extenditur ad suprà enumerata, ibid. art. 8.

De Indulgentijs S. Iacobi in Compostella.

43. Apud S. Iacobum in Compostella habetur indulgentia plenaria toto anno Iubilei, quando scilicet, occurrerit festum S. Apostoli in Dominica, quo concurrente omnes in peregrinatione pœnitentes, & confessi manent absoluti a pœna, & à culpa, ex concessione Calixti Papæ. Item qui veniendo, stando, vel redeundo causa visitationis dictæ Ecclesiæ decesserit, habita pœnitentia de commissis, remittuntur ei omnia peccata tom. 2 q. 93. art. 1.

44. Item est remissio tertiæ partis peccatorum quocunque venienti ad eãdem Ecclesiam. Item incedentes singulis Dñicis in processione, quæ solet fieri in eadem Ecclesia, vltra prædicta, habent pro qualibet vice 40. dies indulgentiæ, & sic per totam hebdomadam, si autem est dies festus 3. o. dies. Item in dedicatione eiusdem Ecclesiæ, ac in Vigilia, & die S. Iacobi sunt 600. dies, vltra præfatam indulgentiã tertiæ patris peccatorum. Item audientes missam ab Archiepiscopo, vel Cardinali apud altare S. Apostoli habent 200. dies, vltra prædictam indulgentiam. Quæ omnia consequi possunt Fratres Minores, & per communicationẽ alij Regulares recitando dicta sex Pater noster, & Aue Maria cum Gloria Patri, Nec per Bullam Cruciatæ suspenduntur quoad nos, quia à tempore Pij V. solet apponi clausula, quod in suspensione generali indulgentiarum, quæ solet fieri in publicatione dictæ Bullæ, non censentur suspensæ gratiæ, & indulgentiæ concessæ Mendicantibus quoad suos Fratres, ibid. art. 2.

De Indulgentijs reuocatis à Paulo V.

45 Sed circa supradicta insurgit nobis magna valdè difficultas, quam Dominus Paulus V. anno Domini 1616. Pontific. sui anno primo per suã Bullã in forma Breuis reuocauit omnes, & singulas indulgentias per antecessores suos concessas quibuslibet Regularibus Religiosis, ac Monialibus cuiuscunque ordinis, illisque annullauit, & loco earum concessit, & exprimit certas quasdam de nouo, statuens, quod Religiosi tantùm gauderent concessis, & nominatim expressis ab eo in eadem Bulla. Postquam generalem reuocationem concessit nobis Fratribus Minoribus recitantib. coronam B. Mariæ indulgentiam plenariam, addens se id de nouo concedere, non obstante sua generali reuocatione indulgentiarum. Sed post hæc idẽ Paulus V. confirmans omnia antiqua priuilegia dictis Fratrib. Minoribus, inquit, se confirmare etiam gratias, concessiones, & indulta spiritualia, nullum tamẽ verbum fecit de indulgentijs, additq; se etiam innouare omnia, & singula cõcessa sub quacunque forma, & expressione verborũ per prædecessores suos, ac per se, & Sedẽ Apostolicam, & præsertim per Clementem VIII. confirmata per suas in forma Breuis litteras, quas in totum cum omnibus, & singulis in eis contentis decretis, clausulis, & declarationibus quibuscunque ac si de verbo ad verbum in suis litteris insererentur, ac inserta forent, confirmat, innouat, & approbat, exceptis his, quæ sunt contraria Concilio Tridentino, saluisque decretis dicti Clementis in fauorem Fratrum Reformatorum, non obstantibus quibuscunque &c.

His igitur suppositis dubium non vulgare insurgit, an per hanc tam amplam confirmationẽ priuilegiorum censeantur hodie reualidatæ dictæ indulgentiæ reuocatæ ab eodem Domino Paulo V.

Portel in suis dubijs Regularis, verb. Indulgentia, nu. 12. §. secundum principale, agens in terminis de hac re constanter tenet, per dictam confirmationem Pauli V. non esse reualidatas dictas indulgentias ab eo prius reuocatas, & huius sententiæ asserit fuisse graues, & doctos viros hac de re consultos in Eborensi Vniuersitate, & in Conuentibus insignioribus Olissiponensis ciuitatis, probatque assertum.

Primò, quia non est credendum de Domino Papa tam citò mutasse sententiam in re grauissima, quam in præfata Bulla testatur iam intenta tã à Clemente VIII. & sibi etiam à procuratoribus Ordinum postulatam, vt ipsemet dubia Religiosis quietaret in re tam graui, & in tanta confusione tot antiquatũ indulgentiarum.

Secundò, quia idem Paulus V. concedẽs Fratribus Minoribus indulgentiam plenariam pro Corona B. Mariæ, de qua suprà mentionem fecimus, dixit se id facere non obstante sua generali reuocatione indulgentiarum; si ergo pro concessione vnius tantùm indulgẽtiæ, expressam fecit mentionem suæ reuocationis, cur etiam non idem expressit confirmans non vnam, sed tot, ac tãtas indulgentias de quibus ipsi Religiosi postularũt à Domino Papa suam decisionem?

Tertiò probat, quia Clemens VIII. illius prædecessor quando confirmauit priuilegia dictorum Fratrum Minorũ expressè dixit se confirmare indulgentias, & cæteri Pontifices similiter, at Paulus V. nullum omninò verbum fecit de indulgentijs, quod est vehemens indicium suæ mentis, nolle scilicet, eas confirmare, quod si vellet, id vtique exprimeret.

Quartò probat, quia lex Principis debet promulgari claris, proprijs, & communibus verbis ad tollenda dubia, vt tradunt Doctores in materia de legibus: Dubium verò est, imò & insolitum, quod per gratias, & indulta spiritualia intelligantur indulgentiæ. Deinde quia indulgentia est res grauissima, habètque nomen commune, & vsitatum, ac proinde non debuit per circumloquia exprimi. Et quod sub nominibus communibus non intelligantur indulgentiæ tenet Suarez *lib. 8 de leg. c. 9. ad fin.* & innuit Nauar. *l. 5. cons. 2. nu. 3. tit. de pœnitent. & remission.*

Vltimò probat, quia, vt Iuristæ dicunt, in concessione generali Principis non veniunt illa, quæ si Princeps aduerteret, vel rogaretur, non esset concessurus, at in illa concessione, seu confirmatione generali gratiarum, & indultorum, si Papa nuper reuocans omnes indulgentias cum tanto fundamento aduerteret, vel rogaretur, credendum est noluisse eas reuocatas iterum tam faciè validare, aliàs posset aliqualiter de inconstantia argui.

His in confirmationem addi potest, Bull. bul.
quod noster Auctor nouissimè post illã 46 Leo x.
reuocationem generalem scribens vi- num. 3. &
detur hanc tenere sententiam, nam in Bull. 32.
addit. Summæ tomo 3. capit. 10 num 1. Sixti 4.
asserit, quòd licèt Fratres in certis festi- Bull.
uitatibus, de quibus apud Bullarium, Bull. 8.
virtute suorum priuilegiorum possint Clem. 8.
plenariè absolui à reseruatis, non tamẽ potest confessarius illis concedere indulgentiam plenariam, quia, inquit, Paulus V. in sua reuocatione indulgentiarum id abstulit. Item *4. tom 3 capit. 11 num. vnico* sit, quòd indulgentia plenaria concessa à Calixto III. parentibus Fratrum Minorum in hora mortis, & confirmata per Clementem VIII. vt possint eligere confessorem, à quo absoluantur plenariè à culpa, & à pœna, non est reuocata per Dominum Paulũ V. quia, inquit, ille non reuocauit, nisi indulgentias directè, & principaliter concessas personis Fratrum. Ex quibus clarè colligitur in sententia nostri Auctoris huiusmodi indulgẽtias directè, & principaliter concessas Religiosis omninò esse abrogatas, nec reualidari per dictam Bullam confirmatoriam nostrorum priuilegiorum, & gratiarum expeditam à D. Paulo V.

His

His tamen non obstantibus opposita sententia tanquam probabilis, & veritati, ac pietati magis propinqua amplecti, & sequi in praxi potest, scilicet, quod per dictam confirmationem priuilegiorum sunt viuificatæ, & reualidatæ antiquæ indulgentiæ ab ipso Domino Paulo V. in principio sui Pontificatus reuocatæ. Quod sequentibus rationibus probo efficaciter.

Primo; quia postquam D. Paulus V. in sua Bulla ait, se confirmare priuilegia, gratias, & indulta spiritualia (sub quo nomine, indulta spiritualia, veniunt indulgentiæ secundum aliquos, sicut etiam venire censentur omnia alia similia pertinentia ad animam vt dispensationes, absolutiones à reseruatis, concessiones ad quietandos scrupulos, & alia id generis) addit, se innouare, seu de nouo concedere priuilegia confir-
Bull. 1. Clem. 8. mata à Clemente VIII. cum omnibus, & singulis decretis, clausulis, & declarationibus quibuscunque contentis in litteris suæ confirmationis: Dominus verò Clemens VIII. expressè, & apertè concedit indulgentias in sua Bulla confirmatoria, quæ extat apud Bullarium. Vnde cum decretum innouans intelligendum sit secundùm tenorem decreti innouati, *l. in testamento, ff. de condit. & demonstrat. Authent. constitutio innouans, § vnde versic. in illis col. 3.* Sequitur manifestè indultum Pauli V. esse intelligendum iuxta formam, & tenorem Bullæ Clementis VIII. atque adeò confirmare indulgentias quas expressè cõfirmat idem Clemens.

Secundò, quia Paulus V. confirmat, & innouat priuilegia, ac gratias confirmatas à præfato Clemente prædecessore suo (meo videri) ex certa scientia, vt statim probabimus, confirmatio verò ex certa scientia habet vim nouæ concessionis, & innouationis priuilegij amissi, nulli, aut reuocati, reddendo illud de non valido, seu nullo validum, glossa in cap. quia diuersitatem, de concession. præbend. cap. 1. de transact. vbi Innocentius, Bartolus, Panormitanus, & DD communiter, vt latè, & perdoctè tradit Suarez *lib. 8. de legibus, cap. 18. à num. 12.*

Quòd autem dicta confirmatio Pauli V. sit ex certa scientia, licèt formaliter, & expressè id non exprimat, probatur primo, quia, inquit, se confirmare, sicut confirmauit Clemens VIII. cũ omnibus, & singulis decretis, clausulis, &c. In suis literis contentis (nota verbum, *clausulis*) vna vero ex præcipuis clausulis posita in dicta Bulla Clementis est ista, *ex certa scientia*. ergo, &c.

Secundo probatur ex illis verbis Bullæ Pauli V. ibi; Ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur, ac his inserta forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes. Pro quorum verborum intelligentia aduertendum est cum Suarez suprà, num. 5. & nostro Auctore tom. 1. quæst. 8 artic. 4. & nos resoluemus infrà de priuilegijs, nu. 9. duobus modis posse, confirmari priuilegium. Vno modò cum perfecta notitia illius, omniumque circunstantiarum, ac tenoris ipsius. Alio modò cum sola cognitione cõfusa priuilegij, quod simpliciter proponitur, vt antea concessum sine alio examine, vel distinctiori notitia illius. Priori modo facta confirmatio dicitur esse ex certa scientia: posteriori modo confecta dicitur esse in forma communi. Vnde quando in bulla confirmatoria ponuntur verba aliqua, quibus sufficienter significatur præcessisse examen, seu cognitionem perfectam, confirmatio erit ex certa scientia; quando verò in ipsa confirmatione nil speciale inuenitur, erit in forma cõmuni. Signa autem (addit idem Suarez) quòd confirmatio data fuerit cum exacta cognitione sunt hæc. Primo, si in instrumento confirmationis inseratur totus tenor prioris priuilegij, nam tunc constat Principem re tota sufficiẽter intellecta suam auctoritatem adhibuisse, iuxta cap. venerabilis, de confirmat. vtili, vel inutili, ibi, & ad maiorẽ rei euidentiam litteris confirmationis tenor compositionis insertus; vbi glossa ait, illam confirmationem fuisse ex certa scientia, quia Papa cùm eam viderit, confirmauit. Panormitanus addit, hoc etiam procedere, si in confirmatione addatur illa clausula; sicut prouidè factum est, &c. quia tunc, inquit,

quit, non intelligitur hæc clausula conditionaliter, sed causaliter. Secus autē esset, si tenor non esset insertus, iuxta c. examinata, de confirmat. vtili, vbi id etiam notat idem Panormitan. Et ratio est perspicua, quia quando tenor inseritur, iam non est necessaria cognitio, cū de re tota constet, & ideò verba illa non possunt habere commodum sensū conditionalem, sed absolutum, seu affirmatiuum, seu causalem, videlicet, cō firmo hoc, quia constat mihi prouidè factum esse, secus verò est, quando non inserto tenore priuilegij in confirmatione ponitur dicta clausula: quia non est verò simile affirmari id, de quo non constat, & ideò conditionaliter intelligitur. Hæc Suarez.

Ex quibus colligitur, quòd licèt in bulla Pauli V. non inseratur tenor priuilegij innouati, Pontifice affirmante illum habere pro expresso, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso insereretur, & pro sufficienter expresso (nota verbum, nihil penitus omisso) quod repetit Papa in non obstantijs, idem iudicium erit de illo, ac de inserto, & expresso. At vti diximus ex Suarez, signum præcipuum, & manifestum confirmationis, ex certa scientia, seu cum exacta cognitione totius rei est, quando tenor prioris priuilegij in illa inseritur; ergo, &c. aliter non affirmaret Pontifex, se habere præfatum tenorem pro expresso, & inserto, non enim ignorare præsumitur rem, quam veluti sibi notam, ac exactè compertam repetere, vel inserere renuit, habens illam pro sufficienter expressa, ac inserta. Nā Princeps habere dicitur ius in pectore, ac proinde illud ignorare non præsumitur, *cap. 1. de constit. lib. 6* quod in priuilegijs omnes admittunt, maximè quando confirmantur ex certa scientia, tūc enim præsumitur scientia prioris iuris innouati semper, teste Suarez suprà *num. 6.*

Et confirmatur ex his, quæ tradit Felinus relatus ab eodem Suarez dict. numer. 6. in cap. cùm inter, de except. vbi latè disputat, an necessaria sint in rescripto formalia verba, ex certa scientia, vt dispositio censeatur esse ex certa scientia, & concludit non esse necessaria, sed sufficere, quòd ex alijs verbis eiusdem rescripti, seu ex narratis in illo constet Principem cum plena facti cognitione processisse, quæ est sententia communis Panormitani, & aliorum in c. cùm inter, de except. & in cap. ad hæc, de rescript. nu. 7. vbi Decius nu. 6. & latè Felin. in cap. nōnulli, vbi etiam alij, eodem titulo, ex quo concludunt hi Auctores sufficere clausulam æquipollentem illi, ex certa scientia, qualis cēsetur illa, de plenitudine potestatis; ex Panormitano, Decio, & Felino suprà, qui dicunt clausulā, ex certa scientia, includere clausulam, de plenitudine potestatis, non tamen declarant, an conuertātur. Sed id magis declarat Alexander lib. 4. cons. 122. nu. 21. & libr. 5. consil. 30. num. 9. quia, inquit, per hāc clausulam significat Pontifex, se velle operari, non tantùm secundùm ius commune, sed etiam suprà, vel contra ius ordinarium, quod non præsumitur facere, nisi ex certa scientia: & eadem ratione concludit Felin. *in dict. c. cùm inter, 7. in fine, & in dict. c. nonnulli, fallentia 4.* sufficere clausulam, *non obstante lege disponente in contrarium*, quia etiam tūc censetur vti plenitudine potestatis.

Ex qua doctrina sequitur euidenter, quòd in nostro casu, licèt non sit posita formalis, & expressa clausula, *ex certa scientia*, cùm constet ex alijs verbis, & clausulis priuilegij Pontificem cū plena facti cognitione processisse, sufficit, vt dicatur dicta confirmatio ex certa scientia, quia taciti & expressi idem est iudicium, vt est notum in iure. Quibus addo, quòd cum clausula, *ex certa scientia*, æquipolleat clausulæ, *de plenitudine potestatis*, vt admittunt omnes, & idem iudicium sit de clausula, non obstante lege in contrarium, quæ censetur eadē, ac de plenitudine potestatis, vt suprà resoluimus cum Felino, & in dicta bulla confirmatoria Pauli V. ponantur amplissimæ clausulę non obstantiū in contrarium, dicendo, non obstantibus quibuscunque priuilegijs quomodolibet in contrariū per prędecessores nostros, ac etiam per nos concessis, &c. concluditur dictum priuilegium confirmato-

Comp. 11. Item dicentes, vel audiētes Missam Conceptionis B. Mariæ orādo pro
Mend. ti- sua Sanctitate, & pro vniuersali Eccle-
prà §. 17. sia consequuntur indulgentiam plena-
Bullar. riam, ex concessione Leonis X. pro Mi-
Bull. 15. noribus, & Monialibus S. Claræ apud
Sixt. IV. Compend. Mend & ex Sixto IV. apud
Bullar. Bullarium *ibid. art.* 4.

orac. 14. 12. Item Leo X. apud Bullarium in-
Leon X. ter viuæ vocis oracula concessit Fratribus Minoribus, & Monialibus S. Claræ, ac Tertiarijs recitantibus sex *Pater noster* cum totidem *Aue Maria* cum *Gloria Patri* ad finem, vniuscuiusque omnes indulgentias stationum Romæ, Ierusalem, Portiunculæ, & S. Iacobi in Compostella, quacunque hora, & quocunque loco sine vlla restrictione dicant. *ibid. art* 7. de quo Cordub. *in addit. ad Compend tit indulgentiæ.*

Indulgen- Hæc indulgentia vulgariter dicta,
tia magnæ statio de sanctissimo Sacramento con-
stationis firmata est per Dominum Paulum V.
SS. Sacra- post suam reuocationem generalem in-
menti cō- dulgentiarum, vt audiui à quodam vi-
firmata ro graui ordinis, item & per Dominum
est nunc Gregorium XV. & Vrbanum VIII. qui
per D. Vr- illam restrinxit, vt tantùm lucretur à
ban. 8. recitantibus ante altare maius, seu prin-
Bullar. cipale Ecclesiæ loci, quod (ni fallor) ac-
orac. 19. cepi à viris fide dignis. Pro quo nota,
& 37. quod Sixtus IV. inter viuæ vocis oracu-
Sixt. IV. la apud Bullarium extendit hanc indul-
orac. 13. gentiam ad Moniales, & ad earum ser-
Alex. 6. uitrices, & Alexander VI. ad Fratres extra Conuentum stantes vt habetur in eodem Bullario inter oracula viuæ vocis. Vide infrà *num* 47.

13. Similem plenariam indulgentiā consequuntur Monachi Carthusienses visitantes quodlibet altare apud suas Ecclesias, & recitantes post confessionem sacramentalem factam, Psalmum, *Miserere mei Deus*, flexis genibus, & illiterati septem *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, qui etiam lucrantur omnes alias indulgentias, etiam plenarias concessas visitantibus Ecclesias Romæ, & alias quocunque loco constitutas, ex Sixto IV. qui idem concessit dicentibus septem Psalmos de pœnitētia, vel pro nescientibus litteras 25. *Pater noster*, & totidem *Aue Maria* in oratorijs, in quibus persoluunt Diuinum Officiū. Infirmi autem, & debiles satisfaciunt recitando cum socio, vel audiendo re- Comp.
citare, si magna infirmitate impediti Mend. tit.
sint. Quod etiam quoad recitan- indulg.
do cum socio concessit Prioribus, & Pro- quoad sta-
ribus dicti ordinis Alexander VI. apud tionū fra-
Compend Mendic *ibi. art* 8. pro indul- tres §. 28.
gentijs communicatis fratribus infir- & 29.
mis, vide infrà *num.* 19. Bullar.

14. Fratres addicti seruitio, & curæ orac. 1.
Monialium S. Claræ habent vltra indul- Sixt. V.
gentiam plenariam ad mortis articulū, Bullar.
semel in vita absolui plenariè de reser- orac. 1.
uatis, ex concessione Sixti IV. inter ora- Clem. 7.
cula viuæ vocis apud Bullarium, de quo suprà *de absolutione plenaria Fratrum, à num.* 29.

15. Fratres Minores de Obseruantia, Moniales S. Claræ, & quæuis persona tertij Ordinis sancti Francisci possunt assequi anni sancti Iubilei plenariam indulgentiam in suis Ecclesijs, si pœnitentes, & confessi tribus per tres quatuor altaria, vel quatuor imagines in vno, duobus, vel pluribus diebus, dum tamen intra triginta dierum spaciū illa visitent, prout commodius eis fuerit cum oratione Dominica, & altera Angelica visitauerint, qui possunt etiam eligere confessorem ad arbitrium sui prælati, qui auctoritate Apostolica eos absoluat ab omnibus casibus, & peccatis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis. Ita concessit Clemens VII. inter viua oracula apud Bullarium. Hoc tamen indulto, credo, Bullar.
quod non fruuntur dicti Fratres, & Mo- Bul. 30 &
niales, quia in anno Iubilei solent su- 37 & ora-
spendi omnes gratiæ, & indulta in Bul- cul 34.
la publicationis eiusdem Iubilei facta Sixt. IV.
à sua Sanctitate. & Bulla 9.

16. Indulgentiā plenariā ad articu- Iulij 2. in
lum mortis concessam religiosi conse- princ. &
quuntur, etiam in casu, quo non possint Bulla 11.
eligere confessorē, dūmodo sint in sta- num 3. &
tu gratiæ, ex declaratione Martini V. Bul 19.
& aliorum Pontificū pro Minoribus a- num 5.
pud bullarium. Articulus verò mortis Eug. IV.
quoad hunc effectum præsumptus, seu Comp.
reputatus sufficit secundùm aliquos, nisi aliud exprimatur in litteris, seu Bulla Papæ. Quæ indulgentia in defectu sacerdotis potest concedi à Subdiacono,

vel

vel etiam à laico cōuerso, iuxta magis receptam, piam, & fauorabilem sententiam. Eandemque consequuntur lethargicus, phreneticus, & vel amens, seu aliter vsu loquelę priuatus cum sola contritione habita, dum sanę mentis extiterat, & proposito confitendi tempore debito, vel etiam cum signis contritionis, aut voluntatis confitendi, ex Nicolao V. pro ordine D. Hieronymi in Hispania, ibidem art. 9. 10. & 11. de quo in compend. D Hieron. tit. indulg. plenaria, § 7. D. Anton. n. 1. p. tit. 10. n. 1. § 4. Nauar in ca. in Leuitico, notab. 30. à nu. 8. in fine, & notab. 17. vide supr. de absolutione plenaria Fratrum à num. 27. vsque ad 29. Pro quo adhuc aduerte, quòd idē Nicolaus V. declarauit, quòd si talis infirmus superuixerit, nihilominus dicta plenaria indulgentia, quoties sibi facta fuerit, perinde valeat, ac si de huiusmodi infirmitate decederet, ibidem.

D. Hiero. tit. Indulgent. plenaria § 7.

17. Tandem lucrantur indulgentiā plenariam, quando ad pulsationem cāpanę solitam fieri post Solis occasum, ad primum signum dicūt. Angelus Domini nunciauit Marię, & concepit de Spiritu sancto, cū Aue Maria, & ad secundum signum: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum cum altero Aue Maria; & ad tertium signū: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, cum alio Aue Maria. Ita concessit Adrianus VI. ad instantiā Guardiani Burgensis, ibid art. 12. Vide infrà num 51.

18. Doctissimorum virorum sententia est, posse dilatari susceptionem, seu cōmunionem sacrę Eucharistię per hebdomadam post transactum terminum Iubilei, vel indulgentię, & ita declarasse Gregorium XIII. in quodam Iubileo ibidem in fine, de quo Henriquez libr. 7 de indulg ca 7. in margine littera S. Idem in simili ferè docet Sanchez lib. 4. decalog cap 54 num. 28.

Bullar. orac 13. Innoc. 8. ibid orac. 15. Leo. X

19. Fratres infirmi promerentur indulgentias stationum, & alias Fratrib. concessas in suis Ecclesijs, dicēdo quinquies Pater noster, & totidem Aue Maria pro tali intentione, ex Innocentio VIII inter viua oracula apud Bullariū, & Leo X. ibidem cōcessit, quòd infirmi, & senes in decrepita ętate possint lucrari indulgentias concessas dicētibus coronas Domini nostri Iesu Christi & B. Virginis Matris suę, dicendo vnū Psalmum, vel Hymnum Domini nostri vel B. Marię, quod Eugenius IV. extendit ad Fratres occupatos, & Pius II. addit, quòd faciant aliud pium, & ęquiualens opus, & idem Innocentius VIII. declarat, quòd dicant aliquas orationes impositas per pręlatos in illis diebus, quibus tales indulgentię conceduntur, tomo 2. q. 102 art. 1. vide suprà num. 13. de quo Compen. Mendic tit. indulgentia non plenaria quoad Fratres § 13. & Compend. D. Hier. tit infirmi § 6. & 7.

Tandem Clemens VIII. ad instantiā Commissarij Romani F. Ioannis Baptistę Moles concessit, vt Religiosi in Xenodochijs, seu valetudinarijs extra cōuentum ęgroti existentes, & deputati eorum curę, & seruitio consequantur omnes indulgentias, quas in suis Conuentib. alij Religiosi consequuntur, videlicet in festiuitatibus Sanctorum Ordinis siue quocunque alio die, dummodò exequātur omnia, quę pro dictis indulgentijs consequendis tenentur exequi. Similiter etiam, vt ibidem decedētes, seu morientes eisdem gratijs, priuilegijs, & indulgentijs concessis, & concedendis Fratribus intra Ordinis Conuētus, & vita decedentibus possint, & valeant potiri. Ita refertur inter oracula viuę vocis Clementis VIII. apud Bullarium. Quę concessio, vt puto, non est reuocata per Paulum V. in sua generali reuocatione indulgentiarum pro Regularibus: quia Clemens VIII. ibi non concessit aliquas nouas indulgentias, sed tātūm declarauit posse ęgrotos extra claustra existentes consequi concessas Fratribus intra Conuentus degentibus, quod est quasi priuilegium, seu dispensatio circa locum De quo Portel. in addit ad dubia Regularia, verb. indulgentia num. 5. De indulgentia concessa decedentibus cum habitu P. N. B. Franc sel, & osculantibus eundem habitum, vide tom. 2. q. 74 art 10 & 11 & nos diximus suprà de habitu Regulari num. 9. & 10.

Bullar. orac. 6. Clem 8.

De Indulgentijs stationum Romæ.

20 Etymon stationis dicitur à stantium militum vigilia, qui statio narij dicebantur: quia sicut sub eorum custodia, & vigilia exercitus totus quietus, & tutus erat, ita per illos, qui stationes spirituales piè, & vt decet, visitant, fideles, & peccatores custodiuntur, & à Deo præseruantur. Has stationes instituit B. Gregorius Papa, & pro qualibet pro tunc concessit septem annos remissionis. *tom.2.qu.88. art.1.*

21. Romæ quotidie est indulgentia plenaria, seu remissio omnium peccatorum ad minus in tribus locis, & tertiæ partis peccatorum ad minus apud octo loca, & quartæ partis in alio, & septimæ in altero, & in diuersis Ecclesijs, & locis sunt innumerabiles indulgentiæ. Summa illarum vt fertur, sunt 400. anni, & 1500. quadragenæ. Item habentur aliæ plures indulgentiæ quotidie in diuersis locis pro dedicatione Ecclesiarum, & altarium, & in diuersis temporibus, & festiuitatibus, quæ augentur, & duplicantur in Quadragesima. Quibus etiam additæ sunt plures aliæ de nouo à Sixto IV & alijs Pontificibus, maximè apud Ecclesias ab eis constructas, & reædificatas. Has verò omnes indulgentias lucrari possunt Religiosi, & Moniales, nouitij, Donati, & perpetuo oblati recitantes in suis Ecclesijs ante altare principale sex *Pater noster*, & *Aue Maria* cum Gloria Patri, ad finem cuiuslibet, vel visitantes septem loca ad id deputata specialiter, ad instar septem Ecclesiarum Vrbis, ibique dicentes septem Psalmos de pœnitentia cum Litania, & laici numerum *Pater noster* à superioribus taxatum, *ibidem artic.2.* de quo Collector *Mend. titul. indulgentia stationum quoad fratres, §.15.*

22. Apud Ecclesiam Lateranensem (quæ est prima, & principalior sunt stationes Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum, Feria quinta in Cœna Domini, Sabbato Sancto, Sabbato in Albis, Vigilia Pentecostes, in die S. Ioannis ante portam Latinam, quibus diebus habetur indulgentia; le Purgatonaria, & liberatio animæ à purgatorio. Liberatio animæ à purgatorio.

A die verò 20. Maij, quo celebratur festum S. Bernardini Ordinis Minorũ, vsque ad primam diem Augusti quotidie est indulgentia plenaria. Item visitantibus hanc Ecclesiam absque peccato mortali, quocunque anni tempore concessit Syluester Papa remissionem omnium peccatorum, quod & confirmauit S Gregorius Papa. Item in festo Basilicæ Saluatoris habetur eadẽ remissio omnium peccatorum, & Bonifacius Papa concessit, quod accedentes ad hãc Ecclesiam causa deuotionis, orationis, & peregrinationis sint mundati ab omni sorde peccati toties, quoties. Item apud Capellam S. Ioãnis Baptistæ eiusdem Ecclesiæ, ad quam fœminæ non ingrediuntur, datur remissio omnium peccatorum, idemque apud Cappellam S. Laurentij, quæ dicitur, Sancta Sanctorum, ad quam etiam non est permissus ingressus mulierum Tandem tot, tantæque sunt indulgentiæ huius sanctæ domus, quod à solo Deo numerari possũt, vt dixit Bonifacius Papa, qui eas omnes confirmauit, *tom.2.quæst 89.art.1.*

23. Secunda Ecclesia est S. Petri in Vrbe, in qua sunt quotidie 48 anni indulgentiæ, & totidem quadragenæ cũ remissione tertiæ partis peccatorum, in quolibet verò altari 18 anni. Item in festis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, vel vocatione altarium, & in Natiuitatis Domini, Paschæ, & omniũ Sanctorum diebus, & in alio quocunque festo duplici duplicantur indulgentiæ. Item in die Annunciationis B. Mariæ sunt mille anni indulgentiæ, à qua vsque ad kalendas Augusti sunt etiam inibi 12. anni, & totidẽ quadragenæ, simúlque remissio tertiæ partis peccatorũ. Tandẽ ascẽdẽtes gradus S. Petri pro quolibet habẽt septẽ annos indulgẽtiæ, *ibi. art.2.*

24. Tertia Ecclesia est S. Pauli Apostoli, in qua omni die habentur 48, anni, & totidem quadragenæ, & remissio tertiæ partis peccatorum. Item in Conuersione eiusdem Apostoli sunt

sunt centum anni, & totidem quadragenæ. Item in festo Innocentium sunt 48. anni cum totidem quadragenis, sed nūc habetur indulgentia plenaria. Item in Dedicatione eiusdē Ecclesiæ sunt mille anni, & totidem quadragenæ, simulque remissio tertiæ partis peccatorum. Tandem intrantes hanc Ecclesiam omnibus diebus Dominicis habent tantas indulgentias, ac si pergerent ad sanctū Domini sepulchrum in Ierusalem, ibidem art. 3.

25 Quarta Ecclesia dicitur S. Mariæ Maioris, in qua habentur omni die 48. anni, & totidem quadragenæ, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Item in vigilia Ascensionis Domini ad altarē D. Hieronymi, cuius translatio ibi eodem die celebratur, est remissio tertiæ partis peccatorum. Tandem in omnib. festiuitatibus B. Mariæ habentur mille anni indulgentiæ, & à die Assumptionis vsque ad eiusdem Dominæ natiuitatem sunt duodecim millia annorum vltra prædicta, ibid. art. 4.

26. Quinta Ecclesia est S. Laurentij extra muros, in qua sunt omni die 48. anni cum totidem quadragenis, ac remissio tertiæ partis peccatorum. In festiuitatibus verò sanctorum Stephani, & Laurentij, quorum corpora ibidē requiescunt, & per octauas eorum, & in singulis stationibus eiusdem Ecclesiæ sunt centum anni indulgētiæ, & remissio tertiæ partis peccatorum cōcessa ab antiquo, nunc verò plenaria remissio à Calixto IV. Item omni feria quarta per annum est liberatio vnius animæ Purgatorio. Tandē ingrediens per ianuam australem huius templi de vna cruce ad aliam contritus, & confessus habet plenariam remissionem omnium peccatorum, ibid. art. 5.

Animę libatio à purgatorio.

27. Sexta Ecclesia est Sanctorum Fabiani, & Sebastiani extra muros, in qua habentur omni die 48. anni cum totidem quadragenis, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Item sunt quotidie mille anni indulgentiæ à Pelagio Papa. Item ad Catacumbas ibidem prope altare maius sunt eædem indulgentiæ, quæ apud D. Petrum, & Paulum, quorum corpora inibi priùs fuerunt abscondita. Item quilibet ex sex Pontificibus concesserunt mille annos indulgentiæ quocunque anni tempore visitantibus hanc Ecclesiam. Tandem in Coemeterio Calixti habetur plenaria remissio omnium peccatorum secundū quosdam, ibid. art. 6.

28. Septima, & vltima Ecclesia est S. Crucis in Ierusalē, vbi sunt oī die 48. anni cum tot quadragenis, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Item in eius dedicatione, quæ est in Vigilia S. Benedicti Abbatis in mēse Martio hr̄ ibi plenaria indulgentia. Item omnibus diebus Dominicis sunt 300. anni cum totidē quadragenis, ac remissio tertiæ partis peccatorum. Item in inuentione Tituli S. Crucis 26. die Ianuarij, & quotidie etiam in Capella S. Helenæ, ad quam mulieres non intrant, nisi semel in anno, habetur plenaria indulgentia. Quas omnes indulgentias consequi valent Fratres, & Sorores Ordinis Minorum recitantes stationem Sanctissimi Sacramenti de sex Pater noster, & totidem Aue Maria, cum Gloria Patri, vt in superioribus iam diximus, ibid. art. 7.

Numerum specialem indulgentiarū, quæ pro singulis mensibus habentur in stationibus Romæ, vide, latè to 2 q. 90. per totam; quas breuitatis gratia omitto, passimque circunferuntur in tabulis Ordinis: Indulgentias verò stationum in Aduentu, quadragesima, ac tempore Paschali, vide q 91. & passim habentur in Bulla CrucFatæ.

29. Dies, in quibus lucrantur prædictæ indulgentiæ plenariæ, sunt sequentes. In die Circuncisionis Domini duobus in locis, nempē in S. Ioanne Lateranensi, & in Araceli. In Epiphania apud Ecclesias sancti Petri, & S. Mariæ Maioris, in octauo die Epiphaniæ ad S. Petrum; in die S. Marcelli Papæ, quo celebratur festum quinque Martyrum apud Marrochium occisorum in nostro Ordine Minorum, in die SS. Fabiani, & Sebastiani, in die S. Agnetis, in Dominica prima post festum S. Antonij Abbatis, quo die ostenditur Veronica ad S. Petrum, in Conuersione S. Pauli, in die S. Agnetis secundo, in Purificatione B. Mariæ, in die S. Agathæ, in Cathe-

dra

tra S.Petri, in die S.Matthiæ Apostoli, in die S. Thomæ Aquinatis, in die S. Gregorij Papæ, in die S.Ioseph, in vigilia S.Benedicti Abbatis, in Annunciatione B. Mariæ, in die S.Georgij M. in die S.Marci Euangelistæ, in die S.Petri Martyris, in die SS.Philippi, & Iacobi, in omnibus Dominicis Mensis Maij, in inuentione S.Crucis, in die S.Ioannis ante portam Latinam, quo & liberatur anima à Purgatorio, in die Apparitionis S Michaelis, à qua vsq; ad Kalendas Augusti habentur quotidie apud Ecclesiam Lateranensem tres plenariæ indulgentiæ, in die S.Bernardini Ordinis Minorum, in Ascensione Domini, in festo Corporis Christi, in die S. Antonij de Padua Ordinis Minorū, in natiuitate S. Ioannis Baptistæ, in visitatione B Mariæ, in die S Bonauenturæ Episcopi, & Doctoris Ordinis Minorum, in die S. Alexij, in die S. Mariæ Magdalenæ, in die S. Iacobi Apostoli, in die B.Annæ, in die S. Petri ad Vincula, & per octo dies sequentes, in dedicatione B.Mariæ de Angelis, seu Portiunculæ, quæ fuit prima Ecclesia Ordinis Minorum, in inuentione S.Stephani in festo S.Mariæ ad Niues, in die S.Dominici, in die S.Laurentij, & per totam Octauam, in die S. Claræ Ordinis Minorum, in Vigilia Assumptionis B.Mariæ ad vesperas, in ipsa die Assumptionis, & per totam octauam apud S. Mariam Maiorem, & ad S. Petrum, in Dominica infra octauam Assumptionis apud Araceli, in die S.Ludouici Episcopi Ordinis Minorum, in octaua Assumptionis ad S.Mariam trans Tiberim, in die S.Bartholomæi Apostoli, in die S. Augustini, in Decollatione S. Ioannis Baptistæ, in vigilia Natiuitatis Dominæ nostræ ad vesperas, & in ipsa die B.Mariæ, in Exaltatione S. Crucis, in die S.Matthæi Apostoli, in dedicatione S.Michaelis Archangeli, in die S.Hieronymi, in die B.P.N.Francisci, & per totam octauam apud eius Ecclesiam trans Tiberim, & ad S.Paulum, in festo S Lucæ Euangelistæ, in die Sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum in festo omnium Sanctorum, in Commemoratione defunctorum, & per octo dies sequentes apud Ecclesias S. Mariæ Maioris, & Gregorij, in die octauo eorundem Sanctorum, in dedicatione Basilicæ Saluatoris, in Dedicatione Ecclesiæ Principis Apostolorum, in Præsentatione B Mariæ, in die S.Cæciliæ apud suā Ecclesiam, & ad Araceli, in festo S. Clementis in eius Ecclesia, & apud S Petrum, in die S.Andreæ Apostoli, in die S. Nicolai Episcopi in eius Ecclesia, & & ad S Crucem, in die S. Ambrosij, in Vigilia ad Vesperas, & in festo Immaculatæ Conceptionis B.Virginis, in festo S.Thomæ Apostoli, in Natiuitate Domini nostri Iesu Christi in qualibet trium missarum, in die S. Stephani, in festo S.Ioannis Euangelistæ, quo die etiam liberatur anima à Purgatorio, in festo Sanctorum Innocentium, & in die S. Syluestri Papæ tom 2. q. 90. per totam, de quibus in tabulis ordinis.

Liberatio animę à purgat.

30. In Quadragesima à feria quarta Cinerum vsque ad Dominicam in Albis quotidie habetur indulgentia plenaria in diuersis Ecclesijs, & stationibus Romę, & Dominica prima, secunda, Sabbato ante Dominicam quartam, feria quinta ante Dominicam quintam, & in feria sexta Parasceues duplex indulgentia plenaria habetur apud duplicem Ecclesiam. Item tempore Paschali conceditur plenaria indulgentia in Litanijs maioribus S. Marci Euangelistę, in Ascensione Domini, in vigilia, & Festo Pentecostes vsque ad Sabbatum tom.2.q.91. per totam.

Liberatio animę à purgat.

31. In Aduentu habetur indulgentia plenaria in omnibus quatuor Dominicis, & in secunda lucratur duplex apud duas Ecclesias, in tribus ferijs quatuor temporum, & in Natiuitate Domini ad omnes tres missas, & in tribus sequentibus diebus, in Circuncisione & Epiphania Domini, in septuagesima, sexagesima, & quinquagesima, ibidem d q 91 art. 1.

32. Item vltra pręfatas indulgentias plenarias est liberatio animę à purgatorio in sequentibus diebus. In quadragesima, feria tertia post Dominicā primam, Sabbato post Dominicam secundam, Dominica tertia, feria quarta, sexta, & Sabbato ante Dominicam Palmarum

Dies, in quo liberatur anima à purgatorio.

marum, feria quarta poſt Paſcha, Tempore verè Paſchali, feria quinta, & Sabbato poſt Pentecoſten. Item per annū in feſto S. Ioannis ante portam Latinam, & in die S. Ioannis Euangeliſtæ, & tandem omni feria quarta totius anni, Quas omnes indulgentias, & ſtationes ſuis diebus præſignatas lucrantur Fratres Minores, & communicantes in eorum priuilegijs, item & Confratres Chordigeri B. P. N. Franciſci recitando dictos ſex Pater noſter cum totidē Aue Maria, & Gloria Patri, vt ſæpè ſæpius in ſuperioribus diximus, ibid. dict. q 90. & 91 vbi omnia hæc ad longum referuntur.

33. Summa igitur indulgentiarum plenariarum ſecundùm numerum dierum, & ſtationum ſuprà relatarum, quæ conſequuntur per circulum totius anni apud Eccleſias Romæ excedit numerū 542. Immò & ſecundùm alium computum accedit ad 1098 ſi numeremus triplicem indulgentiam plenariam, quæ quotidie habetur ad minus in tribus locis, quæ multiplica per 360. dies anni facit ſummam prælatam 1098. de quo in ſuperioribus diximus, num. 21.

De Indulgentijs locorum, & Eccleſiarum Ieruſalem, & Terra ſancta.

34. Septem ſunt loca principalia in Ieruſalem vbi ſunt myſteria, & indulgentiæ: tria extant intra muros: Mons, ſcilicet, Syon, vbi Dauid compoſuit Pſalterium, ſepultique ſunt Reges Iſrael, ac ibidem fuit ſanctum Cænaculum: Mons Caluariæ, qui tempore Paſſionis Domini extra Vrbem erat, & reliquum corpus ciuitatis. Quatuor verò loca extra muros circumcirca ſunt: Hoc eſt, Torrens Cedron, Vallis Siloë, mons Oliueti, & Bethania, tomo 2. q. 92. art. 1.

35. Apud montem Syon habetur indulgentia plenaria in locis ſequentibus, In Monaſterio Fratrum Minorum de Obſeruantia, vbi Chriſtus Dominus fecit vltimam Cœnā, in Capella S. Thomæ Apoſtoli, vbi Dominus apparuit, in capella, vbi deſcendit Spiritus Sanctus in die Pentecoſtes; in loco, vbi obijt B. Virgo Maria: in domo Annæ Pontificis, vbi Domino fuit data alapa: & tandem vbi fuit decollatus S. Iacobus maior. In cæteris locis huius ſancti mōtis, quæ ſunt duodecim, in vno quoque lucrantur ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, ibid. art. 3.

37. In corpore Ciuitatis habetur indulgentia plenaria ſequentibus in locis. In loco, vbi traditur, tradita fuiſſe B. Virginem, in domo Pilati, in templo Salomonis, vbi præſentata, & nutrita fuit B. Virgo, & tandem in Porta Aurea, per quam ingreſſus eſt Dominus cū ramis palmarum, In alijs locis ſanctæ Ciuitatis, quæ ſunt ſeptem, in vno quoque habentur ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, ibidem articulo 4.

38. Apud loca extra muros, in valle ſcilicet, Siloë ad Speluncam, qua ſe incluſit S. Petrus poſt negationem, & in tribus alijs locis ſunt ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, ibid. art. 5.

39. Apud torrentem Cedron habetur indulgentia plenaria in loco, vbi Dominus ter orauit ad Patrem, & tribus alijs in locis habentur ſeptem anni, & totidem quadragenæ, ibidem articulo 6.

40. Apud Vallem Ioſaphat habetur indulgentia plenaria in loco, vbi ſepulta fuit Domina noſtra B. Maria, in loco verò, vbi lapidatus fuit Stephanus ſunt ſeptem anni, & totidem quadragenæ, ibid. art 7.

41. In Monte Oliueti habetur indulgentia plenaria apud locum, ex quo Dominus aſcendit ad cœlum, itemque, in loco Galileæ, vbi promiſit, & apparuit Diſcipulis poſt Reſurrectionem. In ſex alijs locis huius montis ſunt ſeptem anni, & totidem quadragenæ indulgentiæ, ibid. art. 8.

42. Apud Bethaniam habetur indulgentia plenaria in loco, vbi reſuſci-

tatus

tatus est Lazarus, & in quatuor alijs locis sunt septem anni, & totidem quadragenæ. Summa præfatarum indulgentiarum plenariarum est 20 & anni 336. & totidem quadragenæ, exceptis alijs, quæ sunt in Bethleem, & Nazareth, quas omitto, quia ad eas lucrandas non extenditur concessio Leonis X. de recitatione sex Pater noster, & Aue Maria cum Gloria Patri, sicut extenditur ad suprà enumerata, ibid. art. 8.

De Indulgentijs S. Iacobi in Compostella.

43. Apud S. Iacobum in Compostella habetur indulgentia plenaria toto anno Iubilei, quando scilicet, occurrerit festum S. Apostoli in Dominica, quo concurrente omnes in peregrinatione pœnitentes, & confessi manent absoluti a pœna, & à culpa, ex concessione Calixti Papæ. Item qui veniendo, stando, vel redeundo causa visitationis dictæ Ecclesiæ decesserit, habita pœnitentia de commissis, remittuntur ei omnia peccata tom. 2. q. 93. art. 1.

44. Item est remissio tertiæ partis peccatorum quocunque venienti ad eandem Ecclesiam. Item incedentes singulis Dñicis in processione, quæ solet fieri in eadem Ecclesia, vltra prædicta, habent pro qualibet vice 40. dies indulgentiæ, & sic per totam hebdomadam, si autem est dies festus 3. o. dies. Item in dedicatione eiusdem Ecclesiæ, ac in Vigilia, & die S. Iacobi sunt 600. dies, vltra præfatam indulgentiã tertiæ patris peccatorum. Item audientes missam ab Archiepiscopo, vel Cardinali apud altare S. Apostoli habent 200. dies, vltra prædictam indulgentiam. Quæ omnia consequi possunt Fratres Minores, & per communicationẽ alij Regulares recitando dicta sex Pater noster, & Aue Maria cum Gloria Patri. Nec per Bullam Cruciatæ suspenditur quoad nos, quià à tempore Pij V. solet apponi clausula, quod in suspensione generali indulgentiarum, quæ solet fieri in publicatione dictæ Bullæ, non censentur suspensæ gratiæ, & indulgentiæ concessæ Mendicantibus quoad suos Fratres, ibid. art. 2.

De Indulgentijs reuocatis à Paulo V.

45. Sed circa supradicta insurgit nobis magna valdè difficultas, nam Dominus Paulus V. anno Domini 1606. Pontific. sui anno primo per suã Bullã in forma Breuis, reuocauit omnes, & singulas indulgentias per antecessores suos concessas quibuslibet Regularibus Religiosis, ac Monialibus cuiuslibet ordinis, illarumque annullauit, & locorum concessit, & [illegible] certas quasdam de nouo, [illegible] Religiosi tantùm gauderent concessis, & nominatim expressis ab eo in eadem Bulla. Postquam generalem reuocationem concessit nobis Fratribus Minoribus recitantib. coronam B. Mariæ indulgentiam plenariam, addens se id de nouo concedere, non obstante sua generali reuocatione indulgentiarum. Sed post hæc idẽ Paulus V. confirmans omnia antiqua priuilegia dictis Fratrib. Minoribus, inquit, se confirmare etiam gratias, concessiones, & indulta spiritualia, nullum tamẽ verbum fecit de indulgentijs, additq; se etiam innouare omnia, & singula cõcessa sub quacunque forma, & expressione verborũ per prædecessores suos, ac per se, & Sedẽ Apostolicam, & præsertim per Clementem VIII. confirmata per suas in forma Breuis litteras, quas in totum cum omnibus, & singulis in eis contentis decretis, clausulis, & declarationibus quibuscunque ac si de verbo ad verbum in suis litteris insererentur, ac inserta forent, confirmat, innouat, & approbat, exceptis his, quæ sunt contraria Concilio Tridentino, saluisque decretis dicti Clementis in fauorem Fratrum Reformatorum, non obstantibus quibuscunque &c.

His

His igitur suppositis dubium non vulgare insurgit, an per hanc tam amplam confirmationẽ priuilegiorum censeantur hodie reualidatæ dictæ indulgentiæ reuocatæ ab eodem Domino Paulo V.

Portel in suis dubijs Regularis, verb. Indulgentia, nu. 12. §. secundum principale, agens in terminis de hac re constanter tenet, per dictam confirmationem Pauli V. non esse reualidatas dictas Indulgentias ab eo prius reuocatas, & huius sententiæ asserit fuisse graues, & doctos viros hac de re consultos in Eborensi Vniuersitate, & in Conuentibus insignioribus Olissiponensis ciuitatis, probatque assertum.

Primò, quia non est credendum de Domino Papa tam citò mutasse sententiam in re grauissima, quam in præfata Bulla testatur iam intenta tã à Clemente VIII. & sibi etiam à procuratoribus Ordinum postulatam, vt ipsemet dubia Religiosis quietaret in re tam graui, & in tanta confusione tot antiquarũ indulgentiarum.

Secundò, quia idem Paulus V. concedens Fratribus Minoribus indulgentiam plenariam pro Corona B. Mariæ, de qua suprà mentionem fecimus, dixit se id facere non obstante sua generali reuocatione indulgentiarum; si ergo pro concessione vnius tantùm indulgẽtiæ, expressam fecit mentionem suæ reuocationis, cur etiam non idem expressit confirmans non vnam, sed tot, ac tãtas indulgentias de quibus ipsi Religiosi postularunt à Domino Papa suam decisionem?

Tertiò probat, quia Clemens VIII. illius prædecessor quando confirmauit priuilegia dictorum Fratrum Minorũ expressè dixit se confirmare indulgentias, & cæteri Pontifices similiter, at Paulus V. nullum omninò verbum fecit de indulgentijs, quod est vehemens indicium suæ mentis, nolle scilicet, eas confirmare, quod si vellet, id vtique exprimeret.

Quartò probat, quia lex Principis debet promulgari claris, proprijs, & communibus verbis ad tollenda dubia, vt tradunt Doctores in materia de legibus: Dubium verò est, imò & insolitum, quod per gratias, & indulta spiritualia intelligantur indulgentiæ. Deinde quia indulgentia est res grauissima, habetque nomen commune, & vsitatum, ac proinde non debuit per circunloquia exprimi. Et quod sub nominibus communibus non intelligantur indulgentiæ tenet Suarez *lib. 8 de leg. c. 9. ad fin.* & innuit Nauar. *l. 5. cons. 2. nu. 3. tit. de pœnitent. & remission.*

Vltimò probat, quia, vt Iuristæ dicunt, in concessione generali Principis non veniunt illa, quæ si Princeps aduerteret, vel rogaretur, non esset concessurus, at in illa concessione, seu confirmatione generali gratiarum, & indultorum, si Papa nuper reuocans omnes indulgentias cum tanto fundamento aduerteret, vel rogaretur, credendum est noluisse eas reuocatas iterum tam facilè validare, aliàs posset aliqualiter de inconstantia argui.

His in confirmationem addi potest, Bull. bul.
quod noster Auctor nouissimè post illã 46 Leo x.
reuocationem generalem scribens vi- num. 3. &
detur hanc tenere sententiam, nam in Bull. 32.
addit. Summæ tomo 3. capit. 10 num 1. Sixti 4.
asserit, quòd licet Fratres in certis festi In
uitatibus, de quibus apud Bullarium, Bull.
virtute suorum priuilegiorum possint Clem. 8.
plenariè absolui à reseruatis, non tamẽ potest confessarius illis concedere indulgentiam plenariam, quia, inquit, Paulus V. in sua reuocatione indulgentiarum id abstulit. Item *4. tom 3 capit. 11 num. vnico* ait, quòd indulgentia plenaria concessa à Calixto III. parentibus Fratrum Minorum in hora mortis, & confirmata per Clementem VIII. vt possint eligere confessorem, à quo absoluantur plenariè à culpa, & à pœna, non est reuocata per Dominum Paulũ V. quia, inquit, ille non reuocauit, nisi indulgentias directè, & principaliter concessas personis Fratrum. Ex quibus clarè colligitur in sententia nostri Auctoris huiusmodi indulgẽtias directè, & principaliter concessas Religiosis omninò esse abrogatas, nec reualidari per dictam Bullam confirmatoriam nostrorum priuilegiorum, & gratiarum expeditam à D. Paulo V.

His

quit, non intelligitur hæc clausula conditionaliter, sed causaliter. Secus autē esset, si tenor non esset insertus, iuxta c. examinata, de confirmat. vtili, vbi id etiam notat idem Panormitan. Et ratio est perspicua, quia quando tenor inseritur, iam non est necessaria cognitio, cū de re tota constet, & ideò verba illa non possunt habere commodum sensū conditionalem, sed absolutum, seu affirmatiuum, seu causalem, videlicet, cōfirmo hoc, quia constat mihi prouidè factum esse, secus verò est, quando non inserto tenore priuilegij in confirmatione ponitur dicta clausula: quia non est verosimile affirmari id, de quo non constat, & ideò conditionaliter intelligitur. Hæc Suarez.

Ex quibus colligitur, quòd licet in bulla Pauli V. non inseratur tenor priuilegij innouati, Pontifice affirmante illum habere pro expresso, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso insereretur, & pro sufficienter expresso (nota verbum, nihil penitus omisso) quod repetit Papa in non obstantijs, idem iudicium erit de illo, ac de inserto, & expresso. At vti diximus ex Suarez, signum præcipuum, & manifestum confirmationis, ex certa scientia, seu cum exacta cognitione totius rei est, quando tenor prioris priuilegij in illa inseritur; ergo, &c. aliter non affirmaret Pontifex, se habere præfatum tenorem pro expresso, & inserto, non enim ignorare præsumitur rem, quam veluti sibi notam, ac exactè compertam repetere, vel inserere remitit, habens illam pro sufficienter expressa, ac inserta. Nā Princeps habere dicitur ius in pectore, ac proinde illud ignorare non præsumitur, *cap. 1. de constit. lib. 6* quod in priuilegijs omnes admittunt, maximè quando confirmantur ex certa scientia, tūc enim præsumitur scientia prioris iuris innouati semper, teste Suarez suprà *num. 6.*

Et confirmatur ex his, quæ tradit Felinus relatus ab eodem Suarez dict. numer. 6 in cap cùm inter, de except. vbi latè disputat, an necessaria sint in rescripto formalia verba, ex certa scientia, vt dispositio censeatur esse ex certa scientia, & concludit non esse necessaria, sed sufficere, quòd ex alijs verbis eiusdem rescripti, seu ex narratis in illo constet Principem cum plena facti cognitione processisse, quæ est sententia communis Panormitani, & aliorum in c. cùm inter, de except. & in cap. ad hæc, de rescript nu. 7. vbi Decius nu. 6. & latè Felin. in cap. nōnulli, vbi etiam alij, eodem titulo, ex quo concludunt hi Auctores sufficere clausulam æquipollentem illi, ex certa scientia, qualis cēsetur illa, de plenitudine potestatis, ex Panormitano, Decio, & Felino supra, qui dicunt clausulā, ex certa scientia, includere clausulam, de plenitudine potestatis, non tamen declarant, an conuertātur. Sed id magis declarat Alexander lib. 4. cons. 122. nu. 21. & libr. 5. consil. 30. num. 9. quia, inquit, per hāc clausulam significat Pontifex, se velle operari, non tantùm secundùm ius commune, sed etiam suprà, vel contra ius ordinarium, quod non præsumitur facere, nisi ex certa scientia: & eadem ratione concludit Felin. *in dict. c. cùm inter, 7. in fine, & in dict c. nonnulli, fallentia 4.* sufficere clausulam, *non obstante lege dispensante in contrarium*, quia etiam tūc censetur vti plenitudine potestatis.

Ex qua doctrina sequitur euidenter, quòd in nostro casu, licèt non sit posita formalis, & expressa clausula, *ex certa scientia*, cùm constet ex alijs verbis, & clausulis priuilegij Pontificem cū plena facti cognitione processisse, sufficit, vt dicatur dicta confirmatio ex certa scientia, quia taciti & expressi idem est iudicium, vt est notum in iure. Quibus addo, quòd cum clausula, *ex certa scientia*, æquipolleat clausulæ, *de plenitudine potestatis*, vt admittunt omnes, & idem iudicium fit de clausula, non obstante lege in contrarium, quæ censetur eadē, ac de plenitudine potestatis, vt suprà resoluimus cum Felino, & in dicta bulla confirmatoria Pauli V. ponantur amplissimæ clausulę non obstantiū in contrarium, dicendo, non obstantibus quibuscunque priuilegijs quomodolibet in contrariū per prędecessores nostros, ac etiam per nos concessis, &c. concluditur dictum priuilegium confirmatorium

rium dicendum esse ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quod est idē.

Quod adhuc confirmatur ex traditis à nostro Auctore *sum.1.q 8.art.3. in fine*, quo loci resoluit ex sententia multorum de famosioribus scholæ Salmanticensis, quòd quandocunque aliqua priuilegia innouantur, seu de nouo conceduntur cum clausula: non obstantibus reuocationibus Apostolicis, intelliguntur viuificata, & de nouo concessa etiā illa, quæ fuerunt reuocata, aliter nihil operarentur dicta verba, cùm tamen verba in litteris Apostolicis posita aliquid debeant operari. Quæ opinio, addit Auctor, est Collectoris *in Compend. Mendic. titulo, priuilegia Fratrum* §. 15. eamque approbat Corduba *in Addit. ad Compend.* & tenet Panormit. *in cap. cum super, de causa possess. & proprietat.* post Ioan. de Ligano, & diffusè probat Rosella *tit. absolutio 1. nu. 122. & 123.*

Vltimò probatur nostra sententia ex alijs verbis dictæ Bullæ confirmatoriæ Pauli V. ibi, exceptis his, quæ sunt contraria Concilio Tridentino, saluisque decretis eiusdem Clementis in fauoré Fratrum Reformatorum ex quibus perspicuè deducitur, omnia alia contenta in bulla Clementis VIII. exceptis his duobus, voluisse comprehendere Pontificem in sua bulla: quia exceptio posita in generali concessione firmat regulam in contrarium, l. Tribunus § vltimo, ff. de militar. testam. Vnde licèt in generali concessione potestatis ad absoluendum non veniant casus reseruati, si tamen addatur exceptio vnius casus reseruati, censentur alij concessi. Hæc doctrina est nostri Auctoris dicta quæst. 8. art 10 ad finem, quem in simili allegat Suarez in dicto libr. 8. c. 19. nu. 6. qui addit, quòd licèt per confirmationem in forma communi non ratificentur priuilegia nulla, nihilominus si in tali cōfirmatione addatur exceptio vnius priuilegij aliàs irriti, vel reuocati, eo ipso intelligitur, mentē confirmantis fuisse cetera alia, etiam si essent amissa, vel irrita confirmare, vt tradit Bald, in feud. titulo, per quos fiat inuestitura c. 1. n. 2. & sumitur à simili ex eodem in l. 1. §. sed excipiuntur, ff. de feriis, & sequitur Iasō in l. vltim ff quod quisque iuris. Cum ergo in nostro casu Pontifex referens se ad bullam sui prędecessoris Clemētis VIII. omnia in ea contenta confirmet, exceptis his, quæ sunt contraria Concilio Trid. & saluis etiam decretis in fauorem Fratrum Reformatorū, eo ipso de mente Ipsius Pontificis cętera alia confirmata existere intelligantur, etiam si olim reuocata, aut nulla extitissent, si enim noluisset aliquid ab eis confirmare, id vtique nominatim, & specialiter excepisset, sicut excepit decreta contraria Tridentino Concilio, & in fauorem dictorum Fratrum Reformatorum, igitur non excipiendo indultum de indulgentijs, quas ipse paulò antea reuocauerat, nec in bulla præfati Clementis esse specialiter cōcessas, & confirmatas ignorabat, præsumitur de ipsius mente, voluisse ipsas iterum reualidare, confirmare, & in pristinum statum restituere.

Ex dictis facilis patebit responsio ad argumenta in oppositum. Ad primum dic, quòd nil incōuenit credere de Domino Papa mutasse sententiā in regratiissima iam iam antè intentatā à suo prædecessore, sibique supplicata à Procuratoribus Ordinum: quia hoc resultat in fauorem & salutem animarum, & consolationem spiritualem Religiosorum, qui quotidie clamabant, se priuatos esse tantis auxilijs, & suffragijs spiritualibus indulgentiarum.

Ad secundū dic, quòd Dominus Papa in sua bulla cōfirmatoria priuilegiorūm fecit sufficientem, mentionem suæ reuocationis generalis indulgentiarū, dicendo: non obstantibus quibuscūque quomodo libet in contrarium, etiam per nos concessis, vt patet ex secunda probatione suprà.

Ad tertium dic, quòd præfatus Dominus Paulus V. non confirmauit expresso nomine indulgētias, quia se remisit ad bullam Clementis VIII qui nominatim, & expresè dictas confirmauit indulgentias, quod sufficere constat ex resolutis, & traditis supra in prima probatione.

Ad quartum similiter dic, quòd dato, quòd per indulta spiritualia, & gratias

tias non intelligantur indulgentiæ, satis mentem suam declarauit Pontifex, dicendo, se confirmare omnia, & singula contenta in bulla sui prædecessoris, hoc enim expressa est confirmatio indulgentiarum, quas ipse prædecessor verbis claris, proprijs, & communibus confirmauerat, quod tanquam apertum non indiget alia probatione.

Ad vltimum dic, quòd in dicta bulla confirmatoria nostrorum priuilegiorū bene aduertit Paulus V. se confirmare indulgentias, siquidem habuit perfectā notitiam omnium contentorum in bulla Clementis sui prędecessoris, quę omnia, & singula cōfirmauit, vt constat ex dictis supra in secunda probatione.

Ad confirmationem deductam ex doctrina Auctoris respōdetur, quòd ideò affirmare ausus est, reuocatas esse pręfatas indulgentias pro Fratribus à Domino Paulo V. in sua bulla reuocatoria: quia ad eum non peruenit, nec vidit tenorem, & clausulas positas in secunda bulla confirmatoria nostrorum priuilegiorū expedita ab eodē Paulo V. si n. videret, & attentè perpēderet, forsan nostrę assentiret, & subscriberet sentētię.

Denique ne alicui nimis scrupuloso de reualidatione harum indulgētiarū scrupulus adhæreat, idē Dominus Papa Paulus V. expresiè cōfirmauit, & de nouo concessit indulgentiam magnam, seu stationem sanctissimi Sacramenti de sex *Paternoster, & Aue Maria* cum *Gloria Patri* ad finem, olim concessam à Leone X. vt suprà diximus n. 12. in qua virtualiter includuntur cęteræ aliæ antiquæ indulgentiæ, vt manifestum fiet ex resolutis à nobis in tota hac resolutione.

Hæc de tota hac quæstione circa indulgentias reuocatas à Paulo V. & ab eodem postea reualidatas dicta probabiliter sint satis, quibus subscripserunt quidam ex Salmanticensis scholę Magistri. Vellem equidem, quòd hic articulus clariùs, & aperriùs, tāquam res grauissima à Domino Papa per suas litteras nobis innotesceret, interim tamen dū nō apparet de expressiori mente suæ sanctitatis, probabiliter possunt Religiosi vti prætatis indulgentijs.

De Indulgētijs de nouo concessis à Paulo V. in dicta Bulla reuocatoria.

46. Post q̄ Paulus V. reuocauit omnes indulgentias per suos prędecessores cō cessas Regularibus, loco illarū quasdā alias ad taxā cocessit, decreuitq; quòd his tantum fruerentur, quæ sequuntur.

Primò, concedit plenariā indulgentiam fideli Christiano suscipienti habitum apud religionem approbatam, præmissa tamen sacramentali confessione, & sacræ Communionis refectione.

Secundò, candē plenariam indulgentiē concedit nouitio profitenti in die professionis, priùs etiā sacramentaliter confesso, & sacra Eucharistia refecto.

Tertiò, eandē plenariā indulgētiam concedit cuicunq; religioso intra clausurā degenti Missa celebranti, vel post sacramentalē confessionē sacra cōmunione refecto in festo principali sui Ordinis, putà Fundatoris, seu Patroni, vel alterius sancti pro principali declarati. Sed debet vltrà orare pro cōcordia Principum Christianorum, extirpatione hæresum, exaltatione Ecclesiæ, & salute summi Pontificis.

Quartò, eadē indulgētia plenaria largitur cuiuis religioso in articulo mortis, si verè pęnitens confessus, & sacro viatico refectus sit, quod si facere non valeat, sufficit cordis contritio, pronunciatio, et inuocatio sanctissimi nominis Iesu, ore, vel corde, si ore non possit.

Quintò, eandē indulgentiā plenariā concedit nouo Sacerdoti celebrāti primam Missam post sacramentalē confessionē, & cuiuis religioso illam audienti, si priùs celebrauit confessus, vel sacra Eucharistia communicatus.

Sextò, eandem plenariam indulgentiam concedit, & remissionē omnium peccatorum cuicunque religioso per decem dies ad aliquod cubiculum à negotijs, vel à conuersatione

aliorum ſegregato, ibique intentò lectioni librorum ſpiritualium, & cæterorum ad deuotionem excitantium, conſideranti que ſæpe myſteria fidei, diuina beneficia, quatuor nouiſſima, Paſſionem Chriſti Domini, ſimiliaque exercitia ſpiritualia agenti. Debet tamen facere ſimul confeſſionem generalem totius vitæ, vel vnius anni, vel ordinariam, ſumereque ſacram Euchariſtiam, vel celebrare: & hoc toties, quoties fecerit præfatam indulgentiam lucratur.

Septimò, quicunque religioſus viuens in clauſura viſitans ſuam propriam Eccleſiam, oranſque deuotè pro pace Principum Chriſtianorum, & pro cæteris ſuprà relatis in tertio indulto lucratur omnes indulgentias conceſſas viſitantibus Eccleſias intra, & extra muros Romæ in diebus ſtationum, ac ſi ipſe eaſdem viſitaſſet. Hæc eſt maior, & facilior inter has indulgentias.

Octauò, cuiuis religioſo in clauſura viuenti recitanti coram altari ſuæ Eccleſiæ ſingulis diebus quinquies *Pater noſter* cum *Aue Maria* concedit quinque annos, & totidem quadragenas indulgentiæ. Idemque lucrantur itinerantes, vel extra clauſuram exiſtentes de licentia Prælatorum recitantes eaſdem orationes coram altari alicuius Eccleſiæ.

Nonò, religioſis per ſpatium vnius menſis ſingulis diebus habentibus mediam horam orationis mentalis, & in vltima Dominica ipſius menſis confeſſis, & ſacra communione refectis concedit ſexaginta annos, & totidem quadragenas indulgentiæ.

Decimò, accuſantes in capitulis ſuas culpas, imperfectiones, & peccata contriti, ac cõmunicati, habentesque exercitia virtutum habentes tres annos, & totidem quadragenas.

Vndecimò, indulgentiam plenariam concedit cuius religioſo miſſo à Papa, vel à ſuo ſuperiore ad terras infidelium, vel hæreticorum prædicandi, aut docendi ibi Catholicos, vel hæreticos conuertendi, ſeu infideles reducendi gratia, ſi ad id prius confeſſus ſacramentaliter, & ſacra communione refectus fuerit. Quod duobus vicibus diſtinctis poteſt lucrari primò in die receptionis dictorum ſacramentorum, & ſecundò in ingreſſu prouinciæ, ad quam mittitur.

Duodecimò, religioſi confeſſi, & ſacra communione refecti, qui durante ſpatio quadraginta horarum orationis inſtitutarum à ſuperiore in viſitatione generali, pro meliori ſucceſſu viſitationis ad minus habuerint duas horas orationis, etiam diuerſis temporibus per interualla, rogando deuotè pro concordia Principum Chriſtianorum, extirpatione hæreſum, exaltatione Fidei, ſalute Papæ, & augmento regularis diſciplinæ indulgentiam plenariam, ac peccatorum omnium remiſſionem conſequuntur.

47. Item poſt dictarum indulgentiarum conceſſionem, idem Paulus V. conceſſit nobis Fratribus Minoribus recitantibus coronam B. Mariæ indulgentiam plenariam, ad inſtantiam oratoris Hiſpaniæ apud Romanam curiam agentis, & procuratoris Romani eiuſdem Ordinis, idque affirmat in ſuis litteris ſe denuo concedere, non obſtante ſua generali indulgentiarum reuocatione, de quo ſuprà. Hæc refert Portel *dicto verb. indulgentia à num.* 1.

Indulg. plenaria pro corona B. Virginis conceſſa à Paulo V.

Tandem idem Pontifex conceſſit nobis Minoribus magnam illam indulgentiam, ſeu potiùs innumerabilem multitudinem indulgentiarum ſtationis (vt vocant) ſanctiſſimi Sacramenti de ſex *Pater noſter*, & *Aue Maria*, cum *Gloria Patri* ad finem cuiuslibet, in quo continentur omnes indulgentiæ ſtationum Romæ, Ieruſalem, S. Iacobi in Compoſtella, & Portiunculæ, vt ſuprà iam ſæpè diximus. Quod ita conceſſum, & indultum fuiſſe à Domino Papa accepi à duobus viris grauiſſimis patribus meæ Prouinciæ S. Iacobi, idemque confirmauit, ac de nouo conceſſit ſanctiſſimus Dominus N. Vrbanus VIII. dummodo ſtatio fiat ante altare principale Eccleſiæ, vt etiam accepi à quodam Religioſo graui à curia Romana venienti, ſeu accedenti.

De

De Indulgentijs quoad sæculares.

48. VLtra plurimas indulgentias concessas sæcularibus visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum in festis suorum Sanctorum, quas omnes ad annos quingentos quadraginta octo, & dies ducentos, sexaginta, vel secundum collectorem ad mille, trecentos, & quadraginta annos, & quatercentum quadraginta sex quadragenas, ac triginta & vnum dies ascendere refertur, modò concessa est indulgentia plenaria per Sixtum V. omnibus fidelibus confessis, ac sacra Eucharistia refectis visitantibus dictas Ecclesias in festis dictorum Sanctorum, ibique orantibus pro pace Principum Christianorum, exaltatione sanctæ Ecclesiæ, ac hæresum extirpatione, idemque lucrantur Moniales S. Claræ, & Conceptionis visitantes suas Ecclesias; de quibus apud bullarium. Quę indulgentiæ communicantur Ecclesijs Fratrum Prædicatorum pro Sanctis sui Ordinis, sicut è conuerso concessa pro Sanctis Prædicatorum communicatur pro Sanctis Minorum, ex indulto Iulij II. Leonis X & Sixti IV. apud bullariũ. Et nota, quòd in festo S. Claræ ad lucrandum præfatam indulgẽtiam necesse est visitare proprias Ecclesias Monialium. *tom. 2. qu. 87. art. 5.*

Bull. bul. 16. Sixt. V. & bul. 10. & 32. Sixt. 4 bull. bul. 33. n. 52. Sixt. IV.

Nota pro indulg in festo S. Claræ

Bull bul. 2. Sixt. V. Bull. ora. 52. Sixt. IV.

49. Eadem indulgentia plenaria cõceditur modo supradicto visitantibus Ecclesias Monialium Cõceptionis sub cura Fratrum Minorum degentium in festo immaculatæ Conceptionis B. M. Virginis ex concessione eiusdem Sixti V. *ibid art. 4.*

50. Item in festo Portiunculæ, seu Dedicationis Ecclesiæ S. Mariæ de Angelis apud Assisium concessa est magna illa indulgentia, quam concessam, & indultam fuisse ab ipso Christo Domino viuæ vocis oraculo ad instantiam B. P. N. Francisci X. eandemque confirmarunt idem Benedictus XI. & XII. & postea Sixtus IV. apud bullariũ inter viuæ vocis oracula, & alij Põtifices, qui etiam id extẽderunt ad omnia ordinis monasteria, nuncque nouissimè in perpetuũ, seu perpetua confirmata, & concessa est per dominum Papam Gregorium XV. vt testatur Portel. in addit. ad dubia v. Indulgentia num. 1. in fine, & habetur in tabula Capitulo generali Romæ anno Domini 1625.

Sed aduertas oportet, quod hæc magna indulgentia Portiunculæ non est iubileum, vt quidam suspicantur ex eius amplissima concessione, siquidem in illa non datur facultas absoluendi à reseruatis, ibidem ar. 6. de quo Portel. verb. indulgentia, nu. 2. & verb. priuilegij communicatio, num. 20. vbi tradit hanc indulgentiam non communicari alijs religionibus, vide suprà resolut. 31 num. 4.

51. Indulgentia plenaria concessa ad tria signa campanæ post Solis occasum recitatibus tres Aue Maria, modo & forma suprà à nobis tradita nu. 17. potest lucrari ab omnibus Christi fidelibus, licèt enim indulta fuerit ad instantiam Guardiani Burgensis, non tamen restricta fuit ad Fratres, sed absolutè, & sine restrictione concessa, ibi. ar. 12.

In quadragesima sunt in Eccl. Fratrum Minorum 3857. annis ac 207. dies indulg.

52. Item vltra supradicta sæculares visitantes Ecclesiam montis Aluernæ in die Stigmatum P. N. B. Francisci lucrantur remissionem medietatis omnium peccatorum. Alias verò Ecclesias ordinis eadem die visitantes triginta annos indulgẽtiæ, ex indulto Greg. 9.

Alijs diebus 40. anni & 300 dies.

Item tempore quadragesimæ visitantibus dictas Ecclesias Fratrum Minorũ conceditur indulgentia trium millium octingentorum, quinquaginta septem annorum, ac ducentorum septẽ dierum in alijs verò quibuscunque anni diebus quadraginta annos, & trecentos dies. Item in festiuitatibus Domini nostri, B. Mariæ, B. Ioan. Baptistæ, ac sanctorũ Apostolorum pro quolibet istorũ dierum lucratur mille trecenti, & quadraginta anni, ac quater centũ, quadraginta sex quadragenæ, & triginta vnus dies: vel secundùm alios, quingenti quadraginta octo anni, & dies ducẽti, sexaginta indulgentiæ, quod pro festis Sãctorũ Ordinis lucrari iam in superiorib. dictũ est à nobis, to 2. q. 93. art. 1. de quo

In festis Domini nostri & B. M. sunt 1340. ac 446. quadragenæ, vel iuxta alios 548. anni, & 20. dies

in Compend. Minor. verb. indulgentia quoad seculares.

53. Item visitantes Ecclesias Fratrũ Prædicatorum in earundem dedicatione consequuntur annos centum, sexaginta nouem, & dies trecentos, quinquaginta indulgentiæ, in Natiuitate verò B. Mariæ annos sexaginta octo, & dies ducentos decem, & in eiusdem visitatione annos sexaginta nouem, & dies decem supra ducentos, & tandem in Assumptione eiusdem B. Virginis etiam sexaginta nouem annos, & ducentos nouem dies habent, ex indulto Nicolai IV. & aliorum Pontificum apud Bullarium *ibid. art. 2.*

Bullar. Bull. 9. Nicolai IV. Bullar. Bull. 14. Pij V. Bul 8. Clem. 4. num. 5.

Omitto plures alias indulgentias cõcessas visitantibus Ecclesias Fratrum Augustinianensium, & Carmelitarum in præcipuis festiuitatibus eorum, quas puto reuocatas esse à Pio V. ex eo, quod conceduntur manus adiutrices porrigentibus, & idem iudicium est de alijs indulgentijs quæstuarijs, de quibus Clemens IV. apud Bullarium *ibid. art. 3.*

54. Item Vrbanus II. concedit indulgentiam S. Iacobi in Compostella visitantibus Ecclesiam monasterij Canensis ordinis S. Benedicti in die nonarum Septembris, quo celebratur eiusdem Ecclesiæ consecratio, seu dedicatio, & in vigilia eiusdem festi, necnõ in feria quinta in Cœna Domini, & feria sexta Parasceuen, consequunturque veniam, & remissionem plenariam de peccatis, de quibus verè contriti, & confessi fuerint, reliquis verò diebus quatuor annos, & totidem quadragenas indulgentiæ. Habetur in bullario bulla vnica Vrbani II.

Bullar. Bulla vnica num. 3. Vrb. 2. Bull. 8. Clem. 8.

55. Clemens VIII. concedit indulgentiam plenariam pro animabus parẽtum Fratrum Minorum existentibus in Purgatorio, & idem pro animabus benefactorum, seu fratrum hospitantium eosdem religiosos apud suas domos, ac tandem pro ipsis religiosis defunctis dicendo pro eis vnam Missam Defunctorum in Conuentu, in quo moratur talis Religiosus filius parentum, & in oppido fratris, seu benefactoris hospitantis Religiosos, aut etiam in Conuentu, vbi defunctus est Religiosus. Quæ indulgentia, etiam stante reuocatione Pauli V. non est sublata, saltem quoad Fratrũ parentes, & benefactores (quos vocant Germanos Ordinis) quia illa non est cõcessa directè Fratribus, licèt sit intuitu Fratrum, vt supra diximus *nu. 45. § His in confirmationem.* Idem cõcessit Calixtus III. *tom. 3 quæst. 24. art. 2.*

56. In Compendio D. Hieron in Hispania habetur indulgẽtia plenaria pro visitantibus Ecclesias dicti ordinis confessis, vel cum proposito confitendi in diebus Dominicis quadragesimæ, Resurrectionis, Pentecostes, Sanctissimæ Trinitatis, ac in festo Natiuitatis Domini à primis Vesperis vsque ad occasum sequentibus diei, dicentibusque ter *Pater noster*, cum *Aue Maria* ad Laudem Sacrosanctæ Trinitatis. Et idem concessum dicitur Minimis à Leone X. Itẽ eadem indulgentia plenaria conceditur visitantibus eorum Ecclesias in Annunciatione B. Mariæ, & in die SS. Apostolorum Philippi, & Iacobi, ibique orantibus ad libitum pro statu Ecclesiæ, quod ibidem refertur concessum Hospitali S. Iacobi incurabilium de Vrbe. Quas indulgentias puto communicari Ecclesijs aliorum Ordinum, quibus, & non secularibus conceduntur, seu communicantur, vt expressè, loquens de communicatione indulgentiarum concessarum vni, vel pluribus Monasterijs vnius Ordinis, extendi ad alia Monasteria aliorum Ordinum cõmunicantium in priuilegijs, ex quodã indulto Iulij II. tenet noster Author *tom. 1. qu. 51. art. 16.* quidquid in oppositum sentiat Portel *verb. Indulgentia titul. circa indulgentias, & Iubileum, n. 4. in fine. De quo in Compend. D. Hieron. vbi supra § 4.* Comp. S. Hier. v. Eccles. §. 5.

57. Eugenius IV. apud Bullarium in ter viuæ vocis Oracula concessit, vt Procuratores Fratrum, eorumque substituti, liberi, parentes, fratres, & sorores possint promereri indulgentias statiorum, & alias Fratribus concessas, dicendo in eorum Ecclesijs quinque *Pater noster*, & totidem *Aue Maria* pro felici statu Romanæ Ecclesiæ. Nec hoc est reuocatum per Paulum V. quia nõ fuit concessũ Fratribus, sed intuitu Fratrũ. Bull. Ora 14. Eug. 4.

58. Ita-

Prædicatores Minorum possunt concedere suis auditoribus 18. annos, ac 322. dies indulgentiæ, & in quadragesima. 156. annos, & 527. dies. Comp. Minorum

58 Fratres Minores, & Prædicatores, ac similiter communicantes in eorum priuilegijs prædicantes in suis domibus quocumque anni tempore possunt concedere suis auditoribus decem, & octo annos, ac trecentos viginti duos dies indulgentiæ, extra verò suas Ecclesias vltra dictos 18 annos, 322. dies tantùm. At tempore Quadragesimæ prædicantes apud suas domos feria secunda, quarta, & sexta centum, quinquaginta sex annos, & quingentos, viginti quatuor dies indulgentiæ largire de auctoritate Apostolica possunt, ex indulto Gregorij IX. & aliorum octo Pontificum, de quibus *in Compend. Minorum. tom 2. quæst 95. art 1.* Vide infrâ *de Prædicatoribus, num. 30.*

Recit. indulgentiæ quoad sæculares, § 5.

59. Audientes primam Missam Religiosi noui sacerdotis consequuntur tres annos, & duos dies indulgentiæ, ex indulto Gregorij IX & aliorum Pontificum facto ordini Prædicatorum. Item facientibus celebrare Missas, & alia Diuina Officia apud Ecclesias ipsorum Fratrum conceduntur duo anni, & ducenti quadraginta octo dies indulgentiæ. Accedentibus verò ad Ecclesias Fratrum Minorum causa audiendi Missam, vel Sermonem centum dies pro qualibet vice, ex Alexandro IV. *ibidem art. 2.*

60. Sixtus V. concessit ad instātiam Fratrum Carmelitarum Discalceatorū omnibus, & singulis Christi fidelibus, qui hoc modo alios salutauerint, suo nempè vulgari, seu Latino Sermone: Laudetur Iesus Christus, & his, qui sic responderint in sæcula, vel amen, aut semper, vtrisque tam salutantibus, quā respondentibus, vbicumque id factum fuerit, quinquaginta dies indulgentiæ: his autem, qui nomen Iesu, vel Mariæ reuerenter ore nominauerint, viginti quinque dies. Qui verò in mortis articulo ore, vel corde (si ore non potuerint) idem Sanctissimum nomen Iesu inuocauerint, dummodò ante habuerint consuetudinem sic salutandi, vel nominandi idem nomen Iesu, plenariā omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem consequantur. Item concessit, quod qui Litanias eiusdem Sanctissimi nominis Iesu nominauerint, seu recitauerint trecentos dies indulgētiæ; qui verò Litanias B. Mariæ ducentos, necnon prædicatoribus, qui inter prædicandum ad hunc modum salutandi, inuocandi, vel recitandi, seu nominandi nomen dulcissimum Iesu, & Mariæ auditores monuerint, & quicunque hanc salutationis formam vsui esse curauerint easdem indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur. Hæc omnia habentur apud Bullarium in quadam Bulla dicti Sixti V.

61. Paulus III. concessit plenariam indulgentiam omnibus sacerdotibus nostri Ordinis Minorum celebrātibus omni feria sexta Missam de quinque Plagis Domini nostri Iesu Christi, Refertur in Bullario inter viuæ vocis Oracula dicti Pontificis.

Bull. bul. 26. Sixti V.
Bul. oraculo, 17. Pauli 3.

Quæ autem indulgentiæ concedātur Confratribus Chordigeris. P.N Francisci, & Corrigiatis S. Augustini vide *tomo. 1. quæst. 58.* & nos diximus suprà de Confratrijs.

De Indulgētijs per modum suffragij pro defunctis.

62. FRatres Minores Obseruantiæ liberant vnam animam a Purgatorio in Sabbato Palmarum, in festo S. Ioānis Euangelistæ, & in die eius Martyrij ante portam Latinam, dicendo Psalmos Pœnitentiales, vel quinquies *Pater noster*, & *Aue Maria*, ex indulto Leonis X. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula, dummodò ipsa die dicāt coronam B. Mariæ pro Domino Papa. Hæ tres concessiones pro liberandis animabus Purgatorij inueniuntur tamē authenticæ; cæteræ supra relatæ in ferijs quadragesimæ reperiuntur in multis summarijs Romæ impressis, & in bullis Cruciatæ, ideoque non debent contemni *tom 2. quæst. 96. art. 1.* De quo Collector *Comp. Mendicantium nl indulgentiæ non plenariæ quoad Fratres. §. 14.*

Bul. Oracula 28. 29. & 30 Leon X.

63. Fratres Minimi habent priuilegium,

gium, vt in diebus Lunæ, & Mercurij in omnibus Conuentibus Ordinis prælatus, vel alius ex antiquioribus Fratribus domus celebrans pro aliquo defuncto, eius anima liberet à Purgatorio, quòd si adest Prouincialis, ipse est, qui extrahet animam. Ita refertur à Collectore priuilegiorum dicti Ordinis, *ibid art. 1*,

Bul. Oraculo 32. Leon X. 64. Item Leo X. concessit apud Bullarium inter viuæ vocis oracula, vt Fratres Minores dicentes officium defunctorum, vel septem Psalmos Pœnitentiæ pro animabus Purgatorij cōsequātur plenariam indulgentiā toties, quoties, ad instar recitantium coronam B. Mariæ. Item etiam concessit, vt indulgentiæ coram imagine Pietatis, seu S. Gregorij ab eodē sancto Pontifice concessæ possint applicari animabus Purgatorij. Itē Calixtus III. concessit plenariam indulgentiam pro animabus parentum Fratrum Minorum existentium in Purgatorio, de quo suprà *num.* 55. habes aliam concessionē Clemētis VIII. *ibid. in fine.* de quo Comp. n. Mend. *tit. indulgentia quoad saculares*, §. 18.

Oraculo 43. & 77. eiusdem Leon X.

65. Ecclesia potest concedere indulgentias pro animabus Purgatorij per modum suffragij, (contrarium enim asserere hæresum sapit Papa enim per dispēsationem auctoritatinam habet potestatem communicandi illis de thesauro communi indulgentiarum ad liberalē, & gratuitam remissionē pœnarum obtinendam à Deo, licet ipsæ animæ non sint de iurisdictione Papæ cōmunicantis, iste enim non est actus iurisdictionis, sed auctoritatiuæ dispensatiuæ communicandi suffragia de thesauro Ecclesiæ, ibid. artic. 2. de quo D. Thom. in 4. dist. 45. qu. 6. art. 2. Corduba libr. 5. qu. 3. & 16. p. 407. colum. 1. Idem docent Henriquez lib. 7. de indulg. c. 3. Suarez tom. 4. disp. 53. sect. 1. num. 3. Michael à Medina *de indulg. capit. 32. Nauar. comment. de Iubileo notab. 22.* & cum communi Theologorum resoluit P. Villalobos *1. p. sum. tract. 26. diff. 7. à num. 1.*

66. Anima, cui applicatur, seu conceditur indulgentia plenaria per modum suffragij omninò, & infallibiliter liberabitur à Purgatorio tribus concurrentibus, Primum, quòd sit sufficiens causa adeantam concedendam indulgentiæ largitatem, defectu cuius potest non lucrari tota illa quantitas, etiam si fiant, seu exequantur omnia ad illam lucrandam requisita. Secundum, quòd debitè fiat per aliquem viuum totum illud, quod, & quomodo imponitur per concedentem ad talem indulgentiam consequendam, & in his duobus nihil est dubij. Tertium, quòd talis anima fit omninò digna, & idonea, vt tale suffragium indulgentiæ ei concessæ à Deo liberaliter acceptetur pro ea ad dictum plenum effectum. Hæc autem dignitas, & idoneitas non solùm ex meritis de facto in hac vita sumitur, & ex merito accidentali ipsius defuncti, dum in humanis ageret, vt tum deuotio specialis ad claues Ecclesiæ largitionis indulgentiarum, solicitudo ad satisfaciendum pro peccatis proprijs, misericordia, seu pietas erga alios, ac studium suffragandi defunctis, sed præcipuè ex feruore charitatis, & alijs operibus meritorijs gloriæ essentialis, in quibus sunt supererogatoria, & accidentaliter meritoria, & satisfactoria, per quæ enim potest in hac vita mereri, vt post in Purgatorio dignus inueniatur, vt ex diuina bonitate illi prosint suffragia, & indulgentiæ specialiter ipsi applicatæ ex integro, aut ex parte, iuxta mensuram, seu quantitatem suæ dignitatis, aut meritiad id, iuxta cuius mēsuram magis, minùsvè Deus ex sua mera liberalitate, & misericordia acceptat talis indulgentiæ suffragium. Ita explicant quidā cum D. Augustino, & Gregorio hanc tertiam conditionem, *ibid. art. 3.* de quo D. August. *in Enchirid. cap. 109. & 110. & in libro de cura pro mortuis habenda*, & refertur *in cap. tempus, 23. 13. quæst. 2.* D. Gregor. *lib. 4. Dialog. c. 39. 57. & 50. Soto in 4. dist. 21. qu. 2. artic. 3.* Cordub. *lib. 5. quæst. 17. Nauar. de indulgent. not. 22. §. 45.* Idem post D. Bonauent. *in 4. dist. 20. quæst. penul.* & alios plures, docet P. Villalob. suprà *diff. 10. num. 1.*

D. Aug. in Ench. ca. 109. & in lib. de cura pro mortuis. D. Greg. l. 4. Dialog. c. 39. 57. & 58.

67. Quamuis vt quis viuus pro se indulgentiam consequatur, necessarium omninò sit, in statu gratiæ constitutum esse tempore, quo ipsam lucratur. At quando vult lucrari pro defuncto, id

non

non requiri, tenet verior sententia, nisi Papa pro consecutione indulgentiæ imponat opus pium, quòdque fiat in statu gratiæ, nam indulgentia est opus priuilegiatum habens suum valorem ex opere operato, seu ex thesauro Ecclesiæ, & meritis Christi Domini, cuius nomine offeruntur suffragia pro defunctis, ibid. art 4. de quo Cordub. vbi supra qu. 24. Nauarr. tract. de indulg. notab. 17. §. 24. Idem docent Gabriel in Canon. Missæ lect. 57. Toletus in summa lib. 6. ca 26. num. 5. quos refert, & sequitur Portel. in addit. ad dubia, num. 22.

68 Post applicationem indulgentiæ plenariæ pro aliquo defuncto non est cessandum ab alijs operibus, suffragijs, Missis, & indulgentijs pro eodem faciendis, & applicandis, quia nõ constat de totali acceptatione dictæ indulgentiæ plenariæ quoad totum suum fructũ, quod, vt diximus, pendet à mera liberalitate, & acceptatione Dei, & à dignitate, ac idoneitate animę, cui applicatur. Imò dato, quòd ipsam animã ad cœlum iam euolasse nobis constet, adhuc iteratio bonorum operum pro ea ad quid que prodest. Primò, quia per alia suffragia, & sacrificia magis, quàm per solas indulgentias laus, & honor Deo defertur. Secundò, quia inde fructus amplior prouenit ipsis viuis benefactoribus pro defunctis. Tertio, quia ipsi defuncto, etiam in cœlo existenti prouenit gaudium accidentalis gloriæ de bonis factis respectu ipsius redundantibus in Dei gloriam, ex quo ipse defunctus gratitudinis ergo prouocatur ad orandum pro suis suffragatorib. Quartò, quia suffragia facta pro vno, etiam alijs prosunt. Vltimò, quia sicut pro paruulis baptizatis orat Ecclesia, facitq; suffragia, & Missas per multa bona omnibus inde euenientia, & ad gloriam Dei ita pro animabus Purgatorij, vel in gloria existentibus multa fieri opera expedit ad gloriam, & laudem Dei, ibidem, de quo Richar. in 4. dist. 45. Alex. Alens. 4 p quæst. 42. art. vltimo. Idem post Suarez tom. 4. disp. 53. sect. 4. nu. 9. docet P. Villalobos dicta diffic. 10. n. 1. in fine.

69. Gratia de altari priuilegiato pro extrahendis animabus à Purgatorio facta narranti falsò, viginti sacerdotes in ea Ecclesia ministrare non valet, ac ideo reformanda est, tùm quia in literis puri priuilegij obstat subreptio simplex sine dolo facta, tùm quia concessio indulgẽtiarum restringenda est. maximè si in ipsa non exprimitur quantitas pœnarum; & indulgentiæ à quibus liberat. ibidem art. 5. de quó Nauar. lib. 5. consil. 1. tit. de rescriptis.

70. Ad liberandam animam à Purgatorio in altari priuilegiato sufficit cuiuslibet Missæ celebratio, vel sit de sãcto, vel de feria, aut de defunctis, nisi in Bulla expresè caueatur, quòd dicẽda sit Missa de Requiem, ibid. art. 6. de quo Nauarr libr. 2. consil. 2. consil. 3. tit. de pœnit. & remis. & lib. 5. consil. 14. tit. de priuil.

71. Ioannes XXII. primus concessit indulgentiam Sabbatinam ordini B. Mariæ de Monte Carmelo, vt scilicet Sabbato sequenti post obitum Fratrum Monialium, & Confratrum ipsius ordinis meritis, & Intercessione B. Virginis ipsorum animę à pœnis Purgatorij liberentur, per modum suffragij, seu impetrationis à Deo. Quam gratiam postea confirmarunt Alexander V. Clemens VII. & Gregorius XIII. ibid. ar. 7.

72. Recitantes Psalmum, Miserere mei Deus, cum Oratione Deus, qui inter Apostolico Sacerdotes, &c. vel quinquies Pater noster, cum Aue Maria flexis genibus pro nescientibus literas, in nostris Ecclesijs principalibus, seu illis annexis consequuntur indulgẽtias Vrbis, & Orbis, ex indulto Innocentij VIII. Alexandri VI & Iulij II. Quæ magna indulgentia, & omnes aliæ suprà positæ, præcipuè illa Leonis X. de sex Pater noster, & Aue Maria cũ Gloria Patri, ad finem cuiuslibet, possunt applicari per modum suffragij animabus existentibus in Purgatorio, per eundem Leonem X. apud Bullarium inter viua Oracula, & per Sixtum V. in Bulla erectionis Confraternitatis Chordæ Bul. Orac.
B.P.N. Francisci, ibidem articul 8. Bul 77. Leon.
la Sixti V. extat, tom. 1. quæstio. 58. articulo 1. X.

De

De Indulgentijs pro nouo Orbe Indiarum.

73 Primò indulgentia plenaria conceditur in diebus festis S. N. Francisci, S. Dominici, & S. August. ni dicendo in eorum Ecclesijs ter *Pater noster*, & *Aue Maria* pro exaltatione fidei Catholicæ, ex indulto Bogij Cardinalis legati Iulij III. in Hispania; Qui etiam concessit omnes remissiones, & indulgentias Portiunculæ concessas Ecclesiam S. Mariæ de Angelis Visitantibus, ac si personaliter ipsam B. Virginis domum visitassent.

Item concessit omnibus hospitalibus nouæ Hispaniç omnes indulgentias Hospitalis Conceptionis de Mexico.

Item concessit Ministris Indorum semel in vita, & in articulo mortis indulgentiam plenariam.

Item quòd quoties quis ministrat Sacramenta Indis, vel prædicat gratis septem annos, & tot quadragenas indulgentiæ habeat. Item Pius V. concessit omnibus visitantibus Monasteria Ordinis Prædicatorum in noua Hispania, in diç S. P. Dominici, S. Thomæ Aquinatis, S. Vincentij, & S. Catherinæ Senensis, ac ibi pro augmento fidei, Sedis Apostolicæ felici statu, ac infidelium conuersione orantibus, toties plenariam omnium peccatorum indulgentiam & remissionem in forma Iubilei. Quod per communicationem etiam extenditur ad sanctos Minorum, & S. Augustini. Additque Pontifex, quòd qui in prædictis festiuitatibus, & per octauas eorum contriti, & confessi Eucharistiã sumpserint eandem indulgentiam consequantur. Qui verò in festo S. Dominici, S. Thomæ, & eorum octauis celebrauerint, vel celebrare fecerint, toties idem lucrantur. *tom. 2. quæst. 97 art. 1.*

Pro cuius obserua, quòd indultum de indulgentia plenaria pro festis ordinis Minorum factum à Sixto V. etiam communicatur incolis fidelibus Indiarum Visitantibus Ecclesias Fratrum ibi ędificatas. *ibidem in fine.*

Item pro indulto præfati Cardinalis legati aduerte, quòd legatus Papæ habet potestatem concedendi indulgentiam, etiam perpetuas intra terminos suæ legationis, non solùm ex commissione speciali, sed etiam ex Generali Domini Papæ, sicut Raema facere potest, *cap. final.* iuncta magloss. *de officio lega.*, nec eius iurisdictio ad hoc restricta, aut taxata est ad quadraginta dies indulgentiæ tamtùm, sicut Episcopis taxauit Concilium. *ibidem § circa primam.* de quo Corduba. *lib. 5. qq. quæst. 12. propos. 3.*

74. Vltra supradicta idem Pius V. indulsit Religiosis euntibus ad Indorũ conuersionem, vt in die, quo se mari cõmiserint, & in quo peruenerint, vel si in itinere decesserint, indulgentiã in forma Iubilei consequantur. Item concessit Religiosis scientibus idioma Indorũ toties quoties munus docendi eos exercuerint centum dies de iniunctis pœnitentijs. Item Paulus III. concessit Religiosis Mendicantibus de licentia suorum prælatorum proficiscentibus ad quascunque terras infidelium ad eos conuertendos, vt vadant tanquam legati, & Commissarij suæ Sanctitatis, & fruantur omnibus gratijs concessis à suis prędecessoribus ad terras infideliũ euntibus. *ibidem art. 2.*

75. Item Religiosi possunt in dictis partibus Indiarum indulgentias concedere, ex indulto Pauli III. & aliorum Pontificum. *tom. 2. quæst 99. art. 5.*

76. Item Pius IV. concessit, quòd quando in iubileo ieiunium, eleemosyna, confessio, & sacra Communio prærequiritur. Indi intra statutum tempus peccata sua commodè confiteri non valentes ob penuriam confessorum, si corde contriti sint cum proposito confitendi, quam primùm presbyteri copiam habuerint, saltem intra mensem, indulgentiam, seu Iubilæum consequantur in omnibus, ac per omnia perindè ac si confessionis, & sacræ Communionis Sacramenta intra tempus præfixum in iubileo suscepissent, dummodò quoad ieiunium, eleemosynam, & alia requisita

faciant debitam diligentiam statim intra terminum præfixum in Bulla iubilei. Vnde si commodè peccata sua confiteri valent infra statutum tempus, debent intra illud exequi, sicut alij fideles, aliàs non consequentur indulgentiam. *ibid art.6.*

De Indulgentiarum publicatione.

Trid. sess. 21. c. 9 de reform. & sess. 25. decret. de indulg.

77. Indulgentias, seu alias speciales gratias publicare, & approbare, seu examinare debitis temporibus pertinet ad Episcopum, adhibitis duobus de Capitulo, ex decreto Tridentino, ad vitandos abusus quæstuariorum. Indulgentias tamen Regularibus concessas possunt ipsorum superiores in suis Monasterijs, seu domibus promulgare, sunt enim Ordinarij suorum Fratrum, ideòque non prohibentur in dicto Decreto publicare, nec suspenduntur in Bulla Cruciatæ. *tom.2. quæst.98. artic.1. de quo Nauar. de indulgen notab 31.* Henriquez *l b.7. de ind lgent. c.20 litera S. & capit. 29. num.1. li era B.* Zerol *in prax. Episc. verb. quæstores, pag. 302.*

Bull. bul. 34. Pij V.

78. Indulgentias quæstuarias omninò aboleuit Pius V apud Bullarium, ideòque nequaquam possunt hodie publicari, idque in cap cum ex eo, de pœnit. & remiss. strictè prohibetur. ibid. d. art.1. de quo vide P. Villalob. 1 p. Summæ tract 26 diff. 12 nu 2. Sacra Cardinalium Congregatio declarauit, posse licentiam fieri ad petendum eleemosynas cum his circumstantijs. Prima, vt sint personæ bonæ existimationis. Secunda nè sint participes ipsarum eleemosynarum. Tertia, nè habeant vllo modo nomen Quæstorum. Quarta, quòd nullas Indulgentias diuulgent, nec concionentur. Quinta, ne sua priuilegia, aut reliquias circunferant sacras. Sexta, ne imprecationibus, vel minis eleemosynas extorqueant, nec campanas, aut alia instrumenta deferant, Septima, ne quid quasi tanquam debitum, aut vsitatum petat, Octaua, ne vllo artificio, aut specie commemorandæ orationis alicuius sancti, aut alio peruerso more vtantur, sed simpliciter, ac modestè eleemosynas petant, easque in pij loci vtilitatem transportent. ita refert ex Zerola loco citato Barbosa *in Remissionibus ad Trid. d. cap. 9.*

79. Religiosi, & alij prædicatores publicantes indulgentias indiscretas peccant grauissimè, id enim in virtute S. Obedientiæ & sub pœna maledictionis æternæ prohibetur in Clement Religiosi. §. 1. de priuileg. Pro indiscretis autem haberi debent illæ, quæ vel concessæ non sunt, vel concessæ à non habente potestatem vltra certam taxam, vel quæ probari nequeunt literis authenticis, aut testibus, argumento cap. quoniã & cap. post cessionem, de probat. excusatur tamen à peccato qui scit, vel probabiliter credit verè esse concessas ab habente potestatem. ibid art.2. de quo Nauar. in §. in Leuitico, de pœnitent. & remiss. notab 32 num 45. D. Antonin. 4 part. tit. 18. cap. 4. Idem post Cordubam libr. 5. quæstion 42. & alios docet P. Villalob d. difficul. 25. nu. 1. & 2. vbi bene notat, in dicta Clementina non ferri aliquam pœnam ipso facto, sed tãtùm, vt præsumentes id attentare per duos menses subiaceant pœnis illis, quæ secundùm eorum regulam, vel statuta pro grauibus criminibus, seu culpis eis consueuerunt imponi.

80. Licet indulgẽtiæ valeant à tempore datæ, non tamen possunt lucrari, nisi post publicationem. Vnde clausula posita in literis, ne valeat in indulgentia, nisi post quinquennium, computari debet à die exhibitionis ac publicationis illarum. *ibid. art. 3.* De quo Rebuf. *consil. 199.* vide *cap. cum ex eo, de pœnit. & remission.* vbi habetur quòd debent exhiberi literæ dictarum indulgentiarum.

81. In generali reuocatione gratiarũ, & indultorum; quæ fit in principio creationis Papæ, non veniunt Indulgentiæ per prædecessores concessæ, in nulla enim Regula Cancellariæ fit mentio de tali reuocatione indulgentiarum. *ibid art. 4* de quo Nauar. *lib. 5 consil 17. tit. de pœnit. & remissionibus.*

82. Iuxta magis probabilem, & piã sententiam; idque menti, ac intentioni con-

concedentis videtur conformius, sufficit ad lucrandum indulgentiam esse in statu gratiæ saltem in tempore, quo postremo consequenda est, scilicet quandò visitat Ecclesiam, quod est vltimum requisitum solitum apponi in Bullis: licèt enim non executioni denuit omnia requisita ad illam lucrandam in bono statu, sufficit tamen quòd rectè moraliter, & omninò ad vnguem compleantur, & vltimum, quod est principale, & proximum opus, seu vltima dispositio (vt ita loquar) indulgentiæ fiat in gratia, opera namque bona facta in peccato etiam deseruiunt, seu sunt meritoria de congruo ad quærẽdam indulgentiã culparum à Deo condonandarum, cui

Trid. sess. 14. c. 4. & can 5. Concilium Trid. adstipulatur. ibi ar. 5. de quo D. Thom 2. 2. qu. 113. art. 3. & 4. Idem post glossam in Extrauag Antiquorum, de pœnit. & remiss. Henriq de indulgent lib. 7. c 9. numer. 5. & Cordub lib. 5. quæst. 24. Suar. tom. 4. disput. 52. sect. 5. num 8. docet P. Villalob. 1. p. Summæ tract. 26. diff. 13. num 3. qui n. 4 addit, non esse improbabile, opus esse ad consequendam indulgentiam omnia ad illam requisita perficere in statu gratiæ, ex Caiet. *in tract. vltim. de indul gent. c. 9.* Nauar. *de indulg. notab. 19 nu. 18.* & Soto *dist. 21. qu 2. art. 3.*

83. Actus visitandi malus, saltem venialiter, eo quòd in illo adsuit defectus alicuius circunstantiæ ad bonitatẽ moralem ipsius necessariæ, non est sufficiẽs ad consequendam indulgentiam. At si commissit alia peccata venalia actui visitandi extraria satisfacit. Item qui maiorem partẽ actus visitandi benè adimplet satisfacit, licèt aliqua pars eiusdẽ sit venialiter mala. *ibidem art. 6.* de quo D. Thom. *in 1. dist. 38. quæst. 1. art. 1. ad quartum.* Nauar. *cap. inter verba, 2. quæst. 3. concl. 5. num. 61. & de indulgent. notabili 32 nu. 46.* Idem docent Corduba *vbi supra quæst. 25.* Henriq. *suprà cap. 19. n. 5.* Suarez *dict. disp. 52. sect. 6.* quos refert, & sequitur P. Villalobos *suprà num. 6.*

84. Per indulgentiam quadraginta dierum, v. g. concessam remittitur pœnitentia totidem dierum, etiam si sint interpolati, per indulgentiam autem vnius anni simpliciter non exprimendo, de iniunctis, intelligitur remissio trecentorum sexaginta quinque dierũ, modò continui, modò interpolati sint, modò sint iniuncti, modò non sint iniũcti. *ibidem art. 7.* de quo Nauar. *de indulgent. notab. 31. nu. 39 & 40.* Corduba *de indulgentijs quæst. 32.* Idem docent Suarez *tom. 4 disp 10 sect. 5. num. 16.* Bellarmin. *lib. 1. de indulgent. capit 9 § eratsit autem,* & sequitur Portel. *addit. ad dubia verb. indulgentia, num. 11. §. at Bellarminus.*

85. Indulgentia tot dierum, vel annorum intelligitur primò, & principaliter de diebus, & annis huius vitæ, & de pœnitentijs in hoc sæculo iniunctis, vel iniungendis, & secundariò de pœnis Purgatorij respondentibus in tanto, vel maiori, aut minori tempore illis annis, & pœnitentijs huius vitæ. Itaque tantum pœnarum in Purgatorio remittitur per indulgentiam tot dierum, & annorum pœnitentiæ, ac remissionis de iniunctis sine limitatione datã, quantum remitteretur, si pœnitens in hac vita sufficienter pœnitentiam egisset illis diebus, aut annis, quibus secundum legem, & iustitiam Dei, ac Canones Ecclesiæ pœnitere deberet. In quo consentiunt vnanimiter omnes *ibid art 8.* de quo Durand. *in 4 dist 20* vbi Palud. *quæst 1. artic 1* Syluest. *verb. indulgent. quæst. 4.* Cordub *de indulgent. quæst 32.* idem docent Suarez *vbi suprà dict nu. 16.* Turrecremata, §. *in Leuitico quæst 4. art. 5.* Soto *in 4 dist. 21. qu 2. art 1.* quos refert, & sequitur P. Villalob *vbi sup à diff 9 num 6 & 7.*

86. Communis opinio tenet, quòd vnus dies pœnitentiæ voluntariè assumptæ in hac vita plus pœnæ debitæ soluit, quam vnus, vel etiam plures dies Purgatorij: quia ratio voluntarij, superat (vt dicunt) acerbitatem pœnarum Purgatorij, ac per consequens indulgẽtia vnius diei hic remittit plures dies in Purgatorio. ibidem art 9 De quo Soto in 4. dist. 21. quæst. 2 art 1. & dist. 19. quæst. 1. art. 4 & dist 6 quæst 1. art 3 & quæst. 2. art. 2. & 3 Corduba libr. 5. quæst. 32. Enriquez lib. 7. de indulg. ca 14. n. 4. Idem docent Syluest. verb. indulgentia, num. 8. Nauar §. in Leuitico, notab.

11. num. 12. & notab. 12. num. 19. quos sequitur P. Villalobos suprà num. 8. & post Bellarminum citato capit. 9. tradit etiam Portel. vbi suprà dict. numer. 11. & num. 15. vbi refert aliqua exempla hominum peruersorum, qui vehementi contritione conuersi rectâ via deducti sunt ad patriam cœlestem, vt de quodam insigni latrone refert Climacus libro de Scala Paradisi, gradu 4.

Indulgentias quas habent deferentes imaginem Conceptionis B. Mariæ, & eius h..ij, vel scapularium eiusdē Ordinis, vide tom. 1. q. 57. art. 4. & nos diximus supra de Conceptione B. Virginis, num 6.

87. Paulus III. apud Bullariū concessit omnibus verè pœnitentibus, & confessis, seu temporibus à iure statutis communicandi propositum habentibus, qui aliquam Ecclesiam, aut alium pium locum Societatis Iesu semel singulis annis (præter annum Iubilei) in die per Præpositum dictæ Societatis eligendo à primis vesperis vsque ad occasum Solis eiusdem diei inclusiuè deuotè visitauerint, & ibi orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitauerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, ac remissionem in forma Iubilei. Insuper quatuor alijs, scilicet Natiuitatis, Circuncisionis, Epiphaniæ, & Corporis Christi festiuitatum, necnon Veneris, & Dominicis Quadragesimalibus diebus singulorum annorum vsque ad octauam Paschatis, Ecclesias, ac alia pia loca dictæ Societatis deuotè visitauerint, & inibi orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam prædictas similiter recitauerint, ac Verbum Dei, si in illis prædicetur, deuotè audierint, septem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer in Domino ipsis relaxantur ab eodem Paulo III.

RESOLVTIO LXXVIII.

De Indorum Priuilegijs.

1 EPiscopi tam Meridionalis, seu Orientalis, quam Occidentalis Indiæ auctoritate Apostolica possunt absoluere, vel committere alijs absoluendus nouiter conuersos à casibus Bullæ in Cœna Domini, etiam quoad forum exterius iudiciale, ex indulto Pauli III. tom. 2. quæst. 99. art. 1. de quo in Bullario. Bull. bull. 8. Paul. 3. num. 35.

2 Item habent dicti Episcopi Indiarum, vt possint conficere, seu consecrare Chrisma cum balsamo in illis partibus reperto, & adhibito numero ministrorum, qui ad id commodè haberi poterit, ex indulto Pij IV. ibidem art. 2. de quo in Bullario inter viuæ vocis oracula Pij IV. Bull. orac. 1. Pij IV.

3. Item ijdem Episcopi non tenentur visitare singulis biennijs limina B. Petri Romæ, etiam si iuramento id firmassent, sed sufficit per procuratorē, vel nuncium singulis quibusque quinquennijs visitare, & iuramentum præstitum relaxatur per Paulum IV. ibid. art. 3.

4. Indi tam Orientales, quàm Occidentales licèt extra fidem Christi Domini existant, nō debent propterea sua libertate, ac rerum suarum dominio priuari, nec ob infidelitatē vllo modo priuatos, aut priuandos esse determinat Paulus III. ibid. art. 4.

5. Multa sunt concessa religiosis pro conuersione Indorum per Nicolaum V. etiam ante notitiam noui orbis, quę postea confirmarunt Leo X. Adrianus VI. Clemens VIII. & Paulus III. Primò, vt religiosi ad terras Indorum inde- Bul. bul. 3 Leo X. &

fidelium peruenientes possint eis Euangelium prædicare, eosdemque baptizare. Secundò, vt Sacerdotes possint promouere conuersos vsque ad quatuor minores ordines. Tertiò, vt possint dispensare cum illis, qui in gradibus non prohibitis lege diuina contraxerunt ad manendum in matrimonio. Quartò, vt possint dispensare cum patientibus defectum natalium ad Ordines. Quintò, vt possint cognoscere de causis matrimonialibus. Sextò, vt inordinatè viuentes de suis excessibus possint corrigere. Septimò, vt possint ibidem diuina officia celebrare, cœmeteria benedicere, & vota commutare, exceptis religionis, & peregrinationis Vltramarinæ, ac indulgentias concedere. Octauò, vt valeant altare consecrare, si illud non possunt habere portatile, & similiter corporalia, vbi non est Episcopus. Nonò, vt possint omnia alia facere quæ ad augmentum diuini nominis, ampliationem catholicæ fidei, ac ad irritationem, & reprobationem eorum, quæ sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco, & tempore viderint expedire. Hæc sunt indulta Nicolai ibid. art. 5.

& Bull. i. Adr. 6. & Bulla 8. Pauli 3. a num. 35.

Circa quæ obserua, quod vbi sunt Episcopi, iam non possunt quoad omnia præfata sui Religiosi tali indulto, iuxta intentionem Pontificis in sua Bulla expressam, ibid.

6. Item Paulus III. concessit, vt possint Indi matrimonium contrahere, etiam in tertio gradu consanguinitatis, vel affinitatis, donec aliud statuatur à Sede Apostolica. Item, quòd habentes plures vxores iuxta illorum morem ante conuersionem, si memores non sint, quam primò acceperunt, alijs dimissis vnam retineant.

Item quòd tantum teneantur ieiunare omnibus ferijs sextis quadragesimæ, & Vigilijs Natalis, ac Resurrectionis Domini propter infirmitatem eorum, & nouam conuersionem ad fidem. Imò ieiunium repugnans sanitati, vel non bene quadrans officio, vel exercitio eorum, non est censendum illis ab Ecclesia præceptum.

Item, quòd solùm teneantur ab operibus seruilibus cessare omnibus dieb. Dominicis, Natiuitatis, Circuncisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, necnon Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis B. Mariæ, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli. Hæc omnia concessit præfatus Paulus III. ibid.

7. Item Pius IV. concessit Indis, vt tempore interdicti in Ecclesijs, & alijs pijs locis, dummodo causam interdicti non dederint, neque id eis specialiter interdici contingat, easdem Ecclesias, & pia loca ingredi possint, inibique, etiam ianuis apertis, & pulsatis campanis per quoscunque Sacerdotes Missas, & alia Officia diuina alta voce, exclusis tamen prius excommunicatis, & interdictis celebrare faciant, illisque interesse, necnon Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, aliaque sacramenta suscipere, defunctos etiam cum funerali pompa sepelire intra tempus triginta annorum tantum liceat, quod iam finitum est anno Domini 1592. Vnde vt possint hac concessione amplius frui debet per Sedem Apostolicam innouari.

Item tempore Iubilæi non habentes copiam confessarij cum proposito confitendi intra mensem indulgentiam cõsequũtur, vt suprà diximus de indulgẽtijs num. 76.

8. Pœna excommunicationis lata ab Alexandro VI. contra transeuntes ad Indias Occidentales sine licentia Regum Hispaniæ modo non ligat, tum quia non fuit legitimè promulgata, vel si fuit promulgata, iam decidit à memoria hominum, inuincibiliterque ignoratur, tum etiam, quia non fuit lata per modum statuti perpetui, sed per modũ sententiæ, quæ est ab homine, & cum homine finitur, ac ideò iam cessauit, ibid. art. 7 ad quod Nauar. c. 27. num. 2. 54. & 55. & Soto lib. 1. de iust. q. art. 4.

RE-

RESOLVTIO LXXIX.

De Impreſsione Librorum.

Concil. Later. ſeſſ. 10. de cr. 5. ſub Leone X. Trid. ſeſſ. 4. de vſu & edit. librorum.

1. Concilij *Lateranenſis ſtatuto* cauetur, vt nullus liber imprimatur ſine præuia licentia ordinarij, & ſanctæ Inquiſitionis ſub grauibus pœnis amiſſionis librorū impreſſorum, & publicæ illorum combuſtionis, centum ducatorum, ſuſpenſionis ab officio impreſſionis per annum, ac excommunicationis. Quod quantum ad licentiam ordinarij confirmauit Tridentina Synodus ſub eiſdē pœnis pecuniæ, & anathematis in *Lateranenſi* appoſitis, & apud Regulares vltrà requirit licentiam ſuperiorum. Ac in Regnis Caſtellæ vſu receptū eſt, vt ſufficiat licentia ſupremi conſilij Regalis, iuxta legē Regiam: in Portugallia verò ſeruatur decretū Lateranenſe. *s. 2. q.* 104. *a.* 1. de quo Nau. *c.* 27 *n.* 150. *et* 148. Vide Capuccinum *in addit. ad Comp. tit. imprimere libros in fine*, vbi ex quadā declaratione Cardinalium tradit, conceſſionem Clementis VII. ad imprimēdum ſpectantia ad noſtrum ordinem ſine licētia ordinarij iā ceſſaſſe per Trid. decretū, ad quod etiam conſule Suarez *t.* 5. *de cenſ. diſp.* 23 *ſect.* 7. vbi agit de excommunicatione præfata Concilij, quā reſtringit ad ſolos libros de rebus ſacris imprimendos.

2. Priuilegium regale factū religioſo (vt mos eſt in Hiſpania) de libro imprimendo, & ne alius, niſi de eiuſdem licētia imprimi faciat ſub certis pœnis, nō facit ipſum religioſum capacē huiuſcemodi iuris, ſed ſtatim monaſterio bono rum capaci quæritur. Quod ſi capax nō ſit (vt monaſteria Minorū de Obſeruantia ex Trid Cōcilio) acquiritur Sedi Apoſtolicæ, cuius nomine eius Syndicus tali priuilegio & iure vti, & ſiui pōt modo conuenienti ipſis Fratribus, iuxta regulam ipſorum, & declarationes Apoſtolicas. *ibid. art.* 2. Ad quæ vide Corduba *in regul. c.* 6. *q.* 1. *puncto* 2. *ad finem, & q.* 7. *dicto* 1 *& c.* 4. *quæſt.* 16. *puncto* 2.

Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de Reg.

3. Secluſo omni priuilegio licitè poſſūt Fratres Minores procurare pecuniā ad emēdum papyrum, & alios ſumptus faciendos pro impreſſione librorum, ſi nil aliud prætendant, niſi habere libros ad ſuum vſum, vt expreſſè determinat Nicolaus III. in ca. exijt qui ſeminat, §. quia verò libros, de verb. ſignific. l. 6. Itē benè poſſunt dare librū cōpoſitū alicui ſæculari, vt ipſe faciat ſuis expēſis typis mandari, cū conditione, vt det Syndico conſiētus aliquā ſummā librorū pro neceſſitatibus Fratrū ſubleuandis, quod ſi ad talem effectum promiſerit dare ipſi Syndico alios denarios, nil ex eo ipſi Fratres contra regulam moliri cenſendi ſunt, dummodo nec ab ipſis, nec ab alio nomine ipſorum id in iudicio petatur. Prædicti aūt libri poſſunt vendi à Syndico, & in rē licitā ipſorum Fratrum expendi, dummodò negociatio, & lucrum mercatiuum omninò vitetur: impreſſiones namq; librorum à religioſis præſertim Minoribus huius gratia fieri nec licet, nec decet *ibi. ar.* 3. ad quod vide tradita à Corduba *in Regul. c.* 4. *qu.* 7. *&* 8.

4. Syndicus Apoſtolicus conſtitutus pro Fratribus poteſt agere in iudicio de damno vitando, quod ex prohibita, & furtiua impreſſione librorū ordinis reſultare poteſt, non tamen licet exigere pœnas appoſitas in priuilegio Regali per viā accuſationis, aut denūciationis: non. n. eſt modus ſtatui Fratrum altiſſimæ paupertatis ſectatorum conueniēs, quo ipſis in neceſſarijs poſſit ſubueniri. *ibid. art.* 4. Ad quod vide Cordub. *d. tit. c.* 4. *qu.* 16. *concl.* 3. *& c.* 6 *q.* 8.

5. Non eſt licitū dictis Fratribus Minoribus petere pecunias mutuatas ad impreſſionē librorū faciēdam, vt determinat Nicolaus III. in d. c. exijt §. cæterū, poſſunt tamen dicere perſonis ad id pecunias offerētibus, quòd procurabūt ſatisfacere citra cuiuſlibet obligationis vinculum. ibid. art. 3. §. non eſt autem, vide Cordub. *d. qu.* 8. §. *nunc ergo.*

RE-

RESOLVTIO LXXX.

De Interdicto.

1 INterdictum Canonicum, de quo nobis hic est sermo, est separatio à iure, vel à iudice facta à sacramentis, & omnibus officijs. Vel aliter, est suspē sio à diuinorum sacramentorumq; actiua; & passiua celebratione respectu alicuius personæ, vel loci facta, ecclesiasticam etiam prohibens sepulturam, to. 2. quæst. 106. art. 1. de quo Glossa, & Doctores in cap. pastoralis, de causa poss. & prop. Soto in 4. dist. 22. q. 3. art. 1. colligens hanc diffinitionem ex cap. quod in te, de pœnit. & remiss. Nauar. c. 27. num. 164. Couar. cap. Alma mater, 2. p. §. 1. num. 2. & latè resoluit Suarez de censuris disp. 32. sect. 1. num. 3. & 4.

2. Interdictum in genere est triplex. Aliud personale, quo interdicitur persona, & non locus: aliud locale, quo interdicitur locus, & non persona loci: aliud verò personale, & locale simul quo persona, & locus simul interdicuntur. Deinde interdictum locale est etiā duplex. Aliud generale, quo interdicitur Regnum, Prouincia, Ciuitas, vel populus, aliud verò speciale, quo interdicitur vna, vel plures determinatæ Ecclesiæ, non verò omnes. Item interdictum personale est etiam duplex. Aliud generale, quo scilicet interdicuntur homines regni, prouinciæ, vel ciuitatis: aliud speciale, quo interdicitur pars vnius ciuitatis, aut certa persona, vel personæ, aut etiam incerta. Hæ diuisiones interdicti sumuntur ex cap. cùm in partibus de verb. signific. præsenti, capit. si sent. & capit. si ciuitas, de sent. excom. in 6. Auctor ibid art. 2. de quo Couar. in c. Alma mater, 2. p. §. 1. ad quod vide tradita à Nauar. ca. 27. num. 166. Sylu. verb. interdictum 1. qu. 10. Card. tract. de interdicto 1. par. à num 11. Nicolao Plouio tract de interdicto à numero 1. quib. citatis multa ad[?] congerit Suarez dict. disp 32. sect. 2. latè per totam.

3. Omnes illi, qui potestate ordinaria possunt excommunicare, & suspendere, possunt etiā interdicere, vel alijs hanc facultatem delegare, dummodo sit clericus, nec censura aliqua ligatus, nec etiam sit fœmina, quæ attento iure communi non est capax huius iurisdictionis, ca. dilecta, de maiorit. & obed. cap. noua, de poen. & remiss. vbi notant DD. tom. 2. q. 1[?]. art. 1. de quo Couarr. in dict. cap. alma, 1. p. §. 11. D. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. art. 2. Nauar. lib. 3. consil. 37. tit. de sentent. excomm. De personis apud quas residet potestas ordinaria ferendi censuras, vide Suarez latè id tractantem de censuris disp. 2. sect. 2. & sect. 3. numer. 5. vsque ad 7. vbi agit, an hæc potestas possit fœminæ committi.

4. Quidam prælati minores habēt à iure, consuetudine, vel priuilegio posse interdicere, vt sunt Abbates sæculares habentes iurisdictionem quasi Episcopalem in suo Territorio, & Generales Religionum, qui tamen in consuetudin. non habent, vt oppidum interdicant, nisi in illud h. b a t plenariam iurisdictionem. Priores non mendicantes non possunt interdicere suos subditos ab audiendis diuinis, vel cōfessionibus, quod est idem, ac suspendere. Sed apud Mendicantes hæc potestas ad prælatos superiores tantum spectat, ibid. art. 2. Ad quod vide Suarez dict. sect 2. nu. 12. vbi tradit, hanc iurisdictionem posse acquiri consuetudine, aut præscriptione, ex cap. dudum, el 2. verf. sed cum in iure, de elect. & cap. auditis, cap. cum olim de præscript. vbi etiam addit nu. 13. non sufficere consuetudinem ferendi vnam censuram, vt circa omnes acquiratur ea potestas.

5. Qui iure ordinario ligare potest ab interdicto personali etiam absoluere potest, præmissa priùs læsæ parti satisfactione. Priores autem Conuentuales, & Guardiani ex priuilegio habent potesta-

tesiatem absoluendi suos subditos ab interdicto, & suspensione, sed parochi minimè possunt, *ibid. art.* 3. de quo Soto *in 4. dist. 22. quaest. 3. art* 1. *& quaest. 2. art.* 3. Syluest. *verb. interdictum*, 3. §. 10 *num.* 11. *Nauar. cap.* 25. *nu.* 168. *& cap* 23. *numer.* 66. Vide Suarez *vbi suprà disp.* 38. *sect.* 2. *vbi ex cap. nuper, de sentent. excommun.* resoluit, interdictum particulare personale non reseruatum tolli posse à sacerdote, à quo potest auferri excommunicatio iure non reseruata.

Bullar. bull. 9. Iulij 2. n. 6. 6. Ciuitate interdicta, censentur etiam interdicta monasteria in ea sita, etiam in suburbanis extramuros contenta, ex cap. si ciuitas, de sentent. excommunicat lib 6 Ex priuilegio tamen Iulij II. pro Fratribus Minoribus monasteria distātia ab oppido vltra duo milliaria interdicto non subiacēt, nisi causam illi dederint, vel eis specialiter ex legitima causa sit interdictum, vel nisi alias domus Fratrum ipsorum de iure interdicto talis oppidi comprehendantur, *tom.* 2 *quaest.* 108 *art.* 1. Idem post Couar. *dict.* §. 1. *num.* 8 & Syluester. *verb. interdictum* 2. *num.* 5 docet Suarez *dict. disp.* 32 *sect* 2 *num.* 25. & citatis dicto priuilegio Iulij II. & nostro Auctore tradit Portel *in addit. ad dubia, verb. interdictum, num.* 1.

Bullar. bull. 29. Leon. x. & in Cōp. Mendic. tit.: interdictum n. 26. Trid. sess. 25. c. 12 & 22 de reg. 7. Leo X. concessit, quòd Ecclesiae Fratrum Minorum non possint specialiter interdici, nisi tota ciuitas, aut oppidum, in quo sitae sunt, Ecclesiastico supponatur interdicto, vel nisi ipsi Fratres causam dederint interdicto: vel etiam nisi persona, ad cuius instantiam interdicitur huiusmodi Ecclesijs, prouideat sufficienter Fratribus de rebus victui necessarijs. Verum est tamen, quòd generale interdictum extenditur ad omnes Ecclesias vrbis, aut suburbij exemptas Religiosorum, ac etiam Ordinis Militaris S. Ioannis, non verò speciale, quo certae vrbis Ecclesiae, interdicuntur, cuius priuilegijs sufficienter derogatur per Concilium Tridentinum, ibid art. 2 de quo Nauar cap. 27. nu 180. & 190. Henriquez lib. 13 de excommunicat & interdicto capit. 42 numer 4. Ad quod vide Suar. 2 dict. sect. 2. numer 26 vbi addit, interdicta generaliter ciuitate, interdici parochialem Ecclesiam etiā alienae iurisdictionis, & in nostris terminis tradit Portel *verb. interdictum, num.* 3 *&* 4.

8. Licèt Religiosi non possint specialiter interdici ab Ordinarijs, nec ab aliquo Sedis Apostolicae legato, nisi facta expressa mentione de Ordine, & indulto huiusmodi, ex Clemente IV. pro Minoribus, & alijs Pontificibus apud Bullarium, poterunt tamen interdici quatenus Beneficiarij in dioecesi alicuius Episcopi consistunt, vt ex *capit. cum capella, de priuileg.* & eius argumento satis colligitur, *ibid. artic.* 3. de quo Syluest. *verb. interdictum* 7. *quaest.* 8. *Couar. cap. alma,* 1. *p.* §. 1. *num.* 8. Bullar. bull. 9. Clem. 4. & bull. 1. Bened. 12.

9. Priuilegium Ordinis Cistercij cōcessum, quòd benefactores, capellani, familiares, aliaeque personae in eiusdem Ordinis monasterijs degentes, non possint interdici, quantum ad has personas seculares reuocatum est à Concilio Tridentino, ne perturbatio in Episcoporum iurisdictione excitetur, & exēptis occasio laxioris vitae praebeatur, *ibid.* §. *quod priuileg.* Trid. sess. 24. ca. 11. de refor.

10. Interdictum siue validum, siue nullum seruandum est ab omnibus Regularibus, quando ab Ecclesia Matrice seruatur, sub poena excommunicationis, Clementina 1 de sententia excommunicationis. Sed hoc non habet locum, quando Ecclesia Matrix seruat, quia est specialiter interdicta. Nec clerici seculares tenētur interdictum nullum seruare, etiam si Ecclesia Matrix illud seruet, nec ligantur ob id praefata censura, *ibidem articul.* 4. *&* 5. de quo Nauar. *in capitul cum contingat, remedio* 2 *numer.* 40. *de rescriptis*, D. Antonin. 2. *part. titulo* 59. Idem docent Portel vbi proximè *numer* 7. P. Villalob. 1 *part. Summae tract.* 17. *diff* 30. *num* 13.

11. Matrice Ecclesia non seruante interdictum validum, Religiosi non tenentur illi se conformare quod si non seruent, excōmunicationis praefatae poena non ligantur, sed alijs in sacris Canonibus contentis, scilicet suspensionis, & interdicti ab ingressu Ecclesiae, irregularitatis, ac priuationis actiuae, & passiuae pęnis, c. Episcoporum, c. auctoritate,

tate, de priuileg. in 6. cap. vltim. de excessibus prælat. cap. is qui, §. is verò, de sentent. excommunicat. in 6. Si verò Matrix seruat interdictum nullum, nec ligans, Religiosi non seruantes excommunicationem quidem incurrunt, non tamen alijs pœnis Canonum proximè dictis feriuntur. Supradicta etiam procedunt in non seruantibus cessationem à diuinis, ibid. artic. 5. & 6. de quo Syluest. verb. excommunicatio 9. num. 90. Idem docet Portel vbi supra num. 8. & quantum ad non incursum excommunicationis, si Religiosi non seruent interdictum, non seruante Ecclesia Matrice, videtur innuere Suarez *de censuris disp. 34. sect. 5. num. 10.*

12. Effectus interdicti localis sunt tres, nempe prohibitio quorundam Sacramentorum, ac omnium diuinorum officiorum, sepulturæque Ecclesiasticę, vt constat ex capit. si sententia, de sentent. excommun. in 6. & capit. quod in te, de pœnit. & remiss. Clement 2. de sentent. excommunic. sed ius nouum in cap alma mater, de sentent. excom. in 6. concedit celebrari diuina officia cum quadam moderatione. Illa verò dicuntur diuina officia prohibita tempore interdicti, quæ non sunt Sacramenta, sed actus deputati specialiter sacro Ordini, vt celebrare Missam, cantare Epistolam, aut Euangelium solemniter cum vestibus sacris, facere officiũ hebdomadarij in choro, cõferre Ordines, etiam minores, consecrare Abbates, Virgines, Aras, & Calices, benedicere sacramentalia, vt aquam, etiam pro baptismate, eàmque publicè fundere cum Asperges, ac tandem Cantare horas Canonicas, easque publicè, aut priuatim dicere coram alijs aquæ omnia, & alia similia veniunt nomine diuinorũ officiorum, nec possunt fieri, nisi exclusis interdictis, ianuis clausis, & submissa voce, iuxta moderamen *dicti cap. alma mater, Auctor to. 2. q. 109. ar. 1.* de quo Syluest. *interdictum 3 n. 1. q 3. & interdictum, 5. q. 5. Conar. in c. alma, 2. p. c. 2. § 1. n. 2. & §. 3 n. 3. & 4. Nauar. in Manu. à n. 171.* Idem ferè docent post alios Suarez *de censuris disp. 34. sect. 3. à n. 6.* P. Villalob. *1. p. Sum. tract. 19. diffic. 3. à nu. 1.*

13. Tempore interdicti localis permittuntur ex iure communi sequentia: Primò, benedictio mensę, gratiarum actio, benedictio fructuum, habitus nouitiorum, baculi, & sacculi pro peregrinis. Vnde priuilegium Leonis X. facti Fratribus Minoribus apud Bullarium ad benedicendam mensam fuit ad maiorem abundantiam, vel quia solemniter apud ipsos solet fieri. Secũdò Cantus Lętaniarum, dum fit per laicos confratres, vel dum publicè cantantur intra, vel extra Ecclesiam, dummodò fiat absque superpelliceo, & solemnitate crucis, & sine Dominus vobiscum, ac proinde priuilegium Leonis X. in dicto viuæ vocis Oraculo adhoc concessum Minoribus parum, aut nihil deseruit, cùm id iure communi liceat Tertiò introductio priuata mulieris in Ecclesia post partum, facta confessione generali, vt Deo gratias agat: sed debet fieri absque stola, & ornatu sacerdotis, & similiter eadem confessio generalis deprecatiua, seu absolutio potest fieri à sacerdote coram interdictis in fine concionis Quartò recitare Lętanias, & alios Psalmos & Orationes pro agonizante coram laicis, legere Passionem Domini, dicere Euãgelium, vel recommendationem animæ, sine tamen Dominus vobiscum. Quintò adorare Crucem feria sexta in Parasceuen, accipere mortuaria, seu oblationes pro defunctis, etiam interdictis, & sepultis extra locum sacrum, ac pro illis priuatim orare. Sextò recitare cùm pulsatur campana vespere ad Aue Maria, vel etiam ad precem manè, vel meridie. Septimò legere lectiones sacræ Scripturæ, declararè Euangelium, vel Psalmos, ac prædicare, etiam in loco interdicto, & à lectore interdicto, cap responso, de sentent. excommunic. Item exercere iurisdictionis actus, vt excommunicare, absoluere ab excommunicatione, indulgentias concedere, eligere, & similia, sed absque solemnitate sacerdotali. Octauò, vt clericus primæ tonsuræ admittatur ad officia Diuina, & ad Ecclesiasticam sepulturam, nisi dedisset causam interdicto. Nomine autem clerici iure communi in fauorabilibus veniunt Regula-

Bullar. Ora. 39. Leon X. Comp. Mend. tit. interdictum, 1. §. 20.

gulares, etiam nouitij, & Conuersi, Clericus tamen coniugatus non admittitur, nisi præscripta consuetudo id concedat: Clericus autem in minoribus non gaudet priuilegio fori, nisi habitũ clericalem, & tonsuram deferens adscriptus sit ministerio alicuius Ecclesiæ, vel versetur in seminario clericorum, vel in studijs de licentia Episcopi, ex Decreto Tridentino, ac proinde nisi præfato modò non admittitur ad Diuina tempore interdicti. Nouò recitare Horas Canonicas in Conuentuali Ecclesia per binos, aut tres submissa voce, & sine cantu, interdictis exclusis, & ianuis clausis: extra Ecclesiã vero post, cap. alma mater, non debent dicere Horas Canonicas plures simul, quàm tres, secus viderentur officiare pro populo. Vnde priuilegium Leonis X. pro Minoribus, vt tempore interdicti, vel cessationis à Diuinis possint duo, vel plures extra Ecclesiam in domibus suis recitare, vt aliquid operetur vltra ius commune debet explicari; vt plures quàm tres simul possint recitare. Vltimo licet parocho, vel eius Vicario celebrare vnã Missam in hebdomada apud suam Ecclesiam cum vno, vel duobus ministris ad renouandum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod asseruatur pro infirmis, cap. permittimus, de sentent. excomm. cum moderamine tamen iuris præfato, exclusis scilicet interdictis, & non habentibus priuilegium, ianuis clausis, voce submissa, & sine pulsu campanulæ. Et vrgente necessitate infirmorum possunt similiter aliæ Missæ celebrari, *ibid art* 2. de quo Couar. *in capit. alma mater, 2. p. §. 2. num 7. versi. sed & olim*, Nauar. *cap.* 27 *n* 170. *& sequ.* Syluest *verb. interdictum*, 5. §. 4. *nu.* 5. *&* 6. Henriq. *in Summa* 1. *p libr* 13. *de excomm unic & interd. cap.* 44.

Trid. sess. 23. c. 6. de Reform.

In Bull. Orac. 9. Leon X.

Leo X. apud Comp. Mend. v. Interdictum §. 21. concessit Fratribus Minoribus: quòd tempore interdicti Ordinarij possint facere processiones per claustra, dicendo Lætanias, vel Hymnos, aut alia deuota carmina, dumtamen aliquod Diuinum Officium non dicat, ibid Quod priuilegium vltra ius commune debet aliquid operari, ne inutile, & ridiculum (vt dicunt iuris periti) reddatur, l. 1. §. penult. ff. ad S. C. Macedon. f. vt processiones cum solemnitate cantus, & aliorũ possint fieri, sine qua à iure cõmuni permittuntur, vt docet Auctor hic. Verba aũt illa: dũmodo aliqd Diuinũ Officiũ non dicant, non sunt referenda ad solemnitatẽ Cantus, & ceterorũ, qua processiones sunt faciendæ, quæ proprie Diuinum Officiũ non sunt, quamuis aliqualiter ad illud, quatenus solemne Officiũ est, interdicti tempore prohibitũ pertineant, sed ad Missas, & Horas Canonicas, quarũ celebrationẽ Pontifex omninò remouet in dicto priuilegio, permittens tantũ dictarũ processionum solemnia, eo modò, quo solent apud nos celebrari, alias si dictam solemnitatẽ non concederet, prohibendo aliquod Officiũ Diuinum dicere, nil concederet, redderetùrque (vt dixi) priuilegium inutile, ac ridiculũ, quod non est dicendũ. Vide Henriq. sup. & Suar. tom. 5. disp. 33. sect. 1. & disp. 34. sect. 1. 2. & 3. P. Villalob 1. p. Summ. tract. 19. diff 5. n 2 vbi ex Nauar. c. 27. n. 176. docet posse fieri processiones tempore interdicti sine solemnitate solita Cãtus, & ceterorum, quia id non est Officium Diuinum. Idem ferè docet Suarez *d. sect.* 3. *num.* 5. *& sequentibus.*

14. Sacramenta, quæ permittũtur cõferri tẽpore interdicti, sunt hæc. Baptismus pro paruulis, & ẽt pro adultis cum solemnitate solita Ecclesiæ, c. respõso, de sent. excom c. non est vobis, de spõsalib. c. quoniam, de sent. excom. in 6. Sacramentum penitentiæ pro ægrotis, ac sanis, etiam excommunicatis, dummodò nõ dederint causam interdicto, & præbeant debitã iuris cautionem d. c. alma mater, Sacramentũ Cõfirmationis, quod potest publicè ministrari cũ solemnitate consueta, in loco etiã specialiter interdicto, si aliùs commodè adiri non potest, ex d. c quoniam, vbi etiam permittitur Chrisma pro baptizandis, & confirmandis consecrari in feria quinta Cœnæ Domini in loco similiter etiam specialiter interdicto, & cum moderatione d. c alma mater. Itẽ Sacra Eucharistia tanquam viaticum in probabili articulo mortis, etiam

violentæ ministrari, cap. quod in re, de pœnitent. & remiss. ac ea deferri tenere licet cum assueta solemnitatis pompa, pulsu campanæ, & luminibus, & in reditu ab infirmis Sacram Hostiā ostendere populo, vt moris est, etiam coram interdictis, quia videre, & adorare Sacrosanctum Christi Domini corpus extra Missam non est assistere Diuino Officio, neque recipere Sacramentum. Aduerte tamen, quòd quamuis ius concedat clerico assistere Diuinis Officijs, non tamen concedit recipere Sacram Communionem, specialiter. n. debebat id concedi, vt conceditur Religiosis. Item Sacramentum matrimonij, vt in contractu consistit, potest dari, & recipi in loco interdicto, vel ipsis interdictis contrahentibus, non tamen benedictio solemnis nuptiarum, nisi habentibus priuilegium, & cum debita iuris moderatione. Pro quo nota, quòd licèt iure suspendatur interdictum in Natiuitate Domini, & in Paschate Resurrectionis, non tamen nuptiæ in illis solemnizari possunt, id enim specialiter tali tempore prohibetur in Concilio Tridentino. Sacramentum verò extremæ vnctionis, cum non cadat sub præcepto, conferri non potest tempore interdicti, etiam clericis presbyteris, c. quod in te, de pœnit. & remiss. bene tamen religiosis iuxta sua priuilegia, vt infrà dicemus. Tandem Sacramentum ordinis non potest cōferri, nisi Episcopus suspendat interdictum quoad hunc actum: secus, nec etiam in festiuitatibus, in quibus secundum ius suspenditur, id licebit, *ibid. art. 3.* de quo Soto *in 4. dist. 22. quæst. 3. art. 1. Couar. in c. alma mater, §. 2. num. 8.* Syluest. *verb. interdictum §. 7. num. 1. & 4. Nauar. c. 27. num. 178.* idem docent traditis multis Suarez *dict. disp. 33. sect. 1. per totam*, vbi latissimè, & P. Villalob. *tom. 1. summ. tract. 19. diffic. 3. per totam, Portel verb. interdictum à num. 10.*

15. Diuina officia celebrari possunt tempore interdicti cum quadruplici moderatione, ex capit. alma mater, de sentent. excommunicat. lib. 6. Primò, vt dicantur in Ecclesijs ianuis clausis. Nomine autem Ecclesiæ, veniunt hospitale, & priuatum oratorium ab Episcopo approbata. Secundò, submissa voce, seu in tono, ita vt se mutuò audiant clerici, quamuis præter intentionem foris audiantur à non habente priuilegium. Quando verò extra Ecclesiam recitant tres, vt suprà diximus, id debet tamē fieri, ne audiantur. Vnde alta voce cantātes Officium diuinum violant interdictum, & fiunt irregulares. Tertiò, non sunt pulsandæ campanæ ad horas, nec ad Missam, imò nec cāpanula parua, quæ solet pulsari ad eleuationem Hostiæ, non tamen prohibetur pulsare tabulam, vulgo dicitur, Matraca, ad alia vero, quæ non sunt Officium diuinū campanas pulsare permittitur, vt ad salutationem Angelicam, ad cōcionem, ad ostendendum Reliquias, & similia. Tandem excludendi sunt excommunicati, & interdicti denunciati, & notorij, quando occasione illorum positum est interdictum. Vnde ob aliam causam interdicti possunt interesse diuinis in festiuitatibus, in quibus à iure suspēditur interdictum, vel si alias ad id habent priuilegium, quia hoc nullo iure prohibetur. Item laici priuilegio carētes excludendi sunt, non quia interdicti sunt, sed quia locus interdictus excludit omnes. *ibid. art. 4.* de quo Couar. *in d. c. alma mater, 2. p. §. 2.* Nauar. *d. c. 27. n. 175 & 187. & cap. 25. n. 24. 27 & 177.* Syluest. *interdictum 5. §. 2. vers.* idem tradit, & multis docet Suarez *de censur. disp. 34. sect. 1. à num. 3. vsque ad 33.* P. Villalob. *d. tractat. 19. diffic. 5. num. 5.*

16. Ex quo patet, quòd laici interessentes diuinis tempore interdicti peccant mortaliter, primò si specialiter interdicti sunt, etiam si interdictum personale, vel locale esset generale totius populi, vt satis colligitur ex c. si sententia, de sent. excom. & c. licet, de priuileg. in 6. & sumitur ex c. vt priuilegia, de priuil. cum similibus. Secundò, si inducāt clericum, vt frangat interdictū. Tertiò, si admoniti ab ostiario Ecclesiæ resistant cum vi, nec exeant. Quartò tādem, si faciant actum, quo solet clericus violare interdictum, vt si in choro dicant publicè Horas Canonicas, & alia Officia diuina. Clerici autem inter-

terdictum violantes non solùm peccãt mortaliter, sed nunc irregulares, & priuandi sunt iure quaesito in beneficio, vt in c. is, cui, 20. & in c. is, qui, §. is verò, de sent. excomm. in 6. habetur, & in c. Episcoporum, de priuileg. in 6. notant glossa, & DD. ibid. d. art. 4 §. notandũ, de quo Caiet. verb. excommun cap. 41. & verb. Interdictum, vide Suarez de cẽsuris disp 34. sect nũ. 4. & seqq. vbi traditis multis, idem docet cum Innocentio, Hostiensi, & alijs quos refert Syluest. *verb. interdictum 6. qu. 7.* & ad idem tradit etiam plura *disp. . num. 2. & 3.* & resoluit P. Villalobos *d. tract. 19. diffic. 4 num. 1. & 2.*

An autem laici furtiuè intrantes inscio ostiario, & interessentes diuinis culpæ mortalis rei iudicandi sint? non leuis est difficultas Auctor. d. art 4 §. aduertendum tamẽ, & §. sequenti, tenet, non peccare mortaliter secluso contẽptu, & scandalo, quia praeceptum directè, & primario clericis imponitur, ne admittant, & citat pro hac sententia Caietanum, Syluestrum, Angelum, Armillam, & Alcozer. Imò nec veniàliter peccare, addit cum Soto, & Nauarro. At oppositum tenet Suarez dicta disp. 34 num. 4 & 5 cum seqq. quem sequitur Fortel verb. interdictum nu 36. § quaeris, an peccet. Ducuntur, quia etiam laici directè prohibentur, ne in loco interdicto diuinis intersint, idque videtur probari ex cap si sententia, de sentent. excom. in 6. vbi deciditur, ciuitate interdicta licitum esse ciuibus, qui interdicto culpam non dederunt, extra ipsã interesse diuinis, ergo supponitur, intra ipsam non esse licitum. Id ipsum etiã colligi videtur ex cap. licet, de priuil. in 6. vbi singulari personæ conceditur, modo permisso tempore interdicti celebrare, vel audire diuina. Ergo signũ est esse prohibitum, aliàs non esset necesse id concedi. Idemque probant plura alia iura prohibentia laicos admitti ad diuina in loco interdicto absque priuilegio. Ex quibus deducit Suarez d. n. 5 peccare mortaliter ipsos laicos, si furtiuè, vel fraudulenter se ingerant diuinis sine priuilegio, decipiẽdo clericos, vt illos admittant, quia hęc prohibitio, inquit, non est tanquam pœna, quam nemo sustinere cogitur, donec ab alio imponatur, sed est obligatio quædam ex censura prouenicns, & per consequens vrgens modo censuris accommodato, nempe, vt quis sese abstineat, etiam si ab alijs non cogatur. Prior sententia Auctoris probabilis est, & magis pia, quæ admitti potest in his, qui culpa non dederunt interdicto, non verò in contumacibus, respectu quorum aliqua materia potest esse grauis, quæ comparatione aliorum sit leuis potest enim accidere, vt ex quadam pia intentione, licèt indiscreta, hæc culpa sit leuis secundum occurrentes circunstantias, putà si assistentia non esset ad magnam partem diuini Officij, secluso contemptu, quo casu, concludit Suarez ibid. nu. 9 posset quis excusari à mortali Posterior tamẽ sententia ipsius Suarez absque dubio verior, & iuri cõformior mihi videtur ob rationes traditas, quam sequitur post auctores citatos P. Villalobos *d. tract. 19. diffi. 5. num. 12.* Sentent. Auctor. exponitur, & limitatur.

17. Interdictum loci non violatur, nisi publicè denunciatum sit à iudice in certum locum, iuxta Extrauagantem ad euitanda. Nec satis est interdictum ipso iure positũ esse notorium, vt post Concilium Constantiense in dicta Extrauaganti tenent communiter DD. At denunciata Ecclesia Matrice de interdicto generali, satis est, vt reliquæ Ecclesiæ, etiam Regulares denunciatæ dicantur, vt *in Clem. 1. de sent. excomm.* fundati tradunt communiter DD. *ibid. a 5. & d. ar 4 §. quãtũ ad quartã*, de quo Nauar. *c. 27. n. 146 et 187. Soto in 4. dist. 22. q. 3. ar. 2. concl. 3. Con. d. §. 2. n. 3. & 4. Sylu. versic. interdictum 2. num. 1.* Idem docet Suarez *dict sect. 5. num. 11.*

18. Iure antiquo, c. quod in te, de pœnit. & rem. ss. funus clerici tempore interdicti fiebat cum silentio, & absq; officio, vt nunc fit in cessatione, & in interdicto speciali, hodie verò per d. c. alma mater, permittitur fieri intra Ecclesiã cum Missa, & officio Ecclesiastico, submissa in voce, & sine pulsu cãpanæ, & alijs moderationibus, de quibus suprà. Laicos verò adultos priuilegio carẽtes quamuis decedat cũ Sacramentis, sepe-

ure nō licet in loco sacro generaliter, vel specialiter interdicto, nec in cœmeterio, aut alio loco benedicto ad usum sepulturæ, ex d. c. quod in te, & sumitur ex c. cùm & plantare, §. quod si, & c. ut priuilegia, de priuileg. & c. Episcoporum eodem tit. in 6. & Clement. 1. de sepulturis. Et idem est de paruulis usu rationis carentibus. Vnde si non adest alius locus sacer, non interdictus sepeliri potest extra locum sacrum absque Ecclesiastico funere, & officio. tom 2. qu. 110. art. 1. de quo Couar. supr. §. 4. n. 7. verb clericis, & §. 1. nu. 2. & §. 2. nu. 9. Soto in 4. dist. 18. q. 3. art. 1. post concl. 4. Syluest. interdictum, 5. §. n. 4. Nauar. supr. n 176 & 178. Idem cum communi Summistarum, & Theologorum in 4. dist. 18 & 23. docet Suarez vbi suprà 35. sect. 1. à nu. 2. & sequitur P. Villalob d. tract. 19. diffic. 8 nu. 2. & 3 vbi hoc priuilegium extendit ad clericum primæ tonsuræ, dummodo habeat conditiones à iure requisitas, *capit. vnico, de cler. coniug.* & ad monachos, etiam conuersos, seu laicos, & ad moniales.

19. Priuilegium tempore interdicti concessum pro Officijs diuinis extenditur ad Ecclesiasticam sepulturam, quæ præcipuè pertinet ad diuinum Officiū, in Bulla autem cruciatæ indultum speciale de sepultura Ecclesiastica est ad vitandos scrupulos, & ut pompam funeralem simul cōcedi declaret. ibid. art. 2. de quo Syluest. v. interdictum 5 § 8. vers. 6. Couar. vbi supr. §. 6. num 5. Nauar. c. 27. num. 176. & 179. in fine & 181. Idem, licet limitatè, tradit Suarez d. sect. 1. num. 18. vbi postquam resoluit, priuilegium concessum in particulari ad audienda diuina, seu ut admittatur ad diuina, non extendi ad Ecclesiasticā sepulturā, addit, quòd si generalius concedatur tali personæ per verba generalia, ut ad diuina admittatur, illa sanè videtur generalis suspensio interdicti quoad omnes eius effectus respectu talis personæ, & probat ex argumento *d. c. si sententia, ibi, vno interdicto ipsorum, alius licitè admittitur ad diuina*, id est, alius interdictus non est, quo significatur exclusio, vel suspensio (iuxta subiectā materiā) omniū effectuū interdicti.

20. Per pompā moderatam in concessione sepulturæ Ecclesiasticæ tempore interdicti intelligitur, ut possint pulsari ter campanæ pro viris, bis verò pro fœminis, & quod clerici deferant funus cantando, cadauerque sepeliant, modò non dicant officium aliud, aut Missam, nisi illud quod in ordinario, seu manuali habetur. Vel potest intelligi iuxta Bullā cruciatæ Pij IV. ut fiat cum dimidia solemnitate, quæ aliàs cō muniter fieri solet circa personas eiusdem qualitatis, quod relinquitur iudicio, & arbitrio ordinarij, aut Curati. Apud Hispaniam consuetudo tenet, ut publicè in tono cantando, cum solito trino pulsu campanarum deferatur, ac sepeliatur cadauer in Ecclesia ianuis apertis cum officio ordinario, & sine Missa. ibid art. 5. de quo Cordub lib. 5. qu. 43. nu 4. vide Suarez dict disp 35. sect. 1. nu 8 9. & 10 & P Villalob. dict. diffic. 8. num. 3 At Portel *verb. interdictum, num. 41.* dicit, in Portugallia non practicari, ut pulsentur campanæ, & ideò standum esse ibi consuetudini, seu decreto ordinarij.

21. Cessante interdicto cadauera sepulta apud locum prophanum solent extumulari, & transferri ad sacrum, ex glossa in Clement. 1. verbo, eis, de sepult. Quòd si in sacro illicitè fuerint sepulta, ibidem remanere permittuntur. ibid. art. 4. de quo Tabien. verb. interdictum §. 11. Palud. in 4 dist 18. qu 8 art. 2. dub. 16. Syluest. interdictum 5 §. 8. Nauar. vbi suprà num. 174. & 176. idem fere docet Suarez *dict. sect 1. nu. 20.* & expressiùs P. Villalobos *dict. diffic. 8. nu. 5. vbi num. 6.* aduertit, eos qui in loco sacro scienter sepeliunt nominatim interdictos, excommunicari ipso facto *in Clement. 1 de sepult.*

22. Interdictum multis modis tollitur: primò per aliquam verborum formam, aut signum exteriùs ab habente potestatem: secundò, post finitum tempus præfixum, aut impleta conditione, sub quibus positum fuerat interdictum, tunc enim ipso facto tollitur, absque alia absolutione: tertiò, relaxari potest ad cautelam, quando est interdictum speciale loci, aut personæ, non autem ge-

generale. Quartò, suspenditur ad certum tempus, vel in tota vrbe, aut in vna Ecclesia, vel capella ab eo, qui illud (o fuit, cui similis est absolutio interdicti personalis lati ob culpam illius, in qua permanet. Episcopus verò potest suspendere interdictum iuris non specialiter reseruatum, sed non interdictum ab homine, quod Papa indixit. Tandem priuilegium priuatum hominis suspendentis interdictum, vel aliquid indulgens strictè est interpretandum, nec extendendum vltra casum concessum. *to. 2. quaest. 111. art. 1.* de quo Syluest. *interdictum 3. §. 9 versicul. 7 & §. 10. & 11. Soto in 4. dist 22. quaest. 3. art. 1.* Nauar *cap. 27. num. 168 & cap. cum contingat, remedio 7.*

De relaxatione interdicti, vide quæ latè tradit Suarez de censuris disp. 38. sect. 1. 2. & 3. vbi ea sect. 2. à num 5. tradit interdictum locale quodcunque, ac etiam personale generale non reseruatum tolli posse ab Episcopo, per regulam, cap nuper, de sentent. excommunicat. nempè, quòd legislator sibi specialiter non reseruauit, eo ipso alijs cōcessisse videtur, per quod resoluit, n 9. posse tolli interdictum particulare personale non reseruatum à sacerdote, à quo potest excommunicatio.

Bullar. Bul. 14. Leon. X. & Comp. Minor. v. Concep. § 12. & v. interdictū, 2 § 8.

13. Iure communi suspenditur generale interdictum in quatuor magnis festiuitatibus, scilicet in Natiuitate Domini, in Paschate Resurrectionis, in Pētecosten, & in Assumptione B Virginis Mariæ, d cap. alma mater, idem concessum est per Martinum V. & Eugenium IV. pro festo Corporis Christi, & per totam octauam, & pro die Conceptionis B. Mariæ, & pro eius tota octaua, per Leonem X apud bullarium, in quibus tantùm fit suspensio quoad celebrationem, & solemnitatē diuinorum Officiorum, non quoad alia. Bonifacius tamen VIII. in d. c. almā mater, cōcedit, vt etiam in dictis festiuitatibus assistāt diuinis Officijs nominatim interdicti, vt per hoc excitentur ad reconciliationem, ita tamen, vt qui fuit causa Interdicti, non accedat ad altare, id est, vt non solum sit remotus ab altaris loco, sed neque celebret, aut ministret in sacris, si est clericus, ibid artic. 2. de quo Syluest. interdictum 5. nu. 2. Nauar. vbi supr. num. collat. 11. & num. 178 & 182. Couar. vbi supr. 2. p § 4 nu 3. & §. 5. in principio. Idem traditis multis docet Suar. dicta disp. 34. sect. 1. à nu. 37. vbi dicit, eam remotionem ab altari pro his, ob quorum culpam interdictum est positum, esse intelligendam quoad cōmunionem sacram percipiendam, vel quoad oblationem faciendam. Et num. 38. resoluit, hoc priuilegium non extendi ad alios dies extra primum diem dictarum festiuitatum, idemque tenet Auctor hic in fine articuli, & Portel verb. interdictum, nu 64. vbi quantum ad suspensionem interdicti in festo Conceptionis non limitat ad Ecclesias, vbi recitatur officiū proprium editum à Leonardo Nogerolis, sed absque vlla limitatione suspendi ait, & idem tenēt Auctor hic, & Suarez vbi supr. num 42. & idem Portel in addit. ad dub. verb. interdictum, nu. 3. & P. Villalobos dict. tract 19. diffi 6 num. 9. vbi notat obligationem dicēdi illud officium intelligi, quoad indulgentias concessas à Pontifice pro eo festo, non verò quoad suspensionem interdicti, sicque consuetudo tenet.

14. Suspēsio interdicti incipit à primis Vesperis, & finitur ad Completorium ipsius festi, vt fit in religionibus. Sed in festiuitatibus Natiuitatis, Purificationis, & Assumptionis B. Mariæ, & in die S. Hieronymi suspenditur vsque ad occasum Solis, ex concessione Alexandri VI. & Leonis X. prò ordine S. Hieronymi, & habetur in eius Comp. verb. interdictum § 5. quo cōmunicant Mendicantes. Nota, quòd in Sabbato sancto suspensio interdicti fit in Missa, quia iam reputatur sacrum Resurrectionis, quod ea nocte dici consueuerat, ibid art. 3. De quo Palud in 4. dist 18. quæst 6 Soto in 4. dist 22 quæst. 3 art. 1. concl. 4. Ad quod vide Suarez vbi supr. num. 39 & 40. quidquid ibi oppositum teneat, quantum ad suspensionem inter dicti in Missa Sabbati Sancti. Cùm Auctore tamen tenent Portel *verbo interdictum, num. 66. in fine*, & P. Villalobos, *diffic. 6 num. 6.* Comp. D. Hier. § 5.

25. Per Tridentinum Concilium tam tùm sunt sublata priuilegia Regularium totaliter tollentia obseruationem interdicti, non verò ea, quæ in casib. specialibus suspendunt, sicut etiam nõ abrogantur priuilegia in eodem Concilio, quæ ex iusta causa concedunt Religiosis peculia, quidquid dicat Nauarr. *tom.2.q.112.art. 5. de quo Henriq.2.p. sum.lib. 13.c.48.§.1. Sayro de censuris lib.5.c.13.nu.24.& 25. Auctor in bulla Cruciatæ §. 5.nu.15.& in addit.nu. 13.& 55.contra Nau.in Manual.c.27 nu.190 & lib. 5.consil.7.tit.de priuil. & alij relati à Barb. in remiss. ad Trid. d.c.12.nu.1. Idem docent Suar. ubi supr. 42. vers. quæri autem potest, & Portel. d.verb.interdictum, in addit. numer.3. P.Villalob.t.2.sum.trac.20.diffi.6 n.2.*

Trid.sess. 25.ca.12. de regul. Trid.sess. 25 c.2.de reform.

26. Apud Regulares suspenditur interdictum per plurima priuilegia Apostolica in festiuitatibus sequentib. Primò apud Fratres Minores in diebus Festis B. P.N. Francisci, & Impressionis Stigmatum in corpus eiusdem B.P. sancti Antonij de Padua, S. Bonauenturæ Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris, Sancti Ludouici Episcopi, sancti Bernardini Senensis, Beatæ Claræ, & Elisabeth, & per eorum octauas, ex Iulio Secundo apud Bullarium, ac etiam in dedicatione Ecclesiæ S. Mariæ de Angelis, seu de Portiuncula, & sancti Didaci, ex Clemente VIII. Item in die Sanctorum quinque Martyrum Marrochij, & septem aliorum Septæ, in quibus omnibus suspenditur etiam cessatio à Diuinis. Pro quo nota, quod in forma obseruationis nulla habetur differentia pro Religiosis inter cessationem, & quodcunque aliud interdictum, ex declaratione Leonis X. inter viuæ vocis oracula apud Bullarium. Item suspenditur in Conceptione Beatæ Mariæ, & per eius octauas, ex eodem Leone X. de quo supra de Conceptione Virginis num.7. diximus, ibid.ar.2.de quo vide Portel. verb.interdictum à num. 76 & P. Villalobos d.tract.20 diff 8. P.Mirand.to. 2.q.38.ar.12. conclus 4.

Bull. bul. 15. Iulij 2. & bull. 14.2c. & 34. Clem.8. Otac.8. Leon. 10. Bull. 14. Leon. 10. Bull. bul. 34. Leon 10. Bull. bull. 14. & orac.7 Leo. x. Bull.1. Clem. 8. Bull.or.7

27. Eodem priuilegio gaudent Fratres Prædicatores, & alij Mendicantes, & communicantes in priuilegijs, vt in festiuitatibus suorum Sanctorum possint suspendere interdictum, & per eorum etiam octauas, etiam si in illis cõmemoratio de Sanctis prædictis tantum fieret, vel transferantur ob aliud maius festum occurrens sine commemoratione eorundem, ex Leone X vel etiã si eorum Ecclesiæ sint specialiter interdictæ ex Iulio II. pro Augustinis Quæ omnia sunt confirmata à Greg. XIII. Sixto V. Clemente VIII. & nouissime nunc à Domino Paulo V. ibid.§ tertiò est est notandum, de quo vide P. Miranda dicta concl 4 & Portel nu 77.

28. Item possunt in dictis festiuitatibus ministrare Sacramentum Eucharistiæ, & alia Sacramenta indifferenter omnibus fidelibus non specialiter interdictis, aut excommunicatis; ex concessione Leonis X & Pauli III. item & sepelire mortuos sæculares, in suis tamen Ecclesijs duntaxat, ac tandem dicere, & facere omnia, quæ nullo existente interdicto fieri possunt, ex declaratione eiusdem Leonis X. ibid. §. sexto est notandum. De quibus in Compend. Mendic. & in Compend. Societ. Idem docent P. Miranda dict. art. 12. concl. 5. Portel num. 66. P. Villab. dict. tract. 19. diff 8. num 2.

Leon. X. bull. 8. Pauli 3. num. 16. Compen. Mend. ti. interdictum §. 7. & Comp. Societ. §. 1. Comp.

29. Item ex concessione Pij IV. & Pij V. pro Ordine Sancti Hieronymi apud eius Compendium suspenditur interdictum quacunque auctoritate, etiam Apostolica appositum in Natiuitate, Epiphania, Circumcisione, ac Ascensione Domini, in Dominica Palmarum, feria quinta in Cœna Domini, Parasceuen, & Sabbato Sancto, in festo Sanctissimæ Trinitatis, in festis Conceptionis, Natiuitatis, Purificationis, Visitationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ, necnon Apostolorum singulorũ S. Ioãnis Baptistæ, S. Hieronymi, & eius translationis, S Augustini, Paulæ Viduæ, & in Dedicatione Ecclesiarũ eiusdem Ordinis, in festiuitate omnium Sanctorum, & Commemoratione omnium defunctorum, & in die obitus Religiosi, vel Religiosæ pro missa, & officio dicenda pro ipso defuncto,

D. Hier. tit. Interdict. §.8. & 11.

ibid.

ibid. §. ex quibus, dict. art. 2. De quo vide Portel vbi supra à nu. 76 & P. Villalobos dict. tract. 20. diff. 8. à num. 2.

30. Item Leo X. apud Compendium Mendicant. & refertur in Bullario, fecit aliam ampliorem concessionem de suspensione interdicti, & Cessationis Ordini sancti Benedicti in Hispania pro festis quorumcunque Sanctorum, & Sanctarum eiusdem Ordinis, & in dedicatione suarum Ecclesiarum, pro tota Hebdomada sancta, & Resurrectione Domini, & per octauas earundem festiuitatum, vltra festa Natiuitatum Beatæ Mariæ, & S. Ioannis Baptistæ, ac in die professionis, aut primæ missæ alicuius Religiosi. ibid. dicto art. 2. §. infertur tertio. Idem tradit P. Miranda dict. art. 12. concl. 6.

Comp. Mend. tit. interdictum 2. §. 10. Bullar. bull. 38. & 39. Leo X.

31. Item in festis Sanctorum, quorũ corpora in Ecclesijs Regularibus condita sunt, & Patronorum, vel Patronarum, sub quorũ inuocatione dicatæ sunt Ecclesiæ, ex dicta Bulla Leonis X. pro Benedictinis, & alia Iulij III. pro Ordine D. Hieronymi, item in translationibus eorundem Patronorum., ex Bulla V. sup. recitata, quo sim possunt Mendicantes pro translationibus suorum Patronorum, seu Fũdatorum, vt apud nos Minores pro translatione B. P. N. Francisci, ibid. artic. 3. de quo in Compend. D. Hieronym. Idem tradunt P. Miranda dict. concl. 6. & concl. 7. & Portel nu. 79. vbi benè aduertit cum nostro Auctore hic, quod ad suspendendum interdictum in festis Sanctorum, quorũ corpora condita sunt in Ecclesijs Regularium, nõ sufficit, vt ibi aliqua notabilis pars, seu reliquia requiescat, putà caput, brachium vel crus, sed requiri, vt saltem sit maior pars corporis, veluti si deficiat caput, vel brachium tantùm. Sed non placet quod ibi addit. idẽ Portel, nempè opus esse ad hoc, vt sit Sanctus canonizatus: Sanctus enim beatificatus etiam Sanctus nominari potest, saltem apud Religionem, cui concessũ est, vt pro Sancto veneretur.

Comp. D. Hier. vbi supra §. 7.

32. Pro quo nota, quòd priuilegium Benedictinorum de suspendendo interdicto, & cessatione à Diuinis in festo Sancti Benedicti. Ildefonsi, & aliorum Sanctorum eiusdem Ordinis non communicatur Mendicantibus, nisi quoad Sanctos suorum Ordinum proprios. Priuilegium verò pro die professionis, & missæ primæ, ac obitus alicuius Religiosi durat per totum diem, ex sententia doctissimorum virorum, sed apud nos Minores durat à primis vesperis missæ nouæ vsque ad meridiem diei sequentis, & pro illo tantùm tempore, quo durat professionis solemnitas, iuxta ceremoniale Ordinis, & officium sepulturæ, ibid. art. 4. et 5. de quo P. Miranda dict. concl. 6. §. circa quæ Portel supra num. 81.

33. Item Clemens VII. apud Bullarium concessit Ordini Sanctissimæ Trinitatis, vt cùm Fratres Procuratores eleemosynarum pro Captiuis, & eorum nuntij ad Ecclesias aduenerint interdictas, in eorum iucundo aduentu aperiantur, ac campanæ pulsentur, ibidèmque pulsatis campanis, & ianuis apertis diuina officia celebrentur, ac corpora mortuorum ibidem sepeliantur, nisi nominatim excõmunicati, aut publici vsurarij fuerint. Idẽ refert Portel in addit. ad dubia verb. interdictum numer. 4. Bull. 6. Clem. 7. num. 5.

34. Item Prælati Conuentuales, seu locales Mendicantium, & qui eorum gaudent priuilegijs, possunt tempore interdicti generalis, ac cessationis à Diuinis eligere sex personas viros, aut mulieres, non simul, sed successiuè vnã post aliam ad missas, & ad Diuina, eisque sacramenta conferre, & tradere sepulturæ Ecclesiasticæ, si decedant, dum modò causam interdicto nõ dederint, aut interdictum non sit positum, vel cõfirmatum auctoritate Apostolica, ex cõcessione Nicolai V. apud Compend. Mendic. & ex alio priuilegio cuiusdam legati à latere Apostolici possunt admittere quindecim personas in qualibet die simul, id tamẽ restrinxit ad missas, & officia diuina tantùm, nõ verò ad sacramenta recipienda, ibi. ar. 6 de quo Henriq. 2. p. summ l. 13. de excomm. & interdicto c. 48. §. 3. litt. K. Idẽ tradunt P. Mirãda dict. art. 12. concl. 14. Portel verò interd. num. 69. P. Villalob dict. tract. 20. diff. 7. n. 6. vbi id priuilegium ex-

Comp. Mend. interdictũ 1. §. 23.

extendit ad Præsidentes Conuentuum in absentia prælatorum.

[illegible] Moniales sanctæ Regularibus [illegible] priuilegiorum per cõ[illegible] [illegible] in suis monasterijs tempore interdicti, vel cessationis à diuinis celebrare diuina, recipere sacramenta, & sepelire ianuis clausis, submissa voce, & sine pulsu campanarum, & in festis suorum Ordinum respectiuè, sicut ipsi Fratres possunt eadem solemniter celebrare. Item Abbatissæ, vel Præsidentes possunt admittere numerum personarum ad diuina in suis monasterijs, quem diximus posse prælatos locales admittere in suis Ecclesijs, ex Sixto IV. pro monialibus sanctæ Claræ, & sancti Dominici. Item etiam possunt facere ministrari Sacramentum Eucharistiæ, quoties opus fuerit, quibuscunque personis, ex quodam priuilegio Iulij II. pro Fratribus Minoribus, *tom. 2 quæst 113. art. 1. & 2* Idem docent P. Miranda *dicta concl. 14. ad finem, Portel dict numer. 69.* P. Villalobos *num. 7.*

Bullar. bull 14. Sixti 4. nu. 29.

At autem seruitores, & familiares Fratrum sunt priuilegiati tempore interdicti, vide suprà *de familiaribus Fratrum num. 2. & 3.* circa quod habes in Bullario indulta Alexandri IV. Sixti IV. & aliorum Pontificum.

Bull. bul. 6. Alex. 4. & bull. 14. Sixti 4. nu. 10. & 29. & bul 33. n. 40. et bul. 37. nu. 52. & bul. v-ni. Inn. 6. Bullar. bull. 20. Sixti 4. n. 4. & bull. 14. nu. 29.

36. Confratres & Germani Ordinis Prædicatorum possunt admitti ad officia diuina, sacramenta, & Ecclesiasticã sepulturam tempore interdicti, vel cessationis, ex cõcessione Ioannis XXIII. Sed hoc tantum habet locum in confratribus, qui sunt oblati Ordinis viuentes in sęculo in habitu sęculari, ac bona sua Ordini obtulerunt, seu donarunt, reseruantes sibi vsumfructum quamdiu vixerint, nõ verò de alijs confratribus cõmuniter vsitatis in Hispania, ex sententia Doctorum Salmanticensium, to. 2 quæst 114 art. 6 de quo Couar in cap. almã mater, 2 p. § 2. num 9 Nauar. cap. 27. nu. 79. & 181. & 186. & in cap. non dicatis n. 77. & 84. Henriquez 2. p. sum. l. 13. de interdict. cap. 48. § 3. lit A. Idẽ tradit P. Miranda *dict. art. 12. concl. 15.* vbi id expressè haberi, *capit. vt priuilegia, de priuileg.* benè notat, additq; per alia priuilegia Leonis X. & Iulij II. ac Adriani VI. posse supradictos admitti.

Comp. Mendic. tit. procur. Fratrũ § 12. Comp. verb. Indulgent. quoad sæculares 4 § 8.

37. Syndicus Fratrum Minorum, vxor, & filij eius possunt admitti ad diuina, & ad sacramenta, etiam tempore cessationis à diuinis in Ecclesijs ipsorũ Fratrum ex Clemente VII. ex bulla aurea Sixti IV. apud Bullarium, & refertur in Compend. Mendicant. Item eodem priuilegio gaudent medici ordinarij conuentus Fratrum, vel Monialium, ex Alexandro VI. apud Compendium, sed hoc tantum pro tempore interdicti, non verò cessationis. Item pueri seruitio Fratrum deputati negotiorùmque gestores, seu Procuratores, & operarij personaliter insistentes operibus eorum, familiares, & famulatu actu seruientes, nisi causam dederint interdicto, vel nominatim, aut publicè sint interdicti, vel excommunicati, ex Alexandro VI. apud idem Compendium. Quibus omnibus liberè possunt Fratres non solùm cuncta ministrare sacramenta, sed etiam Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, ex Clemente IV. apud Compend Mend. ibid. art 1. 2. & 3. vide bullas suprà citatas numer. 34. de quo Syluest. interdictum 5. § 1. num 4. Nauar. cap. 27 num. 180 Henriquez vbi suprà. Idem tradunt P. Miranda id extendens ad chirurgos, *dict. art 12. concl 12 & 13. Portel vbi suprà num. 71.* P. Villalobos *dict. dif 7. num 8 & 9.* qui omnes notant cum nostro Auctore, nullum priuilegium, ad hoc haberi pro sanguinis minutoribus, seu barbitonsoribus, nisi cõprehendantur sub nomine seruitorum, seu familiarium.

Comp v. interdictũ 3. § 1. Comp. Mend. tit. interdict. 3 §. 3. & 4.

38. Item Fratres Minores possunt admittere ad diuina tempore interdicti procuratores monialium sãctæ Claræ, & negotia gerẽtes vtriusque sexus, itèmque aduocatos Fratrum, vt habetur in Compend. Minorum verb. interdictum 3. § 7. & 8. Itemque fratres & sorores Tertiarios, illorùmque procuratores, ex Sixto IV. apud idem Compendium. Tandem nota, quòd pro funere nouitij non suspenditur interdictum sicut pro Fratribus professis, quia priuilegium tantùm pro Religiosis professis factum est, nec extenditur ad no-

Comp. Mend. v. interdictũ, 3 § 7. & 8.

ui-

ultios, poteſt tamen ſepeliri ſepultura Eccleſiaſtica, ſicut familiaris per indultum Clementis IV. de quo ſuprà. *Addit. Summa tom. 4. cap. 63. num. 7.* Idem docent Portel *dict. num. 72.* P. Villalobos *vbi ſuprà num. 1.* & agens de funere nouitij, idem Portel *ibidem num. 81. §. notat tamen.*

39. Tempore interdicti non poteſt laicus admitti adminiſtrandum Religioſis in miſſa, niſi deficiat in monaſterio qui poſſit miniſtrare: ſicut etiam famulo clerici ſciente miniſtrare in miſſa, non licèt alium adminiſtrandum introducere, quia priuilegium iuris in dict. cap. alma mater, de inferendo ſecum famulum ſolitum comitari clericum, vel etiã laicum, vt ſibi miniſtret, ad caſum tantùm neceſſitatis debet reſtringi, & ita debet explicari, & intelligi *cap. licèt, de priuileg. in 6. Auct. ibid. art. 4.* de quo Henriq. *tom. 2. de ſacram. lib. 13. de excomm. & interdict. cap. 48 circa finem.* Nauar. *cap. 27. nu. 181.* Couarr. *vbi ſupra §. 4 num. 5. dila. 1 t.* Dueñas *regul. 305.* Idem ferè docet Suarez *de cenſuris diſp. 34 ſect. 1. num. 31. & 32.* P. Villalobos *d. t. ati 19. diff. 5. num. 13. Portel vbi ſuprà num. 25.*

De ceſſatione à Diuinis.

40. Ceſſatio à Diuinis eſt ſuſpenſio organorum diuinæ laudis in locum decretæ, per alluſionem ad illud Pſalmi 136. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra. Vel eſt quædam omnimoda deſiſtentia à Diuinis officijs, & a quorundam ſacramentorum adminiſtratione in locum decreta. Eſt autem duplex, altera generalis, quæ fit in tota ciuitate, vel oppido: altera verò particularis, quæ fit in vna, vel altera Eccleſia *tomo. 2. qu. 115. art. 1. de quo Syluest. ve b ceſſatio. Iuriſperiti in cap. dilectis filys, de appellat. & in cap. irrefragabili §. cæterum, de offic. ordinar. ca. quanuis eodem titulo in 6. Clement. 1. de ſent. nt. excommun. Theologi cum Magiſtro in 4. diſtinct. 22. vbi Soto quæſt. 3. art. 2. Nauar. in manual. cap. 27. num. 188. Couar. cap. alma mater, 2. p. § .2. à num. 1. Suarez de cenſur. s diſp. 39. ſect. 1. Auila de cenſuris 6. p. Enriq. lib. 3. de interdicto, cap. 52. & ſeq. Tolet. libr. 1. c. 93. P. Miranda tom. 2. manual. quæſt. 38. art. 1. Portel verb. interdictum, num. 46. P. Villalobos 1. p. Summæ tract. 20. diff. 1. à num. 1.*

Pſ. 136.

41. Ceſſatio dicitur quid facti, quia pro omnibus imponitur non magis reſpiciens delinquentem, quàm innocentes, neque reddit ex ſe ipſum locum interdictum, ſed eſt immediatè ſuſpenſio diuinorum officiorum. Quare habet ſe vt negatio, interdictum verò vt priuatio in ſubiecto apto nato, ideòque eſt quid iuris, quia immediatè eſt circa locum, & interdum ipſo iure imponitur, ac prohibet immediatè ipſũ delinquentem ſub pœnis iuris. Vnde cùm ceſſatio in facto conſiſtat, etiam ſi poſt appellationem decreta ſit, non eſt nulla ipſo iure, ſed habet ſuum effectum, & ceſſatur à Diuinis, quod non fit in interdicto, nam ſi illud decernatur poſt appellationem, eſt ipſo iure nullũ, vt conſtat ex cap. ad hæc quoniam, de appellat. & cap. is cui, in fine, de ſentent. excommunicat. in 6. Item interdictum eſt cenſura, & pœna ſecundùm partem, manentibus communiter Diuinis officijs aliquo modo, & pro aliquo tempore: Ceſſatio verò non numeratur inter cenſuras Eccleſiaſticas propriè dictas, ſed tantùm eſt totalis omiſſio, ſeu negatio officiorum. Conuenit tamen cum interdicto in eo, quòd quando conceditur aliquod officium, vel ſacramentum ex priuilegio pro tempore ceſſationis, debet ſeruari moderatio cap. alma mater, præſcripta pro interdicto. ibidem art. 2. de quo Henriquez vbi ſupra cap. 51. Soto in 4. diſt. 22. quæſt. 3. art. 1. & 2. ad 1. princ. Nauar. vbi ſup. num. 184 Conar. in d. c. alma mater, §. 1. nu. 2. Idem ferè tradiris multis docent Suarez *de cenſuris diſp. 39. ſect. 1 à nu. 8.* & præcipuè n. 14. P. Mirãda *d. qu. 38 art. 5.* P. Villalobos *dicta diff. 1. nu... & ſequentibus Portel dict. num. 46.*

42. Vt

42. Vt ritè, & rectè apponatur cessatio à Diuinis, septem debent concurrere. Primum, quòd imponens habeat ad id auctoritatem à iure, vel consuetudine. Secundum, vt de causa cessandi inquiratur diligenter. Tertium, vt offensa ei, quem cessatur, sit grauissima, manifesta, & notoria, proportionataque tantis incommodis, quanta resultant ex cessatione. Quartum, vt antea instrumento publico, vel patentibus litteris sigillo munitis exprimatur causa cessationis. Quintum, vt instrumentum, seu litteræ tradantur ei, contra quem cessatur. Sextum, vt ille moneatur & requiratur, an velit ante cessationem emendari, & compensare iniuriam. Vltimum, vt intra mensem vtraque pars, cum munimentis, & actis ad negotium spectantibus, saltem per procuratores vadat ad Sedem Apostolicam, nisi interim per mutuam concordiam finiatur causa. Hæ conditiones colliguntur ex capit. si canonici, & capit. quamuis, vbi Glossa verb. omittendo, de officio ordin. in 6. Quibus deficientibus cessatio erit nulla, c. irrefragabili, §. ceterum, extra de offic. ordinarij, & dict. c. quamuis in fine, ibi, nō seruetur cessatio, sed ea non obstante (vt prius) in ipsa Ecclesia celebretur. Qua nullitate non obstā te adhuc seruāda est à Regularibus sub excommunicatione ipso facto, ex Clement. 1. de sentent. excōmunicat. Auct. ibidem art. 2. de quo Soto vbi suprà art. 2. Couar. in capit. alma mater, §. 2 num. 3. Idem traditis multis docet Suarez d. disput. 39. sect. 3. à num. 7. vbi num. 13. concludit, suprà positas conditiones esse de substantia cessationis, per dictum capit. quamuis, sed hoc non esse extendendum ad cessationes Ordinariorum censet, cùm de illis non fiat sermo in dictis iuribus, in quo standum esse consuetudini, tandem resoluit. Qui etiam num. 14. addit, quòd quamuis cessatio iustè, & cū omnibus conditionibus posita sit, si pars, quæ illam posuit, non recurrerit post mensem ad Sedem Apostolicam, iuxta dict. cap. quamuis, transacto mense ipsa cessatio ipso iure tollitur, parte in mora culpabili existente. Et idem dicit, si transacto eodem mense partes in concordiam venerint, tolli, scilicet, cessationem non expectato mandato Pontificis, ad quem recursum est, vel etiam sine recursu ad Papam, quod, inquam, docet *ibidem num.* 2. & sequuntur P. Miranda *d. quæst. 38. artic. 8.* & P. Villalobos *d. tractat. 20. diffi. 3. numer 3.*

43. Quando iniusta est impositio cessationis, nec legitima, & notoria secundùm iura, iudex imponens, & actor instans tenetur ad damna illata clericis, & monasterijs, illisque restituere lucrū cessans, & stipendia debita pro missis, & officijs. Quòd si reus dedit causam iustā impositioni cessationis, post monitionem tenetur ad dictam satisfactionem, ac insuper mulctandus est ad pecuniæ quantitatem, qua cōpensetur debitum diuini cultus. Si verò sic cessans fortè sit Beneficiarius, non acquirit sibi fructus beneficij pro eo tempore, sed ad arbitrium superioris debent in vtilitatem ecclesiarum, & diuini cultus, quibus debitum seruitium ablatum est, vel in pauperes expendi, idque Ordinarij tenentur magno cum rigore executioni mandare, sicut cis *in d. cl. c. si Canonici, de offic. ordinar. lib. 6* commendatur *ib. d. art. 4.* de quo Syluest. *verb. cessatio, § 4. Soto vbi suprà dub. 2.* idem docent Suarez *vbi suprà num. 18.* P. Miranda *ea quæst. 38. artic. 9.* P. Villalob. *suprà num. 4.*

44. Tempore cessationis consuetudo reducens hoc ad ius antiquius in c. non est nobis, de sponsalib. tenet, quòd non liceat sacerdotibus quolibet die celebrare, etiam clàm cum vno ministro, sed quod tantum in quauis Ecclesia, vel monasterio dicatur in vnaquaq; hebdomada vna missa ad renouandam Eucharistiam cum vno dumtaxat ministro, iuxta cap. permittimus, de sentent. excommunic. vbi id conceditur pro interdicto. item non licet plures, quàm duo clerici, vel tres simul recitare horas Canonicas, idque priuatim, & sine cantu, seruata moderatione, capit. alma mater, sicut pro interdicto. Item Episcopo licet vbilibet celebrarè ex priuilegio iuris antiqui in cap. final. de priuileg. lib. 6. item Religiosis permittitur mis-

missam secretò, & horas Canonicas dicere, dummodò non nisi ipsi adsint simul, iuxta cap. quod in te, de pœnit. & remiss. seruata moderatione dicti cap. Alma mater. Sed cùm ex concessione Leonis X. apud Bullarium nulla sit differentia quoad obseruationẽ inter cessationem, & interdictum apud Religiosos, optimè poterunt officium Diuinum facere, sicut tempore interdicti faciunt, non tamen licebit admittere extraneos sacerdotes ad celebrandum, quemadmodum possunt præfato tẽpore interdicti tomo 2. q. 116. art. 1. 2. & 3. de quo Syluest. verb. missa numer. 2. Couar. vbi supra § 3. num. 6. & § 4. n. 7. Idem docent Suarez dicta disp. 39. sect. 2. à num. 14. Enriquez lib. 13. cap. 52. §. 2. & de excomm. & interdicto. Viuald. in Candelabro aureo, tract. de cessatione num 6 & 14. Sayro lib. 5. cap. 19 nu. 9. Nauar. cap. 27. num. 189. refert, & sequitur P. Miranda d. q. 38. art 6 Portel. supra num. 47. P. Villalob. dict. tract 20 diffic. 4 nũ. 1. 2. 3. & 12.

45. Baptismi, & Confirmationis sacramenta conferri licitè possunt tẽpore cessationis cum solemni ritu, & in Hebdomada sancta consecrare Chrisma, & benedicere Oleum pro vnctione, sicuti tempore interdicti licitum est iuxta cap. non est vobis, de sponsalibus, & capit. quoniam de sent. excom. in 6. Sacramentum verò Eucharistiæ per modum viatici conceditur infirmis, dum his conceditur pœnitentia, d. cap. permittimus, deferendaque est cum pulsu campanæ, recitando priuatas orationes & in reditu ostendendo illam populo, sicut pro tempore interdicti diximus suprà. Ita censuit Senatus Salmanticẽsis scholæ. Item Sacramentum Pœnitẽtiæ potest conferri, etiam sanis: matrimonium etiam contrahi potest, quatenus est contractus, sed cum solemni benedictione nuptiarum minimè. Tandẽ Ordo, & Extrema vnctio non possunt conferri, cùm non sint de necessitate, ibidem art. 4. De quo Couar. vbi supra § 4. Nauar. cap. 27. num. 188. Idem tradunt concordes Suarez citatis multis dict. sect. 2. à num. 20. vsque ad 27. Pet. Miranda d. art. 6. concl. 5. vsque ad 10. Portel. sup. num. 48. & 49. P. Villalobos supra nu. 8. 9. & sequentibus.

46. In sola cessatione absque coniuncto interdicto non licet laicis sepulturam Ecclesiasticam dare, etiam ad id habentibus priuilegium pro tempore interdicti, vt censuit schola Senatus Salmaticensis. Clericos tamen etiam primæ tonsuræ sub silentio, & absque officio funerali licet sepelire in Ecclesia, etiam specialiter interdicta, quãdo nõ esset alia non interdicta, cum cap. quod in te de pœnit. & remiss. generaliter de clericis loquatur, ibidem art. 5. de quo Couarr. vbi supra §. 4. num. 7. Med. lib. 1. instit. ca. 11. §. 14. Syluest. interdictum 5. § 8. vers. 4. Tab. v. interdictum 5 §. 11 Idem tradunt Henriquez dicto libr. 13. cap. 54. § 4 quem refert P. Miranda dicto art. 6 conclus. 11. Portel. suprà num. 50. P. Villalobos dicta diffic. 2. num. 15. quidquid dicat Suarez dict. sect. 2. à numero 31. contra communem sententiã tenentem, in sola cessationem absque coniuncto interdicto prohiberi sepulturam Ecclesiasticam, cuius sententia adhuc mihi non displicet ob eius solidiora fundamenta, primæ tamen ob auctoritatem DD. illam tenentium magis adhæreo.

47. In festiuitatibus, in quibus per cap. alma mater, suspenditur interdictũ suspendenda etiam est cessatio à Diuinis, vt consuetudo cum sapientum auctoritate interpretatur, & ampliat, & Salmanticæ à Theologis, & Iurisperitis responsum fuit, & in praxi obseruetur. Vnde Diuina Officia solemniter in illis celebrare licèt, Sacramenta tamen non nisi ea, quæ iure communi attento conferri possunt, ibidem art 6. de quo Gut. Canon. cap. 10. Nauar. vbi supra numer. 180. & 188. Couar. § 4. numer. 7. & §. 5. num. 3. idem probabile iudicat Suarez dicta sect. 2. num. 13. & 14. & tenent expresse Henriq. cap. 53. num. 8. Auila de censuris 6. part. disp. 1. dub. 6. quos refert, & sequitur P. Villalobos dict. difficul. 2. num. 5.

48. Vltra priuilegia Apostolica in superioribus relata pro tempore interdicti,

dicti, quæ etiam ad tempus cessationis expressè loquuntur, est quoddam indultum pro Confratribus Carmelitarum portantibus intus scapularium, & ferijs quartis, & Sabbatis abstinentibus se à carnibus, & visceribus animalium, vt tempore cessationis possint interesse Diuinis, & recipere Sacramenta ab idoneo Sacerdote, vel etiam celebrare Missam, si est sacerdos, vt consulti sapientes responderunt, & Carmelitæ in praxi habent, ibidem art. 7. de quo Nauarr. vbi supra num. 187. Henriqu. vbi supra capit. 53. §. 6. idem priuilegium refert P. Villalobos dicto tract. 20. distic. 7. n. 5. ad quod etiam vide alia quàplura priuilegia, quæ latissimè refert P. Miranda q. 39. art. 12. tom. 2.

49. Qui potest interdictum imponere, potest & cessationem, vt Papa, Episcopus, & qui Episcopali fulget dignitate. capitulum verò Sede vacante, si ex consuetudine, aut priuilegio habet ad id potestatem, necesse est conuocare omnes Canonicos, etiam absentes commodè venire potentes, vt maior pars consentiat super hoc: aliter imponentes non percipiunt fructus ex beneficijs, cap. si Canonici, de offic. ordinar. in 6. Episcopus etiam potest cessationē tanquam inualidam reuocare, si Capitulum sine consensu viuentis Episcopi eam imponat, cap. irrefragabili, § Cæterum, extrà de offic. ordin. item iure ordinario eius est relaxare cessationem cuius est iure ordinario relaxare interdictum, qui etiam ad tempus suspendere potest, vel pro vna Ecclesia, vel Monasterio, aut pro vno officio, vt pro Missa noua, vel Ecclesiastica sepultura, ex sententia doctissimorum virorum Salmanticensis Scholæ, præsertim si aliqua iusta causa adsit, tomo. 2. qu. 117. articulo 1. & secundo de quo Syluest. interdictum 3. § 8. versic. 3. Armilla, §. 35. Henriq. lib. 13. de excomm. & interdict. capit. 4. §. 2. Litteta G. Couar. vbi sup. §. 4. num. 1. Idem tradunt Suarez dicta disp. 39. sect. 3. nu. 2. & quantum ad partialem cessationem, idem quod Auctor resoluit eadem disp. 39. sect 9. nu. 16. & post eum P. Villalobos, dict. tract. 20. distic. 2. num. 6. P. Mirand. to. 2. q. 38. art. 11.

50. Celebrans tempore cessationis, etiam generalis non fit irregularis, sicut tempore interdicti, quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus iure expressis, ius autem tantum exprimit de violatore Censuræ Ecclesiasticæ celebrante, de quarum numero non est Cessatio verè & propriè sumpta: nisi sit Religiosus, is enim violans cessationem generalem, non specialem, ipso iure excōmunicatur in Clem. 1. de sent. excom. vel etiam nisi cessatio sit simul interdictum strictissimum, in quo olim cessabant omnia officia, to. 2. q. 118 art. 1. de quo Sylu. verb. cessatio. § 8. Ledesm. in 4. 2. part. c. 26. art. 2. fol. 367. Nauarr. & Coua. vbi sup. Idem docet Suar. d. disp. 39. sect. 1. num. 13. & 14. & sect. 2. n. 35. P. Miranda d. q. 38. art. 10. & post Syluestrum, Sotum, Nauarrum, Henriquez Auila, & alios resoluit P. Villalob. dict. tract. 20. disticul. 4. num. 3.

De potestate absoluendi ab his poenis vide tom 1. q. 30. art. 6. 7 & 8 & nos diximus suprà de absolut. quoad Fratres.

RESOLVTIO LXXXI.

De Irregularitate.

1 IRregularitas est impedimentum Canonicum, quo quis ad Ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promotus in eis ministrare prohibetur directè, idest, in quantum sunt Ordines Ecclesiastici, non verò in quantum sacramenta. Vnde irregularis ad ordines minores promoueri non potest, quia licèt non sint Sacramenta, inter Ordines tamen Ecclesiasticos numerantur. Irregularitas non incurritur, nisi in casibus iure expressis, vt ex cap. 1. de sent. excō. lib. 6. colligitur, & cap. is qui, de sent. excom.

excom. in 6. expresse habetur, to. 1. qu. 24. art. 1. de quo Nauar. cap. 27. nu. 191. vsque ad 194. Idem ferè tradunt Soto cum Theologis in 4. dist. 22. artic. 1. & dist. 25. q. 1. art. 2. Ledesm. 2. part. q. 26. art. 2. Vigilerius cap. 16. §. 6. vers. 16. Archidiac. in cap. 1. de sent. & re iudic. nu. 5. Card. Clem. 1. de homic. nu 16. & 17. quos, & alios refert Suarez de censuris disp. 40. sect. 1. num. 2. Vgolinus de irregul. cap. 1. num. 1. P. Villalobos 1. p. Summæ tract. 21. diffic. 1. à num. 1. & diffic. 2. nu. 1. & 2.

2. Prælati Regulares possunt dispẽsare cum homicida voluntario sibi subdito, ex quodam priuilegio singulari Pauli III. facto superioribus Ordinis Præmonstratensis relato à Nauarro, quidquid ipse in oppositum sentiat, cũ constet de potestate concedentis, & de concessione, & de litteris id expresse ac expressis verbis habentibus, tomo 2, q. 105. art. 1. de quo Nauar. libr. 1. consil. 1. tit. de homic. voluntario, vel casuali, & nos diximus sup. resolut. 52. num. 23. & 24.

Bull. bull. 9. 10. l aur li 3. Apud Bullarium extat quædam concessio singularis Pauli III. indulgentis singulis annis prima die Lunæ quadragesimæ absolutionem à peccatis, & censuris, & dispensationem super quibuscunque irregularitatibus quauis occasione, vel causa contractis, faciendas ab Abbatibus, Prioribus, & Præsidentibus Congregationis S. Benedicti Vallisoleti pro suis Monachis, Donatis, seu oblatis, & alijs personis sibi subditis. Quo magno priuilegio possunt frui Mendicantes, & aliæ Religiones per communicationem, de quo suprà diximus de dispens. numer. 25. Vide infrà de Mend. Fratr. nu. 19.

3. An autem Episcopus, & prælati Regulares possint dispensare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario iusto facto in bello, vel per iudicis sententiam? affirmatiuam partem resoluimus supra de dispensationibus, num. 23. & 24. & infrà in Retractationibus, tractat. 12. Vide Suarez de censur. disp. 47. sect. 1. vsque ad 4. & sect. 5. cum sequentibus, quantum ad homicidia facta in bello, & Sanch. lib. 1. Decalogi ca. 10. nu. 50. vbi agit de dubitante, an iuste occiderit in bello iusto.

4. Monachus iuuans chirurgum ad scindendum aliquod membrum non fit irregularis, tum quia id nullo iure exprimitur, tum quia per mutilationem membri, sanitatis gratia factam non incurritur irregularitas, c. si quis à medicis 55. dist. etiam si à se ipso quis membrum putridum absciderit, ibid. artic. 3. Idem ferè docent Nau. c. 27. num. 218. Sylu. verb. homicidium, 2. q. 13. & 14. & verb. medici, q. 8. quos sequitur P. Villalob. d. tract. 21. diffic. 22. num. 11. Idemque sentire videtur Couar. Clem. si furiosus, 2. p. §. 3. num. 3. Card. cap. ad aures, de ætat. & qual. num. 2. relati à Sanchez lib. 6. Decalog. cap. 14. num. 17. & idem expressius dicit Suarez d. disput. 47. sect. 7. num. 2. 3. & 4.

5. Non fit irregularis prælatus Monasterij qui conquestus de fure corã iudice cũ protestatione, de qua in c. prælatis, de homic. lib. 6. indicauit locum, vbi capi possit, si fur est persona fugitiua, argumento l. ait Prætor, §. si debitorem ff. quæ in fraudem creditorum, & probabiliter credebatur, quod sententia cõtra eum lata non proficiat, nisi detineatur, ex qua captura condemnatus fuit ad mortem: secus si nõ sit fugitiuus ibi, art. 4. de quo Nau. lib. 5. consil. 9. n. 4. tit. de Homic. Vide Suar. de censur. disp. 47 sect. 2. à nu. 2. vbi latè agit de intellectu dicti c. prælatis, & nu. 3. & 4. tradit sufficere dictam protestationem exteriùs factam ad nõ incurrendam irregularitatẽ: et si accusator interiùs desideret, vt sñia sanguinis contra accusatum proferatur, & pro nostra sententia est text. ferè expressus in c. tua nos § ad vlt. de homic. vbi qui iudici dedit intersignia furis, qui eum vulnerauit, non fit irregularis, si postea pœna capitis plectatur.

6. Sacerdos factus irregularis ex eo, qđ abscissum est ei aliquod mẽbrũ violẽter absq; culpa sua põt gerere oĩa munera, quorũ exercitio nõ repugnat talis abscissio, arg. c. presbyt. 2. de clerico ægrotante, sed Religiosus ante legitimam ætatem ex culpa sua factus sacerdos, cũ ex

eo

eo suspensus existat, non solùm arceri debet à Missa celebranda, sed etiam ab omnibus alijs actibus ordini sacerdotali deputatis, ibidem art. 5. de quo Imola in cap. si celebrat, de clerico excommunicato ministrante. Vide tradita à Suarez, quantum ad irregularitatem contractam ex mutilatione membri de cen suris disp. 44. sect. 2. num. 6. & sequentibus, & quantum ad ordinatum ante legitimam ætatem, disp. 31. sect. 1. à nu. 23

In bull. 19. Greg. 13. & Comp. Societ. 5. medic. & Comp. D. Hier. t. medicari, §. 1. & 2.

Non tamen fit irregularis interessendo cum alijs sacerdotibus in electionibus, & alijs actibus ad sacerdotes pertinentibus, quidquid sit de eius peccato, tom. 3. quæst. 23. art. 12. de quo Nauarr. cap. 17. num. 242. Vide tradita à Suarez dicta disp. 31. sect. 2. nu. 3. vbi argumento, inquit, cap. is qui, §. is verò de senté. excomm. in 6. nostra sententia probari videtur.

7. Nullus clericus, vel Monachus in sacris constitutus vllam chirurgiæ arté exercere potest, quæ adustionem vel incisionem inducat, c. sentent. sanguinis, ne clerici, vel Monach. cap. tua, de homicid. Sed ex concessione Eugenij IV. ampliata per Nicolaum V. pro Monasterio B. Mariæ de Guadalupe Religiosi in sacris non constituti dispensantur, vt periti vtantur scientia medicinæ, & chirurgiæ ad medicandos infirmos, de licétia superioris, & Gregorius XIII. extédit hoc ad Sacris ordinatos, pro Patrib. Iesuitis, citra tamen adustionem, vel incisionem per se ipsos faciendam, absque vllo conscientiæ scrupulo, & incursu censuræ, vel irregularitatis, & quòd possint id exercere, etiam circa extraneos, & sæculares, tom. 2 quæst. 102. ar. 2. de quo Syluest. verbo, Medicus, nu. 8. Idem tradit citatis multis Sanch. lib. 6. Decalogi, ca. 14. à num. 17. vsque ad 20. ad quod etiam faciunt tradita à Suarez dicta disp. 47. sect. 7. à num. 2.

8. Irregularis non est qui modò deformat embrionem inanimatũ, nec qui propinat viro, aut mulieri potũ, quo ei generandi facultas impediatur, nec qui prægnanté abortiri facitante fœtũ anima rationali informatũ, iuxta terminos iuris Communis, & Sacrorum Canonum cap. quod verò, cap. Moyses 32. qu. 2. & cap. sicut ex litterarum de homicidio. Secus qui propinat potum venenosum, ex quo sequitur abortus creaturæ animatæ, in qua irregularitate non dispensant Episcopi, nec prælati Regulares per constitutionem Sixti V. tom. 2. q. 33. ar. 4. §. secundo est notandum, & nos diximus suprà de abortu, num. 5. & 6. Idem docet Suarez dict. disp. 44. sect. 2. num. 13. Vbi etiam addit probabilem videri sententiam affirmantium posse dictos prælatos Regulares dispẽsare super huiusmodi irregularitate cum suis subditis virtute priuilegij Martini V. quia quamuis Sixtus V. reuocauerit priuilegia Regularium quoad hoc, & Gregorius XIV. non reualidauerit, reualidata tamen sunt postea per Clementem VIII. confirmantem nostra priuilegia ex certa scientia, ac per consequens virtute dicti indulti Martini V. iam reualidati possunt dicti prælati dispensare super tali homicidio fœtus animati, idque videtur conforme doctrinæ ipsius Auctoris dicto art. 4 §. circa quam constitutionem, vbi præfatam rationẽ ponderat, ad affirmandum prælatos posse absoluere ab excommunicatione lata contra procurantes abortum fœtus animati, licèt, ibidem, §. secundo notandũ, oppositum teneat quantum ad dispensationem irregularitatis, non enim minus militare videtur dicta ratio adducta ab Auctore in dispensatione irregularitatis, ac in absolutione excommunicationis. Pro quo faciunt adducta suprà de absolutione quoad Fratres, n. 7.

9. Non sunt irregulares Ecclesiastici, aut Regulares habentes iurisdictionem temporalem, si committant causã sanguinis alicui iudici sæculari, vt expresse deciditur in cap. vltimo, ne clerici, vel Monachi in 6. Imò & posse à Papa dispensari præfatos Ecclesiasticos habentes vassallos, vt sine timore irregularitatis possint per semetipsos ferre sententiam sanguinis, ac executioni mãdare, tenent plures: id tamen nec decet, nec conuenit, tom 2. q. 62. art. 9. de quo Cou. in Clem. si furiosus, 2. p. §. 5. n. 8. de Hom. Azeuedo in Addit. ad Cu

riam Pisan.l. 1. cap. 21. num 1 Francus in capit. final. ne clerici, vel Monachi, lib. 6 Abb in capit. clericis, num. 13. ne clerici, vel Monachi. Idem docet Suarez de cens. disp 57. sect. 1 à n. 5. & seq.

10. Probabiliter sentiunt aliqui non incurrere irregularitatem Ecclesiasticos, & Religiosos exhortantes milites in bello contra infideles, etiam si exinde oriantur mortes, & mutilationes membrorum, & ad tollendum omnem scrupulum id cōcessit Gregorius XIII. Patribus Societatis Iesu exhortantibus apud Indos, ad fortiter dimicandum cum infidelibus milites Lusitanos, dūmodò ipsi Patres non ferant arma, tom. 1. qu. 32. art. vnico, de quo Nauar. c. 27. nu. 115. Couar in 2 p Relect. de Homicid lib. 3. nu 2. Syluest. verb. Homicidium 3 q 6. nu 8. pronunc 4. Idem docent cum communi DD. in cap penult. de homicidio, Antonin. 3 p. tit. 28. cap. 2. § 6 Pelag de planctu Eccles. lib. 1. c. 48. Couar. Nauar. & alij quos sequitur Suarez *dict. disput. 57. sect. o. à num. 8. & sequentibus.*

11. Rebaptizans fit ipso iure irregularis, cap. 2. de apostat. & reiterant. baptisma, etiam si occultè faciat, non tamen, qui sine intentione rebaptizat, saltem in foro exteriori, licèt quoad exterius pro irregulari habeatur, Addit. sum. tom 3. cap 121 num. 2. & 3. de quo Nauar. cap 27. nu. 246. Idem docet Suarez *vbi sup. disp. 42. sect. 1. à nu. 1 & libr. 4. de legibus cap. 13. nu. 21.* & latiùs *tomo 3. disp 31. sect 6.*

Cętera circa istam materiam vide *to. 1. qu. 23. artic 9. & 10 & quasi 24 per totam*, & nos diximus suprà *de dispensat. à num. 15. vsque ad 27. & de interd. tio, numer. 15. & 16.*

RESOLVTIO LXXXVII.

De Iudicibus.

1 IVdex quidam est Ordinarius, qui ab vniuersitate, vel Collegio electus, & per superiorem confirmatus habet ad iudicandem auctoritatem, auth. de defensoribus ciuitatum, §. itetū, vel qui habet vniuersitatem causarum, vt sunt officiales Episcoporum, c. Romana de appell. in 6. item, & prælati Regulares quoad suos subditos: quidam verò extraordinarius, & hic est etiam duplex: alius habet iurisdictionē ex partium voluntate, vt iudex arbiter: alius ex commissione superioris, vt delegatus ad certam causam, tom. 2 q 119. art. 1. de quo D. Th. 2. 2. q. 67. ar. 1. Franc. in ca. ne aliqui, de hæret. in 6 vide ad hoc tradita à P. Miranda de ord. iudiciar. q. 2 art. 4.

2. Inquisitores Hæreticæ prauitatis iuxta receptiorem sniam sunt iudices delegati, sicut et iudices Cōseruatores, c. 1. & c. vlt. de offic delegati in 6. isti tñ in alio cōparantur iudicib. Ordinarijs, siquidē cognoscunt de causis Ecclesiasticis in prima instantia, quod tm̄ conceditur iudici Ordinario, ex Trid. Conc. ibid. in fine. De quo Franc. in c. ne aliqui, de hæret. in 6 Nau. lib. 1. consil. 1. et tul. de potest & offic. iudic de leg. Vide P. Miranda to. 2 q. 47. art. 3. Trid. sess. 24. c. 20. de refor.

3. Regulares non possunt compelli ad acceptandum aliquam iudicaturam nisi expressè id per litteras ipsis directas à S. de Apostolica fuerit mandatū, ex Alex. IV. pro ordine SS. Trinitatis, & Sixti IV. pro Minoribus, & alijs, de quibus in Bullario, ibid. art 2. Ad quod vide P. Mir. q. 47. art. 2. Bull. bull. 9. Alex. 4. bull. 14. Sixti 4. n. 15. 16. & 17. bull. 6. Hono. 3. bull. 2. Greg. 9. & bull. 12 Inn. 4.

4. Iudices Regulares in examinandis rescriptis à Papa, seu ab alio superiore commissis hoc modo se debent habere si dicatur: Quòd procedāt simpliciter, & de plano sine solemnitate iuris, debent procedere taliter, quòd essentialia iuris seruentur, nec aliquid fiat contrarium naturale, aut gentium, apicibus iuris, & accidentariis solemnitatib. iudicij omissis Si autem dicatur, vt iudicent sicut sibi visum fuerit, denotatur arbitrium boni viri ratione regulatum, ex glossa in c 2. de corpore vitiatis, & probat l. fideicommissa, §. quanquā, ff. de legat 3. Quapropter tenentur sequi regulas iuris, saltem naturalis gentiū, seu æquitatis naturalis, quod idem est,

vt patet ex Clem. pastoralis, de sent. & re iudicata, non ad suũ beneplacitũ, & liberam voluntatẽ absolutè, & simpliciter, sed ad suum arbitriũ, & voluntatẽ ratione regulatã, & iudiciũ intellectus boni, & rectũ, ibid ar 3. & nos diximus suprà de Correctio. Fratrũ, n. 5. de quo Bart. in l. qui th, §. arbiter ff de arbitr. Pan. in c. 1 & c. dilecti filij, de iudic. & in cap significauit, de pœnit. & remiss. Idem ferè docet P. Mirãda Ordin. iud. q. 2. ar. 14. Si aũt committatur examen, & decisio causæ dicendo, in quo oneramus conscientiã tuã, cũ hæc verba videantur potiùs posita in vim monitionis, quã in vim formæ delegationis, neque per ea electã esse industriã personæ, vt aliqui asserunt, optimò iure poterit subdelegari negotiũ comissum, per aliùmque expediri, ex traditis à Rota, ibid. §. vltim. dicto, de quo Nauar. l. 1 cons. 2. tit. de potest. iudic. deleg. Rota decis. 14. de offic. deleg. in nouis.

Trid. sess. 25. c. 5. de Regul.

5. Ex quo fit, quòd Prouincialis non obstante dicta clausula, de onere conscientiæ, põt cõmittere alij examẽ pro egressu monialis à Monasterio ob infirmitatẽ, vel aliã causã, iuxta datã sibi auctoritatem super eo à Trid. Cõcilio, facultatèmq; ad licentiã indulgendã dictæ Moniali ex iusta causa delegare, ibid. in fin. de quo suprà diximus de clausu Mon. n. 39. & 40.

6. Iudici sæculari non licet cognoscere de causis regulariũ, sicut nec de personis, nec de rebus clericorum, gaudent. n. priuilegio Canonis, & fori, vt eius Canonicũ, & Cæsareũ proclamãt. to. 2. q. 2. ar. 1. de quo supr. resol. 42. à n. 2. & P. Mirand. ord ind q. 4. ar. 7. cõcl. 2.

7. Assumens ordinẽ Ecclesiasticum, vel ingrediens Religionem post delictũ à se commissum in fraudem, vt scilicet se eximeret à iurisdictione sæculari, ab ea minimè liberatur, sed per iudicẽ sæcularem põt contra eũ procedi ad punitionẽ criminis, quantũ ad confiscationem bonorũ, aut certam aliquã pœnã pecuniariam, non verò quoad personam, si sacris sit insignitus: nam si in religione iam professus fraudulẽter, nec sacris sit initiatus, cùm eius professio omninò irrita, & nulla existat ex constitutione Sixti V. consequenter potest per iudicẽ sæcularẽ competentem procedi cõtra eum ciuiliter, criminaliter, aut mixtim. Fraus autem præsumitur, si post delictum commissum, & ante susceptũ ordinem, aut ingressum religionis fuerit accusatus, vel denũciatus, aut saltem infamatus: vt contra criminosos religionem ingredientes, & profitentes declarauit idẽ Sixtus V. in alia constitutione. ibid. art. 3 de quo Couar. pract. qq. c. 3. n. 4 & c. 31. & 32 & lib. 1. var. c. 1. n. 9. Gutier. lib. 2. pract. q. 65. n. 5. Iul. Clar. in pract crim §. fin. q. 6 & q 25. Valascus 1. tom. consult. 48 Vide Sanch. lib 4. decal. c. 15. n. 39. & 40. & lib. 6 c. 10. à n. 9. & nos dicemus infra resol. 101 nu. 9. & ex parte diximus sup. resol. 65. n. 6.

8. Quando laicus simul cum monacho deliquit, non est conueniendus coram iudice regulari, sed coram suo iudice sæculari; Monachus verò coram suo prælato, sicut nec iudex Ecclesiasticus cognoscit de delicto laici commisso cum clerico, iuxta veriorem, & magis receptam in praxi sententiam ibid. art. 4. de quo Couar. pract. cap. 31. num. 1. Gom. tom 3 de delictis c 10. Padilla l. 5. num 5 ff de diu. rescrip. is.

9 Religiosus conuersus, seu laicus, vel nullo ordine insignitus, qui habitu demisso enormiter grauia commisit delicta, non perdit priuilegium fori, ac proinde à iudice sæculari non potest puniri, imò nec eiectus à religione, taliter delinquens, adhuc enim post talẽ expulsionem manet religiosus, & persona Ecclesiastica potestati Ecclesiasticæ subiectus sicut de clerico enormiter etiam delinquente apertissimum est nõ subijci sæculari potestati. Secus si religiosus expulsus, & habitu spoliatus sit, eo quòd eius possessio nulla declarata est, nam eo casu vt merè sæcularis iudici laico subiectus existit, vt suprà ex constitutione Sixti V. ibid. art. 3 de quo Couar. pract. qu. 31.

10. Clerici in minoribus constituti non gaudent priuilegio fori, nisi qui habitum clericalem, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ demandato Episcopi deseruiunt, vel beneficium Ecclesiasticum obtinent, vel in seminario cle-

clericorum, aut in aliqua Schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos
Trid. sess. 23. c. 6. de versantur, ex decreto Concilij Tridentini. *ibid & d. art. 3 §. tertio est notandum.*
Reg. 11. Milites D. Ioannis, seu Maltenses comprehenduntur sub dispositione
Trid. sess. 6. ca. 3. de Concilij Tridentini, quatenus habet,
reform. ordinarium tanquam Sedis Apostolicę delegatum posse visitare, punire, & corrigere quemcunque clericum cuiusuis ordinis personalis, vel regularis extra monasterium degentem, & delinquentem, [illegible] huiusmodi equites, seu commendatarij Militares sint verè, & propriè religiosi, seu Regulares tria vota essentialia emittentes in manibus superiorib. sub regula à Sede Apostolica approbata *ibid art. 7.* de quo Nauar. *lib. 9. cons. 21. tit. de Regul.* & Azor *tom. 1. inst. moral. libr. 13. cap. 4. quæst. 3.* vide supra *resolut. 28. num. 10.*

12. Iudex negligens in administratione iustitiæ cum dolo, & fraude, ab officio licitè amoueri potest, iuxta notata, cap. quidquid 1 quæ capit. placuit vniuerso 11. q 3 c. sed illud 45. dist. ca. iustum 23. q. 3. secus si ex simplicitate animi processit, tunc enim pœna mitiori ad arbitrium superioris mulctandus erit. Quod iudices regulares maximè perpendere debent, antequam ad priuationem prælaturæ, seu officij ex negligentia, & remissione accedant, indagando, an ex dolo, & malitia, an verò ex simplicitate animi orta sit. tom. 1. qu. 39 art. 1. de quo Iason in l. cum qui res C. de procurat. Abb. in c. cùm ad monasterium, §. fin. verb. negligens, vbi glossa, de statu Monach. Bossius in pract. crim. tit. de offic. corrup. num. 36. pa. 292. Panor. *in c. cum dilectus, de accusat.*

13. Iudex malè iudicans ex imperitia, pœna arbitraria puniendus est, l. final. ff. de extraordin. cognit. etiam si ad pœnam capitis condemnasset, nisi adsit dolus, & fraus, tunc enim eadem pœna mortis mulctandum esse videtur. Ille autem præsumitur cum dolo procedere, qui formam sacrorum Canonum, Iuris Ciuilis, vel constitutionum religionis transgreditur. Qui quidem dolus esse debet manifestus ex claris, & manifestis præsumptionibus habitus, & nõ ex apparentijs, & inditijs. Ille vero ex lata culpa præsumitur procedere, qui omisit facere, quæ alij prudentes, docti, & experti iudices in simili casu facere solent, si ex alijs dolus non deprehendatur, vt notatur l. latæ culpæ, ff. de verb. signific. Ex leui autem culpa ille præsumitur agere, qui indeliberatè deuiat ab ea prudentia, quæ inest diligentibus hominibus eiusdem conditionis, l. ea igitur, ff. de pignorat. actione, vel quam in illo tempore suis rebus adhibet. l. hæredis §. non tamen, ff. familiæ herciscund. Ex leuiori verò, qui deuiat similiter ab his, qui insuper sunt eiusdem ordinis, & professionis, Tandemque ex leuissima, qui deuiat ab ea prudentia, quæ inest diligentioribus, & diligentissimis eiusdem cõditionis, & professionis, iuxta lib. 1. ff de action. & obligat. Vnde in his omnibus, scilicet in dolo, & fraude præsumptis, in culpa latiori, lata, leui, & leuissima, pœna arbitraria infligenda est: in dolo autem claro & manifesto ad priuationem officij, seu dignitatis duntaxat procedendum est. Sed aduertant prælati regulares, quòd in iudicio præfatæ pœnæ arbitrariæ imponẽdæ, pietati magis, q̃ rigori debẽt adhærere. *ib. a. 2 & 3. de quo Baldus in l. mancipia, C. de seruis fugit. & cons. 115. in fine, vol. 5. & DD. in l. final. C. de pœnis, Bart. l. quod Neruia, col. 3 ff. de posit. Alex. l. si quæris, in princ. ff. pro soc.*

14. Non licet iudici pœnam totam à lege statutam remittere ab homine scelerato, neque pro eo apud ipsum intercedere, nisi fortè pars ipsa offensa roget, non vt delinquens impunitus euadat, sed vt charitatem erga ipsum ostẽdat, & erubescat esse illi infensus: vel nisi adsit spes de emenda, tunc enim id licebit, vt mitius, quàm lex statuit, puniatur, præsertim in pœna vltimi supplicij. Ex quo consequitur, quòd si de correctione, & emenda delinquentis nulla sit spes, talis pro illo intercessio non erit licita, sicut nec iudici fas erit tali reo parcere. Item nec licet intercedere, quando ex veniæ datione alteri damnum resultat; non enim sunt facienda mala, vt inde eueniant

niam bona. Ex his igitur regulares deducere possunt, quando apud prælatos, & iudices interdicere liceat pro delinquentibus cauendo, ne ex sperata venia per suam intercessionem delinquentibus occasio præbeatur reiterandi delicta, & tradendi se totos suis prauis desiderijs, & ex impunitate delictorum oriatur, & scādalum, & ruina aliorum, qui ob id ad alia patranda moueantur, tom. 2. q. 42. art. 1. de quo Castro libr. 2. de lege pœnal. capit. 13. Ad quod vide Suarez lib. 5. de legibus capit. 11. nu. 8. & 9. & tradunt D. Tho. 2. 2. q. 67. art. 4. & Iuristæ in l. nulla iuris ratio, ff de legibus, & nos diximus supra resolut. 48. à num. 2.

15. Principi licet concedere veniā, & remissionem delicti futuri ex iusta causa: nam pōtest statuere, ne qui illud, vel illud crimen patrauerit, pro illo, etiam post tale delictum commissum puniatur: sicut etiam à simili valet rescriptum indulgens veniam peccato futuro ex iusta causa id concedens, ibid. art. 2. de quo Salic. in l. castitas C. ad l. Iuliam de adult. Idem ferè docet Suar. d. c. 11. nu. 9.

16. Iudices regulares visitantes, seu Syndicantes prouincias sibi commissas contra ius procedunt admittendo denunciationem, vel accusationem delicti, cuius iudiciū ex defectu plenæ probationis transiuit in rem iudicatam, l. si cui, §. idem de accusat. etiam si allegetur, testes ex metu ausos non fuisse veritatem patefacere, nisi prius per testes idoneos, & omni exceptione maiores manifestum fiat, veram esse causam, ob quam proceditur, alioquin vnicuique liceret contra rem iudicatam ad libitum agere, pro qua semper est præsumptio. ibid. art. 4. de quo Bal. in l. si quis homicidij de accusat. & in l. ex morte, C. de l. Aquilia, Puteus de Syndicat §. officialis functo officio nu. 2.

17. Iudex pœnam à lege impositā delicto minuere, seu remittere potest, l. quid ergo, §. pœna grauior, ff de his, qui notantur infamia. Iusta tamen ad id suadente causa, veluti si ex ignorātia delinquentem fecisse probetur, aut etiam ipse, vel eius progenitores sint de Republica satis bene meriti: sicut similiter licitum est contra ius rescindere accusationem, ad satisfactionem partis læsæ etiam ordinatam, quando ex eius prosecutione maius damnum Reipublicæ imminet, maximaq; pacis perturbatio, vt sentiunt grauissimi viri, ibid. art. 5. de quo Nauar. in rubr. de iudicijs nu. 99. Caiet. ver. iudex, & 2. 2. q. 68 2. 3 Aragon. 2. 2 q. 60. art. 5. Idem traditis multis docet Sisar. vbi supra d nu. 8 & seqq. vbi numerat aliquas causas huius remissionis, nempè, ætas insufficiens ad tolerandam pœnam ex l. D. Adrian ff. de termino moto, & l. auxilium. ff de minor. paupertas, si pœna pecuniaria infligenda sit, l. illicitas §. vlt. ff. de offic. præsidis. modus peccandi, vt si ex passione, aut alio simili affectu commissum sit delictum, l. absentem, ff de pœn. Ad quod videri potest Fel. c. qualiter, & quando el 2. de accusat. & latissimè Tiraqu. tract. de pœnis tēperandis, quos refert idem Suarez, & quæ tradit Pet. Mir. in ord. iudiciar. q. 27. art. 5.

18. Iudici non licet delinquentem condemnare ex confessione sibi secreto propalata, fraudulenter per promissionē impunitatis ab ipso extorta, quia hoc quoddam genus proditionis est, nec res est iusta, iudicem decipere quēquam l. 1. in fine, ff. de his, qui veniam ætatis impetrant, nec mēdacijs, & persuasionibus dolosis, vt ait Iustinian. in proœmio Instit. sed modo licito, & à iure approbato, vt per torturam, veritatem à reo extorquere licitum est, ibid. art. 6. de quo Couar. lib. 1. variár. cap. 3. nu. 16. Azeued. in l. 1. tit. 3. lib. 1. recop. num. 14. Dec. tom 1. crim. lib. 2. capit. 15. num. 6. Plaza de delictis lib. 1 c 37. nu. 5 6 & 7.

De iudicibus conseruatoribus, vide quæ ex tom. 1. qu. 65. diximus suprà de conseruatoribus, resolut. 33. & de correctione Fratrum quoad ordinem habēdum in causis regularium resolut. 39. vsque ad 52. & de exemptione regularium resolut. 63. & passim alijs in locis,

A D-

ADDITIO.

16. Diximus in hac resolutione, nu. 10 clericos in minoribus non gaudere fori priuilegio, nisi interuenientibus requisitis, quæ nouè præscribit Triden- Sess. 23. c. 6. de reform. tinum sess. 23. de reformat. capit. 3. Quod vt enucleatiùs explicemus, nùc admonendi sumus clericos in minoribus indistinctè iure antiquo non tam Canonis, quàm etiam fori priuilegijs gaudere, capit. cùm non ab homine 10. de iudic. c. 2 de foro compet. l. 35. tit. 5. part. 1. ordinat. Lusitana lib. 2. tit. 1. §. 27. Couar pract. cap. 32. à nu. 1. Azeued. l. 1. tit. 4. libr. 1. recopil. Hoc tamen ius vetus magnoperè immutauit Tridentinum dict. cap. 6. circa fori priuilegium, hoc enim clericis in minoribus non aliter indulgere voluit, quàm si beneficium Ecclesiasticum habeant. Quod si non habeant, duo tunc populatim petit. Primum, vt clerici habitum, & tonsuram deferant. Secundum, quòd alicui Ecclesia de mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, vel in aliqua Schola, vel Vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines versetur, Vnde apparet Trident. dict. cap. 6 in clericis minoribus beneficium obtinentibus huiusmodi requisita non desiderasse, in eisque ius antiquum intactum reliquisse, vt supponūt Garcia de beneficij 2 p. cap. 2. num. 4. Suarez lib. 4. contra Regem Angliæ, c. 27. & alij citati à Barbosa in remiss. ad Trident. d. cap. 6. num. 9. At dices, quænam differentiæ ratio reddenda? Respondeo, quòd cùm exemptionis priuilegium propter altaris ministerium detur, æquum erat, vt qui cogi non poterant in eo officio permanere, tandiu priuilegia retinerent, quandiu in officio, & ministerio essent, argumento l. semper, §. penult. ff. de iur. immun. l. qui sub prætextu 9. C. de sacros. Eccles. Diuersum est in clericis beneficiatis, hi enim coguntur habitum, & tonsuram deferre, & in ministerio inseruire, *capitul. admonet. de renunciat. capit. ex tua, § 1. de cleric. non resid. capit. Ioannes, de cler. coniugat.*

20. Rursus obseruo duo illa, quæ Tridentinum exigit in clericis in minoribus non beneficiatis, dumtaxat in fori priuilegio locum habere, non verò esse extendendum ad Canonis priuilegiū, vt declararunt Cardinales, ibi: Qui in hoc decreto fori priuilegio priuantur, priuilegio tamen Canonis non intelliguntur priuati. Et quidem meritò, cùm duo hæc priuilegia sint diuersa: vno ergo sublato, alterum non tollitur, ex regula l. præcipimus 32. C. de appellat. Deinde, quia cùm hæc Tridentini lex iuris antiqui correctoria sit, temerè nō debet extendi de vno casu ad alium, licèt simile, ex l. quod verò, ff. de legib. l. si verò, § de verò ff solut. mat. atque ita in specie docent Molina de iust. tract. 3 disp. 54. num. 9. Goncalez ad regul. 8. glos. 5. § 5. n. 7. Garcia de benefic. dict. 2. part. cap. 2. num. 19. quorum sententia omninò probanda est, licèt plerique DD. de hoc decreto Tridentin tractantes id non animaduertant, imò vtrunq; priuilegium confundentes contrarium docent, vt constat ex Cenedo ad Decretal. collect. 105. nu 4. Suarez de censur disput. 22. sect. 1. nu. 11. Sayro lib. 3 de censur. cap. 26. numer. 4. Felician. lib. 2. de censibus cap. vltim. numer. 14. Sanchez lib. 6. de matrim. disput. 46. n. 2. Filliucio 1. tomo moral. tract. 15. c. 1. n. 10 vt sic iam videas, certam non esse regulā, quā tradit Suarez *l. 4. contra Regē Angliæ c. 29. nu. 7. Oēs priuil. Canonis gaudētes, fori ēt priuil. potiri.* Quæ certè regula apertè in hoc casu vitiosa est.

RESOLVTIO LXXXIII.

De Iuramento.

1 IVramentum est assertio, aut negatio de aliquo licito possibili, & ho-
2 nesto, sacræ rei attestatione firmata. Res autem sacra, per quam iuratur, est Deus, aut aliquid Dei, in quantum Dei est, vt cùm iuramus per creaturas, quatenus in eis diuina veritas manifestatur, vel per fidem, per Euangelia, aut

per Sanctos, in quibus Dei veritas continetur, vel prædicatur. *tom.2. quæstion. articul.*1. de quo D.Thom.2.2. *quæstion.* 89. *artic.*1.

Varias iuramenti descriptiones traditas à Theologis, & Iurisperi. is refert latè Selua tract. de iuramento 1. part. in princip. ex Glossa in Rubrica. ff. de iureiurando, & Glossa 22. quæst. 1. initio, Panormit. Felin. & alij in rub. extrà eodem titulo, Antonin. 2. p. tit. 10. cap. 3. Syluest. Angel. & Summistæ verb. iuramentum, quos & alios refert Suarez to. 2. de Religione tr. ct. 4. de iuramento lib. 1 cap. 1. à num. 1. & plura etiam tradit Sanchez *libr.3. decalogi capitul.*1. *à num.*1.

2. Duplici modo potest iurari, vel simpliciter verbo tantùm, vt dicendo per Deum ita est: vel vt apud legem veterem dici solebat: viuit Dominus, viuit anima mea, hoc faciat mihi Dominus, & hoc addat; vel vt in lege Euangelica dicendo: Testis est mihi Deus, Deum testem inuoco: veritatem dico in Christo: non mentior, testis est mihi conscientia mea: sic Deus me adiuuet. Altero modo iuratur interueniente aliqua re sacra, vt quando in manu Episcopi iurat quis per Euangelia, per corpus, vel per Crucem Christi Domini, per Sacramentum, per ordinem sacrum, aut per Sanctos ibidem artic. 2. de quo Panorm. in capit. & si Christus, de iureiurando. Vide Suarez dicto lib. 1. cap. 5 à num. 1. vbi numer 3. agit de iuramento per creaturas, & cap. 13. vbi tradit varias iurandi formas, de quo etiam Sanchez *vbi suprà cap.* 2 *à num.*13. & Portel *in addit. ad dubia verb. iuramentum, num.*1 2. & 3.

3. Licèt consuetudo apud Regulares contra ius teneat, vt Religiosus interrogatus non iuret, sed tantùm veritatem propalet sub præcepto obedientiæ, idque aliquibus sufficiens videtur ad finem faciend m, ab hac tamen consuetudine, & sententia recedendum esse responsum olim dederunt doctissimi Iurisperiti apud Salmanticenses super eo consulti, maximè si causa ad tribunal Apostolicum, ad aliudve per modũ grauaminis, appellationis, aut simplicis querelæ deferẽda sit. ibid. art. 3. Sed de hoc se retractat Auctor tomo 4. Addit summæ *cap.*153. *num.*7. & nos dicemus infrà *num.*4.

Cætera vide suprà de testibus resol. 42. de sumpta ex *quæst.* 9. *vsque ad quæst.* 15. *tomo* 3. & *quæst.*19. *artic.*6 7 & 11. & nos diximus *resolut.* 44. *de citatione, & interrogat. reorum num.* 9. 10. & 14.

De dispensatione iuramentorum votiuorum vide *tom.1. qu.63. art.3.4.* & 5. & nos suprà diximus *de Cõfessarijs quoad dispensandum nu.* 31. & iterum redibit sermo infrà *de voto*.

RETRACTATIO.

De Iuramento non sumẽdo à testibus apud Regulares.

1. Consuetudo apud quasdam Religiones de non sumendo iuramẽtum à testibus, sed tantum præcipiendo sub obedientia, & in virtute Spiritus sancti, vt veritatem aperiant, legitima est, & in praxi seruanda: nam cum Regulares in suis causis procedant simpliciter, & de plano, apicibus iuris postpositis, deferre autem iuramentum pertineat ad solemnitatem iuris positiui, ad tale iuramentum à testibus sumendũ non tenentur. Ita expressè tenet Auctor tomo 4. Summæ capit. 153. num 7. vbi se corrigit de opposito, quod dixerat tom. 1. quæst. 13. art. 8. & quæst. 120. art. 3. Cuius sententia inspecto iure cõmuni, de quo in cap. nuper 51. de test ib. verissima erat, tradit etiam Alderete de religiosa disciplina tuenda lib. 1. c. 9. num 6. Ad quod vide apud Bullariũ quandam bullam Bonifacij VIII. idem expressè tenet P. Miranda tomo 1 Ordin. ind. quæst. 18 art. 4 vbi à simili per iuramentum desumptum super femur Abrahæ à seruo suo, de quo Genes. 24. probat obedientiam, tanquam quid sacrum, per quod Religiosi à sæcularibus distin-

distinguuntur, verè & propiè esse iuramentum, seu quandam iurandi formam introductam apud Regulares, quę ad minus habet vim, & robur iuramenti. De quo Panormitan *in dict. cap. nuper, de testibus*. Farinac. *de testibus, qu. 74 à num 1. vsque 19.* Simancas *de catholic instit. tit 64. num. 8. Paz in praxi tom. 1. p 1. in 6 tempore num. 107.* & alij relati à Miranda *supra art. 2. & 3.*

RESOLVTIO LXXXIV.

De Itinerantibus Fratribus.

1. FRatres itinerantes non sunt recipiendi, nec hospitandi intra Conuentum sine litteris commendatitijs suorum superiorum iuxta sacros Canones, & Nicęnam Synodum in capit. 1. dist. 71. relatam, & constitutionem Sixti V. nisi adeò sint noti, vt nullus de eis suspitionis, vel dubitationis locus relinquatur. Prælati verò eos hospitio admittentes non petita, aut ostensa dicta licentia, seu litteris commēdatitijs priuantur voce actiua, & passiua, ac officijs, inhabilitanturque ad alia in posterum per dictam constitutionem Sixti V. Quæ quantum ad dictas pœnas nō est in viu in his Hispaniarum partibus, alijs tamen arbitrarijs condemnandi sunt transgressores tanquam sacrorum Canonum violatores. Vnde à fortiori dicti Fratres Sacerdotes nō sunt ad celebrandum sacrum admittendi sine dictis Commendatitijs litteris, vt in Tridentino Concilio definitur. *tom. 2. qu. 12. art. 1.* Idem tradit cum Auctore Portel *verb itinerantes Fratres num. 1.* Trid. sess. 23. c 16. de reform.

2. Fratres Conuentuales Ordinis Minorum itinerantes in his Hispaniarum partibus non tenentur se pręsentare corā pręlatis Obseruantiæ, quia constitutio Calixti III. id præcipiens iam abrogata est per Pium II. At si ad domus, seu Conuentus Obseruantiæ diuerterint, suas literas commendatitias debent præsentare iuxta dictam constitutionem Sixti V. quas si non inuenerint veras, & legitimas, prælati poterunt cōtra eos procedere remittendo ipsos ad suos superiores, vel dare notitiam Ordinarijs, vt contra eosdem procedatur iuxta formam in Tridentino Concilio præscriptam. *ibid art. 2.* Trid sess. 25. c. 4. de regul.

3. Licitum omninò est Fratribus Minoribus de Obseruantia itinerantibus hospitari in domo relicta, seu legata ab aliquo ea conditione, vt in ea recipiantur, & hospitetur Religiosi, eisque prouideatur de vtensilibus, vt declaratum est in quodā Capitulo Generali *ib. ar. 3.*

4. Fratribus Minoribus existentibus per obedientiam extra suos Conuentus concessit Innocentius VIII. indulgentias stationum Romæ, & alias concessas pro suis Ecclesijs dicendo quocunque in loco quinquies Pater noster, cū Aue Maria, sed hoc restrictum est à Domino Vrbano VIII. vt fiat ante altare principale Ecclesiæ, vt suprà diximus de indulgentijs num. 47. ad finem. Item Fratribus Captiuis concessa est indulgētia plenaria pro articulo mortis per Pium V. *ibid art. 4.*

5. Leo X. apud Bullarium concessit dictis Fratribus Minoribus itinerantibus, vt possint transferre ieiunium diei itineris in alium diem, intellige, dummodò non sit ille dies ieiunij ex pręcepto, aut voto. Quę concessio cùm absolutè, & illimitatè loquatur, intelligenda est, siue pedestres, siue equestres incedant. *ibidem art. 5.* Bull. Ora 60. Leon X.

An possint extra conuentum existentes confiteri presbytero sęculari, vide suprà *de confes. quoad absoluendum n 23.*

RESOLVTIO LXXXV.

De Iure Patronus.

1. IVs patronatus est potestas præsentandi instituendum ad beneficiū

Ecclesiam. Est autem duplex, aliud Ecclesiasticum, alterum verò sæculare to. 2 q. 122. art. 1. de quo Host. Io. Andr. & Panorm. in rubr. de iure patronat. Vide ad idem Cabedo de patron. Regiæ coronæ cap. 6. num. 1. Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. gloss. à num. 19. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. à num. 208.

2. Patrono monasterium ingresso, ius patronatus annexsi vniuersitati bonorum transit in ipsum monasteriū tanquam hæredem, si est capax bonorum, etiam si ipsum ius patronatus sit personale, vel simpliciter nominetur patronus, cuius personæ industria videtur electa. Abbati autem competit ius præsentandi, & non monacho, nisi de eius licentia, nisi aliud in institutione patronatus sit ordinatum, quod non sit cōtrarium iuri communi, ibidem artic. 2. de quo Lambert. de iure patron. qu. 8. art. 9. p. 1. lib. 1. Couar. variar. cap. 18. nu. 10. Perez lib. 1. ordinam. tit. 6. libro 1. Idem ferè traditis multis docet Sanch. lib. 7. decalogi cap. 14 à num. 6. vbi n. 7. notat, ad Abbatem simul cum monasterio pertinere præsentandi ius, cuius maior pars consentire debet, vt præsentatio legitima sit, per cap. ea noscitur, de his, quæ fiunt à prælato. Adeò quòd si præsentatio fieret à solo prælato absque conuentu, esset ipso iure nulla, argumento cap. nouit eodem titulo. Idq; post Gotfredum tenere Lambert. de iure patron lib. 2. p. 1. q. 2. art. 12. nu 6. §. hoc sic stante, refert idem Sanch ibid. nu. 8. Sed pro sententia Auctoris facit cap. ex litteris, de iure patronat. ex quo constat Abbatissam solam præsentasse. Addit tamen ipse Sanchez num. 11. & 12. quòd præsentatione non competente ipsi monacho, si constituatur à patronis, vel electoribus ad præsentandum, vel eligendum, præsentatio, vel electio ab illo facta vtique valebit, etiam absque licentia prælati: quia cùm faciat nomine eius, qui commisit, non consideratur persona monachi exequentis, sed committentis persona. Quippè is dicitur facere, cuius nomine res fit, l. ita tamen § gessisse, ff. de administr. tutorum, tum etiam, quia nullo iure irritatur ea nominatio, seu præsentatio sic facta a monacho. Vnde concludit numer. 13. quòd quamuis Religiosus ex illa potestate sibi tradita præsentare, aut eligere nequeat absque prælati licentia, poterit tamen absque ea id facere, quando ipsi patroni conuenirent, vt is præsentaretur, quem Religiosus elegerit. Ad id intelligit posse quidem valide, sed non posse licite fieri, & bene.

Firmatur Auct. doctrina.

3. Rex Hispaniarum, sicut & Rex Galliæ, habet ius præsentandi Episcopatus, & quædam beneficia Ecclesiastica, ex indulto Apostolico: at in Commendas, & Præceptorias Ordinum Militarium habet ius prouidendi tāquam administrator perpetuus earundem Militiarum, ex Alexādro, & Adriano VI. Licèt autem dictis Regibus competat præfatum ius præsentandi Abbates, & alios Præpositos Ecclesiarum, etiā Regularium per breue dicti Adriani VI. non potest tamen vnius ord. nis professus eligi in prælatum alterius ordinis, vel habitus, & multo minus sæcularis, iuxta sacros Canones, & Tridentinum Concilium, ibid art 3. & 4 de quo Nauar in cap. nullam 18. quæst. 2. Ad quod vide Sanchez lib 7. decalogi cap. 4 nu. 25. & cap 29. num. 29. Trid sess. 25. c. 21 de reg.

4. Licèt aliqui teneant, ius patronatus solùm acquiri ob fundationem ex bonis proprijs, iuxta ca. pia mentis 16. quæst. 7. cap. nobis, de iur patr. & Trid. Concil. Attamen ex incertis, quæ pauperibus restituenda sunt à fundatore Capellæ, vel Hospitalis tale ius patronatus laicorum posse acquiri, verius, & probabilius esse, existimat melior pars Doctorum, cùm nemini fiat præiudiciū ibid. art. 5. de quo Henriqu. lib 7. de indulg. 1. p cap. 33 nu. 5. Nauarr. de Oratione, miscellanea 32. Trid. sess. 25. c 9. de reform.

5. Tria sunt, quorum quodlibet sufficit ad quærendum ius patronatus, nēpè traditio fundi, ædificatio, & donatio, iuxta illud vulgare glossæ communiter receptæ in cap piæ mentis 16 q 7 nempè, Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus, & de traditione fundi extant expressi casus in iure c. Abbatem el 2. 18 q. 2. cap. nobis, de iure patronatus. Auctor to. 2. q. 49. art. 7 §. tertio facit,

cit, de quo Rochus à Curte de iure patronat. verb fundat. quæst. 1. & 2. Idem tradit Reginal lib. 30. praxis fori penitent. tract. 3. num. 209.

Trid. sess. 24. ca. 18. de refor. 6. Concilium Tridentinum determinat, quòd Ecclesiastici habentes aliquod ius patronatus ad præsentandum in beneficijs, teneantur digniorem præsentare: neque possunt se ipsos, quantumcunque idonei sint, præsentare cap. per nostras, de iure patron. Laici verò dignum tantùm præsentare adstringuntur, ibid. § quantum autem, de quo vide Reginaldum vbi suprà numer. 221. Azor tom. 2. instit moral. lib. 6. c. 21. q. 5. Sanchez lib. 7. decalogi cap. 29. nu. 51. vbi resoluit præsentationem Religiosi Mendicantis, vt valeat, debere esse in concordia omnium patronorum iuxta terminos c. quorundam, de elect. in 6. & nos tetigimus suprà resolut. 58. num. 43.

RESOLVTIO LXXXVI.

De Laicis Fratribus.

1 LAici Fratres, seu Conuersi sunt verè, & propriè Religiosi, & personæ Ecclesiasticæ profitentes tria vota essentialia secundùm Regulam approbatam à Sede Apostolica, iuxta capit. non dubium, & capit. Parochianos, de sent excomm. differuntque ab oblatis, seu donatis in eo: quia isti absque professione Religionis se ipsos tantùm monasterio offerunt, tomo. 2. qu. 123. art. 1. de quo D. Th. 2. 2. q. 186. art. 5. Con in c. alma mater, 2. p. § 2. num. 8.

2. Calixtus III. apud Compen. Minorum concessit, vt Fratres laici apud nos Minores possint calices tangere, ac corporalia aliaque Ecclesiastica, cùm expedierit, lauare. Idem concessum est pro Fratribus laicis socijs Generalium, vel Prouincialium, quando illis ministrant in missis tractando, & tangendo calices, & corporalia explicando, & plicando, (Comp. mi nor v. Laici Frat. § 1)

sed hoc restrinxit Leo X. ad loca, seu extra Conuentus, vbi non sunt alij Fratres Clerici ad ministrandum, ibi. ar. 2.

Sixtus IV. ampliùs concessit, quòd omnes Fratres Clerici, & Laici possint tangere calices, corporalia, & alia paramenta, cum reuerentia tamen. Idem concessit pro Monialibus sanctæ Claræ, ac Tertiarijs, vt possint lauare sacros pannos, etiam corporalia, & purificatoria, dummodò prius à Fratribus lota extiterint aliquantulum. Ita refertur in Bullario inter viuæ vocis oracula Sixti IV. de quo Portel. verb. Laici Fratres num. (Bul. orac. 49. Leon. & Comp. sup. § 3.)

3. Fratribus Laicis in apostasia ordinatis, in pœnam sui delicti non est permittendum ferre tonsuram, sicut alijs Fratribus Clericis conceditur. Imò & promoti ad sacros ordines sine licentia, & extra obedientiam prælatorum Ordinis omni honore clericali priuandi sunt, & ad merum statum laicalem reducendi, ex cõstitutione Leonis X. Nullus autem Ministro Generali inferior, etiam Commissarius Generalis dictã licentiam ascendendi ad Clericatum dare potest, vt idem Leo X. statuit, ibi. art. 3. & tom 1. q. 42. art. 19. Idem tradit Portel verb hora Canonicæ n 4. & nos tetigimus suprà resolut. 11. nu. 17. (Bul. orac. & 46. Six ti 4.)

RESOLVTIO LXXXVII.

De Legatis à latere.

1 MOnachus factus Canonicus põt esse legatus Papæ, vel legatus à Papa, iuxta c. statutũ, de rescr. in 6. Itẽ iudex, & officialis Epi, loci tenẽs legati, vel officialis Epi, qualitas. n. Monachatus non repugnat, nec inhabilẽ reddit monachũ, vt cognoscat de causis, & iudicet, ẽt si in literis nõ fiat mentio de monachatu, ex decis. Rotæ to. 2. q. 124. art. 1. & 2. de quo Gambar. de auctor. legati lib. 8. c. vlt n. 29. & 31. decis. Rotæ 209 in antiquis. Idem tenet Sanch. lib. 6. decalog. cap. 13. nu. 83. vsque ad 87. vbi numer. 93. addit, etiam Mendicantes

tes (exceptis Minoribus) posse esse Vicarios Episcopi, nec id illis prohiberi *in Clem. vlt.* § *ad praeterea* , *de Regular.* sed Mendicantibus translatis ad aliam Religionem.

2. Sicut legatus quodcunque beneficium liberè potest sine consensu sui Abbatis monacho conferre, ita & monacho licet illud acceptare, cum videtur cum ipso dispensare. ibid. art 3. de quo Gambar. *vbi suprà num* 45. Idem ferè videtur sentire Sanchez *libr. 7. decalog. cap. 29. num. 57. in fine* , vbi docet, non esse necessarium talem consensum Abbatis, impetrato beneficio à Papa, quia est supremus Religiosorum prælatus, quæ ratio etiam militat in legato Papę, suo modo.

RESOLVTIO LXXXVIII.

De Legatis in testamento relictis.

1. FRatres Prædicatores, & alij Mendicantes (exceptis Minoribus de Obseruantia) quibus permissum est possidere siue per Regulam, siue per Priuilegium, consequenter capere possunt ex testamento, etiam bona immobilia, & legata illis relicta valent, non vt sibi, sed monasterio acquirant. tomo 2. quæst 125. art. 1. de quo Iul. Clar libr 2. Sententiarum §. Religiosus , idem de omnibus religiosis possidentibus bona in communi resoluit vniuersaliter Sanchez *lib. 7 decalog. cap. 16. à num. 2.* idq; probat ex §. *Legari, Inst. de legatis, & ex l. Regia 1. tit. 9. part. 6.* vbi expressè habetur quòd ijs omnibus potest legari, qui possunt hæredes institui.

2. Non valet legatum relictum Religioso sub conditione, vt nihil acquiratur monasterio, debet tamen explicari, vt valeat, quòd Abbas, seu prælatus patiatur ipsum habere administrationem rei legatæ modo, quo potest, vt scilicet conuertat in pios vsus, vel necessitates proprias, non ad libitum, sed de licentia prælati ibid. artic. 2. de quo Bart. in Auther. excipitur C. de bonis, quæ liberis, Panorm. in cap. Monachi, de statu Monach. nu 8. Idem tenet idē Bartol in l. si alienum 49. num 2 ff. de hæred. instit Abbas cap 2. num. 8 de statu Monach & cons. 44. num. 3 & cons. 63. num. 8. lib. 2 Mantica de coniecturis vltim. volunt, lib. 4. tit. 5. art. 10. nu. 12. Surdus de aliment, tom. 8. priuileg 79. num. 4. Molina tom. 1. de iust. disp. 140. col. 29. § si aliquid testamento , Peregrin cons. 53. num. 21. 22. & 23. tomo 2. quos, & alios plures, cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez d. libr. 7. cap. 17 num. 4. vbi numer. 5. & 6. addit, etiam si testator exprimeret, vt nihil iuris acquiratur Monasterio , vel vt ipsi Monacho , & nullo modo acquiratur Monasterio, adhuc valere legatū, quia ea verba intelligi debent, vt acquiratur quoad vsum Monacho , vt illo fruatur ex prælati permissu, & quoad dominiū Monasterio.

3. Similiter legatum sub conditione relictum, quòd Abbas in eo se intromittere, vel de eo disponere non possit, licèt explicari possit , vt Monacho perpetua rei legatæ administratio ad pios vsus concedatur, non tamen decet Religiosum virum taliter relictum acceptare, nisi conditio omninò tollatur. *ibid. art. 3* de quo Durant. *de arte testandi tit. 6. de legatis, cautela* 63. Idem ferè docet Sanchez *d. num. 5. & 6.*

4. Licitum est Religiosis recipere legata cum licentia expressa, vel tacita prælatorum, non quoad proprietatem, sed quoad vsū, vt conuertantur in suas necessitates absque eo, quòd incorporētur Conuentui. Neque id est prohibitum in Concilio Tridētino, cuius mens ibi solùm est, vt antiqua præcepta Regularibus imposita, de non habendo proprium, nisi nomine Conuentus , & cum licentia prælatorum, seruentur, vt satis ex alio decreto eiusdem Concilij patet, ibid. art. 4 & tom. 3 quæst 19. art. 4. de quo Abb. in capit cùm ad monasterium, de stat Monach Nauarr. in capit. nullam, nu. 32. & 33. Idem ferè traditis mul-

Trid. sess. 25. c. 2. de Reg.
Trid. sup. c. 1.

multis docet Sanchez dict. cap. 17. nu. 11. & sequentibus, vbi resoluit legatum relictum ea cōditione, vt pertineat ad Monachum quoad dominium, & nullo modo ad Monasterium, adhuc valere, & acquiri Monasterio, reiecta ea conditione tanquam turpi, & num. 14. concludit, quòd nō placet ei limitatio Cumani in l. Lucius Titius, 78. § tres hæredes, nu 6 ff. ad Trebell. nempè, nisi relictum sit id legatum, quando Abbas non suppeditaret Monachis necessaria ad victum, quia, inquit, hoc damnum caue tur, relicto suo vsu illi Religioso, cuiuscunque autem legati capax est Monachus quoad vsum, & nullius quoad proprietatem. Et tandem nu. 15. & 16. ait, amitti legatum relictū sub pœna, quòd transeat ad extraneum, si prælatus non consentiat, vt ad Monachum, & nullo modo ad Monasterium pertineat: vndè prælato non consentiente illud pertinet ab substitutum.

5. Quam licentiam ad acceptandū, & expendendum legatum potest concedere prælatus Conuentus, in quo Religiosus habet suum incolatū, si est bonorum capax: secus si est incapax, qualis sunt Conuentus Ordinis Minorum de Obseruantia, tunc enim licētia Prouincialis omninò requiritur. *ibid. art. 5.* Idem supponit Sanchez *d. c. 17. num. 8. & seqq.*

6 Si legatum est vnicum, etiam si legatarius eo fruatur in distinctis annis, totum acquiritur Monasterio capaci bonorum, in quo ipse Religiosus legatarius tempore acceptationis habitat, & nil acquiritur Monasterio, ad quod postea transferri contigerit: dominium enim semel acquisitum nō perditur ex mutatione, seu translatione Religiosi ad alium locum. Secus si legatū annuatim diuiditur quotannis soluendum Religioso ad vitam ipsius, tunc enim cum repututur tot esse legata, quot fuerint anni vitæ, l. si in singulos, ff. de annuis legat. legatum vniuscuiusque anni pertinebit ad Conuentum, vbi de præsenti habitator est Religiosus *ibid. d. art. 5.*

Trid. sess. 25 cap. 2. de regul. 7 Prælatus potest ad libitum, etiam inuito subdito, disponere de tali legato in vtilitatem Conuentus, & solùm tenetur ipsi Religioso in necessarijs subuenire, sicut alijs subditis, iuxta Decretum Tridentinum, nam relicta Monacho possidenti in communi, statim Monasterio acquiritur, contra quod ius testator nihil valuit disponere. Quòd si legatum fuit relictum Fratri Minori de danda certa quantitate pecuniæ, cùm eius ordo incapax sit dominij talis rei, expendi debet iuxta dantis voluntatē in necessitates præsentes, vel imminentes ipsius Religiosi, quibus satisfactis, vel cessantibus, residuum poterit à prælato conuerti in vtilitatem Conuentus. Si verò res legata est talis speciei, quòd illa possit licitè vti Conuentus, cū eius dominium stat, maneat in Sedem Apostolicam, prælatus tanquam administrator rerum pertinentium ad eandem Sedem Apostolicam, poterit de ea disponere, nec Fratri legatario quidquā darè tenebitur, sed tantùm necessaria sicut alijs subditis ei subministrare, vt de legatis relictis indifferenter alijs Religionibus diximus suprà, ibid. art. 6. de quo vide Sanchez lib. 7. Decalogi cap. 18 num. 20. vbi tenet contra nostrū Auctorem, attento iure communi, sed attentis Bullis Pontificijs Martini V. & aliorum Pontificum auocantium dominium rerum donatarum ad Sedem Apostolicam, aliud dicendum esse docet numer. 21. At in hoc sensu procedit sententiā Auctoris, vt apertè constat ex verbis, & modò dicendi ipsius in dicto *art 6.*

8. Legata relicta Religiosis particularibus ad sua studia, & ad alias necessitates titulo pietatis, inter opera pia connumerantur: secus quando amore sanguinis, aut naturali relinquuntur. ibid. artic. 7. de quo Bald. in l. 1. col. 4. versicul. circa, C de SS. Eccles. Panormit. in rub. de testamen. Idem loquens de Fratribus Prædicatoribus tenent Decius, Felin. Rebuffus, Menochius, & alij relati à Sanchez *d. lib. 7. cap. 19. numer. 45.*

9 Idem dicendum est, quando legatum relinquitur Fratri Minori causa studij, quod tanquam ad piam causam, & pro cultu diuino valere, etiā casu, quo ipse Frater illud procurasset, tenent

Ab-

Abbas, & Federicus statim citandi. to. 3. q. 67. art. 8. De quo Abb. consi. 63. volum. 2 Feder. consil. 12. Bal. in l. si quis ad declinandum, § in omnibus, num. 7. C. de episc. & cler. Idem docet Sanch. lib. 7. Decalogi cap. 26. num. 45. & 46. plures alios referens.

propugnatur ac illustratur do ctrin. Auctoris.

10. Sed adhuc superest de hoc materia difficultas, an scilicet huiusmodi legatum annuum, & perpetuum relictũ Fratri Minoritæ pro emendis libris, & pro alijs necessitatibus futuris possit procurari, ipsumque sic in testamẽto relictum acceptari ab ipso Minorita.

Portel in suis dubijs Regularibus verb. testamentum, nu. 8. §. nunc petis, & in Addit. verb. legatum num. 3. constanter tenet contra nostrum Auctorẽ legatum taliter relictum, etiam pro studio nec posse procurari, nec esse validum, nulloque modo posse acceptari. Probat efficaciter ex Clem. V. in c. exiui de Paradiso, §. cumque annui redditus, vbi inter alia declarat Pontifex, quod cum Fratres Minores sint omninò incapaces possidendi immobilia, ex consequenti cẽsentur etiam incapaces habendi annuos redditus, qui inter immobilia reputantur l. iubemus, C. de sacrosã. Eccles. si autem neque Conuentus Fratrum Minorum in communi (ait Portel.) est capax habendi huiusmodi annuos redditus, iuxta declarationem Clementis V. multiò minus particularis Frater Minorita poterit habere annuum legatum perpetuum in vita sua. Hęc ille. His tamen non obstantib. ego cum Auctore, omnino censeo, prędictum legatum Minoritę relictum validũ esse, ab ipsoque per viam eleemosynę puræ peti posse, duobus concurrentibus. Alterum, vt relinquatur causa studij pro emendis libris, & similibus: alterum, quod quando acceptatur, vel petitur, fiat protestatio expressa de eo nõ recipiendo ex alicuius debiti ciuilis obligatione, seu ex vi ipsius legati, sed tantum per modum eleemosynę, vt bene aduertit Corduba super regulam c. 6. q. 12. punct. 4. §. secundum, vbi addit, quòd ita per modum eleemosynę benè licitum est petere, vel recurrere ad talia legata, quamtumcunque perpetua sint sicut, & ad aliam eleemosynam pecuniariam, aut non pecuniariam procurandam possunt Fratres in necessitate recurrere; sicut enim à dãte possunt recipere id, quo indigent, ac liberaliter illis offertur, ita similiter licebit recipere ab herede, vel testamentario, qui nomine testatoris dat etiam gratis, & liberaliter, legatum enim est quædam donatio à defuncto gratis relicta ab herede pręstanda, §. legatum instit. de legatis, & l. Regia 1 titul 9 par. 6. nam qui agit de mandato alterius, ad modum mandantis, seu pręcipien. is agere censentur, sicut is dicitur facere, cuius auctoritate, & nomine res fit l. ita tamen §. gessisse, de administ. tutor. sed testator liberaliter dat, ergo hæres vice testatoris dans, liberaliter etiam dare censendus est. Confirmatur, quia sicut pauper licet gratuitam eleemosynam, seu donationem ab aliquo recipere, ita religiosus, vt pauper poterit hãc liberalem eleemosynã à testatore per manus heredis, vel testamentarij admittere, quando necessitas aderit, ad quam nullam actionem ciuilem habere, cetti iuris est (sicut etiam non habent pauperes istius ciuitatis, vel parochię, verbigratia quibus ad singulos annos iubet quidam in suo testamento dare decem pro singulis induendis (sed tantum ad heredem potest recurrere per modum simplicis petitionis, seu repręsentationis suę necessitatis, rogando, vt iuxta voluntatem mandantis illi succurratur, cum protestatione expressa quando recipit, quod purè eleemosynaliter recipit absque alicuius debiti ciuilis obligatione, vt etiam tenet Angel. tit. legatum, 1. §. 5. relatus à Corduba vbi suprà p. 194. Idem tenet Sanchez lib. 7. decalogi cap. 26 num. 40. vbi resoluit, supponendo priùs tale legatum relictum ad vitam alicuius Fratris Minoris esse validum, non posse dici legatum annuum perpetuum, quia & si sit perpetuum respectu illius Monachi, cui relinquitur, non est perpetuum simpliciter: perpetuitas enim simpliciter debet attendi respectu religionis, cui immediatè id legatum acquiritur, &

nu 52.

num. 52. & 53. idem expressius videtur sentire, dum ait, licere Minoribus accipere ab hærede eleemosynam legatam, nõ tanquam ab eo debitam, sed sponte datam, & idem dicit de eleemosynis annuis, quas Principes liberaliter largire iubent dictis fratribus per exactores gabellarum.

Neque obstat, quòd nos non sumus capaces obligationis ciuilis, quomodo ergo hæres, aut executor tenetur solu re, aut potest ciuiliter cogi per iudicẽ ex officio, aut per Syndicum nomine Papæ ad tale legatum nobis soluendũ? Nam respondetur cum Corduba vbi suprà §. quod si, quòd licet nobis nõ obligetur ciuiliter, potest tamen obligari alijs, scilicet Papæ, aut Ecclesiæ Romanæ, ad cuius dispositionem pertinent talia legata nobis facta, & nomine eius syndicus ea repetit, quamuis ad vtilitatem nostram. Item ex obligatione naturali, qua nobis obligatur, potest oriri actio alicui contra talem, vt obligetur ciuiliter, non nobis, sed alijs ad vtilitatem nostram, vt habetur serena consc. q. penult. alphabetica. Hęc Corduba.

Hæc igitur sententia sic explicata satis contona videtur traditis ab Auctore dicto art. 8. q. 67. tom. 3. & dict. art. 7. q. 115. to. 2. vbi expressè tenet, quòd relictum fratri particulari pro studio, & alijs necessitatibus censetur relictum ad piam causam, & inter pia opera cõnumerari, ergo licitè & validè potest hoc modo relinqui, & recipi à Fratre Minorita per viam eleemosynæ, modo superius explicato. Vlterius probo ex alia doctrina Auctoris ar. 5. dict. q. 125. quo loci postquam videtur supponere, legatum annuum perpetuum relictum Fratri Minori esse validum, resoluit, quòd si relinquitur soluenda certa quãtitas ad vitam ipsius religiosi, cùm reputentur tot esse legata, quot fuerint anni vitæ ipsiusmet religiosi, l. cùm in singulos, ff. de annuis legat. non solùm requiri licentiam Prouincialis actualis ad illa expendenda, sed etiam cõfirmari à successoribus, quia cùm pro vnoquoque anno sit vnum legatum (vt in simili tradit Sanchez libr. 7. decalogi cap. 15 nu. 28. agens de maioratu, qui, inquit, non consideratur, vt legatum annuum, quod acquiritur non irreuocabiliter, vt vnicum ius, sed sunt plura legata pro singulis annis diuisa, & ad qdlibet recuperãdum noua actio quolibet anno nascitur) requiritur, inquam, specialis licentia ad illud expendendum pro vnoquoque anno. Ex quo sic deduco argumentum. Si legatum certæ quãtitatis pro vna vice relictum Fratri Minori pro emendis libris est validum, licitèque illud petere potest, vt fatetur idem Portel. vbi suprà num. 8. §. suprà, verbo, ergo idem dicendum videtur de hoc annuo legato perpetuo: probatur, quia cùm ex dictis reputentur tot esse legata, quot sunt anni vitæ ipsius legatarij, sicut semel potest percipere legatum vnicum, & simplex, illudque petere pro præsente necessitate librorum, ita in vnoquoque anno, eadem existente necessitate, petere poterit quod pro ipso anno relictũ fuit, cùm in vnoquoque anno censeatur vnum legatum. Et confirmatur, quia si relictum ab isto testatore pro hoc anno potest licitè recipere Minorita, necessitate instante, & relictum ab alio testatore pro sequẽti anno potest etiam licitè percipere eadem vrgente necessitate, & sic de cæteris relictis à diuersis testatoribus pro reliquis alijs annis vitæ ipsius religiosi, cur non idem iudicium erit de legatis pluribus, & diuersis relictis ab vno, eodemque testatore ad singulos annos vitæ eiusdem legatarij, si eadem vrgeat necessitas? Militat enim eadem ratio, & sic debet eadem iuris dispositio procedere l. illud, ff. ad l. Aquil.

Ex dictis probat Auctor to. 2. q. 126. art. 4. §. sed pro contraria parte, tale legatum validum esse, nam secũdùm ius ciuile in d. l. cùm in singulos (inquit Auctor) hoc legatum annuum nihil aliud est, quam multa legata, & multiplicata, & sic debet considerari capacitas legatarij pro singulis annis. Vnde sequitur, quòd sicut pôt testator quoddam particulare legatum pro vno anno relinquere Fratribus Minoribus, ita poterit disponere, vt in altero, & altero anno, & sic de singulis annuatim soluatur. Et certè videtur durum, quòd illud

quod

quod testator potest facere, & quotidie facit in vita dando quotannis certã eleemosynam Fratribus Minoribus, nõ prohibetur facere, vt post mortem suam id ipsum praedictis Fratribus largiatur. Hęc Auctor. Et quod possit tale legatũ particularibus Fratribus ad vitam relinqui, videtur innuere ipse Auctor d. art. 4. §. tertium, & probat ex verbis Petri de Palude Ordinis Prædicatorum, quæ ibi refert. De quo vide D. Bonauent. tr. in Apologia, quæst. 9. tom. 2. opusculorum pag. 341. Oliand. super regulam proposit. 19. P. Miranda super regulam cap 86. quos refert P. Villalobos 2. par. summæ tr. ct. 35. difficult. 39. num. 3. & difficult. 30. num. 1 & 2. licèt in hoc vltimo loco agat de religiosis in communi, sed dict. num 3. agens de legatis relictis Fratrib particularibus, id innuere videtur, dum dicit, ea acceptanda esse cum præfata protestatione, & non aliter. Id tamen expressè tenet Sanch. dict cap 26. num 45 & 46. dicens legatum relictum ad libros, & ad alia studio litterarum necessaria pro dictis Fratribus esse validum, quia non repugnat mendicitati, & idem iam dixerat num 10 vbi docet, quòd sicut tota communitas Fratrum Minorum capax est legati, sic quilibet Frater Minor est similiter capax, & in solis illis casibus, quibus illa est incapax, erit quoque hic.

Tandem, quod talis Frater Minor ita possit inducere consanguineũ, aut amicum, vt sibi tale legatũ annuum relinquat ad vitam, patet ex traditis ab ipso Auctore d. art. 8 q. 67. & 3 & d. art. 4 §. ex quib. vbi resoluit, esse licitũ Fratrib. Minorib. inducere fideles, vt anniuersaria, seu Capellanias in suis monasterijs constituant, quia, inquit, suadent quoddam bonum, seu pium opus, cuius ipsi sunt capaces per viã eleemosynæ. Nec obstat, quòd talis eleemosyna sit certa moraliter, nam ciuiliter incerta est, cũ nõ habeant Fratres actionẽ ciuilẽ ad illã petendam: eleemosynã aũt certã moraliter, seu quæ solũ probabiliter creditur, non repugnat statui altissimæ paupertatis, quã profitentur ipsi Fratres Minores, nisi illa sit excessiua, vt probat Cord. ex Sylu. in d. c. 6. q. 10. ad finẽ. p. 88. sed eadẽ ratio pij operis militat in nostro casu, vt probat Auct. d. art 8. vbi postquã resoluit, legatũ relictũ Minoritæ ca studij validũ esse, addit, id habere locũ, etiã si ipsi religiosi procurassent, ergo, &c. Idem innuere videtur locis supracitatis, maxime per totam q. 126. vbi specialiter agit de legatis relictis Fratrib. Minorib & tandem nouissimè id ipsum expressis verbis nobis scriptum reliquit in addit. sum to. 3 c. 174. nu. 2. vbi cum Abbate sentit, quòd licèt in dicta regula Fratrum Minorum generaliter prohibita esset omnis procuratio tẽporalium, adhuc non prohibentur procurare legatum ad studium, & ad alia necessaria, sed solum prohibetur solicitudo in persuadendo nouicios ad relinquendum bona sua Fratribus. Ita ex doctrina Auctoris, & ex Cord. cit. loco satis colligitur, quantum cumque bene contradicat, quantum ad procurationem, seu inductionem relinquendi talia annua legata, Sanchez d. c 26. num. 55.

Neque obstat fundamentum in oppositum, quòd si tale legatum annuum perpetuũ censetur annuus redditus, ac ideo prohibitus Minorib. Nã respondetur, quòd annui reddittus dictis Fratrib. prohibiti in d. c exiui, solũ dicuntur illi, qui percipiuntur ex fructibus agrorũ, ex censibus, ac iurib pecuniarijs, seu redditibus, quæ inter bona immobilia numerãtur, non verò quod relinquitur, aut debetur tanquã debitum naturale seu stipendiũ pro missis annalib & alijs officijs, & pijs operib. quæ per actionẽ ciuilem nõ petuntur, sed tantùm per modũ puræ eleemosynæ, implorãdo officium judicis. Ita tradit Auctor citans plures cit. loc addit. sum nu. 1. Hæc dicta sufficiant pro corroboranda nostra sntia, & aperienda mente Auctoris circa illam, quæ licèt probabilis, & tuta in conscientia, ac in praxi sequenda videatur; non tamen decet, nec conuenit, quòd prælati eam permittant practicari, nisi rarò, & cum magna cautela, & à paucis, ne inde scãdalum secularib. præbeatur, & aditus, seu porta aperiatur relaxationi.

11. Non licet testamentarijs vltra legatum alicui relictũ applicare aliquid amplius ipsi legatario de bonis testatoris

tis expendendis in opera pia, ex quadã lege regia apud Hispanos, quæ obligat in vtroque foro, ex sententia peritorũ, ibid.d.q. 125.art.8.de quo Henriq.li 7. de indulg.cap.23.in fine.

In Bull. orac.1. Sixti IV. & Cõp. Min. v. legatum Bull. ora. 68.Leon.

12. Prælatis Ordinis Minorum cõcessit Sixtus IV. vt possint cõmutare legata facta ad vnum vsum in alium, secluso scandalo. Similiter pro reb.donatis per viuos concessit Leo X.apud Bullarium inter viuæ vocis oracula. Item põt alienare,& permutare bona mobilia,& immobilia,non obstantibus vltimis voluntatib.legantium,seu testatorum,dũmodo id in euidentem vtilitatem conuentus cedere dignoscatur,& de consẽsu duarum partium Fratrum eiusdẽ cõuentus fiat,ex eodem Leone X.ib.ar.9. Ad quod vide tradita à Spino in specu lo de test.1.p.rubr.n 24.& Aloys.Ricc. in collect.deci.p.3 collect 558.per totũ & collect.1270.decis.3. Idẽ docet Portel.verb.legatum,num.1.& in addit.ad dubia,num.1. & non dissentit Sanchez d c.26.nu.43.ad finem.

13. Dicta concessio Leonis X. quòd res donata per viuos ad vnum vsum possit per prælatos conuerti in aliũ vsum, debet intelligi de rebus donatis locis, & Monasterijs ordinis iuxta indult. Sixti IV. quod ampliauit idem Leo X nõ vero de rebus donatis fratribus particularibus ad eorum necessitates subleuãdas. Commutatio tamen legatorum in testamento debet fieri de consensu hæredis grauati & ex causa legitima, verba.r. Leon.X. Si tamen non sequatur scãdalum; quæ notare videntur. Idemq; dicẽdum est de legato relicto pro monasterio construendo, quod mutari nõ licet, inuito hærede, præcipuè si ius patronatus ad ipsum pertinet, nisi ipse hæres negligens sit,& monasterium de facto nõ potest construi ex defectu pecuniæ non sufficientis, & inaptitudine loci ad cõmode ædificandum, tunc enim auctoritate Episcopi potest fieri commutatio, non obstante clausula testamenti, Quod in alium vsum nõ possit conuerti, quia id fit ex iusta,& necessaria causa, iuxta resolutiones Concilij Trid.to.1.q.27.ar.5. de quo Sylu.verb.legatũ 4.q.12. Beja re

spons.casus 4 p.casu 22.relati à Barbosa in remiss.ad dictum c.6.Trid.§.quod Episcopus,vbi resoluit,quòd Episcopus ob causam,quæ suo iudicio videatur iuste,potest legatum quodcunque pium ad certum vsum relictum, in alium piũ vsum commutare, quamuis tale legatũ de iure,& facto valeat adimpleri.

Trid. sess. 22.c.6.de reform.

14. Possunt testamentarij de licentia Episcopi iusta id postulante causa commutare vnum legatum in aliud. At alterare, seu commutare vltimam testatoris voluntatem solus Papa potest, iusta vrgente causa. Clem. quia contingit, de religiosis domib. Idque prius quàm fiat, debet summariè,& extraiudicialiter ab Episcopo cognosci de veritate supplicę ex decr Trid. quod ita explicari,& intelligi debere asserunt quidam, ibid.d.art. 9.de quo Spino in specul. test. 1. p.rubr. nu.24.Sylu. & Beja vbi supra, Alexan. Raudens. Pisan decis 44.Capella Tolos. decis.6 Guido Papa decis.556.

Trid. d.c. 6.de refo.

15. Legatum pro ædificatione monasterij relictum apud certum locũ, si illic construi non potest, arbitrio Episcopi,& executorum testamenti alibi construendum est, arg.l.legatum,ff. de vsufructu leg.& Auth.de Eccles. tit.§.si quis in nomine magni Dei, collat.9 Imò & Prouincialis, in cuius prouincia ædificãdum est, id potest efficere ad modũ supra explicatum, per priuilegia Apostolica,ib.art.10.de quo Cou.in c.3.de testes nu.8.& DD.in c.hos quidem, de testa.

16. Fundo legato, vt ex illius fructib. festũ Conceptionis, v.g. singulis annis celebretur, si simpliciter,& illimitatè relinquatur Monasterio capaci bonorum, proprietas fundi pleno iure pertinet ad ipsum Monasteriũ, ad quod videtur textus ferè expressus in l.alimẽtis, ff.de alimen.legat. Si verò relinquatur Monasterio Ordinis Minorum, cùm sit incapax bonorum in communi, id quod pro celebranda tali festiuitate necessariũ fuerit tantùm debetur, residuo cum proprietate fundi apud hæredem manente, ibid. art.11.de quo Salazar.de vsu,& consuetud.c.1.nu.27. Bal.& Oym. in l.si prædiũ C.de iure dot. Ioan. Lupus de donatione. inter virum,& vxorem,§.7.

17. Legata

17. Legata pecuniaria Fratrib. Minoribus Obseruantiæ relicta valere, nõ obstante prohibitione suæ Regulæ de non recipiendo denarios, vel pecuniam declarauit Nicolaus III. cap. exiji, §. 7. de verbor. signific. lib. 6. dummodo per amicos spirituales in Fratrum necessitates conuertantur, & sint moderatę quãtitatis, nec in f audem paupertatis, ex Clemente V. in dicto cap. exiui, de paradiso, cuius quantitatis moderatio secundum præsentem, vel iminentem necessitatem metienda est iudicio Ministrorum, & Custodum, non verò Guardianorum. Residuum tamen pecuniæ legatæ ad certam causam, puta pro induẽdis Fratribus, vel finita causa, ob quam legata est, in aliam similem necessitatẽ, vel causam commutari, & expendi potest auctoritate Prouincialis per priuilegia Sixti IV. & Leonis X supra relata tomo 2. quæst. 126 art. 1. de quo Bart. in tract. Minorit. lib. 2. distin. 1. cap. 2. & 3. Anchar. in dicta Clemen. exiui, Serena Conscientia, quæst. 18. Idem docet Sorbus in Compen. Mend. verb. legata, in annotat. §. sed si quæras, Bart, dict. dist. 1. cap. 1. num. 4 5 & 6. quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanch. dicto cap. 26 num. 13. vbi notat, quòd in casu excessiuæ, & magnæ legatæ quantitatis non irritat Pontifex valorem talis legati, nec liberat hæredes à solutione illius, sed limitat receptionem à Fratribus faciendam, nempè, vt illam partem tantũ admittant, quanta sit sufficiens ad necessitates ipsorum præsentes, vel imminentes subleuandas, residuum verò non poterunt recipere, donec alia necessitas superuenerit. Idem etiam tradit P. Villalobos 2. p. Sum. tract. 35. diff. 33. num 3. & 4.

18. Quòd si res legata sit mobilis, & in propria specie ab ipsis Fratribus vtibilis, vt frumentum, oleum, lana, & alia huiusmodi, licitè à Fratribus potest acceptari, si ea indigeant. Si verò sit res immobilis, vt domus, ager, aut vinea, relictaque sit modo congruo, vt scilicet per hæredem, vel aliam personam idoneam venundetur, & pretium in Fratrum necessitates conuertatur, licitè etiam potest acceptari. Imò et si talis indifferenter relinquatur sine vlla expressione causæ, seu congrui modi, licito, & congruo modo legata intelligi debet, scilicet vt pretium in necessitates Fratrum conuertatur, ex Nicolao III. in dicto cap. exijt, §. ad hæc. Secus si modũ nõ congruum, & Fratribus prohibitum exprimat testator, vt si dicat: Fratres habeant vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandũ, & similia verba, tunc enim Fratribus non licet tale legatum acceptare, ex eodem Nicolao III. ibidem de quo Bart. dict. lib. 2. dist. 2. cap. 1 num 9. Idem tenent Anch in d. cap. exiui, num. 17. Sorbus vbi suprà, §. idem dicendum est, quos cum Auctore refert, & sequitur Sanchez d cap. 26. à num. 15. vsque ad 18. vbi resoluit, legatum modo non permisso relictum esse caducum, nec hæredes teneri æstimationem illius dare Fratribus, nec eam posse recipi à Fratribus.

19. Licèt annui reditus Fratrib. Minoribus omninò sint prohibiti, nullumque ius, aut ciuilem actionem habeant ad petendum aliquid annuum quacunque causa relictum, cùm sint incapaces cuiuscunque iuris, aut proprietatis, ex dicto ca. exiui, adhuc tamen legata annalia relicta in stipendium missarum, & officiorum Diuinorum apud monasteria eorundem Fratrum celebrandorum valida sunt, & ad illa soluenda tenentur in conscientia hæres, & testamẽtorum executores. Quãuis enim dicti Fratres sint incapaces ad petendum in iudicio per ciuilem actionem, non sunt tamen incapaces ad recipiẽdum annuatim qđ sibimetipsis debetur in foro cõscientiæ, & quod iudex ex officio eisdem solui facere tenetur. Idem iudicium est de legato annuo relicto pro necessitatib. infirmorum, Fratrum, ibidem art. 2. 3 & 4. & nos diximus suprà num. 10. de quo Syluest. verb. legatum 2. q 3. Corduba super Regul. cap. 6. quæst. 11 & 13. Idem tenent Angel. verb. legatum 1. numer. 5. Anton. Cucus lib 3. instit maior. tit. 1. n. 36. 37. & 38. Tabien. verb. legatum 1. q. 4. num. 5. Bonauent. in apolog quæst 9. tomo 2. opuscul, quem sequitur Petr. Vil

Villalobos dist. diff 53 nu. 3. 5. 6. & 7. quidquid dicant Azor infra citandus qu. 16. & Sanchez *dict. cap. 26. nu. 44.* loquens de anniuersarijs perpetuis fundatis in nostris Ecclesijs.

Defenditur Auctoris sententia. Quòd autem legatum annuum pro infirmis Fratribus tanquam annualis eleemosyna possit relinqui, & peti à Syndico, & ad id soluendum cogi possit hæredes, vel testamentariorum executores ex officio iudicis, probabile iudicat P. Villalobos dicta diff. 33. nu. 7. (ad quod, ait, potest deseruire hæc nostri Auctoris probabilis opinio, quam hoc modo limitat, & tutò in praxi sequi posse affirmat: quidquid in oppositum contendat Sanchez dict. cap. 16 numer 47. Non enim tollitur mendicitas (vt illi videtur) in necessarijs infirmorum alimētis, & medicinis procurandis, quippe quæ semper per viam eleemosynæ petuntur, seu mendicantur, per quam viam legata, seu relicta fuerunt. Quod confirmo ex traditis ab ipso Sanchez ibidem nu 57. vbi resoluit, quòd Pontifex non interdicit nobis Minoribus annuam eleemosynam voto promissam recipere, etiam si vouens ille grauet suum hæredem ad illam quotannis dandam: quia recipere, inquit, hanc eleemosynam sine aliqua actione, aut iure non repugnat Fratrum Mendicitati Ergo pari ratione in nostro casu nō videtur repugnare mendicitati tale legatū per viam eleemosynæ pro infirmis recipere: quia recipitur purè eleemosynaliter absque aliqua actione ciuili, vel iure. Accedit, quòd ipse Sanchez ibid. nu 53 concedit licere dictis Fratribus Minoribus recipere eleemosynas annuas relictas à Principibus, vt quotannis soluantur per gabellarum exactores, vel per alios famulos, eo quòd, inquit, ea elargitio sit omninò liberalis ex parte Principis id iubentis ab ipsoque ad nutum reuocabilis, quamuis famulus ex eiusdem præcepto teneatur dare. Ergò pariformiter in nostro casu, talis eleemosyna cū sit liberalis ex parte dantis, potest ad nutum ab illo adhuc superstite reuocari, quamuis grauatus postea ex ipsius dantis, seu legantis mandato eam soluere teneatur.

Comp. Roderici.

Syndicus Fratrum potest petere dicta stipendia missarum, seu legata in iudicio nomine Sedis Apostolicæ, ad cuius Ius pertinent, ex concessione Martini IV. & Sixti IV. & Gregorij XIII. apud Bullarium. *Ibid. art. 4. §. ad primum.* Bullar. bull. 1. Martin. 4. & bull. 2. Sixti 4.

10. Similer valet legatum annuum relictum pro fabrica Ecclesiæ dictorū Fratrum, vino, cera, oleo, & vestimentis ad celebrationem missarum: quia hoc non relinquitur Fratribus, nec eorum cuipiam ad victum, vel vestitum, nec per ipsum tollitur mendicitas commendata in Regula, ibidem artic. 5. de quo Nauarr. libr. 3. consil. 13. Syluester. verb legatum 2. quæst. 4. Idem tradunt Corduba in Regul. capit. 6 qu. 11. puncto 3. Sorbus vbi suprà, quos sequitur Sanchez dict. cap. 26. nu. 41. Item P. Villalobos vbi suprà num. 6. asserit tamen, id non esse in vsu, licèt probabiliter teneatur à viris doctis Bartolo, Corduba, Portel, & alijs, quos ibi citat, quidquid dicat Azor *to. 1. inst moral. libr. 12. c. 23. quæst. 15.*

Bullar. bull. 3. Clem. 7.

11. Licèt iure communi attento nō possint prælati facere aliquam compositionem super prędictis legatis, ex priuilegio tamen Clementis VII. Prouinciales, vel etiam Guardiani cum consilio discretorum Conuentus, & auctoritate Syndici Apostolici possunt cum hæredibus, & testamentarijs huiusmodi compositionem, pactum, seu conuentionem facere. *Ibidem articul. 6.*

Illustratur doctrina Auctoris, & defenditur. Pro quo aduerte, quòd Portel in addit. ad dubia Regul verb. legatum numer 2. §. ego verò, tenet nos Minores non posse vti præfata concessione Clementis VII. quoad legatorum perpetuorum, seu annuorum reditum sub titulo perpetuæ hæreditatis ipsis relictorum compositionem cum hæredibus, vel executoribus testamentorum, id enim, inquit, repugnat puritati nostræ Regulæ, & est apertais, iuxta declarationes Nicolai III. & Clementis V. in quibus habetur, quòd Fratres Minores sunt incapaces talis hæreditatis: in Capitulo autem Generali Toletano anno Domini 1606. Patres Ordinis renunciarunt omnibus concessionibus Apostolicis repugnātibus puritati Regulæ,

ac perconsequens non possumus vti tali concessione Clementis VII.

His tamen non obstantibus mihi quidem videtur (saluo meliori iudicio) hodie posse nos vti huiusmodi concessione, in illa namque Pontifex attendendo ad mentem testatorum, quæ fuit, penuriam, & necessitates Fratrum releuare, & suorum suffragiorum participes fieri, prouidere voluit de modo congruo, per quem ipsi Fratres fierent capaces vtilitatis talium legatorum, & exonerarentur conscientiæ hæredum, scilicet, quòd mediante Syndico Apostolico fiat pactum de certa summa, seu quantitate soluenda semel tantùm ad ipsorum Fratrum necessitates releuandas, quæ certa summa, seu quantitas iã induit naturam, & rationem legati non perpetui, cuius perceptio non repugnat statui altissimæ paupertatis, dummodò recipiatur humiliter per viam eleemosynæ, vt superiùs iam diximus, ac proinde dicta concessio Clementis VII. nõ repugnat puritati nostræ Regulæ, nec declarationibus Clementis V. & Nicolai III. in quibus annui redditus, seu legata perpetua tantùm prohibentur Fratribus, non verò legatum certæ summæ semel soluendum ad necessitates ipsorum Fratrum subleuandas per modum simplicis eleemosynæ. Auctori adhærere videtur, & nobis Sanchez *lib. 7 decalog. cap. 26 num. 56.*

22. Legatũ factum filiæ à patre sub conditione, si nupserit, debetur integrum Virgini ingredienti Religionem, etiam si excedat dotem solitam dari pro ingredientibus monasterium: vel etiam hæreditatem illi adiudicandam, si nuberet viro nobili, vt in Authent. de Episcopis, & clericis, § sed hoc præsenti, collat. 9. exprimi videtur, & argumẽto l. Titiæ, ff. de condit. & demonstrat. satis probatur: matrimonium enim spirituale Religionis præferendum est carnalibus nuptijs, magisque fauendum, *tom. 2 quæst. 127. artic. 1.* de quo Panormit. *in capit. in præsentia, de probat.* Syluest. *verb. legatum 1 num 13 & in respons. ad 44 casu vltimo, Bart. l. Titio §. vltim. ff. de condit. & demonstrat.* Idem docet Portel. *verb. legatum num. 10.*

23. Legatum factum fœminæ, sub conditione ingressus in monasterium, debetur ingredienti cum animo profitendi, licèt postea ob aliquam iustam causam superuenientem ab incepto desistat, & exeat; secus si ingreditur animo dumtaxat consequendi legatum per ingressum, *ib. d. art. 2.* de quo D. Thom. 2. 2. *quæst. 189. art. 4. Brunel. de sponsal. & matrim. concl. 31 dub 4. iuxta finem*, Fulgos. & Alexand. *l. in l. si quis hæredem ff. de vulgari.*

24. Legatum relictum pauperibus, distribuendum est cæteris paribus, Religiosis Mendicãtibus tanquam dignioribus, & maiori virtute præditis, præferendo paupertatem, & Religionem simplicibus alijs pauperibus, maximè si aliqua notabilis quantitas, vel summa relicta est: nam si cibaria, & alia necessaria pro corporis nutrimento distribui iubentur, aut inter omnes est distribuẽdum arbitrio Episcopi, aut si id fieri nõ potest, pauperiores eligi, & præferri debet alijs dignioribus, ac maioris meriti, ibid. art. 3. de quo D. Thom. 2. 2. qu. 32 art. 3. ante finẽ, Benincasius de paupert. & eius priuileg. quæst. 8. priuileg. 3. num 48. Idem videtur innuere Sanchez lib. 6 decalogi cap. 11. nu. 59. vbi tradit monachum executorem testamẽti posse suo monasterio pauperi aliquid elargiri ex pecunijs, quas testator, iussit inter pauperes distribui, imò & sibi tanquam pauperi etiam licere aliquid retinere, seu applicare, pro quo citat Parisium *consil. 26. num. 24. volum. 4.*

25. Legatum in singulos annos relictum pro alimentis alicuius, ingresso illo in monasterium Minorum de Obseruantia, non potest ante professionẽ de tali legato disponere, nisi de quantitate debita pro illo tantùm anno, in quo professionem emittit, quia tale legatum nõ est vnum purum, & simplex, sed plura legata, legatũ pro primo anno est vnum purum, & pro reliquis annis vitæ legatarij sunt plura legata conditionalia, sub conditione, scilicet, si viuat, l. si singulos, & l. in singulos, ff. de annuis legat. quorum dies non cedit ante dictam professionem, nec super illis habet ius quæsitum, vt de eis dispon re

pos-

possit. Secus si legatarius ingressus est religionem capacem bonorum in communi, tunc enim dies legatorum cedit in posterum post eius professionem, respectu monasterij, quod est capax. Vel etiam si in plures pensiones legatum diuisum est à testatore exonerandi hæredis gratia, quia cùm eo casu sit vnum tantùm legatum, eius dies statim cedit l. si cum præfinitione, ff. quando dies legati cedit. Auctor tom 3. quæst. 16 art. 5. de quo Marian. 1. p. consil. 10. num. 6. vers. verum, Nauar. in commen de Regularib numer 38 Idem in nostris terminis post Auctorem resoluit Sanchez lib. 7. decalogi cap 13 nu. 54. vbi nu. 53. præcedenti tenet, vsumfructum in hoc casu extingui professione, contra nostrũ Auctorem oppositum dicentem *dict. art 5. paulo post initium*, sed de hoc alibi dicemus.

De hac materia vide aliqua *tom. 2 q. 78 art. 1.* & nos diximus suprà *de hæreditatibus à numer 9 & infrà de testament.* etiam dicemus *num. 12.*

RESOLVTIO LXXXIX.

De legitima debita filijs Regularibus.

1. FRatribus Minoribus conuentualibus debetur legitima parentum, ac si in seculo existerent, cùm possint succedere ex testamento in bona temporalia, in quæ de iure succederent, si in mundo manerent, ex concessione Sixti IV. Leonis X. & Pauli III. quod fallit in Fratre de Obseruantia translato ad conuentuales, qui nullo modo potest succedere, ex declaratione eiusdem
Bullar. Sixti IV. & Alexandri VI. apud Bulla-
Iull. 2 & rium, tom 2 q. 118 art 1. & quæst. 78 ar.
12. Sixti 1. de quo Guillelm Rodoan de spolijs
IV. & Bul Ecclesiæ, q. 8 n. 36. & nos diximus sup.
la 8. de hæreditatibus n 10 Idem docet San
Alex. 6. chez li. 7. decalogi capite 15. n. 20 post
Cordubam, & nostrũm Auctorem.

2. Sicut pater ingrediens religionẽ non præiudicat per professionem filijs suis legitimis quantum ad suam partem legitimam, authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccl. ita è conuerso filius, aut filia profitendo religionem nullo modo præiudicant parẽtibus in suis legitimis, respectu illorum bonorũ, quæ tempore professionis iam quæsita habebant. Vnde decedente filio monacho, eius parentes monasterio præferũtur in dictis bonis. ibid. art. 2. de quo Gregor. Lopez in l. 17. tit. 1. p 6. verb. descẽdẽtes, Molina de primogenijs Hispan. lib. 2. c. 6. n 61 & 62. Valasco to 1. consil. 27. Ad quod tradit multa notatu digna Sãch. l 7 decal c. 10 à n. 1. & nos diximus latè suprà *resolut. 72. nu. 26. §. an autem.*

RESOLVTIO CX.

De Legibus, & Statutis.

1. LEx est ordinatio rationis in bonũ commune ab eo, qui curã gerit Isidor. li.
communitatis promulgata, ex Isidoro 1. Etym.
lib. 1. Etymolog capit. 20. & habetur c. cap. 20.
erit autem lex, dist. 4 dum censet, legẽ nihil aliud esse, quàm dictamen rationis in ordine ad tria, scilicet ad religionem, ad disciplinam, & ad salutem: intelligendo per religionem, cultum diuinum, per disciplinam, pacem, ac Reipublicæ concordiam, & per salutem, animæ salutẽ. Dicitur, ordinatio, quia ordinat, seu dirigit subditorum actiones in bonum Reipublicæ, seu communitatis, quod est proximus legis finis. Dicitur, ab eo qui curam gerit communitatis promulgata; quia ad Principem pertinet cõdere leges, ac ordinare subditos ad Rempublicam, cuius ipse est pars, easdemque promulgare, vt venientes in omnium notitiam obligent. tom. 1. quæst. 66. art. 1. de quo Soto libr. 7 de

iust.q.1.art.2.col 3. post D.Th.1.2.qu. 90. art.1.& 4. Ad quod vide Castro de lege pœnal.c.2.Alex. Alens.3.p.q.16. memb.4. & latè tradit Suarez de legibus lib.1.c.6.vsque ad c.11.agens de cõditionibus legis, *et cap.*12. vbi approbat nostrã definitionem legis, *n.3 & seqq.*

2. Leges inclusæ in corpore iuris (quas vocant Imperiales) deficiente canone obtinent in foro Ecclesiæ, & ad clericos,ac regulares extenduntur, sũt enim approbatæ per Pontifices in adiutorium canonum,c si in adiutorium, c. certum,cap.de capitulis,dist.10 c.1.de noui operis nunciat. Quod procedit nõ solum in legibus fauorabilibus, sed etiam in odiosis,quas non reijciunt canones,quin potiùs eas admittunt,ad ostensionem iustitiæ in ordine ab bonum commune, c. cùm ad sedem,c. in litteris,cap grauis,de rest.spol. quæ iustitia nõ minus reperitur in legibus odiosis, quàm in fauorabilibus, c. facta 4 dist. l. 1.ff.de legib. At leges extra corpus iuris vagantes,siue communes, siue locales sint(quas vocant inferiorum) minimè obtinent in foro Ecclesiæ , nisi specialiter à Papa sint approbatæ , vel induxant aliquod priuilegium in fauorem ciuium , vel consuetudine mixta clericorum.monachorum,ac laicorum receptæ sint. ibid.art.2.de quo Abb. in cap. 1.nu.8.de noui oper nuncia & in c.Ecclesia,n.17 & 37.Tiraq. de primog.qu. 44.n.3.Couar.2 p.de sponsal. c.6 §. 10. nu.18. Idem tradunt ,& approbant post Panorm. & Deciũ in dicto c. Ecclesia sanctæ Mariæ,Marcus Mantu in.ibid.n. 23.Petrus Gregor n.16.Fortun. Garcia de vltim.fine,illat.10. principali n 55. & illat.14.n 223. Maranta disp 7.n.17. & 47.Rebuff. ad constit. gallican. to.1. in proœm.gloss.1.n.62 Valasc. de iure emphyt.1.p.qu 20 nu 6.§ item quæro, quos refert, & sequitur Suar *lib.3 de legibus cap 34. à num.14* vbi latè traditis multis rem tractat.

3. Exemptio clericorum , & monachorum à legibus ciuilibus non ita indistinctè illis competit , quin vt ciues potestati seculari non subsint aliquando,ac proinde vt tales nõ præesse , sed subesse debent in his,in quibus non derogant Ecclesiasticæ libertati, ac sacris canonibus . Ex quo fit,quod omnis lex ciuilis concernens bonum commune, aut cauens damnum Reipublicæ ligat Ecclesiasticos , non quidem ex vi legis ciuilis,sed ex directione, seu vi directiua iuris naturalis, quod omnes ciues æqualiter respicit,à quo non dissentiũt sacri canones , imò id maximè confirmant,vt innuitur cap.solicitæ,de maioritat.& obedient.c.inferior, cum alijs pluribus 21 dist.c.1.de noui oper nunciat.cap.innotuit,de arbitris,c.cùm ad verum dist.96 c 1.cap.si in adiutorium distin.10.Auct. ibid.§. tertia regula,& tom.1.qu.6.art.14. de quo D. Thom. 1. 2 q.104.art.1.Soto in 4. dist.25. quæst. 2.art.4. Victoria de potestate Ecclesiæ qu.97. Idem ferè docent Medina 1 2. qu.96 art.1 vbi Vazquez disp.167.c.4. Soto lib.1.de iust.quæst 6.art 7.Castro lib.1.de lege pœnal.c. vlt.Syluest. verb. lex qu.15.Sayro in claui regia 1.p libr. 3 ca 4.nu.16. Canonistæ cum Panorm. *in dict.c.Ecclesia n.13.Decius n.27. Fel.n. à n 37 & 81 in 85.Salzedo in pract. rim. c.55.Couar.pract.c 31 Legistæ in l.cunctos populos,vbi Bart à n 28. :.de summa Trinitate*,quos & alios plures refert & sequitur Suar *dict c.34 à num.6.vbi num. 15.* id limitat , quoad vim directiuam, non quoad vim coactiuam.

4. At in his, in quibus Ecclesiastici, & regulares gaudent priuilegio exemptionis,vt in legibus tributorum,nullò modo subsunt Principi seculari , etiam in quantum ciues, sed soli Pontifici Romano,cui subditi sunt,etiam in temporalibus , meliori , & nobiliori vinculo Clericatus,& Monachatus,c q̃q̃, de cẽsibus,c.non minus,c aduersus, de imm. Eccles. ac proinde tenentur magis sacris Canonibus in his deferre, quam legibus ciuilibus,iuxta illud , *qui resistit potestati,Dei ordinationi resistit,c.97.11. qu.3. Auct.ibid §. tertia regula. de quo Syluest vers lex,n 15* Idem docent Suarez *vbi supra num.2. & 3. Vazquez dict. cap.4 num 32.*& sequitur P. Villalobos *1.p. summa tract 2 diffic 31,num 3.*

5. In causis Clericorum, & monachorum agitandis coram iudice Ecclesiastico,vel Regulari leges ciuiles circa

ca

Ordin. Lusitan. lib. 3. tit. 46.

ea determinatoria iudicis non ligant argumento cap. 2 de iudic. secus si agitandæ sunt coram iudice seculari. Vnde lex decernens, debitum vltra certā summam nō posse probari, nisi per scripturam, non habet locum in iudicio Ecclesiastico, aut Regulari, nisi clericus, aut monachus agat in foro seculari, cui se subijcit, vt in praxi ab omnibus receptum est. *ibidem § quinta regula.* de quo Abbas *in cap. quod clericis, de foro competent. n. 3 Valasc. de iure emphit. quæst. 7.* Ad quod faciunt tradita à Suarez *vbi supra num. 18. circa finem.*

6. Quòd si aliquando reperiantur Ecclesiastici transgressores legum ciuilium, quibus subdumur, vt alij ciues, nō sunt deferendi ad iudices seculares, c. 1. de constit. & cap 1. de immunit. Eccles. cum similibus, sed remittendi ad suos iudices competentes, à quibus puniendi sunt pœna arbitraria, iuxta mensuram culpæ, non verò pœna à lege ciuili præscripta: secus facientes incurrunt pœnam Bullæ in Cœna Domini eos ad secularia tribunalia trahentes. ibidem §. octaua regula, & §. nona regula, de quo Soto lib. 1. de iust. quæst 6. art. 6 Medin. de restitur qu. 49 Castro de lege pœnali lib. 1. cap. vltimo. Idem docet Couar. pract cap. 33. in fin. Salzedo in pract crim. cap. 66. quos refert, & sequitur multis traditis ad idem Suarez vbi suprà num. 17 & 18. ad quod etiam P. Miranda *tom. 2. manual. quæst. 27. art. 5. conclus. 7. Sanchez lib. 7. decalogi cap. 3. num. 20.*

7. In omnibus casibus, in quibus violatur immunitas Ecclesiastica respectu clericorum, violatur etiā respectu monachorum. Vnde cùm in quinque potissimum sint exempti clerici à potestate ciuili, scilicet quoad forum, ita vt nequaquam possint ad tribunal seculare trahi, cap. si diligenti, de foro compet. Secundò quoad capturam personalem, quæ nullo casu licitè fit per laicos. c. 2. eod. titul. Tertiò quoad tributa, quæ à Principe seculari ipsis imponi non possunt, c. quamquam de censibus in 6. Quartò quoad regimen laicorum, cui res, & personæ Ecclesiasticæ non subsunt, c. vlt de rebus Eccles. Quintò quoad con fugientes ad Ecclesiam, c. Inter alia, de immunit Eccles. in his omnibus etiam parificantur regulares, ac proinde si in supradictis eorum priuilegia lædantur per leges Principum secularium, consequenter Ecclesiasticam libertatē violari certissimi iuris est, cùm sint priuilegia ad vniuersitatem Ecclesiæ pertinentia, Ecclesiasticisque omnibus communia, contra quæ facientes non solùm pœnis in ipsorum regularium specialibus priuilegijs contentis, sed etiam pœnis, quibus puniūtur Ecclesiasticam libertatem lædentes, feriri possunt. *ibid. art. 3* de quo Syluest. *verb. Ecclesia 1. nu. 6. et verb. immunitas, Victor. de potest. Eccles. c. 97. Soto in 4. dist. 25. q. 2. art 2. Con. pract. q. 31. col. 2. n. 3.* Ad quod vide Suar. *vbi sup. n. 22.* & P. Miranda *d. q. 27. ar. 6.*

8. Lex ciuilis prohibens laicis alienare bona immobilia Ecclesijs, monasterijs, & personis Ecclesiasticis, vt de Ordin.
facto cautum est apud ordinationes Lusitan.
Lusitanas, illicita, & inualida omninò libr. 2. tit.
iudicanda est, iuxta sententiam grauis- 8.
simorum virorum: quidquid alij in oppositum sentiant. Nam per hanc directam prohibitionem factam secularibus, non potest inficiari, indirectè Ecclesiæ immunitatem violari, ac ideò hanc, & alias similes leges ciuiles Ecclesiasticæ libertati repugnantes irritas, & cassas omninò esse expressè declaratur in c. aduersus, §. quia verò, de immunit. Eccles. & capit. vltim. de rebus Ecclesiæ, vbi id expressiùs habetur. ibidem artic. 4. de quo Bart. in l. filius familias, § diui, numer 12. ff. de legat. 1. vbi Alexand. numer 12. Ripa num 81. Felin. in cap. Eccles. de constit. Tiraq. post leges connubiales glos. 6. numer. 169. Idem docet P. Miranda d. q. 27. ar. 7. vbi bene notat, dictam legem Portugalliæ piè credendum esse factam fuisse ex consensu, & permissu Pontificis, & idem videtur innuere Auctor hic, dum ait Christianissimos Reges Lusitanorum (vt credi potest) de iustitia huius statuti præstantissimos, & doctos viros consuluisse. Ad quod videantur Syluest. *verb. immunitas 1. numer. 9. & verb statutum, num. 2.* & Suarez *lib. 4. de legibus cap 12 num. 16. ad finem.*

9. Lex inhabilitans monachos ad officia sæcularia strictè est interpretāda, nec extendenda ad eos, qui non promiserunt tria vota substātialia religionis, quales sunt Tertiarij Franciscani, Iesuati, Mantellati, Hospitalarij portantes vestem certi coloris, cum cruce in pectore, & alij similes argument. cap. cùm dilectus, de consuetud cap. ad nostram, de iure iurand. nam dispositio hæc est odiosa, ideoque non est extra regulares ad alios imtendenda. *ibid. art. 5.* de quo Syluest. *verb statutum, num. 3. Bart. in l. 1. §. prætor ff de damno infecto.*

De extensione, & restrictione Legum.

10. Leges quoad extensionem, & restrictionem sunt in quadruplici differētia. Aliæ sunt pœnales, quæ imponuntur in vindictam, seu pœnam culpę. Aliæ exorbitantes, quæ deuiant à generalibus iuris regulis, cuiusmodi sunt priuilegia in corpore iuris inclusa, & reliquæ leges limitatoriæ iuris communis, contra cuius regulas specialiter sūt constitutæ. Aliæ correctoriæ, quæ pro parte, vel in totum alias lege, abrogāt. Aliæ sunt diuersæ ab his tribus, quæ decernunt iuxta iuris metas ea quæ proponuntur, decidendo de nouo, declarando, aut limitando leges antiquas. Differunt autem exorbitantes à limitatorijs in eo, quòd illa constituunt ius quoad singulares, ob aliquem specialem fauorem: limitatoriæ verò quoad vniuersos, vt ex *l. ius singulare, & l. iura, ff de legibus, deducitur tom. 1. q. 67. artic. 1. de quo Tiraq in l. si vnquam, verb. libertis, n. 39. Alciat. lib. 2 de verbor. significat. num. 46. Gambar. de extension. n. 89.* vide tradita à Suarez *lib. 6. de legib. c. 2 d. nu. 2.*

11. Mens legis longè aliud est à ratione legis, differtque in eo, quòd ratio legis est causa finalis, seu finis à lege prætensus: mens autem legis est sententia legislatoris ordinans media ad illū finem, quidquid aliqui iurisperiti mentem legis cum eius ratione confundāt. Vnde sola rationis identitas non est efficax mentis coniectura ad legis extensionem, iuxta illud vulgatum, non probat hoc esse, quod ad hoc cōtingit abesse, c. in præsentia, de probat. nā quando verba legis nequeunt ad omnes casus eiusdem rationis aptari, eo ipso insurgit vna coniectura mentis contra extensionem legis, nempè quòd si legislator voluisset, expressisset, c. inter, de translat. Episcopi. Vna autem coniectura tollitur per aliam, vt noti iuris est, & habetur capit. quia verisimile, de præsumpt. & l. Diuus, ff. de in integr. restit. Verum est tamen, quòd si alia verba legis, saltem interpretatiuè, hoc est, attenta iuris actione, seu parificatione, casui omisso adaptari possunt, ex identitate rationis sumitur efficax mentis coniectura ad huiusmodi extensionem legis, argument l si tam angust. ff de seruit. l. verum, 40 ff de furtis, & in capit. ex parte, de cleric. nō resident. cap. mulieres, §. illi verò, de sent. excom. notatur, ibid. art. 2. de quo Tiraq. vbi supra num. 3. Butrin. cap vlt. nu. 58. versi. fallit. secundò, de consuetudine. Vide Suarez *dicti lib. 6. cap. 1. num. 17. & seqq.* vbi latè probat, rationem legis valdè conducere ad mentem legislatoris indagandam.

12. Legis extensio vel fit ex mente, seu sententia legis, vel præter eius mētem. Prior extensio tunc fit, quando adest sufficiens mentis coniectura, vt quia in identitate rationis verba saltē secundùm mentis interpretationē concurrunt, & hæc potius comprehensio, quàm extensio dicenda est l. matres, ff. de verbor. signific. iuncta glossa in cap. si postquam, verb. mente, de elect. in 6. Posterior verò extensio præter mētem legis fit, quando ob solam rationis identitatem, repugnantibus verbis ad casū similem lex extenditur, cessat enim eo casu mens legis, ac proinde hæc extēsio hominis, & non legis appellatur in iure, l non possunt, cum l sequenti, ff de legibus, l. à Titio, ff. de verb. obligat. Imò & debilis est sufficiens mētis coniectura ad legis extensionem contra eiusdem legis verba, quando scil cet, lex redderetur iniusta, nisi extensio fieret, l. nam absurdum, ff. de bonis lib. 1r.

n. Scire oportet. §. aliud ff. de excusat. tutorum, Auct. ibid. §. quartò est notandum, de quo Cretens in l. omnes populi, num. 136. ff. de iust. Bart. in l. 3. §. final. ff. de legit. tutoribus. Ad quod vide tradita à Suarez *dicto cap. 1 numer* 12 13. *& seqq.* vbi agit, quo modo mens legislatoris possit esse regula interpretandi, & quo sensu verba sunt signa voluntatis legislatoris.

13. His igitur sic præmissis dico primò. Omnis lex extenditur ex identitate rationis ad omnes casus, siue in cõmuni per viam regulæ, siue etiam in illa materia parificatos, dummodò ex illa extensione, tanquam à causa principali correctio legis alicuius non insurgat, vel aliàs de contraria legislatoris mente non appareat, nam lex ad ea omnia extenditur, quæ veniunt ex eius mẽte, sicut venit dicta extensio, de qua loquimur. Dicitur, dummodo ex illa extensione tanquam à causa principali legis correctio nõ insurgat, tum quia correctio legum nimis est perniciosa, cap. ridic dict. 12. nec aliter, quàm ex euidenti necessitate licita est, l. in rebus, ff. de constit. Princ. & nequaquam per coniecturas quantumcunque efficaces inducta censetur, nisi aliàs iuxta suam naturalem significationem suffragentur, ex glossa in cap. cupient. §. quod si per viginti verb. petere, de elec. in 6. Tum etiam quia dabilis est extensio legis causa alterius correctæ, quæ tamen per se non est causa illius correctionis, quod potest contingere casu, quo ratio illius legis est correcta, correctio nam que rationis est causa principalis, ob quam lex ipsa correcta censetur. Dicitur eandem, vel aliàs de contr. mente legislatoris non appareat, quia fieri potest, quòd lex tacitè, vel expressè casus iure parificatos excludat. Ex quo fit, quòd etiam in legibus pœnalibus sit extensio ex identitate rationis ad omnia iure parificata, vt de pœnis Ecclesiasticis constat, quæ hoc modò repetuntur parificatæ in cap. duo sunt genera, iuncta glos verb conuersi 12. q. 1. & cap. mulieres, §. illi verò; de sentent. excommun. & cap. penult. eod. titul. in 6. Idemque in exorbitantibus dari posse, seu dabilem esse, tenent quidam, dũmodò ex tali extensione alicuius legis correctio non insurgat, ibidem §. prima conclusio, de quo Tiraquel. in tractatu, cessante causa, 1. part. num 127. & 153. Couar. de sponsal. 2. p. c. 6. in principio, numer. 12. Ad quod tradit multa notatu digna Suarez dicto lib. 6. cap. 3. à num. 16. & cap. 4 num. 2. vbi resoluit, extensionem comprehensiuam ob rationis identitatem etiam ad legem pœnalem extendi, ad quod citat Panorm. *cap nihil, de elect. num 9. & in Clem. 1. de rescript. numer. 1. Nauar. in capit. pœnæ, de pœnit. dist 1. Couar. in cap. alma, 2. p. §. 4. num. 7. Anton. Gomez 1. variar. c. 5. num. 1. & cap. 11. nu. 12. Gutier. 1. Canon. cap. 19. num. 13.*

14. Dico secundò. Nulla lex debet extendi ex identitate rationis ad casus, nec per viam regulæ, nec in illa materia parificatos, nisi casus illi omninò per legislatorem sint omissi. Nam extensio ex identitate rationis contra verba non est extensio legis, sed hominis, at homo seu iudex non potest extendere legem ad casus per legislatorem omissos, tenetur enim secundùm leges scriptas iudicare, nisi occurrat casus, qui sub nullius legis dispositione continetur, in quo recurrendum est ad leges continentes casus similes, tanquã ad regulas iustitiæ, quæ casui magis cõueniant. Vnde in legibus exorbitantibus, & correctorijs sola rationis identitas non sufficit ad earum extensionẽ, quia casus per eas omissi, vel remanent in dispositione iuris communis, à quo exorbitant, vel à dispositione legis correctæ, iuxta dispositionem l. commodissimè, ff. de liber & posthum. etiam si in casu simili adesset maior ratio, vel expressa esset ratio in lege, vel etiam si per extensionem fiat regressus ad ius antiquum. Secus in legibus penalibus, in quibus ideò dabilis est extensio ad casus similes non parificatos, quia respectu pœnarum casus similes sunt omninò per legislatorem omissi, vt colligunt DD. ex capit. de causis, § illis, & capit 1 de offic. delegat. Limitata tamen quoad pœnam legis arbitrariam, non ordinariam imponendam à iudice non

habente merum, & mixtum Imperium, seu potestatem instituendi, & destituendi, iuxta textum in l. Imperium, ff. de iurisdict. omnium iudicum, Auctor, ibid. §. secunda conclusio, de quo D. Thom. 2. 2. quæst. 60 art. 5. Bart. in l. omnes populi, num 6. ff. de iust. & iure, & ip l. si constante, num. & 44. ff solut. matrimon. & cons. 106. Tiraquel in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 249. Idem quoad casus in lege omissos tradunt Molina lib. 1. de primogen. cap. 5. à nu. 7. Couar. cap. Alma, 2. p. §. 4. num. 7. Angel. verb. Lex, numer. 6. & 8. Syluester, quæstion. 18. & alij plures, quos refert Suarez d. cap. 3. num. 2. & quantum ad leges pœnales, dicto cap. 4. à num. 2. & loquens de legibus exorbitantibus, & correctorijs, à num. 4. & citat Tiraquel. *in d. l. si vnquam, §. libertis, num* 44 Matienco *lib. 5. Recopilat. titul. 11. capit. 19. gloss. 2. num. 5. Gutier. de iurament. 3. pa. c. 2. nu. 8.* Menoch. *de præsumpt. l. 4. præsum. 89. num. 37.*

15. Lex fundata in præsumptione non obligat in foro conscientiæ, inspecta veritate in cõtrarium: tum propter æquitatem, iuxta quam intentio legislatoris est interpretanda, argumen. l. ex facto ff. de vulg. tum maximè, quia contra eam legem passim admittitur probatio, conditionaliter enim tãtùm obligare censetur dicta lex, nempe si veritas non fit in contrariū, c. veritate dist. 8. Quod procedit, etiam si præsumptio legis sit iuris, & de iure, quæ tam efficax reputatur, vt pro veritate habeatur, vt notant glossa, & DD. in capit. is qui fidem, de sponsal. & cap tua nos, eodem titul. Id enim non tollit, quin intentio legislatoris secundùm æquitatẽ interpretanda sit, ne præsumptio veritati præferatur, de qua si constet legitimè, putà per partis confessionem, lex cessat, etiam in foro exteriori, ex glossa singulari in l. in contract. C. de non numerat. pecun. Idem dicendum, etiam si præsumptio sit supposititia (vt vocãt) seu quæ supponit posse ita esse, vel non esse, quia lex in illa fundata non semper nititur veritate, ac subinde sublato dubio, in quo fundatur per veritatem in contrarium inspectam, omnis præsumptio, & lex illi innixa cessat, ibid. ar. 3. de quo D. Th. 2. 2. qu. 60. art. 4. ad 3. vbi Caiet. Alciat. de præsump. 2. p. Couar. de sponsal. 1. p. c. 4. §. 1. nu 5. Soto in 4. distinct. 22. q. 1. art 3. & lib. 3. de iust. q. 4. art. 3. concl. vltim. Idem docent Syluest. verb. lex, quæst. 9. casu 2. Nauar. in Summ c. 17. nu. 284. Couar. in cap. cum esses, de testament. nu. 9. & in Epitom. 4 p. 1. cap 4. §. 1. num. 9. Bald. in auth. ingressi, de sacrosanct. Eccles. num. 49. & expressiùs ic l. cùm quis C. de iur. & facti ignorant. & alij quamplures, quos refert Suarez libr. 3. de legibus cap. 23. nu. 1. vbi n. 2. & sequentibus distinguit dicendo, legem fundatam in præsumptione, quæ sine peccato seruari potest, obligare in conscientia: secus si non potest seruari sine peccato, ad quod etiam addit nu. 5. vsque ad 9 legis fundatas in præsumptione ratione moralis periculi obligare in conscientia, & habere suos effectus, etiam si in particulari casu, factum non sit cõsentaneum periculo, nec reuera interueniat, quod timeri poterat, & ponit exemplum in lege prohibente professionem ante decimũ sextum annum expletum, quæ obligat, etiam si puer sit doli capax, & efficit professionem irritari antea factam. At quando lex fundatur in præsumptione facti, seu definitiua, non obligat, non subsistente præsumptione, seu veritate facti, iuxta quod, inquit, procedere potest communis sententia à nobis cum Auctore tradita. De quo etiam latè lib. 5. cap. 24. per totum, vbi de lege irritãte fundata in præsumptione agit.

16. Lex naturalis non obligat in particulari, cessante ratione ipsius legis, etiam in particulari, ipsa enim sem per id quod bonum, & æquum est indicat. Idem dicendum est de lege Diuina Euangelica, quæ nullo modo obligat cum rigore contra æquitatem. Vnde præceptum de correctione fraterna non obligat cessante causa ipsius correctionis, ibid. art. 4. de quo D. Thom 2. 2. quæst. 120 art. 1. Soto 4. de iust. quæst 5. artic. 3. col. 3. Menchaca Illustrium qq. cap. 87. Ad quod vide tradita à Suarez libr 2. de legibus capitul. 16. à numer. 7. vsque ad 16. vbi resoluit, legem natu-

ra-

talem, non per se sumptam, sed vt per legem positiuam constitutam admittere posse Epijkeiam, præsertim in ordine ad intentionem legislatoris humani, & loquendo de correctionis fraternæ cessatione, cessante eius causa, agit *lib.6.cap.9.num.15.* & nos diximus *resolut.36.num.2.*

17. Item in omnibus casibus, in quibus obseruantia legis positiuæ humanæ ita deficit à ratione, vt repugnet bono communi, dispositio ipsius legis cessat. Exemplum est in lege cauente, ne in obsidione portæ ciuitatis aperiantur, tunc enim ciues hostium impetum fugientes, & ad vrbem se recipere volentes cōtra verba legis apertis valuis admittendi sunt, quia si ibi legislator adesset, aperire vtique faceret. Itaque vt lex non liget, necesse est quòd cesset contrariè, hoc est, cum repugnantia ad bonum commune, ita vt illius obseruātia vitium inducat: secus quando cessat negatiuè tantùm, id est, sine repugnantia ad bonum commune, eo enim casu lex iusta in communi seruāda est, quandiu per legislatorem non excipitur ille casus, ibid § secunda conclusio, de quo D. Thom. 1. 2. quæst. 120 art. 1. Soto lib. 1 de iust quæst. 7. artic. 3. & lib. 3. quæst. 4 art. 5 ad finem. Idem docet Suarez dicto cap. 9. à num. 3 vbi nu. 5. refert ex communi consensu, cessante ratione legis generaliter, seu frequētiùs in tota communitate, legem cessare, sicut etiam in particulari cessante ratione legis id concedunt assertores huius sententiæ, etiam quando cessat negatiuè tantùm, ad quod citat Ledesm. 2. p 4 quæstion. 17 art. 1. dub. 3 ad 4 & quæst 18. dubio 12 & 14. post. 3 concl. Couar. *in 4. 2. part. § 9. num 8. & capit. cùm esses de testam. num 9. Castro de lege panal lib. 1. c. 6 documento* 3. Caietan. 2. 2. *quæst. 147 art. 5.*

18. An autem cessante ratione legis negatiuè tantùm lex obliget in foro cōscientiæ? maius dubium est. Ad quod respondendo dico primò, quòd nemo tenetur in foro animæ obseruare legem positiuam cum periculo mortis, nisi ratione essentiæ id teneatur, vt videre est in militibus, qui in bello suis ducibus tenentur obedire, etiam cum vitæ periculo, vt apud omnes tanquam certum est. Idem ferè docere videtur, licèt cum distinctione, Suarez *eo cap. 9. num. 9. &* 10.

19. Dico secundò, quòd subito imminente periculo agere contra legem inconsulto Principe licitum est. Imò talis potest occurrere casus, vt etiam nullo imminente periculo liceat contra legē facere absque superioris prorsus consensu, quamuis ad illum pateat facilis accessus, quando scilicet palam liquet, non esse de mente legis, vt seruetur v. g. si in die ieiunij nullus suppetat cibus, nisi carnium, illas comedere licebit, ne quis fame pereat. At in dubio vtrinque æquali, quando scilicet neutrius partis assensus habetur, ad superiorem, si fieri potest, recurrendum est: si verò repentinum periculum id non permittit, ad vnguem seruanda est lex. Quòd si neque certus quis omninò sit, neque prorsus ambiguus, ita vt magis propendeat ad partem affirmātem, posse scilicet facere contra legem, cum formidine tamen de opposito, tenetur cōsulere prælatū, nisi subitaneū periculū obstet, tūc. n. cōtra legem facere tuto licitum erit. *Ibid. § quarta conclusio*, de quo D. Tho. 1. 2. *quæst. 96. art. 8 ad 2. Soto in 4. dist. 1. art. 8.* Idem ferè docet traditis multis Suarez *dicto num. 9. & c. præcedenti, num. 9. 10. & seqq.*

20. Dico tertio, non est sufficiens ad faciendum contra legem cessatio rationis ipsius in particulari persona, & casu, nam lex vim suam non amittit, ante q̄ causa in toto genere cesset, aut consuetudo illam abroget, est tñ sufficiens causa ad dispensationem impetrandam à prælato, sed non ad vtendū Epijkeia, ibid. §. quinta conclusio, de quo Soto lib. 1. de iust. q. 7. artic. 3. Idem ferè docet Suarez *d. c. 8. per totum.*

21. Vt lex suam vim sortiatur, non est expectandus populi consensus, à quo quidē Princeps habet imperium & potestatem condendi leges, aliàs indirectè maneret hæc potestas penes populū quę nunc soli Principi competit ex populi consensu, qui suum imperium & potestatem illi contulit, §. sed quod

Prin-

Principi placuit, Inst. de iure naturali. Quod à fortiori procedit in legibus Canonicis, cùm Pontifex summus Ecclesiæ Princeps non à populo, sed ab ipso Christo Domino habeat hanc potestatem. tom. 1 qu 6. artic. 6. de quo Couar. lib. 2. variar. capit. 16. num 6. Syluest. in Sum. v. lex nu. 6. Idem tenent Syluest. verb. lex qu. 6. Gregor. Lopez *in lib. 16. tit. 1. p. 1. nu. 4. Medina C. de restitut. qu. 36. ad 6 Castro lib. 1. de lege pœnal, cap. 1.* quos refert, & sequitur Suarez *libr. 3. de legibus capit. 19 num. 4. vsque ad 9.* & loquens de legibus Canonicis, *libr 4 cap. 16. num. 2. & 3.*

22. Pœna legis non ligat ignorantes habentes iustam ignorantiæ causam l. final ff. de decret. ab ordin. faciend. quando scilicet fuerunt absque dolo & culpa, etiam lata, dummodo non sit lata culpa, quæ dolo æquiparatur omninò, l. quod Nerua ff. de posit. tunc enim ligat, etiam si expressè declaret lex sine intentionis esse comprehendere tamen eos, qui fuerint in dolo, iuxta l. magna ff. de verb. signifi. n si dolum specificè, & qua literalium requirat. ib d. art. 9. de quo Bart. in l. inter omnes, § rectè, de furtis, Bald in l. leges sacratissima, C. de legibus. Alciat. de præsumptionib. regul. 3. præsumpt. o. 31 nu. 1. Idem decet Suar. libr. 5 de legibus c. 12. à nu 3. vbi latè rem tractat, & est communis sententia DD. in cap. 2. de consuit. per textum ibid & videri potest Cast. de lege pœnal. lib. 2. c. 14. Timq lib 1. de vtroque retractu, § 35. & amplius probatur ex *cap. Apostolica, de clerico excommun. ministr. c. vt animarum, de constit. in 6. c si vir, de cognat spirit.* vbi id notat glossa.

23. Lex non recepta minimè ligat, quidquid sit de peccato primum eã non recipientium, qui quidem adhuc possunt excusari à culpa ex aliqua rationabili, & iusta causa: qualis reputatur, quãdo subditi vident maiores, seu illorum maiorem partem, quibus imposita fuit lex, eam ipsam non seruare. Dicetur autem lex non recepta ad effectum nõ ligandi, quando fit binus, aut trinus actus contrarius, sciente Principe, & tacète, ex glossa in c. 1 de treuga, & pace, vbi Abbas, & gloss. in l. rem non nouam, §. Patroni. C. de iudic. vel etiam eo ignorãte per decenniũ negligitur, seu omittitur, iuxta veriorem, & magis communem sententiã, etiã si lex Canonica, & Pontificia sit, vel etiã si deroget omni contrariæ consuetudini, vt tenet communis. Neq; oportet, quòd dicti actus contrarij sint iudiciales, imò nec quòd fiãt in præsentia ipsius legislatoris, sed eo ipso sciente, satis enim est, quòd fiant scientibus Magistratibus, & Auditoribus Regis, vel Nuncijs Papæ, prælatis, aut superioribus, quibus incumbit executio legis ibid. art 10 11. & 12. de quo D. Thom 1. 2. q 96. art. 6 & 2. 2. qu. 47. art. 3 Nau. lib. 1 cons 1. nu. 23. tit. de constit Cou. 2 var. c. 16. nu 6. Idẽ docet Suarez dict. l 3 c. 19. n. 10 & 13. & l 4. c. 16 n 9. 10. 11 & 12. Henricus tract. de Synodo, art 2. Felin d c. 1. nu. 13 Iason in l rem nõ nouam, ff. de iudic qui ducũtur eo, quòd decenniũ sufficit, vt dicatur consuetudo, seu præscriptio longi tẽporis, ex glossa in c. vlt. de cõsu. in 6.

24. Lex positiua, siuè Canonica, siue Ciuilis iusta, rationabilis, & vsu hominum recepta post eius sufficientem promulgationem obligat ad mortale, quando clarè constat de mente legislatoris voluisse ad id obligare, & sit in materia graui, vel etiam, si proponatur per verba præceptiua, vel præcepto æquipolentia, quæ regulariter indicãt, & designant obligationem ad reatum mortis, Ita glossa communiter recepta in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. & habetur in c. cxijt, de verb signifi. in 6. & Clem. exiui. eod. tit. Idẽ iudicium est, quando constat materiam esse præceptiuam, seu quã de necessarijs ad iustitiã, & charitatem, vel ad Diuinã reuerentiam, etiam si in lege non ponantur verba præceptiua, vt in casu c aduersus, de immunit. Ecclesiar habetur, vbi verbũ, consulatur, præceptum inducit. Item quando ibi aliqua grauis pœna statuitur contra transgressores, quæ nisi pro culpa mortali infligi non potest, ibid. art. 13. De D. Thom. 1 2 qu 137 ar. 3. & quæstion. 104 art 6 & quæstion. 105. art. 1 & 1. 2. quæst 88 Castro de lege pœn. libr. 1 capit 5 docum. 4 n 46. Syluest. verb. præceptũ, q. 3. Nauar. in Manu.

nual,cap.13. à numer. 50. vsque ad 55. & num.64. Ad quod vide Couar. regul. peccatum,2.par.§.5.num.2.fin. & cap. quamuis pactum, 2.par.§.2.numero 7. Antonin.2.par.tit.4.cap.2.§.3. quibus, & alijs citatis, & multis traditis latè rē tractat Suarez lib.3.de legibus,cap.24. 25.26.& 27.per totum.

25. Temerarium omninò est negare leges Ciuiles posse ad culpam obligare. De præceptis autem Ecclesiasticis seu Canonibus id inficiari hæreticum absque dubio esse,certissimum est,ibid. in fine,de quo Soto lib.1.de iust. quæst. 6.artic.4. Vide Driedo libr.2. de liber. Christiana,cap.1. Medina, C.de pœn. tract 4.de ieiun.capit.7.Nauar.in Summa,cap.23.numer.55.& quæ post illos tradit Suarez d.cap. 24. à num.2.

26. Lex pœnalis obligat in conscientia,omnis enim pœna, seu supplicium culpæ correspondet, non tamen obligat ante iudicis sententiam,quando scilicet pœna consistit in actione iudicis, & passione delinquentis, quails est abscissio membri,decapitatio, confiscatio bonorum,priuatio officij, vel beneficij,& similes,de quorum aliquibus extant casus satis expressi in cap. licet, de elect. in 6. glossa verb.priuatus, not: t,e.cùm secundum leges, de hæret. in 6. & in Trid.sess. 23.c.1.de reform. Concil.Triden. Secus quando consistit in mera priuatione, nam tales pœnæ, ipso iure,vel ipso facto imponantur, ante iudicis sententiam ligant,cuiusmodi sunt excommunicatio,irregularitas, inhabilitas ad officia, vel beneficia priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, vt tenet communis,& praxis Ecclesiæ, & quod priuationem vocis actiuæ definitur *in capit cùm singula, de prebend. in 6. Auct. ibidem art.15.& 16.de quo D. Tho.1.2.quæst.87.art.3.& 2.2.q.108. art.4.& quæst.62.art.3.Castro de iusta Haret.punit.lib.2.cap.6.Sylu.verb.pœna,num.28.Couar.regula, peccatum 2. p.§.8.idem tradunt cum D.Tho.2.2.q. 186.art.9.ad 1.& cum commum Theologorum Soto lib.1.de iust.q.6.art.4.& & 5.Driedo lib.2.de libr. Christiana cap.1.& lib.3.c.;.ad 5.Henri quodlib. 3.quæst.22.& Canonistæ cum glossa in capitul.vt animarum, de constitut.in 6. Dominic.in cap.perpetuò eodem tit.Fel. in capit.nam concupiscentiam,de constitut.num.1.Couar.in regul.peccatum 2. p.§.5.num.3.& post eos resoluit Suarez lib.5.de legibus cap.3.à num.6.& cap. 5.num.11.vbi pro nostra sententia citat Caiet.2.2.quæst.62.art.3.& in Summa verbo,pœna, Simancas de Catholic.institut.tit.9. à nu.31.Victoria, in relect. 1.de Indis,nu.14. Adrianum quodlib. 6.quæst.1.Cordubalib.1.quæst.36.Bartul.in l.eius qui delatorem,ff.de iure fisci,Bald.in l.id quod pauperibus, C.de Episcopis,& cleric. Ioannes And.cap. 1.de homicid. in 6. Ancharan.in capit. felicis, de pœnis in 6. licèt ipse Suar. nu. 15.& 16. aliud videatur resoluere, modificando sententias Auctorum à se relatas, & pro nostra faciunt tradita à Nauar.in comment.de datis,& promissis num. 44. Vide etiam ipsum Suarez dict.lib.5.cap.7.vbi de pœnis ipso facto, an obligent ante sententiam, agit.*

27. *Lex,vel constitutio regulariter respicit tantùm futura,cap.cognoscētes, de cōstitutionibus,nisi in ea nominatim de præteritis caueatur,cap.final.eod.tit., vel nisi sit declaratoria iuris naturalis, tunc enim extenditur ad præterita, cum nil de nouo inducat,sed tantùm declaret, vt in l.heredes palam,ff. de testam. & cap.nouerit,de sent.excommun habetur, ibid.art.7.de quo Panorm.in cap. quoniam,de simonia. Idem post Felin.cap. 2.de constit.Nauar.de datis,& promiss. num.6.resoluit Suarez lib.3.de leg.cap. 14. à num.8.*

28. Leges Canonicæ contentæ in iure Pontificio communi (exceptis, quæ extant in libro decretorum compilato à Gratiano, nec sunt extracta ex dictis Sanctorum Patrum, & Conciliorum) obligant,cum habeantur pro legib authenticis,& approbatis, & obseruērur tanquam latæ ab habente potestatem. Aliæ verò constitutiones extra ius vagantes

gantes de nouo editæ, vel quæ in dies eduntur, non statim ligant, nisi post lapsum duorum mensium à promulgatione in Curia, Authen. vt nouæ constitut. colum 5. etiam habita earum notitia: casu autem, quo ligent, ignorantia inculpabilis excusat, etiam ab excommunicatione in ipsis lata, vt tenet communis Theologorum sententia, quàuis de consuetudine, & stylo Curiæ transgressores legis Papæ publicæ puniantur, etiã ante dictos duos menses elapsos, non obstante probatione iustæ ignorantiæ. Quod ad forum tantũ exterius restringi æquitas consona menti legislatoris dictat, tomo 1. q. 6. art. 1. vsque ad 4. de quo D. Bonauent. in 2. dist. 22. art. 2. q. 2. ad quartum, Castro de lege pœn. libr. 2. cap. 14. Couar. regula, possessor, 2. p. §. 1. num. 7. D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 2. Soto lib. 1. de iust. quæst. 1. art. 4. Idem traditis multis post Syluestrum, Nauarrum, Palacios, Bartolum, ac Baldum refert Suarez lib. 4. de legibus cap. 15. à nu. 3. vbi num. 11. tandem probabile iudicat, non esse necessarium dictum bimestre tempus, vt lex liget, pro quo citat, cap. cùm singula, de præbend. in 6.

29. Lex irritatoria non statim post promulgationem Romæ factam irritat actum in contrarium: secus, si Papa exprimat in litteris, se irritare à tempore legis latæ Romæ, ponendo clausulam ex tunc omnia irritamus, vel inhabiles reddimus; tunc enim ab illa hora omnem actum in oppositum irritum fieri, certi iuris est, & satis colligitur ex capit. cùm singula, de præbend. in 6. capit. dudum, & cap. si postquàm, eod. titul. vt in casu constitutionis Sixti V. irritantis ex tunc professionem factam nõ secundùm formam ab eo datam, assertum fuit à doctissimis viris. Vnde matrimonium clandestinum contra decretum Tridentinũ, etiam ignoranter celebratum non fuit statim nullum post promulgationẽ ipsius Cõcilij, nisi post triginta dies à die primæ promulgationis in parochia factæ numerandos, vt expressè habetur in eodem Concilio, ibid. art. 5. de quo Soto lib. 1. de iust. quæst. 1. art. 4. Caiet. 2. 2. q. 4. art. 4. Sanch. libr. 3. de matrim. disp. 17. nu. 10. ad finem. Idem docent Felin. Panorm. Decius, & alij in cap. 2. de constit. & in ca. nouerit, de sent. excomm. Glossa iuncto textu cap. 1. de cõcess. præb. in 6. Staphileus de gratijs, & expectatiuis form. 8. num. 8. Nauarr. in sum. cap. 23. num. 44. & consil. 31. nu. 5. de Regular. Card. & Bonifac. cum Glo. in Clem. 2. de hæret. verb. ex tunc, quã sequuntur moderni Theologi 1. 2 q. 90. art. 4. quibus citatis idem resoluit Sanchez lib. 5. de legibus cap. 33. à num 5. vsque ad octauum.

Trid. sess. 24. c. 1. de refor. in fi.

30. A lege generali ad conseruationem Reipublicæ Ecclesiasticæ, vel Regularis lata sicut non potest appellari, cap. consuluit, cap. quia non, de appell. vbi Doctores, l. res, ff. de appellat. vbi Bart. ita supplicatione interposita non potest eius executio suspendi: secus in rescripto priuato, cap. si quando, de rescriptis, ibi, patienter sustinebimus, & notatur in cap. significauit, eodem titul. Ratio differentiæ est, nam lex generalis respicit bonum commune, & ad omnes personas, loca, ac negotia se extendit, ideoque non est mutanda iuxta diuersitatem hominum, & temporum, licèt aliqui ex ea grauatos se esse cognoscant, nè bonũ commune cedat particularitati: rescriptum priuatum, cùm non faciat nisi ius priuatum in negotijs, & in personis, non incongruenit, quòd varietur ex circunstantia personæ, vel temporis, ac suspendatur per supplicationem ad tollendum errorem (si fortè interuenit ex sinistra informatione.) Causa autem iusta, & sufficiens ad suspensionẽ, seu detentionem talis rescripti relinquitur arbitrio docti, & pij viri. Vna ex præcipuis esse potest, quando sine causa tollitur ius tertij, quod Papa nunquam in dubio tollere præsumitur in præiudicium alterius, ibid. artic. 7. & 8. de quo Couar. in Pract. ca. 35. nu. 4. Rebuff. in l. Scæuola respondit § si qua pœna, ff. de verb. signifi Soto lib. 3. de iust. q. 6. art. 3. pag. 244. col. penult. Idem docet traditis multis Suarez lib. 4. de leg. b. c. 16. n. 6. & 7. & lib. 5. c. 33. nu. 9.

De

De Statutis Regularium.

31. Regularia statuta sunt in duplici differentia; quædam sunt velut leges perpetuæ factę à Diffinitorio cum consensu maioris partis Capituli: alia sunt facta à Generalibus, vel Prouincialibus cum consilio Patrum, ad instar præceptorum, quæ finito, & absoluto eorum officio, etiam finiuntur, & u cessant, to.1. quęst.68.art.1. de quo D.Tho.1.2.q.90 art.1 ad tertium, Castr.lib.1.de leg. pæn. cap.1. Soto de iustit. lib.1.q.1.art.1.col. penult. Vide Sylu.verb. religio 6.q.6.& Sanch libr.6.decalog.capitulo secundo num.37.

32. Statutum patenter, seu notoriè iniustum omninò est inualidum, ac per consequēs in neutro foro obligat. secus quando eius iniustitia non est patens, & notoria, nam eo ipso adest præsumptio, quòd sit iustum, & rationabile, ac ideo obligans in vtroque foro, iuxta cap. in istis dist.4. Tunc autem dicetur statutum patenter iniustum, ac nullum, quando fuerit contra legem Diuinam, vel contra legem superioris, quæ sæpe præsumitur iusta, capit. institutionis 25. quæst.2. cap. quod super, de maiorit. & obed. Clemen. ne Romani, de elect. vel contra bonum commune: vel tandem contra æqualitatem distributiuam seruādam inter subditos. Vnde statutum Regulare, quòd non admittantur ad visitādum, vel denunciandum defectus super notum Fratres iuuenes, quandiu sunt sub disciplina Magistrorum, nec ascendunt ad Sacerdotium, est omninò inualidum, & irritum, vtpote contra præceptum Euangelicum de correctione fraterna, ibid. art.2. de quo D.Tho. 2.2.qu. 96.art.4. Abb. in cap.1. de constit. nu.9. Nauar.lib.3.consil.4. num.10.tit. de Regul. in 1.edit. p.224. Sylu. verb. lex §.7. Idem ferè docet Suarez lib.6.de legib. cap.26 num.7.& seqq.

33. Princeps suæ legi subest quoad vim directiuam, si modo ratio legis in eo non deficiat, & sumitur ex cap. cum omnes, de constitut. l.1. ff. quod quisque iuris, cap. iustum est, dist.9. cap. non liceat Papæ 12. quæst.1. l. digna vox C. de legibus, l. ex imperfecto, C. de testam. Vnde Generales Religiosorum suarum constitutionum transgressores inuenti ad arbitrium iudicis superioris aliqua pœna mulctari debent, ac possunt, ad quod faciendum sufficit, ipsos tanquam Principes ex vi directiua teneri ad suarum legum obseruantiam, in qua reformatio, ac optima moderatio Regularis disciplinæ consistit, quam ipsi maximè debent zelo zelare, & non dissipare, ibi. art.3. de quo D.Thom.1.2.q.71 art.6.& 1.2.q 96.art.5. ad tertium. Soto de iust. lib.1.quæst.6.art.7. Idem tradunt Antonin.2.p.tit.17. num.5. Sylu. verb. lex, quæst.14. Couar. in cap. alma mater, 1. p.§.1.num.5. Nauar. in cap si quando, de rescript. except. 1.& in apolog de redditibus Ecclesiasticis quæst.1.nu.3 2. Abulens. in cap. 23. Matth. quæst.24. Canonistæ in capit. cum omnes, de constit. Cuiacius lib.15. obseruat. cap. 3. quibus relatis, & multis traditis, idem resoluit Suarez lib.3. de legibus cap.35. num 4. & seqq. præcipuè à num 15.

34. Sicut peregrini, seu forenses ligantur legibus pertinentibus ad mores quandiu in aliena prouincia morantur, ex communi sensu interpretum in l. cunctos populos, C. de Summa Trinitate, & cap. à nobis el 1. de sentent. excommunic. ita similiter Religiosi ad alienam prouinciam diuertētes, possunt in foro exteriori compelli ad obseruanda statuta ad mores, & commune regimen talis prouinciæ spectantia: at in foro animæ ad id sub mortali non tenentur, maximè si aliqua iusta causa eos excuset, ibidem art.4. de quo Soto de iustit. libr.4 q.4. art.1. Idem tradunt Suarez dict. libr.3. cap 33. à num.3. P. Villalobos 1.p Summæ tract.2.diff.33.& 34. Portel. verb. statutum, num.5.

35. Regularia statuta confirmata à Papa in forma communi possunt remitti, seu reuocari per Patres congregatos

in

in Capitulo, à quibus condita, seu stabilita fuer. quia talis confirmatio in forma communi, quantumcunque necessaria sit, sustinet vicê causæ accessoriæ, & non principalis, argumento l.omniũ C. de testam. & notatur in cap. cum accessissent, de constit. & cap. dilecto, de præbendis, secus si cõfirmatio facta fuit ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis, quæ cùm sit concessio de nouo ab ipsomet Pontifice immediatè edita, non potest sine speciali Sedis Apostolicæ auctoritate reuocari. Possunt tamen Generales, & Prouinciales cum Capitulo declarare dicta statuta, prout ad directionem, ac subditorum salutem, stabilitatemque Religionis eisdem melius expedire videbitur, ex Eugenio IV. & Leone X. apud Bullarium, ibid. art. 5. & & 6. de quo Bald. in l. ex placito, nu. 6. & 7 de rerum permutat. Syluest. verb. absolutio 2. num. 4. Bald. in l. ex placito, num. 6. & 7. de rerum permutat. Decius & DD. in dict. cap. cum accessissent. Idê ferè resoluit latè traditis multis Suarez lib. 6. de legibus cap. 26. à num. 14. & sequitur citato nostro Auctore, & P. Mir. tom. 2. quæst. 29. art. 8. Portel. verb. statutum, num. 11.

36. Statutum Regulare contra sacros Canones nullius est valoris, vt sumitur ex cap. quod super his, de maior. & obedient. cap. amputato, & cap. Ecclesiasticæ 25. quæst. 2. licèt consuetudo contra ius Canonicum toleretur, nam hæc coalescit ex tacito consensu Papę, statutum verò editum ab inferioribus à Papa præsumitur temerarium ambitiosum, & sibi æterno contrarium. Verum est tamen, quòd ex causa vrgenti, & verosimiliter non præuisa à Canone sentiunt aliqui, fieri posse statutum contra Canonem, licèt enim id sit contra legis litteram, non tamen est contra legislatoris mentem, tom. 1. q. 69. art. 4. de quo Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iure, Sylu. verb. consuetudo nu. 16. Idem tradit latè Suarez dict. c. 26. à num. 7. vsque ad 13.

37. Prælati Regulares volentes aliquid arduum statuere, vel præcipere potestate ordinaria, id vtique facere debent de consilio, & assensu Patrum Ordinis matura deliberatione præhabita, ne extra cursum legum iam constitutarum, consuetumve morem progrediantur: sicut Pontifex volens aliquid arduũ statuere, ac ordinare, id vtique facit de assensu, & cõsilio Patrum Ecclesiæ, seu Cardinalium, vt constat ex cap. ad Apostolicæ, de senten. & re iudic. in 6. cap. 1. de renunciat. in 6. cap. 1. de schismat. lib. 6. ne ob multiplices, ac fortuitas circunstantias, fallacesve attestationes forsan veritas inuoluatur, vt in capit. à nobis, elect. 2 de senten. excommun habetur, tomo 2. q. 10. art. 1. & 2. De quo Inn. in c. 2. de noui oper. enunciat.

38. Nõ valet statutũ auctoritate ordinaria editũ, quo excluduntur ab ingressu Religionis descendentes ex infidelibus, vel qui olim infideles fuerunt, nullus. n. inferior à Papa potest aliquid cõtra ius Canonicum statuere, contra quod videtur esse talè statutum; tum quia omnes fideles regulariter sunt apti ad ingressũ & professionem in Religione, tum etiã, quia descendere ex infidelibus non est impedimentum Canonicũ ad talem ingressum: imò ius Canonicum à Iure Diuino emanans id expressè concedit, & declarauit Alexander III. in cap. tam te, de rescriptis, vbi diffinit non debuisse quendam à Canonicatu repelli, eo quod Iudæus extitisset: pro eo verò (ait Pontifex) quòd Iudæus extiterit, ipsum dedignari non debes. Verum est tamen, quòd huiusmodi statutum non est simpliciter, & absolutè inualidum, sed tantùm quando expellit, inhabilitans personas ad ingressum Religionis absq; auctoritate Papæ. Vnde si non inhabilitat personas, nec fit odio generis, valebit, iustis ad id existentibus causis: nam in meris liberis, & gratiosis, qualis est admissio ad Religionem, vt procedit à prælatis, & terminatur indeterminatè ad hanc, vel illam personam, si fiat sine scãdalo, & sine specie mali, ac absque acceptione personarum, potest quis expellere hos, & admittere illos nisi necessitas aliqua rationem debiti inducat, ibidem art. 3. & tom. 3. q. 1. art. 1. & 2. de quo Nauar. lib. 3, consil 10. & 4. 5. & 8 titul. de

Re-

Regularibus, Cordubl.lib.1.q.54. Quando in 3. dist. 13. proposit. 48. & 49. Idem docent Portel. verb. lex num. 50. Petr. Miranda tom. 1. quæst. 19. art. 7. §. secundò præmitto, idem Portel. v. statutum num. 9.

39. Priuilegia Apostolica impetrata contra Regulam, constitutiones, aut mores Regularium nullius momenti, & pro infectis habenda sunt, ex Leone X. nisi de huiusmodi rescripto de verbo ad verbum, ac consentiente Religione fiat expressa mentio in bulla derogatoria. Idem, ferè concesserunt Vrbanus
Compen. Mendic. IV. & Alexander IV. apud Compend.
Mendic. tit. priuilegia Fratrum §. 14. &
Compen. Societ. §. 3. & Cist. §. 7. Bull. bull 26. Sixti 4. Comp. Societat. §. 3. & Cister §. 7. ibid. art. 7. Ad quod faciunt tradita à Suarez dict. cap. 26. numer. 7. & sequentibus, & docet in terminis Portel. verb. statutum num. 8.

40. Statuta Religionum præter substantialia Regulæ non obligant ad culpam, sed tantùm ad pœnam, vt apud Prædicatores expressè statuto cauetur. Apud nos vero Minores extat quędam cõcessio Sixti IV apud Bullarium, qua cauetur, vt nulla statuta, consuetudines vel declarationes præter regulam quomodolibet, & à quibuscunque edita, & Apostolica firmitate roborata obligent transgressores ad aliquam Ecclesiasticã censuram, vel peccati mortalis vinculũ, nisi alias Diuina lege, vel præcepto Ecclesiæ inducant ad mortale. Quod & ad declarationes Regulæ factas à Nicolao III. & Clemente V. ac Ioanne XXII. contentas in corpore Iuris extendit mitior, & probabilior sententia, quia priuilegia accipiunt interpretationem à supplicatis, vt notũ iuris est apud omnes in supplica autem facta Sixto IV. facta fuit mentio etiam de statutis, & declarationibus Apostolicis, vt constat ex tenore bullæ ab eodem super hoc editæ. Verum est tamen, quòd tenentur Fratres ad statuta postea facta, & de cætero
Bull. ora. 28 Pij V. facienda auctoritate Apostolica, ibid. Pij V. art. 6 & 8. Idem docent P. Miranda to. 2. q. 29 art. 10 Portel. verb. statutum, à nu. 12. Ad quod etiam est quædam declaratio Pij V. apud Bullarium inter viuæ vòcis oracula in hunc modum. Per quę cunque statuta, etiam Apostolica non obligantur Fratres ad aliquas censuras, seu pœnas Ecclesiasticas, vel ad peccatum mortale, sed tantum ad pœnas, seu pœnitentias per prælatos iniungendas, non obstantibus quibuscunque Apostolicis, seu Regulæ declarationibus, dummodò non fit contemptus, vel mandatũ non sit impositum sub pœna excommunicationis, vel in virtute sanctæ obediẽtiæ. Ex quo fit, quòd statuta facta auctoritate Apostolica post Pium V. sub dictis pœnis obligant in conscientia, sicut suprà de faciendis post Sixtum IV. diximus. Ad quod D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9. ad 1. & 1. 2. qu. 96. art. 4. Soto de iustit. lib. 1 q. 6. art. 5. Corduba in addit. ad Cõpend. titulo statuta Ordinis, vbi etiam Collect. Castro de lege pœnali lib. 1. capit. 8.

41. Moniales sub cura Fratrum Minorum degentes tenentur sub pęna excommunicationis obedire constitutionibus factis, & fiendis in Capitulis Generalibus, vel Prouincialibus, & viuere Bull. bull. 19. Leon. X. & bul. la 17.
sub tradita forma à suis superioribus, ex præcepto Leonis X. apud Bullariũ. Qui etiam confirmauit statutum generale Lugdunense, ne dictæ Moniales possint eligere visitatores, aut cõfessores extrà datos, & assignatos à Prouincialibus in suis capitulis, præcipiendo sub obedientia, & excõmmunicatione ipsò factò reseruata Sedi Apostolicæ id firmiter, & inuiolabiliter obseruari. Ibidem art. 2. de quo apud idem Bullarium.

42. Papa confirmans statuta Regularium non prætendit eos à stricta obseruantia, vel sub strictiori disciplina degentes à suis institutis amouere, etiã si confirmatio fit ex certa scientia facta non enim verosimile est, voluisse confirmare iniusta, inutilia, & contraria iuri, & Tridentino Concilio asserenti, nõ esse suæ intentionis Regulares sub arctiori regula, vel statutis viuentes, ab eorum instituto & obseruantia amouere, ibid. art. 9 de quo Gutter. de iuram. 1. p. cap. 38. num. 6. Socin. consil. 32. nu. 43. libr. 4. Idem docet P. Miranda d. q. 29. art. 12. Trid. sess. 25. c. 22. de reg.

43. Sta-

43. Statutum de repetendo peccata iam legitimè confessa apud prælatū Regularem, ad finem cuiuslibet anni (vt apud aliquas Religiones moris esse afferit aut quidam) non obligat sub mortali seu præcepto, sed tantum de Consilio, quia iam diu consuetudo sic confitēdi prælatis cessauit, tom. 1. q. 62. artic. 2. de quo Henriq. lib. 2. de pœnit. c. 16. nu. 3 & nos diximus suprà de confessarijs quoad absolutionem Fratrum nu. 19.

44. Statutum, quod elapso certo termino non possint Fratres accusari, vel denunciari de delicto, validum est de iure Ciuili, l. quare, C. de falsis, l. si non conuitij, vers. si autem rixam, C. de iniurijs, l. 1. tit. 2. 8. part. 3. lib. 5. tit. 6 part. 7. non tamen quādo prælatus procedit ad correctionem, potest namque etiā post elapsum terminum statuti corrigere delinquentem, argumento cuiusdam decreti Trident. non enim crimina præscribuntur secundùm ius Canonicū, vt Gl. in cap. admonere, verb. pœnit. 33. q. 2. probat Auct. tomo 2. quæst. 5. art. 11. de quo Capella Tolos. decis. 140. & 188. Bald. in l. 1. C. si à non compet. iudice. Innoc. cap. ad nostram, de appell. Cantera in q. crimin prælud. 2. num. 6 Nauar. in capitul. consideret, num. 127. de pœn. dist. 2.

Trid. sess. 24. c. 10. de refor.

De explicatione, seu declaratione legum, & statutorum.

45. Declaratio, & definitio iudicialis sacrorum Canonum pertinet ad summum Ecclesiæ Pontificum, cui potestas ista reseruata semper esse solet ac proinde nulli inferiori à Papa id licet, nisi dubium sit super validitate, & subreptione legis, vel circa verba tantùm, quādo casus clarus est, & decibilis de facili: secus si dubius est, nam tunc recurrendum est ad Principem, cap. cùm venissent, de iudic. cap. ipsi sunt Canones, ca. cuncta per mundum, 9. q. 3. cap. 1. de postular. prælator. cap. inter alia, de senten. excōmun. si facilè potest Principis præsentia haberi, argumento l. ex facto §. 1. ff. de vulg. & pupillar. aliàs ob longam distantiam interpretatio fieri poterit per naturalem, & verosimilem rationem. Item quando intentio legis decidi non potest sine magno dubio, eius interpretatio ad Principem spectat, l. vlt. C. de leg. Vnde dubia exorta circa Concilij Tridentinum à Sede Apostolica, vel à Congregatione Cardinalium ad id à Pontifice deputatorum deciduntur, to. 1. quæst. 11. art. 1 de quo Panorm. in ca. cum venissent, de iudicijs. Innoc. in ca. cum speciali, de appellat.

De triplici legis interpretatione, scilicet, authētica, vsuali, & doctrinali agit Glossa in l si de interpretatione, ff. de legibus, Decius, & Panorm. in capit. 1. de postul. prælat. Sylu. verb. interpretatio, quibus relatis idem tradit Suarez lib. 6. de legibus cap. 1. num. 1. 2. & 3. P. Miranda, tom. 2. q. 16 art. 10.

46. Nihilominus tamen licèt dicta interpretatio, seu declaratio sacrorum Canonum, & Tridentini Concilij supremo Ecclesiæ Principi sit reseruata adhuc tamen Iudices, Magistri, ac Doctores possunt illa interpretari, vt habetur in eodem Concilio, & seruat praxis. Sicut videmus Iurisperitos interpretari leges Ciuiles, & Regias, ac persæpe earum rigorem mitigare iuxta præsumptam mentem, seu intentionem legislatoris, non obstante quòd earumdem legum interpretatio Regi, vel eius supremo Senatui reseruata est. Itaque generaliter certum est, quòd Doctores, & Iurisperiti leges, iura, & priuilegia possunt interpretari, non obstante quacunque prohibitione, qualis est facta à Pio IV. circa Trid. Concil. & facta à Clemente V. in cap. exiui, de verbor. signific. circa Regulam B. P. N. Francisci, ibidem art. 3. de quo D. Tho. 1. 2. q. 97. & 2. 2. quæst. 60. art. 5. & quæst. 120. Sot. de iustit. lib. 1. q. 7. art. 3. & lib 3. q. 4. ar. 5. Cou. regula possessor, 2. p. §. 6. nu. 1. Cordub. in exposit. Regul. q. 5. & 16. & alij plures. Vide Suarez vbi suprà nu. 5. & 6. & P. Miranda vbi supra dicto art. 10. concl. 2. & art. 12.

Trid. sess. 25. c. 2. de reform.

47. Theologi præferendi sunt Iurisperitis

specialis in interpretatione dubiorum ad forum conscientiæ spectantium, eorum enim muneris est iudicare de lege Diuina positiua, quæ est de fide explicita, de sacramentis, ac de cæteris pertinentibus ad forum animæ, seu peccatum, de charitate, & iustitia erga proximos, de reformatione, & similibus. At circa dubia insurgentia super Canonum, & iurium declaratione, si Theologus non est sufficienter in hac Iurisperitia instructus (cuius plurima decreta pendent à libera tantũ voluntate Principis) videtur quòd, sit præferendus Canonista, seu Iurisperitus, ibid. art. 4. de quo Soto de iust. lib. 2. Henriquez libr. 7. de indulg. cap. 19 num. 5. littera L. Vide Suarez *vbi suprà numer. 7.* statim in principio.

48. Prælati Regulares in dubijs emergentibus circa Canones, & priuilegia Apostolica indiciales declarationes facere non possunt prohibendo sub aliqua pœna, ne subditis alia interpretatione vti liceat, eorũmque declaratio est omninò nulla, quia id reseruatur Papæ, in c cum venissent, de iudicijs. Vnde Clemens IV. apud Bullarium prohibuit Episcopis, & alijs prælatis Ecclesiasticis, ne similiter præsumant interpretari priuilegia dubia, vel clara fratrum, pro quo est quidam textus singularis in dict. cap. cum venissent, de iudicijs, vbi soli Papæ reseruatur cognitio de dubijs priuilegiorum Apostolorum. At ex indulto Innocentij VIII. prædicatores possunt tuta conscientia dare declarationibus factis à Generali Ordinis simul cum aliqua persona in dignitate constituta, & duobus alijs Iurisperitis super dubijs occurrentibus circa gratias, & priuilegia sibi ipsis concessa. Et Leo X concessit Fratribus Minoribus, vt in rebus grauibus dubijs, & scrupulosis conscientias eorum tangentibus possint, & debeant stare secura conscientia determinationi prælatorũ cum consilio aliquorum patrum, vt expressè habetur in c. exiit, de verb. significat in 6. & in Extrauagant i quorundam. Si verò dubium sit circa incursionem alicuius pœnæ in lege, vel Bulla Apostolica assignata præterũt dicti præ-

Bullar. Bull. 13. Clem. 4.

Bullar. orac. 14. Leon. X.

lati in iudicio sequi opinionem, quæ sibi verior, & probabilior apparuerit, ibidem art. 5. de quo D. Thom. 1. 2. *quæst. 96. art. 2.* Nauar. *cap. 21 num. 22.* Syluest. *verb. obedientia, numer. 92.* Cordub. *super regul. cap. 10. qu. 2. puncto. 3.*

49. Ad ritè, ac rectè explicanda iura, & priuilegia accipe sequentes regulas. Prima, & principalis, quòd ad proœmium eorum semper recurrendũ est, ex eo enim mens legislatoris conijcitur, continetúrque in eo causa finalis legis L. fin. ff. de hæred. restituend. vbi Bart. num. 3. Bald. Angel. & Imola, Panormit. in cap. aduersus nu 2. de immunit. Eccles. Idem tradit P. Mirãda *tom. 2. quæst. 25. art. 26 conclus. 5.*

Secunda regula, quòd priuilegia gratiæ, & concessiones recipiunt interpretationem à supplicatis, menti enim supplicantis præsumitur se conformare cõcedens, cap. inter dilectos, §. cæterum, de fide instrum vbi Felin. colum. 2. Iason in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de liber. & posthum. & in l. eas, C. de transact. Decius *consil. 10. nu. 8. & consil. 6. & 403. num. 15.*

Tertia regula, quòd verba canonum, legum, & priuilegiorum debent intelligi iuxta id, ad quod principaliter proferuntur à legislatore. l. 1. §. non autẽ, ff de flumine, nam verba posita ad vnũ finem, ad eundem finem sunt interpretanda, c. fin. de verb signific. sicut etiam actus agentium non operatur vltra eorum intentionem, iuxta Philosophos, & Iurisconsultos. l non omnes, ff. de rebus creditis l. in agris, ff. de acquirend. rerum domin. c. intelligentia, de verb. signific. Estque summè notandum. Vnde quando in Trid Concil. dicitur, nos iustificari per gratiã, & charitatẽ diffusã à Spiritu Sancto in cordibus nostris, nõ diffiniatur nos iustificari per habitus infusos animæ inhærentes, non enim ad id diffiniẽdũ ponuntur illa verba in dicto decreto, sed principaliter ad diffiniẽdũ cõtra Lutherũ, nos nõ iustificari ab extrinseco p nõ imputationẽ peccati, sed ab intrinseco per q̃dã interiorẽ renouationem, de quo vide Suarez, qui eleganter, & perdoctè rẽ tractat li 6. de legibus, c, 1. à n. 7. vbi resoluit, in inter- Trid. sess. 6. c. 11. de iustific.

pretatione legis expectandam esse pro prietatem verborum, idest, propriam significationem, ad quod plura refert plura inritum exempla, *l. non aliter, ff. de leg 3. l. 1. §. si is qui nauem ff. de exercit. action. l. prospexit, ff. qui, & quibus, cap. 2. sed neque, de translat. Episcop. cap. ad audientiam, de decimis.*

Quarta regula, quòd vna scriptura non solùm explicatur per alteram partem eius, sed etiam per alias omninò ab ea separatas. Exemplum habes in l. 1. ff. de rebus dubijs, vbi Vlpianus ait, alteram partem alternatiue per alteram interpretari, & in l. verum, ff. de detit hered. l. hæredes palam §. si quid, ff. de testam. l. vxoris, § fin. ff. de legat. 3. & in capit. secundò requiritis, 41. de appellat. vbi habetur, ea quæ in principio, ad medium, & ad finem, illa verò, quæ in medio, ad finem, atque principium sæpe referri, hoc est, per media declarantur extrema, & per vnum extremum declaratur aliud, de quo Bart. in d. l. 1. de rebus dub. Alexand. consil. 69. volum 6. Decius cons. 15. Idem post D. Augustin ab Auctore etiam relatum *lib. 3. de doctrin. Christ. cap. 26. & super Genes. ad litteram cap. vltim. & dict. libr. 3 cap. 2* & post Bald *in d. et. cap. secundo requiritis,* docet P. Mirãda *vbi sup. conf. 6.*

' D. Aug. lib. 3. doctrina Christ. c. 26. &c.

Quinta regula, & maximè necessaria ad intelligentiam legum est, quòd voluntas legislatoris declaratur à verosimili, sicut voluntas hominis à verosimili indagatur, l. non est verisimile, ff. de eo quod metus caus. nam qui arguit à verosimili, arguit à ratione naturali, cum similitudo sit cognata naturæ, & pro lege habeatur, de quo Bald. consil. 180. num. 3. volum. 3. Oldrad. consil. 13. Ad quod faciunt tradita à Suarez *dict. cap. 1. num. 17.*

Sexta regula, quòd perpendantur leges, an sint fauorabiles, vel odiosæ, nam fauorabiles ampliandas, odiosas verò restringendas esse regula vulgaris iuris docet. Quæ autem censendæ sint fauorabiles, vel odiosæ, certa regula non potest diffiniri. Illud tamen certo certum est, quòd lex pœnalis priuãs aliquare, odiosa iudicari debet, & similiter lex correctoria iuris communis, & exorbitans, non enim credẽdum est, legislatorẽ velle leges antiquas per tot annos obseruatas vnico verbo tollere, cùm correctio legum maximè debeat vitari, iuxtà vulgatam regulam, quæ à iure, de regul. iur. in 6. Vnde priuilegia licèt in quantum beneficia sunt, amplè debeant interpretari, in quantum tamẽ à terminis iuris egrediuntur, & contẽptores pœnis feriunt, strictè interpretanda sunt & solùm habẽt locum in eo casu, in quo loquuntur, l. quòd verò, ff. de legibus, de quo Tiraq. tract. de linag. in præfat numer. 62. Sarmient. lib. 1. sel. lect. cap. 12. nu. 15. Decius in cap. 1. de rescript. col. 9. in fine. Ad quod etiã vide Bart. & Legistas in l. si is qui pro emptore, ff de vsucapion. & in l omnes populi, ff. de iust & iur. l. cum exoratio ne, ff. de excusat. tutorum, & l. 3. §. hæc verba, ff de negot. gest. Menoch. libr. 4. præsumpt 89. num. 36. & num. 31. & tradit Suarez *l. 6 de leg c. 2. n. 3. vsque ad 6.*

Septima regula, quòd interpretatio ita debet fieri, vt ipsa lex vtilis reddatur, & non ridicula. Vnde lex, etiam odiosa contra sui naturam est ampliãda, ne inutilis, & ridicula reddatur, l. 1. § penult ff ad S. C Maced. Idemque dicendum est in lege pœnali, vt in l. 4. ff. ad Macedon. l. cum quis 116. de regul. iur. de quo Sarmien. vbi supr. n. 7. bald. conf 250. Tiraq. *de retract. gloss 5 n. 115.* Ad idem Mascard *concl 596. n. 2.* & traditis multis resoluit Suar *dict c. 2. nu. 7.*

Octaua regula maximè necessaria ad interpretationem statutorum regulariũ est, quòd in illis nõ debent in toto rigore apices iuris scrutari, sed secundùm æquitatem naturalem (quòd bonum, & æquum Iurisperiti vocant) interpretari oportet, sæpe sæpiùs enim perniciosè erratur allegata solũ auctoritate scientiæ iuris, vt Iurisconsultus in l si seruũ, §. sequitur, ff de verbor. obligat. Aduertant tamen iudices regulares, ne in suis causis procedant de bono, & æquo, ad libitum, & beneplacitum suum absolutè, sed iuridicè iuxta terminos iuris naturalis, & gentium, de quo Bald. *in rub. C. de contrah. emen & in c 1. §. qui vi iduam, de his qui feud dar. pos.* Idem tradit P. Miranda *d. qu. 25. art. 26. concl 16.*

No-

Nona regula, quòd vbi lex nō distinguit, nec nos distinguere debemus, quod limitatur ex l. 1. & l. prospexit, ff. de legat. prætand. nisi auctoritate alterius legis, nam lex specialis per aliam specialem limitatur, de quo Bart. *in l. vnica in princip. C. quorum legatorum, & l. quæsitum, §. fin. nu. 12. ff. de fide instrum.* Barbatia *consil. 128. num. 11. volum. 4.* Ad quod etiam faciunt tradita à Suarez *d. l. cap. 2. num. 3. & 4.*

Decima regula, quòd priuilegia regularium dubia in fauorem religionis interpretanda sunt ex Leone X. & alijs Pontificibus, & habetur in Compend. Societ. verb. priuilegia, § 4. & in Compend. S. Benedicti num. 49.

Vndecima regula, quod lex non includit illud, ad quod mens, & ratio legislatoris se non extendit l. cum pater, §. dolo, ff. de legat. 2. mens autem Principis in dubio semper præsumitur fuisse talis, qualis de iure esse debet, de quo Panor. in cap. suggestum & capit. meminimus de appellat. Bald. l. ex facto, in princip. notab. 4. vbi Alexand. de vulg. & pupill. Ad idem optimè faciunt tradita à Suarez *d. lib. 6. c. 1. num. 12. & seqq.*

Duodecima regula, quòd verba legis debent intelligi secundum subiectā materiam, cap. intelligētia, de verbor. signific. Exempli gratia, cauetur in religionibus, vt informationes ingredientium fiant coram notario, non specificando qualitatē notarij, sufficit ad hoc notarius religiosus à prælato creatus, vt moris est apud regulares, & concessit Pius V. Ad quod vide Suarez *d. cap. 1. num. 14.*

Tertiadecima regula, quòd quando proprietas verborum repugnat, & voluntas legislatoris non potest declarari secundùm dispositionem legis, nisi per improprietatem, verbis iuxta proprietatem standum est. Vnde cessante ordine necessitatis, & charitatis, instituti pa re, & eius filij non censentur vocati ordine successiuo iuxta dispositionem legis, sed simul, propter naturā copulæ, & quæ omnes simul, & eodem tempore vocat, cap. Raynutius, & cap. Raynaldus, de testamentis, nisi ex alia coniectura corroboretur præsumptio orta ex proprietate sermonis, de quo Paul. Castrens. & Socin. in l. his, ff. de condit. & demonstrat. Ad idem vide Suarez *d. lib. 6. c. 1. n. 15. & 16.*

Quartadecima regula, quòd in legibus pœnalibus argumentum à simili, aut ab identitate rationis non valet, rigor namque pœnę potius debet restringi, & mitigari, quam ampliari, ideoq; proprium casum non excedit, vt diffinitur in iure & sentit glossa in c. in pęnis, 49. de regul. iur. in 6. Ratio est, quia lex pęnalis non omnino pendet à ratione, sed à sola voluntate legislatoris taxante certam aliquam pœnam, qui licèt aliqua nixus sit ratione, ad eam imponendam congruente, non cogit, vt ista potius, quàm alia statuatur, de quo Castro de lege pœnal. libr. 1. c. 7. document. 3. Idem tradunt Anton. de Butrio in c. vlt. de consuetud. n. 57. & 58. Molin tract. 2 de iust. disp. 176. § 4. Sanchez l. 1. de matr. disp. 4. quibus cū nostro Auctore citatis id ipsū resoluit Suarez *li 6. de legibus, c 3 n. 5. & sequentib.*

Vltima regula est, quòd in rescriptis, & priuilegijs semper præsumēdum est, Principem velle se cōformare iuri cōmuni, & rationi, ita tamen, quòd aliquid addatur per priuilegium dispositioni iuris communis, ne superfluum reddatur, l. si quando, C. de inofficioso testam. vel aliquod dubium tollendo confirmet concessionem. Hæ omnes regulæ habentur d. qu. 11. art. 6. de quo Bald. in l. ex facto, ff. de vulgar. & pupillar. Idem ferè tradit Suarez dict. li. 6. cap. 2. nu. 7. & ad omnes suprà dictas regulas multa congerit P. Mirand. *d. q. 25. art. 26.*

50. Priuilegium continens actualē dispensationem legis communis, dato aliquo, quòd operetur præter ius commune, quod eiusdem debet ops rari, ca. in his de priuileg. in alijs strictè est interpretandum, vt si dispensetur ad ordines simpliciter, & absolutè, ad minores tantùm extenditur, & loquendo in terminis de priuilegijs habetur in cap. porrò, de priuileg. Quando autem dispensatio est in lege, vel consuetudine priuata stante cōtra ius cōmune, ampliè

interpretanda est, quia reducit hominem in ius commune, quod est fauorabile. Idem dicendum est in concessione indulgentiarum etiam de iniunctis pœnitentijs, quæ amplianda est, eo quòd nil continet contra ius commune. Item quando priuilegium continet facultatem dispensandi, commutandi, vel absoluendi amplè est interpretandum, nisi cedat in præiudicium tertij, quia non est mens Principis auferri alteri ius suum, nisi id exprimat, l. nec auus, C. de emancip. liberor. c. licèt in corrigendis, de offic. ord c. ex tnarum de auctorit. & vsupalij. Vnde extenditur ad similes casus, vbi adest eadem, vel maior ratio. Exemplum est in beneficiario canonista, qui potest frui prouentibus beneficij in absentia, sicut conceditur Theologo, cum scientia sacrorum canonum maximè sit necessaria ad Ecclesiæ regimen, sicuti necessaria est Theologia. Vnde etiam indultum concedens commutationem votorum potest extendi ad iuramenta votiua, ibidem artic. 9. de quo Syluest. *verb. priuileg. §. 3. num. 1. & 4. Nauar. in apolog. de redditibus q. 3. monit. 6. nu. 3. & monit. 20. & in man. cap. 22. num. 74. & cap. 27. not ab. 178. & 189. Cordub. lib. 5. quæst. 9. concl. 4. ad primum. Sarment. selectar. li. 1. c. 12. nu. 7. Mandos. in praxi signatur. grat. titul. licentia. Idem ferè tradunt Innocent. in capit. quòd dilectio, vbi etiam Panorm. de consanguin. & affinit. & in cap. olim, & in capit. Abbate de verbor. significat. & in cap. quia circa, de priuilegijs, Bart. in l. si finita, §. ex hoc edicto. ff. de damno infecto, num. 5 Nauar. in summa cap. 12. num. 79. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 1. & 4. quibus, & alijs multis relatis idem resoluit Suarez lib. 8. de legibus cap. 27. à nu. 7. & loquens de dispensatione libr. 6. capitul. 12. numer. 10. & 11.*

Quomodo leges, & priuilegia secundum consuetudinem interpretanda sint, vide ibid. art. 7 & 8. & nos diximus suprà de consuetudine.

ADDITIO.

51. Diximus in hac resolutione nu. 8. legem ciuilem Lusitanam, libr. 2. tit. 8. in antiquis, hodie, l. 2. tit. 18. in princ. p. iniustam videri, dum prohibet, ne Ecclesiæ, & Monasteria possint quouis titulo bona immobilia comparare sine Regis licentia. Nunc re maturiùs pensitata, existimo validam esse, nam omissis pluribus rationibus, quas afferũt pro huius legis validitate Caldas libr. 1. forens. qu. 23. nu 92. & in l. si curatorem, verb venundisti, n. 2. Molin tract. 2. de iust. disp. 140. Zeuallos 4. to. commun. q. 899. à n. 310 & à n. 175 Menoch. cons. 169. à nu. 5. & cons 350 latissimè Aegidius in l. 1 p 5. §. 2. à nu 3 C. sacros. Ecclesi. verissima ratio iustitiæ eius legis est, quod in Curia Romana fuit confirmata in concordatis inter Regem Dionisium, & Clerum. Ita Caldas, & Aegidius vbi suprà, idem scribit Anastasius Germonius in assertione contra Venetos, cap. 7. pag. 73. 74 & 75.

RESOLVTIO XCI.

De Lectoribus.

1. LEctores Sacræ Theologiæ apud Fratres Minores, qui per duodecim annos legerint, voce actiua, & passiua gaudent in Capitulis Prouincialibus, ex statuto ordinis Vallisoletano, etiam si anni sint interpolati, dummodò interpolatio vergat in vtilitatem Religionis, vel munus docendi agant apud alienam prouinciam de mandato prælati superioris tom 2. q. 130. art. 1.

2. In Monasterijs Regularium, vbi cõmodè fieri queat, habenda est lectio Sacræ scripturæ, ex Decreto Trident cui benè satisfit, si lectio sit Theologiæ Scholasticæ, vel Moralis, vt praxis admisit, & in minis domibus possunt huic muneri legendi satisfacere, ex Pio V. & Sixto IV. apud Bullariũ, *ibid art.* 2. Trid. sess. 5. ca. 1. de reform. Bull bull. 14. Sixti 4 nu 4

RE-

RESOLVTIO XCII.

De Librorum prohibitione.

1. PRiuilegium Gregorij XIII. factũ Generali Societatis Iesu ad legendum, vel purgandum libros Hæreticorum, vel alios prohibitos, seu etiam ad facultatem dandum pro his, & similes concessiones reuocatę sunt, tum per priuilegia amplissima sanctæ Inquisitionis in his Hispaniarum partibus, tũ per Bullam in Cœna Domini. tom. 2. q. 82. art 3. & nos diximus suprà, de Hæretica prauitate, nu. 9. 10. & 11.

2. Priuilegiatus à supremo Senatu Inquisitionis apud vnum territorium, v.g. Portugalliæ, ad legendum libros prohibitos, potest hoc eti priuilegio in alio territorio, v.g. in Regno Castellæ. Auctor *in addit summa loco infrà citando*.

Hæc tamen Auctoris sententia disciplicuit Suarez lib. 8. de legib. capit 26. num 8. Portel in dubijs Regular. verb. libri numer. 4. quorum rationes non adeò vrgent, vt ab eadem sententia recedamus. Quæ adhuc ex eo confirmari potest, quod hæc facultas nihil aliud cõtineat, quàm gratiam; gratia autem, quæ personæ confertur, personam sequitur, & cum personâ extinguitur, l. qui a tale 14. ff. soluto matrimon. capit. sanè, de priuilegijs, cum vulgaribus. Deinde hæc sententia ex eo suaderi potest, quòd facultas ab eo data, qui iurisdictione fungitur, non tantam vim habet in suo territorio, quam in alieno, cum in hac parte iurisdictio, quæ exercetur in facultate data, non ad contentiosam, sed ad voluntariam iurisdictionem pertineat. At qui nemo est, qui nesciat iurisdictionem voluntariam, etiã extra proprium territorium posse exerceri, veluti excommunicare, absoluere, beneficia conferre, litteras dimissorias concedere, & similia, ex regula l. 2. ff. de offic. Proconsul. c. post electionem, de conces. præbend. c. qua fronte 25 de appellat. sic limitata regula textus in l. vlt. ff. de iurisdict. iunctis traditis à Couar. l. 3 variar. c. 2. à nu. 8. Goncalez ad regul. 8 glos 61. à n. 1. Steph. Grat. 1. to. disceptat. c. 127. à n. 1. Denique hæc nostra sententia expresse probatur à Nauar. to. 2. consil. tit. de priuilegijs, in nouissima editione, cons. 6. quanquam dissentiat eius additionator, vbi Nauarrus id alijs pluribus similibus facultatibus exornat. Hoc tamen non habet locum, cùm Inquisitores Castellani extra territorium existenti facultatem hanc legendi libros prohibitos præstant, tūc enim verius est, iurisdictione defungi nõ posse, vt rectè docuit Suar. loco citato. Iuxta quod debet intelligi sententia nostri Auctoris *in add. Summæ, to. 3. c. 250. n. 4.*

3. Nemini licet libros Hæreticos ad suas manus deuenientes propria auctoritate comburere, sed eos ad Inquisitores deferre tenetur, iuxta constitutionẽ Iulij III. id præcipientis, aliàs potest procedi contra ipsum ac si esset hæreticus. Quòd intelligunt aliqui, nisi ex huiusmodi manifestatione, seu traditione resultet manifestanti, seu tradenti aliquod graue periculũ suspicionis de hæresi, tunc enim posse tales libros per se ipsum comburrere affirmant. Id tamen minimè admittẽdum est propter damnum, quod ex eo euenire potest Catholicæ fidei, ac Religioni, non deferendo huiusmodi libros ad Inquisitores, vt inquirere possint, an vltra traditos, alij similes supersint, & an ipsis malè vsi sint, & à quibus eos acceperunt. At semper pro comperto habendum est, per se ipsum taliter comburentem non incurrere excommunicationẽ (quidquid sit de peccato) qui.n tales libros cõburit, iam non pôt dici verè retinere: ibid. citato loco Addit. summæ, n 5. Idẽ docet Sanchez l. 2. Decal. c. 10 n. 56. post Azor to. 1 inst. moral. libr. 8. c 16. qu. 11. quem refert, & sequitur Portel *in addit. ad dubia verb. libri prohibiti, num. 13.*

4. Pœna excommunicationis ipso facto reseruata Papæ per Sixtũ V. cõtra

extrahentes libros à Bibliothecis Fratrum Minorum cum cæteris pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ inibi appositis, eos tantùm ligat, qui præfatas Bibliothecas defraudauerint, vel aliquid ex eis furto subripuerint, ex moderatione, & declaratione Clementis VIII. & constitutione Pij V. quæ quantum ad hoc non est renocata, vt refertur in Bullario inter viuæ vocis oracula Clementis VIII. §. fidem facimus, tom. 2 quæst. 119. art. vnico. Idem docet Portel verb. libri. nu. 5. de impressione librorum vide *tom. 2. q. 104* & non resoluimus suprà *resolut. 79.* (Bullar. fol. 495.)

De Maioratibus, vide *tomo. 2. quæst. 78. artic. 12. vsque ad 15.* & nos resoluimus *suprà de hæreditatibus à num. 20. vsque 23. & de Commendatarys, num. 10.*

RESOLVTIO XCIII.

De Matrimonio.

1. Apud Græcos tãtùm licuit vti matrimonio contracto ante sacri Ordinis susceptionem, non tamen post contractum. At apud Latinos nullo pacto licitum est, vt constat ex capit. cùm olim, de clericis coniugatis. Quòd si de facto vxorem ducant clerici in sacris constituti, vel Religiosi professi, siue occultè, siue publicè faciant, tanquã de hæresi suspecti iudicantur ab Inquisitoribus Hæreticæ prauitatis, Religiosi insuper incurrunt excommunicatione, item Moniales, & clerici in sacris constituti, Clem. vnica, de consanguinit. & affinitate, matrimonium verò irritum omninò est, ex Innocentio II. in Synodo Generali Romana. Ad dirimendum autem matrimonium post contractum illud votum dicendũ est solemne, quod solemnizatum fuit per sacri Ordinis susceptionem, vel per professionem expressam, vel tacitam factam in Religione à Sede Apostolica approbata, & in manibus potentis recipere, & incorporare in illa, c. vnico, de voto, l. 6. Quòd si in primitiua Ecclesia aliter factum est, ideo contingit, quia nec expressè, nec publicè, aut solemniter vota Religionis emittebantur. *tom 3. q. 1. art. 1 & 2.* de quo Simancã *de Cath. inst. titul. 4 de matr. concl. 30. numer. 6. Soto de instit. sacerd. de matrimonio lectione. 6.* Vide idem Suarez *de censuris disput. 23. sect. 5. à num. 11. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 26. num. 2 & lib. 5. Decalog. capit. 1. num. 6. & 9.*

2. Per ingressum, seu susceptionem habitus Regularis non soluuntur sponsalia de futuro, nisi post secutam professionem, sicut nec soluitur matrimoniũ ratum, & non cõsummatum, cap. ex publico, de conuers. coniugat. Quod iure tantùm Ecclesiastico, Concilij Tridentini dirimi quoad vinculum per professionem in Religione approbatam factam, probabilior sententia affirmat, quidquid alij iure naturali, & Diuino dissolui teneant ibid. art 3 & 4. de quo, Couarr. *de testam. 1. p. cap. 5. nu. 11. Aldana de sacrot. hemin. continen. lib. 5. cap. 1. 90. & 9. Idem docent Vasquez 2. 2. quæst. 6. art. 4. disp. 165. Soto cap. 1. 6. & 7. Azor tom. 1. instit. moral. libr. 12. capit. l. 6. quæst. 4. Ribadeneira de instituto Societ. cap. tul. 18. Sanchez libr. 7. de matrim. disput. 26. num. 2. & lib. 5. Decal. cap. 1 num. 9.* (Trid. sess. 24. cap. 1. de matr.)

3. Votum continentiæ annexum ordini sacerdotali ex Ecclesiastica institutione consona iure Diuino, & naturali posse per Papam dispensari, omnes conueniunt. At votum solemne castitatis in Religione emissum, licèt non possit tolli per dispensationem, iuxta sententiam aliquorum, nihilominus tamen ex rationabili, & vrgenti causa posse à Papa tolli obligationem ex voto prouenientem, in toto, aut in parte, faciendo de Religioso non Religiosum (sicut de facto fuisse dispensatum à Sede Apostolica traditur) melior pars Doctorum affirmat. Non tamen potest efficere Papa, quòd maneat verus, & perfectus Religiosus in perfecta, & vera Religione Euãgelica, & quòd simul habeat proprium, vel vxorem, quia id essen-

essentiæ Religionis, & Monachatus repugnat, vt in c. *cùm ad monasterium, de statu monachor. expressè habetur.*] *Ibid, art. 5. de quo Cordub. q. 14. Couar. c. 2. de test. am. n. 11. Nauar. in c. non dicatis nu. 49. Soto de iust. li. 7. q. 4. ar. 2. & q. 5. ar. 3. & in 4. dist. 38. q. 2. art. 2. Vide Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 18. n. 7. & 8. & lib. 5 decalog. cap. 3. n. an. 3. & nos diximus supra resolut. 52. num. 39.*

4. Vota simplicia obedientiæ, paupertatis, & castitatis post biennium probationis emissa apud Societatem Iesu, interim dum non expellitur à Religione taliter professus, faciunt verum Religiosum, ideòque matrimonium contractum irritum, nullúmque reddunt, ex decreto Gregorij XIII. ibid. art. 6. & tomo 1. quæst. 1. art. 4. & 5. de quo F. Ioannes à Cruce de statu Relig. libr. 1. cap. 2. §. ex dictis, fol. 8. Vbi constituit differentiam inter Patres Iesuitas, & cæteros Religiosos quoad hoc, quòd isti essentialiter, & ex iure Diuino sunt inhabiles ad matrimonium, illi verò ex iure Ecclesiastico præfati Decreti Gregoriani. Sed oppositum quantum ad hoc videtur tenere Sanchez *lib. 5 decalog. cap. 1. num. 23. & 26.*

An autem professio in Religionibus Militaribus emissa soluat matrimonium ratum, & non consummatum, vide ibidem art. 7. & nos diximus supra de Commendatarijs resolut. 29. nu. 10.

5. Oblati, qui se ipsos perpetuò monasterio obtulerunt absque Religionis professione, sed voto castitatis, etiam mutato habitu seculari posse matrimonium contrahere, tenent plurimi, mihique indubitatum omninò videtur, quia hi non sunt verè, & propriè religiosi, vt tradit glossa in c. vt priuilegia, verb. mutato habitu, & in cap. penult. de priuileg. & tenet Capella Tolosana. Ibid. artic. 8. de quo Couar. in cap. alma mater, 2. p. §. 2. num. Capella Tolosan. decis. 8. numer. 33. Ad quod in simili vide Sanchez *lib. 7 decalog. cap. 6. num. 42.*

6. Religiosus ministrans sacramentum matrimonij cum solemnitate benedictionis nuptialis sine speciali licentia parochi, incurrit excommunicationem ipso facto à Papa duntaxat absoluendam, Clement. de priuilegijs, itemque suspensus manet, ipso iure ad arbitrium Ordinarij, seu quamdiu voluerit absoluendus, ex decreto Tridentino. Nec sufficit licentia generalis ad sacramenta ministranda, vt possit Religiosus hoc sacramentum ministrare, nisi in illa fiat mentio specialis ipsius sacramenti matrimonij, licèt non fiat de Religiosis. *tomo. 3. qu. 2. artic. 1.* de quo B. Ioannes Capistranus *tract. de excommunicat. & Gloss. in dicta Clement. 1. verb. specialis, de priuileg.* Trid. sess. 24 c. 1. de reform. matrimo.

7. Nemini dubium est Episcopis, & à fortiori prælatis Regularibus prohibitum esse dispensare in impedimentis consanguinitatis, & affinitatis ad contrahendum matrimonium. Priuilegium autem Leonis X. super hoc factum Fratribus Augustinis (si quando fuit) iam cessauit. Sed Religiosi apud Indias gaudent hoc priuilegio, vt supra diximus de Indorum priuilegijs n. 5. vbi referuntur bullæ Apostolicæ id concedentes *ibid. ar. 2.* de quo Syluest. *verb. casus, casu 41.* Vide Portel *in addit. ad dubia verb. matrimonium, num. 1. & seq.*

8. Licèt sapientissimis viris probabile videatur, sponsam duodecim annorum, v.g. post matrimonium ratum, & non consummatum ingredientem Religionem, intra duos menses compellendam esse profiteri, iuxta terminos cap. ex publico, de conuers. coniugat. etiam nunc stante decreto Concilij Tridentini super anno integro probationis, & sextodecimo ætatis, sicut in ipso Concilio in casu particulari admittitur professio post sex menses. Contrarium nihilominus est tenendum, quia ex plano sensu d. illi decreti negatiui, & generali ipsius prohibitione constat, non valere professionem præfatæ puellæ ante impletum annum probationis, & decimumsextum ætatis, to. 3. qu. 13. art. 4. de quo Henriquez 2. tom. libr. 12. de impedim. matr. c. 1. n. 8. Et F. Palatius in 4. d. 27. q. 3. ar. v. Vide infrà de nouitijs vxoratis à nu. 29. & 8. Idè docet plures alios allegans, *in ch. de matr. l. 2. d. 24. n. 6. & 7. & libr. 1. ad præcepta, cap. 4. nu. Et Lessius de iust. libr. 2. cap. 41. num. 59.* Trid. sess. 25. ca. 15. de Reg. Trid. sess. 25. ca. 21. de Reg.

ADDITIO.

9. Dum diximus suprà num. 1. Religiosos de facto matrimonium contrahentes affici sententia excommunicationis, de qua in Clem. vnica, de consanguinit. sic est explicandum, vt ad incurrendam eam pœnam non sit necesse consummare matrimonium, sed sufficit Religiosos per verba de præsenti contrahere. Ita cum glossa ibi, verb. contrahere, docent plures, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 7. de matr. disp. 48. nu. 6 non tamen sufficiet contrahere sponsalia de futuro, vt post antiquiores docent Tiraquell. post leges connubiales, glos. 2. num. 18. Suarez de censf. disp. 23. sect. 5. n. 20. Guttier. lib. 1. can. c. 21. n 46. Sayro lib. 1. Thesaur. c. 35. n. 17. citati à Sanchez *libr. 1 de matr. disp. 12. num. 2.*

10. Quæ traditio ea ratione probatur, quia leges de matrimonio loquentes locum habent in sponsalibus de præsenti, ex cap. vltim. de frigid. capit 1. & 2. de matrim. contract. cap. per tuas 11. qui filij sint legit. l. penult. ff. de donat. inter. l. penult. Cod incest. nupt citati à Sanchez libr. 1. de matrimon disput. 1. num. 4. Qua ratione dum in cap. 3. versic. nec ille, de sentent excommunicat. dicitur, maritum clericum, vel Religiosum cum vxore inuentum percutientē liberari à censura, *capit. si quis suadente 17. qu. 4. est sanè id accipiendum, vt etiam locum habeat in sponsa de præsenti, argumento l. 4. ff. de fund. dot. l. si sponsa 74. ff. de iur. dot. l. non fine, 5. C. de bon. quæ liber. l. 2. §. si sponsa, ff. de privileg. credito. l. item 15. §. sponsum, ff. de iniurijs, docent cum gloss. in d. c. 3. verb. cum vxore. Couar. de spons. 1. p. c. 4. n. 16.* Sanchez d. disp. 1. n 6. Gutier de matr. c. 1. à n. 13. Suarez de cens. disp. 22. sect. 1. n. 36 Farinac. in praxi t. 3. q. 121. n. 73. Ægidius to. 6. de sacram. disp. 14. n. 196. qui ferè omnes improbant Couar. dum id extendit ad sponsum de futuro, vt si percutiat, saltem à censuræ reseruatione liberetur, à cuius traditione etiā recedit Riccius in praxi aurea resol. 218.

11. Cæterùm aliquando sub appellatione matrimonij non veniunt sponsalia de præsenti, idque cum legis intentio, aut subiecta materia copulam exigit, vt docuit Bald. in capit. capellanus, in fine, de ferijs. Exempla profero. Primum in l. 55. Taur. hodie l. 2. tit. 3. libr. 5. Recop. circa prohibitionem contrahendi à muliere sine licentia mariti, quæ prohibitio cessat in sponsa de præsenti. Couarr. de spons 2. part. c. 7. § 1. num. 4. Guttier. de iurament. 1. part. cap. 1. num. 58. Azeued. in dict. l. 2. numer. 5. & 6. Secundùm est in l. 2. titul. 9. libr. 5. Recopilat. circa lucra, quæ constante matrimonio inter coniuges communicantur, quæ communicatio locum non habet in matrimonio rato. Matienco in d. l. 2. gloss. 1. à num. 1. & ibi Azeuedo à numer. 14. Guttier d. capit. 1. num 56. Gama decis. 357. vbi Flores de Mena in addit. Garcia de coniugali, ac quæstu, à num. 52. Morquecho lib. 2. de diuis. bonor. cap. 11. à num. 3. Tertium exemplū est apud Lusitanos in Ordinat. libr. 4. titul. 46. §. 1. vbi etiam, vt communicatio omnium bonorum fiat inter coniuges, non sufficit matrimonium ratum, sed requiritur consummatum, ex copula quæ non præcedat, sed subsequatur matrimonium, vt contra Gama *decis. 124 numer. 1. rectè* post Costa, *§. si arbitrato, amplias. vltim num. 21.* docet Barbosa *in rubrica 2. pars. numer. 110. ff. sol. matrimonio.*

RESOLVTIO XCIV.

De Mendicitate Fratrum, seu de Fratribus Mendicantibus.

1. MEndicatio Religiosis licita est ad quærendum victum, nec ad id tenentur manibus laborare. Imò qui ad exercendum se in humilitatis, & pa-

patientiæ virtute habitum pauperis,seu peregrini suscipit, & mendicando aliquem pium locum longinquum visitat, licite,& laudabiliter facit,etiam si nullum paupertatis votum emittat,nec sua pauperibus dispertiat, tomo 3. quæst. 3. articul. 1. de quo D.Thom.opuscul.19. cap 5.& 2.2.quæst.187.art.3. Navar. in cap.non dicatis,num.37. Idem ferè docet Sanchez lib.7.decalog. cap. 24.nu. 2.& 5. & agens de diuitibus deuotionis, seu peregrinationis causa ad tempus mendicantibus,*nu*.12.13.& 14.

2. Mendicitas Fratrum Minorum,& aliorum Mendicantium licita est, & meritoria, vt declarauit Alexander Papa,dummodò non se extendat ad superflua conquirēda, & recompensatio fiat in spiritualibus, putà in sermonibus, & orationibus, in officio diuino, & vita Religiosa,approbatur namque mendicitas, vt melioribus exercitijs debitè occupentur Fratres, nō vt otio vacent, ibidem artic 2. de quo D. Thom. dicta quæst. 187.artic.3.4.& 5. Idem docent Castro contra hæreses verb mendicitas,Thomas VValdens.lib.4 doctrinal. fidei antiquæ cap. 3 & 4. & tradit Sanchez vbi suprà à num 6 vbi resoluit,id esse diffini tū in Concilio Constantiensi session.8. & in bulla Martini V. & à Leone X contra articulos Lutheri,& à Nicolao III.*in c. p exijt,de verb signific.*

3 Quin imò Fratres Minores cùm nil proprij habere possint, tenentur ex vi regulæ per mendicitatem prouidere sibi de necessarijs,ex dicto capit exijt, & ex Clem. exiui, eodem titulo,non tamen licitè valent aliquid petere per ciuilem actionem, etiam debita iure naturali,aut Diuinò,putà pro missis,seu monitus exequijs,aut pro alijs exercitijs spiritualibus,seu corporalibus, aut pro alia quacunque causa, nisi purè per viam eleemosynæ, implorando humiliter officium iudicis absque scandali periculo, vt ipse pro debito satisfieri faciat. Vnde dicti Fratres Minores non sunt incapaces dictæ eleemosynæ debitæ pro annalibus missarum perpetuis, licèt enim sint certa moraliter, non tamen ciuiliter,ibidem artic.3. de quo Corduba *super regul,cap.3.quæst.3.* & *cap.6 quæst.1.5* & 10. & nos diximus suprà *de legatis,num*.10.& 19.

4. Mendicantes, alij sunt ex regula,vt Fratres Minores, qui proinde nihil proprij possident in communi; alij ex constitutionibus, vt Prædicatores, & similes,quibus licet bona in communi possidere.*tom.2.qu.125.art.1* de quo vide Sanchez *lib.6 decalog.cap.7.à nu.* 113.& *lib.7.cap.25 à num.1.*

5. Priuilegia Mendicantium ad petendas eleemosynas per Tridentinum Concilium non sunt abrogata, quippe quod tàntum procedit in quæstoribus eleemosynarum prædicantibus,seu publicantibus indulgētias concessas porrigentibus manus adiutrices pijs locis. Quin imò contra prohibentes possunt procedere Rectores Ordinum Mendicantium, & Auditor Cameræ Apostolicæ, ac Inquisitores Hæreticæ prauitatis,sicut contra hæreticos,suntque ipso facto excommunicati, ex Bulla Sixti IV.apud Bullarium, tomo,2.quæst.57. art.7. de quo suprà diximus de eleemosyna numer.5. Idem post Nauarrum,& nostrum Auctorem docet Sanchez *lib. 7.decalog cap 24 num.7.* Trid.sess. 25.c.9.de reform. Bull. bul. 20. Sixti 4.nu 5.& bull 7.Pij 5.nu.25.

6. Mendicantes Fratres dicuntur, quibus Regula, vel constitutio possessiones,seu redditus ad propriam sustentationem interdicit, & incerta mendicitas solet eis victum præbere per publicum quæstum,capitul 1 §.confirmatos,de Religiosis domibus,lib.6. Auct. tom.1.qu 2.art.9. de quo vide Sanchez *lib.6 decalog.cap.7 num.114.*

7. Iure communi attento quatuor tantùm sunt Ordines Mendicantes,capit.vnico,§ sanè,de Relig. domibus in 6. quæ quidem ab initio propriè, & principaliter sic appellantur, licèt ex eis aliquæ bona stabilia in communi habeant: scilicet Ordo Fratrum Minorum B.P.N. Francisci,Ordo Prędicatorum Beati Dominici, Ordo Eremitarū Sācti Augustini,& Ordo Carmelitarū. Aliæ sūt,quæ postea ex priuilegio Apostolico inter Mēdicātes relatæ sunt,scilicet Ordo seruorū Beatæ Mariæ,Ordo Minimorum. Ordo S. Hieronymi Iesuatorum, & Ordo Societatis Iesu, omnesque priuilegijs Mendicantium gau-

gaudent, vt cõstat ex Bullis Pij V. Gregorij XIII. Pauli III. & aliorum apud Bullarium, tomo 1. qu. 2. artic. 1. & 9. & tom. 3. quæst. 49. art. 1. & 2. de quo Nauarr. in capit. statuimus, 54. qu. 3. nu. 13. & in fine. Idem ferè tradunt Azor instit. moral. tom. 1. lib. 12. capit. 14 quæst. 12. §. quæres, Sanchez vbi proximè n. 117.

Bullar. bull. 19. 20 & 21. Pij 5. bull. 13. & 26. Greg. 13. & bull. 7. & 8. Pauli 3.

8. Alexander IV. damnauit quendã libellum satis perniciosum, & detestabilem, tanquam magni scandali seminarium, & multæ conturbationis materiã continentem, contra laudabilem statũ, & institutum Euangelicum Fratrũ Mẽdicantium, illumque comburendũ precepit. Habetur in Bullario, de quo D. Bonauentura *in tract. pro defensione statas Mend. cantium*. Ad quod vide Sanchez *lib. 7 decal. cap. 24. num. 6.*

Bullar. bull. 20. Alex. 4.

9. Mendicantes, & qui eorum gaudent priuilegijs, fruuntur concessis Societati Iesu per plurima priuilegia Apostolica, de quibus infrà dicemus *de priuilegijs, num. 49.*

10. Per quoddam priuilegiũ S. Hieronymi in Hisp. ria apud Com pendiũ Societatis possunt Fratres Mẽdicãtes semel in vita dispensari in foro cõscientiæ à Confessario per superiorem deputato super irregularitate quacunque occasione contracta, quod est valde magnum priuilegium, & notatu dignum *tom. 1. quæst. 62. art. 13. § aduertendum.* Vide supra *resolut. 52. num. 25.*

Comp. Societ. tit. dispens. §. 6.

RESOLVTIO XCV.

De Minoribus Fratribus.

1. FRatrum Minorum Religio proprijssimè instituta est ad instar Ecclesię Catholicę Romanę, sicut enim tota Ecclesiastica Hierarchia ex presbyteris parochialibus, Archipresbyteris, Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, & Primatibus compagitur, sicque omnes Summo Pontifici Romano subsunt: ita Hierarchia Minoritarũ ordinatur ex confessoribus, qui sunt veluti presbyteri parochiales, ex Guardianis, qui funt ad instar Archipresbyterorum, ex Custodibus, qui præsunt vt Episcopi, & ex Ministris Prouincialibus, qui quasi Archiepiscopi præsunt pluribus Custodibus, ac tandem ex Generalibus, qui ad instar Primatum, seu Patriarcharum habent pro suffraganeis plurimos Prouinciales, qui omnes supremo Ecclesiæ Romanæ Põtifici subduntur, nonsolùm ex iure Diuino, vt reliqui fidelium, sed etiam ex speciali Regulę præcepto. *tom. 1. quæst. 12. art. 5.* de quo vide P. Miranda *tom. 1. Manual. qu. 56. art. 1.*

2. Fratres Minores de licentia prælatorum possunt procurare pecuniam pro Bulla Cruciata accipienda, qua optimè frui possunt ad eligendum confessorem pro non reseruatis, & pro indulgentijs lucrãdis: ac vlteriùs, per quoddam viuæ vocis oraculum Pauli III. possunt comedere oua, & lacticinia in diebus ieiunij, & omnia alia in illa cõcessa consequi (excepta absolutione à casibus reseruatis) modò sacerdotes duas missas celebrent, & Choristæ bis Psalmos Pœnitentiales cum suis Litanijs, & Conuersi, seu laici ducentos Pater noster, cum totidem Aue Maria, recitent, omnia hæc reiterando in publicatione bullæ, quæ quotannis fieri solet. Quod quantum ad lacticinia mãducanda in quadragesima non est in vsu, in alijs ieiunijs per annum vsus obtinuit. tom. 1. quæst. 21. art. 10. & quæst. 62. artic. 11. quoad casus reseruatos vide suprà de absolut. Fratrum quoad reseruata, numer. 24. & 25.

An autẽ Fratribus Minoribus liceat recipere triticũ, aculia et res superabundantes, quibus in propria specie non indigent, aut non in tanta quantitate, vt per syndicum vendantur, & pro alijs necessarijs commutentur? vide suprà *de dispensationibus, num. 36.*

3. Præcepta contenta in Regula Fratrum Minorum (exceptis tribus votis essentialibus) non obligare ratione voti, seu tanquam vota, tenet verior, & rece-

receptior sententia, aliàs nec Papa in illis dispensare posset, sicut in paupertate, vel castitate, manente Monachatu, non valet, vt ex cap. cùm ad Monasterium, de stat. Monach. constat. tom. 1. quæst. 26. art. 4. & nos diximus de dispensat. nu. 37. de quo P. Miranda *tom. 2. quæst. 31. artic. 2.*

De bonis malè quæsitis, & incertis relictis dispositioni Fratrum Minorũ, vide suprà de bonis Regularium, num. 1. De bonis, & alijs pertinentijs Monasteriorum desertorum Fratrum secum ad alia loca transferendis, vide *ibidem num. 7.*

Quibus in casibus licitè possint ingredi Fratres Minores clausuram Monialium, vide suprà *de clausura Monialium, nu. 21. vsque ad 27. item & num. 32.*

4. Apud nos Minores extat quędam constitutio contra Fratres recipientes libros adstante reseruante sibi dominiũ, quia talis dominij reseruatio præsumitur in fraudem fieri, à Fratribusque procurari, vt liberiùs nulla habita licentia superioris, nomine dantis de illis possint disponere. *tom. 2. qu. 83. art. 2.*

Bull. Oraculo 20. Pij V. 5. Pius V. inter viuæ vocis oracula apud Bullarium declarauit, quòd calceamenta desuper aperta, quæ vocantur Hispanè (fuelas) portata à Fratribus Minoribus, nõ sunt calceamenta in sua Regula prohibita, quibus bona consciẽtia cum pedalibus panniceis, & caligis possunt dicti Fratres vti. De quo Corduba super Regul. cap. 2. quæst. 23 puncto 1. & 2. vbi resoluit, quod nomine calceamentorum in Regula prohibitorum propriè veniunt cooperimenta de corio facta, quæ cooperiunt totum pedẽ; pro quo refert quatuor Magistros, Hugo. Pisan. & Serena conscient. Sed re vera prædicti quatuor Magistri, & Hugo, & per consequens idem Corduba expressè tenent, calceamentum quãtũ attinet ad nos Minores Fratres propriè dici quidquid operit pedes, siue id sit ex corio, siue alterius materiæ, vt latiùs mox dicemus: dũ enim citat Cord. prædictos Auctores iuxta eorum mentem, atque sententiam procul dubio intelligendus est, ne dicamus ipsos non legisse, vel perperam citasse. Bulla Vrbani VIII. vbi hæc res deciditur, sic se habet.

Vrbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Sacrosanctum Apostolatus ministerium humilitati nostræ, nullis licet meritorum suffragijs, diuina dispositione commissum postulat, vt inter grauissimas, multiplicesque Apostolicæ sollicitudinis curas, illam peculiari studio complectamur, per quam personæ sub suaui Religionis iugo Saluatori, & Domino nostro obsequium [illegible] præstantes incrementum [illegible] sicut accepimus dilecti filij Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia [illegible] Verbi Dei prædicationibus, continuaque Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, necnon alijs spiritualibus exercitijs vberes in vinea Domini fructus iugiter afferre noscuntur. Nos vt fratres prædicti in tam laudabilium operum exercitio eo alacrius perseuerent, quo amplioribus fuerint ab hac sancta Sede fauoribus muniti prouidere, necnon felici illorum statui, quantum nobis ex alto conceditur, consulere volentes, nec non statutis, & per eos in Capitulo generali proximè præterito decretis inhærentes, ac supplicationibus etiam dilecti filij Bernardini de Senis eiusdem Ordinis Ministri generalis nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: quod de cætero perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli eiusdem Ordinis professores iuxta dicti Ordinis regulam, necnon declarationes à piæ mem. Nicolao III. & Clemente V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris desuper emanatas, cum calceodijs, seu sandalijs apertis, duntaxat incedere teneantur, neque alio pedum operimento, siue panneo, siue alterius cuiuscunque materiæ existat,

ab-

absque expressa licētia vti possint: quodque integrum eorundem professorum vestimentum duabus tantum tunicis constitui, & constare debeat, vnà cum caputio & alia sine caputio, vt eadem regula prescribit, neque eiusdem Ordinis professores tertia tunica, seu camisia stamnea, aut interula, siue sudarijs, vel alia quacumque re, contra eiusdem regulæ tenorem etiā in vim concessionis fœlis. record. Iulij Papæ II. etiam prædecessoris nostri, siue alio quouis prætextu, & ex quacunque causa vllo modo vti valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò statuimus, atque declaramus, prædictamque Iulij prædecessoris, quascunque alias concessiones siue indulta, tā per litteras Apostolicas, & motu proprio, quàm viuæ vocis oraculo, & aliàs quomodolibet concessa eidem regulæ quomodolibet contraria abrogamus. Decernentes præsentes litteras semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ab omnibusque dicti Ordinis Fratribus inuiolabiliter obseruari, sicque & non aliter per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, vbique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædicta Iulij prædecessoris ác quibusuis alijs concessionibus, siue indultis huiusmodi, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die 1. Octobris 1625. Pontificatus nostri anno tertio.

Sic refertur in tabula Capituli generalis Romani, anno Domini 1625. celebrati.

Qua constitutione, seu declaratione Domini Vrbani VIII. attenta non possunt fratres, nisi iuxta regulam cum calepodijs, seu sandalijs dumtaxat apertis incedere. Quod quidem expressè docet D. Bonauentura super regulam c. 2. & cum expositoribus communiter tradit Corduba ad dictum cap. 2. qu. 2. 3. puncto 2. vbi resoluit, solummodo vera sandalia non esse calceamenta in regula prohibita, ac proinde absque vlla dispensatione regulariter portari posse; cętera autem alia à prædictis sandalijs portari non posse, sine dispensatione. Quapropter dicit ampliùs Pontifex: Neque alio pedum operimento, siue panneo, siue alterius cuiuscunque materiæ absque expressa vti possunt, in quibus verbis expressè declarat, non posse Fratres vti pedalibus pannicis (vt olim declarauerat Pius V.) nisi de licentia, & dispensatione prælatorum, quàm dispensationem, seu licentiam concedere non possunt prælati iuxta regulam, nisi ex causa, & vt in ipsa regula dicitur, necessitate cogente, maior, vel minori, secundùm quod magis vel minus acceditur ad calceamenta, vt cum quatuor Magistris, & Doctoribus communiter resoluit Corduba dicto puncto 2. §. 1. cum seqq. Ex quibus fit, quòd illud viuæ vocis oraculum Pij V. à nobis suprà relatum, dum habet, quòd fratres possunt vti cum bona conscientia calligis truncatis cum pedalibus pannicis, omnino rejciendum est, tum quia de eius validitate non satis constat, tum quia illi sufficienter, & expressè est derogatum in dicta constitutione Vrbani VIII. quam fratres ad vnguem seruare tenentur, vt declaratiuam regulæ, idq; satis indicant illa verba: *Cum talepodijs, seu sandalijs apertis dumtaxat incedere teneantur*: verbum enim, *teneantur*, necessitatem præcepti ex vi regulæ importat.

6. Scio quasdam concessiones Pij V. ab aliquibus circunferri, quas etiam noster Auctor apud Bullarium refert, eas tamen consultò missas facio, sunt namque dissipatiuæ, & dispensatiuæ nostræ regulæ, maximè in concernentibus ad paupertatem, ideoque ab ordine nusquam fuere receptæ, imò constanter relectæ, vt constabit ex tabulis septem capitulorum, & congregationum gene- Bullar. orac. 11. vsque ad 31.

generalium ab anno Domini 1587. vsque ad annum 1627. celebratorum, de quorum quatuor mentio fit in statutis Segouiensibus, in quibus omnibus Patres Ordinis nunquam receperunt, & à se expressè abiecerunt omnes, & quascunque concessiones Apostolicas puritati nostræ regulæ contrarias, eamque absque vlla dispensatione à Fratribus obseruandam esse ibi præceperunt.

Stat. Segob. ca. 8. in fi. titul. de disput. regul.

Quod nouissimè tandem statuto firmatum est, & Apostolica auctoritate declaratum in Capitulo Romano sub Reuerendissimo P. F. Bernardino de Senis Ministro generali, & constat ex dicta Bulla Vrbani VIII. relata in tabula dicti Capituli generalis, vbi omnia regulæ quomodolibet contraria abrogantur in illis verbis, ibi: Prædictamque Iulij prædecessoris, & quascumque alias concessiones siue indulta, tam per litteras Apostolicas motu proprio, quàm viuæ vocis oraculo, & alias quomodolibet concessa eidem regulæ quomodolibet contraria abrogamus. Vnde Auct. à nobis relatus suprà resol. 52. n. 35. monet, vt fratres omnino caueant à tali concessione Pij V. vtpotè contraria regulæ, idem resoluit P. Mirand. to. 2. manual. qu. 31. artic. 6. Quod maximè animaduertendum oportet à professoribus altissimæ paupertatis, ne in re tanti ponderis sedducantur. Debitorem enim me fat. or sapientibus, & insipientibus (vt verbis Apostoli loquar) sapientibus, inquam, hoc est probis, & timoratis, vt trepident timore, vbi est timor; insipientibus verò, hoc est improbis, & relaxatis, vt suæ libertatis habenas cohibeant, ne in profundum malorum venientes, maiores excessuum suorum pœnas posthac luant, omnesque ad præscriptum regulæ, quam Domino promisimus, vitam instituamus, per cuius obseruantiam ad meliorem perfectionis frugem anhelare debemus.

Orac. 5. Gregor. XIII.

7. Gregorius XIII. inter viuæ vocis oracula apud Bullarium concessit Fratribus Minoribus, quòd cùm aliqui Conuentus nostri, præsertim ex illis qui fuerunt Amadeorum, & Clarenorum, habeant vineas intra septa Conuentuum, ex quibus colligunt singulis annis vinum, quod non videtur conuenire puritati regulæ, & professionis nostræ, possimus illa tenere, & illis vti pro serenitate conscientiæ. Item quòd Syndicus potest vendere fœnum, quod colligitur in pratis nostris, & conuertere pretium in alias res Conuentibus, & Fratribus necessarias. Pro quo aduerte, quòd illa particula, præsertim, posita in ista concessionè, non limitat, quòd id tantùm liceat in Conuentibus, qui olim fuerunt Amadeorum, & Clarenorum, sed ibi præcipuè licere declarat, non tollendo quòd in alijs eodem priuilegio vti liceat, vt bene aduertit Portel. in addit. ad dubia verb. redditus annuales, §. probo primo, vbi resoluit, idem à simili licere de messe hordeacea intra septa Conuentus collecta pro iumentis, de oleo ex oliuis, dummodo non colligant ad vendendum, nec ex hortis, seu agris agricolis extra septa monasterij ad colendum traditis, sed tantùm pro vsu, & necessitate Fratrum. Ad quod vide Cordub. *in reg. c. 6. qu. 10. puncto 2.*

8. Gregorius XV. per suum Breue datum Romæ die 22. Martij 1621. Pontificatus sui anno primo, quod incipit, Alias à fœlicis recordationis Paulo V. ampliauit, & extensit concessionem de celebrando festo B. Paschalis Baylon. in toto Ordine Fratrum Minorum de communi Confessoris non Pontificis die 17. Maij sub ritu duplici.

Nouæ cõcessione.

Idem Gregorius XV. per suum breue datum Romæ die 4. Iulij 1622. quod incipit, Splendor paternæ gloriæ, &c. concessit, quòd indulgentia Portiunculæ esset perpetua lucranda die 2. Augusti apud Ecclesias totius Ordinis B. P. N. Francisci de Obseruantia.

D. Gregor. 15. & S. D. N. Vrbani 8. circa Sanctos de nouo canonizatos & beatificatos.

Item S. D. noster Vrbanus VIII. anno Domini 1624 die 24. Aprilis per suum Breue, quod incipit, In sede Principis Apostolorum, concessit, vt in toto Ordine Seraphico celebretur festum B. Petri de Alcantara, de communi Confessoris non Pontificis, die 19. Octobris sub ritu duplici.

Item eodem anno die 10. Septembris per suum Breue, incipit, Domini nostri Iesu Christi, &c. idem Pontifex ex-

extendit, & ampliauit concessionem Leonis X. vt in toto Ord. celebraretur festum B. Ioannis de ... trano de prædicto cõmuni Conf ... is non Pontificis, die 23. Octobris sub ritu duplici.

Ordin. Minor.

Item idem S. D. N. Vrbanus VIII. per suum Breue datum Romæ die 12. Augusti 1624. Pontificatus sui anno secundo B. Iacobum de Marchia beatum nuncupari, & habe ri concessit, & in Ecclesia Sanctæ Mariæ nouæ ciuitatis Neopolitanæ eius festum cum officio, & Missa celebrari, incipit breue: In sede Principis Apostolorum, &c. Quam concessionem postea per breue datum, Tusculi die 23. Octobris eiusdem anni, ad vniuersum Ordinem extendit, incipit; Nuper pro parte charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, &c. Eius festum celebratur die 28. Nouembris sub ritu duplici.

Idem Pontifex per breue datum Romæ die 1. Octobris 1626. pontificatus sui anno tertio, quod incipit: In specula Militantis Ecclesiæ, &c & seruum Dei F. Felicem de Cantalicio Ordinis Minorum, & congregationis Capuccinorum beatum nuncupari concessit.

Item in expeditione Capituli generalis Fratrum Minorum de Obseruantia die 25. Maij Sanctissimæ Trinitati, & translationi S. P. N. Francisci sacra, anno Domini 1625. summo orbis, & vrbis applausu, incredibili populi frequẽtia, tam ob annum SS. Iubilei, quàm multorum Capitulorum generalium celebrationem, apparatu verè sacro, & regio relata est in numerum Sanctorũ B. Elizabeth quondam Portugaliæ Regina à S. D. N. Vrbano VIII. cuius corpus integrum, & Seraphici P. N. B. Frãcisci habitu indutũ in regio ab ipsa cõdito Sanctæ Claræ Conimbricensis cœnobio prouinciæ Portugaliæ, magna miraculorum gloria honorificè asseruatur.

Item die 24. mensis Nouembris eiusdem anni post longam, & firmam testium exhibitionem à procuratore ordinis P. F. Ioanne de S. Bernardino adductam, in sacra rituum Congregatione ab Illustrissimis, & RR. DD. Cardinalibus determinatum est, eandem S. Elizabetham Portugaliæ Reginam tertiã regulam de pœnitentia B. P. N. Francisci fuisse expressè professã, & ad eiusdem ordinem pertinere, & in toto Ordine Missa, & officio, omnique Ecclesiastico ritu esse colendam, & celebrãdum eius festum die 4. Iulij censuit.

Item ex concessione eiusdem D. N. Vrbani VIII. per suum breue datũ Romæ die 13 Septembris 1625. pontificatus sui anno 3. incipit: Domini nostri Iesu Christi, &c. celebratur in toto ordine festum Beati Conradi tertij Ordinis P. P. N. Francisci sub ritu semiduplici, de communi Confessoris, non Põtificis habet lectiones secundi nocturni proprias ex proprio Sanctorum Ecclesiæ Placentinæ, die 19 Februarij.

Item ex decreto sacræ Congregationis super sacris Ritibus, & beneplacito piæ memoriæ Gregorij XV. & ex nupertima concessione S. D. N. Vrbani VIII. per suam bullam, quæ incipit: Cœlestis aquæ flumen, &c. Datum Romæ anno 1623 tertio Idus Nouembris, Põtificatus sui anno primo, celebratur in toto Ordine, tam à viris, quàm à fœminis festum Beatæ Margarite de Corona Tertij Ordinis, de cõmuni nec Virginis, nec Martyris die 22. Februarij. Hæc omnia habentur in Tabula Capituli Generalis Romæ apud B. Mariam de Aracœli celebrati anno Domini 1625 sub Reuerendissimo P. F. Bernardino de Senis Ministri Generalis.

Tandem S. D. N. Vrbanus VIII. concessit, vt possimus facere officium, & Missam die 6. Februarij de 23. Fratribus apud Iaponem Martyrio coronatis, & nos diximus latiùs suprà *resolut.* 24. *num.* 38.

De legatis relictis Fratribus Minoribus, & an sint capaces fideicommissi vniuersalis, aut hæreditatis, vide suprà de Hæreditatibus *à num* 9. *vsque ad* 14. & de legatis in testamento *à num.* 9. *vsque ad* 21.

Quas indulgentias consequantur illi, qui sepeliuntur in habitu Fratrum Minorum, & qui illum osculatur, vide suprà *de Habitu Regulari, num.* 9. & 10.

An autem Fratres Minores possint esse

esse executores testamentorum, dicemus infrà *de testamentis, num. 17. & 18.*

De Missa, vide suprà *de celebratione Missæ*, ea quæ resoluimus ex *quæst. 43. tom. 1. & ex quæst. 4. tom. 3.*

RESOLVTIO XCVI.

De Monasterijs Regularium.

1. FRatres Minores licitè possunt vti domibus, iam constructis, & ædificijs sumptuosis, inibique morari, neque alijs quibuscunque ad eorum vsum attinentibus communiter, vel diuisim, vt cellis, officinis, libris, paramentis, & vasis pretiosis ad seruitiũ altaris, necnõ alijs vtensilibus, quia illorum sunt tantùm custodes, & non domini, ex declaratione Leonis X. apud Bullariũ. Quod intelligo de habitis, seu factis, semelq; iam acquisitis, non verò de acquirendis, aut procurandis, vt declarauit Sixtus IV. inter viuæ vocis oracula, *tom. 3. quæst. 5. art. 2. & quæst. 25. art. 1.*

Bullar. Bull. 5. Leon X. Orac 8. Sixti 4.

2. In Monasterijs Monialium deputatis Fratres Minores in spiritualibus dumtaxat, & non in temporali bonorũ administratione deseruire, declarauit Innocentius IV. posteàque confirmauit Clemens VIII. apud Bullarium: secus facientes suæ regulæ transgressores habendi, & iudicandi sunt. *Ibidem articul. 2.*

Bullar. bull. 15. Clem. 8.

3. Quamuis Deo semel dicata ad prophanos vsus conuerti non possint, iuxta capit. ad hæc, de Religios. domib. & capit. quæ semel 19. quæst. 3. ex causa tamen legitima Episcopus potest Monasterium sibi subditum penitus destruere, illudque totaliter reducere ad vsũ prophanum, mutato Ecclesiæ, & rerum sacrarum statu, ita vt locus desinat esse sacer, & Religiosus. Bona autem Monasterij retinẽt ad locum, ad quem monachi, vel Moniales transferuntur. *ibid. art. 3. 4. & 6. & tom. 2. quæst. 49. art. 6. & 7.* & nos diximus suprà, *num. 7. & 8. resolut. 55.*

4. Acquisita à Religioso in vno Monasterio, ad idemmet pertinent; quæsita vero post eius trãslationem ad aliud Monasterium, acquiruntur huic secundo, & non primo Monasterio, à quo translatus fuit, argumẽto cap. statutum 18. quæst. 2. Si verò translatio sit agendæ pœnitẽtiæ ergo pro excessibus Monachi, bonorum proprietas apud primũ Monasterium remanebit, vsusfructus apud secundum, cui debentur alimenta, cap. de lapsis 16. quæst. 6. qui quidem vsusfructus post reditum Monachi iterum redibit ad primum. *Ibidem artic. 5.* Vide infrà *de transitu vnius ad aliam Religionem, num. 77.*

5. Monasterio instituto competit beneficium restitutionis in integrum aduersùs aliud Monasterium substitutum circa alienationem, vel census constitutionem ab ipso factam contra prohibitionem testatoris, qui certa bona illi reliquit sub pœna amissionis eorundẽ, si talis alienatio, aut census constitutio fieret, quæ, inquam, restitutio illi competit ad instar minoris, cui æquiparatur Monasterium, l. Orphanotrophos, C. de Episcop. & clericis capit. 1. de restit. in integrum, vbi Bald. minor autem institutus hæres restituitur aduersùs substitutum, l. quod si minor, § Scæuola, ff. de minoribus, & vt hæreditatem sibi relictam consequatur aduersùs propriam negligentiam, l. 3. §. & si hæres, ff. de minoribus. & in proprijs terminis de Ecclesia læsa, quæ restituitur intra quadriennium, extat textus in cap. 2. de in integrũ restit. vbi Abbas, & DD. quod ad triginta annos etiam extendit l. final. tit. fin. part. 6. apud Hispanos, quia priuilegiatus certans de damno vitando, sicuti est primum Monasterium, benè vtitur suo priuilegio contra pariter priuilegiatum certantem de lucro captando, quale est secundum Monasterium substitutum, l. verum, § final. ff. de minor. & tenet communis Doctorum sententia in capit. in præsentia, de probat. & in auth. quas actiones, C. de sacros.

crosſ. Eccleſ. Ad quod eſt quoddã priuilegium Ioannis XXII. in quo ipſo iure reſcinditur quæcunque læſio in bonis, & vſibus Monaſteriorum, etiam ſi culpa Monachorum, aut prælatorum facta fuerit, neque opus eſt aliquam in integrum reſtitutionem ſuper ea impetrare: quod ius, & priuilegium trahitur ad præterita nondum deciſa, præſentia, & futura. Verùm eſt tamen, quòd attento iure communi talis læſio poſt quadraginta annos non reſcindetur, præſcribitur enim poſt lapſum eorum contra Eccleſiam: at priuilegijs Regularium attentis non niſi poſt ſpatium centum annorum, ante quod non datur præſcriptio cõtra Monaſterium, ad inſtar Eccleſiæ Romanæ, vt infrà *de præſcriptionibus, num 2. dicemus. tom. 3. q. 56. art. 2 & q. 35. art. 2. & 3 de quo Coi. Pract. c. 7 num. 4. & in regula, poſſeſſor. 2. p §. 2. num. 4 Gut. lib. 2. Pract. quæſt. 115. Greg. Lopez in d. l. fin. p. 6.*

6. Contrahens cum Monacho abſq; licentia prælati tenetur reſtituere Monaſterio rem ex contractu acquiſitam, etiam in fôro conſcientiæ, ſicut qui cõtrahit cum muliere abſque licentia ſui viri tenetur rem ex tali contractu acquiſitam reddere ipſi viro. Ibid d. qu. 56. art. 3. de quo Couar regula, peccatum, 2. p. §. 3. in fine, Palat Rub. in l 55. Tau. num. 17. Vide in addit. Summæ to. 4. cap. 119. numer. 3. & quæ tradit circa contractus à Monacho initos abſque ſuperioris licentia Sanchez l. 7. Decal. c. 31. à num. 27. & loquens in terminis de recipientibus aliquid à Religioſo ad vſus turpes, vanos, aut ſuperfluos, qui tenentur reſtituere, reſoluit *d. l. 7. c. 19. à num. 29. & expreſſius à num 85.*

7. Bona incerta nouitiorum, malè quæſita, & reſtituenda perſonis incertis

Bull. bul. 24. Sixti 4. n. 30. vbi refert bul. Clem. 4. Comp. Min. v. bona §. 1. & 6.

poſſũt prælati Regulares applicare Monaſterijs, cõuertereque in pios vſus ipſorum, ex conceſſione Clementis, & Sixti IV. apud Bullarium, ibid. art 4. de quo Nauar. c. 17 num. 9. & nos diximus *ſup. reſol. 17. num. 6.*

8. Ad ædificationem Monaſterij requiritur licentia Epiſcopi Diœceſani, in cuius territorio ædificandum eſt, vt in ſacris Canonibus, & in Tridentino Concilio definitum eſt. tom. 1. qu. 49. art. 3. & qu. 59. artic. 1. ad tertium, de quo ſupra diximus *de ædificijs, ſeu Eccleſijs Regularium reſol. 55 num. 3.*

Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de Regul.

9. Apud Minores in vnaquaque Prouincia Obſeruantiæ ad minus duo Monaſteria recollecta, vbi Fratres arctiorẽ vitam degant conſtituenda eſſe, ſtatuit Pius V. apud Bullarium, ex quibus monaſterijs ad alias domus non recollectas non poſſunt transferri Religioſi abſque legitimà cauſa à ſuperiore approbanda. In Conſtitutionibus verò Toletanis præcipitur, vt ad minus tria loca pro Recollectis habeantur, ibid d. quæſt. 49. art. 11.

Bullar. bull. 25. Pij V.

An autem Regulares poſſint deſerere Monaſteria ædificata vel ea trãsferre ad alia loca commodiora ſine licentia Epiſcopi Diœceſani, vide ſuprà de ædificijs Regul. d. num. 3 & 4. vbi etiã latè egimus per numeros ſequentes de erectione, ſeu ædificatione Monaſteriorum.

Coram quo iudice conueniri debeat Monaſterium, vide ſuprà de exemptione Regularium, reſolut. 63. num. 19. 11. & 13.

10. Monaſteria tam virorum, quàm mulierum poſſidentia bona in communi ſunt capacia iuriſdictionis temporalis cum poteſtate vtriuſque gladij, exercenda tamẽ in cauſis ſanguinis per ſubſtitutos idoneos ſeculares. Quod ius, ſeu poteſtas reſidet penès ipſum Monaſterium: ſicut etiam Monaſterio Monialium competit ius curæ animarum, cuius licèt ſint incapaces mulieres quoad actuale exercitium, non tamen quoad habituale, ſeu quoad habitum poteſtatiuum inſtituendi viros capaces, quibus hęc cura committatur, vt determinatũ ẽ Rota. *Tom. 2 quæſt 78 art. 12. §. neque obſtat*, & nos diximus ex parte ſuprà *de Hæreditatibus, reſol. 72. num* 20. de quo Soto *lib. 1. de iuſt. quæſt. 4. art. 5. Felin. in cap dilecti, num. 2. de maiorit. & obedientia, Nauar. conſ 433. num. 11.*

11. Sæculares prohibentur erigere excelſas dômos, & ædificia prope Monaſteria Monachorum, vel Monialiũ, taliter quòd ab ipſis videãtur Religioſi, vel Moniales. Imò nec Religioſis

de-

degentibus propè Monasterium aliorũ Religiosorum licitum est sua in altum protendere ędificia vel ianuas aperire, è quibus possint prospicere interiora claustra Conuentus, non obstante regula vulgari iuris, quod priuilegiatus non vtitur suo priuilegio, quæ fallit in eo, qui priuilegium actu habet, & practicè in ea re, & specie, de qua agitur, patiturque damnum, seu læsionem ab habente simile priuilegium, vt tenet communis Doctorum sententia. *Tom. 1 quæst. 9. artic. vltim. & in Addit. Summæ tom. 3. cap. 146. num. 3.* de quo Bart. *in l. vlt. ff. quibus ex causis maior. Parlador. libr. 1. Quotidian. cap 17. numer. 208 vide supra resolut. 55. numer. 5.*

Bullar. Orac. 34. Leon X. 12. Leo X. apud Bullarium concessit, quod Prouinciales Minorum respectiuè loca eis minus commoda, ab ipsis non omninò derelicta, post constitutionem Bonifacij VIII. constructa pro sua deuotione possint illa tenere sine Fratribus illa inhabitantibus, ita tamen quòd aliquando ea visitent, cùm tẽpus oportunum fuerit, & in eorum Ecclesijs aliquando celebrent, & quidquid ab illis locis ad alia, in quibus modò degunt, transportarunt, licitè, & sine scrupulo conscientiæ retinere, & illis deinceps vti possint. Vide *d. resolut. 55. num. 4.*

In Bull. bull. 6. Pij 2. 13. Duo, aut tria Monasteria, iusta interueniente causa, & de assensu Monasteriorum vniendorum, etiam non vocatis eorum patronis, vniri posse concesserunt Pius II, & Pius IV. Priori, & Monasterio S. Benedicti Vallisoleti, ad instantiam Philippi II. Hispaniarum Regis, dummodo onera consueta in dictis Monasterijs vnitis Monachi reportent. Vbi etiam conceditur, quòd possint transferre Monasteria de locis sterilibus, & inaquosis, vel de terris dominorum temporalium, qui eorum bona occupant, ad alia loca magis commoda cum suis redditibus, fructibus, & prouentibus. Quod est magnum priuilegium concessum dicto Priori, quippe qui non habet iurisdictionem quasi Episcopalem à iure requisitam in cap. sicut vnire, de excessibus prælat. Clement. 2. de rebus Eccles. non alienand. ad faciendam huiusmodi vnionem, tum etiam, quia dat facultatem ad vniendum, non facta mentione redditũum dictorum Monasteriorum, & sine assensu patronorum à iure requisito. *Tom. 3. quæst. 80. art. 1. & tom. 2. quæst. 49. art. 3. & 4.* de quo Rochus *de iure patron. verb. honori, num. 4. Abbas in d. capit sicut vnire, vide supra resolut. 15. à num 33.*

14. Nullæ litteræ Apostolicæ reuocatoriæ huiusmodi vnionum, ipsis vnionibus iam factis Monasteriorum in aliquo præiudicare censentur, sed semper in suo robore permanent, ac si dictæ reuocationes, & annullationes non emanassent, nisi de hoc indulto specialis, expressa, ac de verbo ad verbum, & de ipsis Monasterijs, locis, & Religione fiat mentio, ex concessione Eugenij IV. pro Congregatione S. Iustinæ de Padua Ordinis S. Benedicti, *ibid. art. 2.* de qua apud Bullarium. Bullar. bull. 14. Eug. 4.

15. Imò vniones ex defectu alicuius solemnitatis nullæ, per dictam concessionem ratæ, & firmæ sunt, pactaque & conuentiones circa ipsas, etiam illicita, & Apostolica firmitate non confirmata, expresśèque prohibita inuenta, obseruari licitè posse, concessit Iulius II. pro Congregatione Montis Oliueti, ipsa que pacta eo ipso Apostolico robore communita esse determinat Leo X. pro Camaldulensibus, & Pius II pro Congregatione Montis Oliueti, ibid. art 3. de quo in Compend. Cister. titul. vniones, §. 2 & 3. Comp. D. Hieron. tit. Simonia. §. 1. De accessu & ingressu ad Monasteria Monialium, & de pœnis indebitè ingredientium, vide suprà de clausura Monialium resolut. *26.* à num. 4. vsque ad *32.* & quando licitè egredi possint Moniales à clausura Monasterij, vide *ibid à num. 36. vsque ad 42.*

Item de ingressu mulierum in Monasteria Monachorum, & de pœnis contra ingredientes, & admittentes, vide suprà resolutio. 27. de clausura Monachorum à numer. 1. vsque ad 6. & de egressu Monachorum à suis Monasterijs. *ib. d. à num. 7.*

Comp. Roderici. RE-

RESOLVTIO XCVII.

De Monachis.

1. MOnachi nomen solitarium, tristeue significat, vt dicit Eugenius Papa in cap.placuit,el 2. 16.quæst. 1. ideoque solebant olim Episcopi ob crimen depositionis dignum clericos in Monasteria detrudere, vt ibi tanquam in loco pœnitentiæ peccata propria lugerent, & delinquendi amplius ab ipsis submoueretur occasio, capit. sicut dignum, §.cleric. de homicidio, eademque pœna reclusionis in monasterium infligebatur adulteræ in iure ciuili, auth.sed hodie.§.si verò, ad l.Iuliam de adulter. Auctor tom.2.quæst.22.art. 7. de quo vide Sanchez *lib. 5. decalog. cap.1.num. 16.circa finem*, vbi tradit, nomen Monachi ab vnitate sumi, quasi vni Deo vacare debeat, nec in alia diuidi, vt habetur *cap.1.& dict.cap.placuit 16. quæst.1.*

2. Origo, seu fundamentum monasticæ vitæ cœpit à quibusdam solitarijs, & ab hominum consortio separatis viris, qui vitam solitariam, & ab omni consuetudine, & conuersatione sæculari semotam agere cœperunt: sed postea in congregationes, & monasteria collecti sub obedientia vnius Abbatis degere cœperunt, à sæculo adhuc semoti, claustrisque inclusi, ob idque nomen Monachorum, seu solitariorum retinuerunt, cap. 1.cap.placuit, cap. interdicimus 16. quæst.1. Neque tamen in vnum collecti ordinarium sibi iudicem constituere potuerunt, licèt quoad regulæ obseruantiam Abbates, seu superiores suorum monasteriorum semper, in eos potestatem haberent, capit. nullam 18. quæst.2. Vnde iure communi Episcopis sicut alij clerici sæculares subdebantur tanquam suis superioribus, seu generalibus. *cap.qui vere 16. quæst.1. Auctor tomo 2. quæst.63. artic.1.* de quo Glossa *in capitul. quanto, de offic. ordinar.* vbi Anchar. *numer.6. Imola numer.12. Abbas in cap. cùm contingat, num.28. Roman.consil. 375.Boer.decis.271 num.8.*

3. Licèt Monachus mortuus sit mundo, & pro mortuo (intellige morte ciuili) habendus sit, id tamen in casibus iure expressis dumtaxat procedit, ex glossa in capit.placuit 16.quæst. 1. & in cap. susceptum, verb morte, de rescriptis, ideoque nec perdit ingenuitatem nobilitatem quoad sæcularia, nec ius successionis, etiam in maioratum, quem ad vitam retinere licitè potest, nomineq; institutoris, seu fundatoris vocari, atmisque & insignijs ipsius in sigillo vti, non támen in Marchionatum, Comitatum, vel Ducatum potest succedere, *tom.2. quæst.78. articul.12.§. nec minus obstat, & articul.13. de quo Gregor. Lopez in l.1. titul.18. part.4. gloss.1. Menchaca libr.2. vsufrequent. capitul. 17. numer.15. Bart. in l. cum pater, §. hæreditate, ff. de legat.2. vide quæ ad hoc tradit Sanchez libr.7. decalogi, cap.15. à numer.11. & nos diximus resolut.72. num.20. & 21.*

4. Monachi ingratitudo in patrem ante religionis ingressum commissa purgatur per ingressum religionis, ex cap.non liceat 19.quæst 3. Auct.ibid. d. §.nec minus, de quo Ripa in l.fin. num. 215. C. de reuocand. donat. Rubeus in l.49.taur.numer.12. Parianus in probat. lib.2.cap.28. num 5. vide quæ diximus dicta resol.72.num.2.

5. Quicunque vsus, vel alienatio Monacho per suum prælatum permissa, debet intelligi, modo non sit ad aliquid illicitum, nam neque illud posset prælatus licitè concedere, neque subditus tali indulgentia, seu licentia vti. Vnde recipiens aliquid à Monacho donationis gratia ob turpem causam, tenetur illud restituere monasterio, ad quod dominium rei illius pertinebat. *tom.2.q.125.art.2.ad finem, de quo Syluverbo Relig.6 q.7.vers 2 Nau.lib.3.tit. de Regularibus cons.75.n 49. Idem tradit multis doctè Sanchez dict.lib.7.c.19.n. 20 vsque ad 31.& nu.108. cum seqq.*

6. Monachus ad prædicandum missus

sus ad aliquod oppidum, certam eleemosynā tribuens suo monasterio de labore prædicationis, licitè potest quod superest expendere pro suis necessitatibus sciente, & non contradicente prælato, tacitè enim videtur illi concedere licentiam ad illud expendendum. Idemque pari ratione dicendum est de eo, qui recipit legatum sciente, & consentiēte prælato. ibid. ar. 4 de quo Abb. in c. cū ad monasterium, de statu Mona ch Nauar. in c. nullam, nu. 32. & 33. Idē ferè videtur sentire Sanchez dict. c. 19. n. 4. cum seqq dum ait, licentiam tacitā prælati esse sufficientem, vt religiosus cum illa accipiens, vel expendens aliquid excusetur à proprietatis vitio,

7. Monachis prohibitum est in iure esse cōpatres virorum, vel mulierum, pueros è fonte baptismatis leuando, c. non liceat 103 c Monachi 104. de consecrat dist 4 ne scilicet, osculentur fœminas, iuxta antiquam consuetudinem, qua compatres osculabantur commatres. Qua etiam ratione (meo videri) Seraphicus P. N. B. Frāciscus præceptò fratribus in sua regula idem prohibuit, ne, inquit, inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur: alludens forsan ad consuetudinem osculandi commatres. Non tamen prohibentur baptismi sacramentum ministrare cum licentia ordinarij, vel in casu necessitatis, deficiēte alio sacerdote, vt declarauit quoddā Capitulum generale nostræ religionis, exponens præfatum regulæ præceptū. *tom. 1 qu 31. art. 1.* & nos diximus suprà *resolut. 12 de Baptismo nu. 1 & 2.* de quo Nauar *l 3. tit. de stat Monachorū, consil.* 10.

An autem in partibus Indiarum possint exercere officiū parochi extra sua monasteria? vide suprà de Baptismo, n. 3. & dicemus infrà de parochis, nu. 1. & 2 & de Sacramentorum administratione, num. 10. & 11

An verò Monacho possit conferri beneficium Ecclesiasticum? vide suprà de beneficijs à n. 2. & n. 41 cum sequentib.

8 Quilibet Monachus potest agere per se, & constituere procuratorem in his, quæ pertinent ad se solum, vt quia est spoliatus, vel alimenta sibi denegantur, tom. 3. quæst. 38. artic. 1 de quo Nauar. in cap. non dicatis 12. quæst. 2. Idē post glossam Clementina Religiosus, verb. constituere, de procurat. vbi Cardin. num. 3. opposit. 3. Abb. nu. 7. Bald. cap. cum I. & A. num. 3. de sentent. & re indicata, & post alios resoluit Sanchez libr. 6. decalog. cap. 2. num 32. ad quod citat textum *in capit. dudum, de conuers. coniugat.*

9. Monachus comparatur filio impuberi: vnde sicut patri conceditur electio sepulturæ pro filio, ratione patriæ potestatis, ita etiam Abbati, respectu Monachi, magis enim militat in illo ratio patriæ potestatis per professionem, nec Monachus habet velle, aut nolle, cap. fin. de sepult, in 6. sicut nec habet filius, tom 3 quæst. 60. art. 1. De quo vide Sanchez lib. 6 decal. cap. 14. n. 6. vbi recedit cum Petro de Vvaldis à nostra sententia, sed immeritò (meo videri) nam licèt pater habeat ius eligendæ sepulturæ pro filio impubere, vt ipse vult, ratione consuetudinis, ista consuetudo fundatur in patria potestate, & ab ea totam suam vim hic habere videatur. Ergo similiter in nostro casu dici potest, ius competens Abbati pro electione sepulturæ sui Monachi dato, & non concesso, quòd illud habeat ratione consuetudinis, ea consuetudo originem trahere videtur à potestate prælatiua, quam habet super subditos. Nec contra nos facit d. c. fin. de sepult. in 6. adductum ab ipso Sancio pro sua sentētia, imò ratio illius textus fauere, videtur nostræ: dicit enim, quòd religiosi, nisi multum à monasterio remoti decedant, nequeunt sibi eligere sepulturam (cùm velle, vel nolle non habeant) vbi id notat gloss. verb. sepulturam, sed sūt apud propria monasteria tumulandi: quo innuit, ius hoc competere monasterio ratione domicilij, quod monachus in illo habebat, & quia erat filius & alumnus ipsius monasterij, cuius filiatio nis respectu Abbas habet ius repetēdi, & sepeliendi suum monachum, ratione potestatis prælatiuæ, seu dominatiuæ, quā erga sibi subditos in omnibus exercet tanquam pater, & prælatus eorum. Defenditur Auctoris sententia.

10. Monachi, & Religiosi omnes scire tenentur ea quæ pertinent ad suū sta-

RESOLVTIO XCVII.

De Monachis.

1. Monachi nomen solitarium, tristeue significat, vt dicit Eugenius Papa in cap. placuit, el 2. 16. quæst. 1. ideoque solebant olim Episcopi ob crimen depositionis dignum clericos in Monasteria detrudere, vt ibi tanquam in loco pœnitentiæ peccata propria lugerent, & delinquendi amplius ab ipsis submoueretur occasio, capit. sicut dignum, §. cleric. de homicidio, eademque pœna reclusionis in monasterium infligebatur adulteræ in iure ciuili, auth. sed hodie. §. si verò, ad l. Iuliam de adulter. Auctor tom. 2. quæst. 22. art. 7. de quo vide Sanchez *lib. 5. decalog. cap. 1. num. 16. circa finem*, vbi tradit, nomen Monachi ab vnitate sumi, quasi vni Deo vacare debeat, nec in alia diuidi, vt habetur *cap. 1. & dict. cap. placuit 16. quæst. 1.*

2. Origo, seu fundamentum monasticæ vitæ cœpit à quibusdam solitarijs, & ab hominum consortio separatis viris, qui vitam solitariam, & ab omni consuetudine, & conuersatione sæculari semotam agere cœperunt: sed postea in congregationes, & monasteria collecti sub obedientia vnius Abbatis degere cœperunt, à sæculo adhuc semoti, claustrisque inclusi, ob idque nomen Monachorum, seu solitariorum retinuerunt, cap. 1. cap. placuit, cap. interdicimus 16. quæst. 1. Neque tamen in vnum collecti ordinarium sibi iudicem constituere potuerunt, licèt quoad regulæ obseruantiam Abbates, seu superiores suorum monasteriorum semper, in eos potestatem haberent, capit. nullam 18. quæst. 2. Vnde iure communi Episcopis sicut alij clerici sæculares subdebantur tanquam suis superioribus, seu generalibus. *cap. qui vere 16. quæst. 1. Auctor tomo 2. quæst. 63. artic. 1.* de quo Glossa *in capitul. quanto, de offic. ordinar.* vbi Anchar. *numer. 6. Imola numer. 12. Abbas in cap. cùm contingat, num. 28. Roman. consil. 375. Boer. decis. 271 num. 8.*

3. Licèt Monachus mortuus sit mundo, & pro mortuo (intellige morte ciuili) habendus sit, id tamen in casibus iure expressis dumtaxat procedit, ex glossa in capit. placuit 16. quæst. 1. & in cap. susceptum, verb. morte, de rescriptis, ideoque nec perdit ingenitam nobilitatem quoad sæcularia, nec ius successionis, etiam in maioratum, quem ad vitam retinere licitè potest, nomineque institutoris, seu fundatoris vocari, atmisque & insignijs ipsius in sigillo vti, non tamen in Marchionatum, Comitatum, vel Ducatum potest succedere, *tom. 2. quæst. 78. articul. 12. §. nec minus obstat, & articul. 13. de quo Gregor. Lopez in l. 1. titul. 18. part. 4. gloss. 1. Menchaca libr. 2. vsufrequent. capitul. 27. numer. 15. Bart. in l. cùm pater, §. hereditate, ff. de legat. 2. vide quæ ad hoc tradit Sanchez libr. 7. decalogi, cap. 15. à numer. 11. & nos diximus resolut. 72. num. 20. & 21.*

4. Monachi ingratitudo in patrem ante religionis ingressum commissa purgatur per ingressum religionis, ex cap. non liceat 19. quæst. 3. Auct. ibid. d. §. nec minus, de quo Ripa in l. fin. num. 215. C. de reuocand. donat. Rubeus in l. 49. taur. numer. 12. Parlanus in probat. lib. 2. cap. 28. num. 5. vide quæ diximus dicta resol. 72. num. 2.

5. Quicunque vsus, vel alienatio Monacho per suum prælatum permissa, debet intelligi, modo non sit ad aliquid illicitum, nam neque illud posset prælatus licitè concedere, neque subditus tali indulgentia, seu licentia vti. Vnde recipiens aliquid à Monacho donationis gratia ob turpem causam, tenetur illud restituere monasterio, ad quod dominium rei illius pertinebat. *tom. 2. q. 125. art. 2. ad finem, de quo Syluestr. verbo Religio 6 q. 7. pron. 2. Nauar. lib. 3. tit. de Regularibus consil. 75. n. 49. Idem traditis multis docet Sanchez dict. lib. 7. c. 19. n. 20 vsque ad 31. & nu. 108. cum seqq.*

6. Monachus ad prædicandum missus

sus ad aliquod oppidum, certam eleemosynã tribuens suo monasterio de labore prædicationis, licitè potest quod superest expendere pro suis necessitatibus sciente, & non contradicente prælato, tacitè enim videtur illi concedere licentiam ad illud expendendum. Idemque pari ratione dicendum est de eo, qui recipit legatum sciente, & consentiẽte prælato. ibid. ar. 4 de quo Abb. in c. cũ ad monasterium, de statu Monach Nauar. in c. nullam, nu. 32. & 33. Idẽ ferè videtur sentire Sanchez dict. c. 19. n. 4. cum seqq dum ait, licentiam tacitã prælati esse sufficientem, vt religiosus cum illa accipiens, vel expendens aliquid excusetur à proprietatis vitio,

7. Monachis prohibitum est in iure esse cõpatres virorum, vel mulierum, pueros è fonte baptismatis leuando, c. non liceat 103 c Monachi 104. de consecrat dist 4 ne scilicet, osculentur fœminas, iuxta antiquam consuetudinem, qua compatres osculabantur commatres. Qua etiam ratione (meo videri) Seraphicus P. N. B. Frãciscus præcepto fratribus in sua regula idem prohibuit, ne, inquit, inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur: alludens forsan ad consuetudinem osculandi commatres. Non tamen prohibentur baptismi sacramentum ministrare cum licentia ordinarij, vel in casu necessitatis, deficiẽ te alio sacerdote, vt declarauit quoddã Capitulum generale nostræ religionis, exponens præfatum regulæ præceptũ. *tom. 1 qu 31. art. 1.* & nos diximus suprà *resolut. 12 de Baptismo nu. 1 & 2.* de quo Nauar *l 3. tit. de stat Monachorũ, cons. 10.*

An autem in partibus Indiarum possint exercere officiũ parochi extra sua monasteria? vide suprà de Baptismo, n. 3. & dicemus infrà de parochis, nu. 1. & 2. & de Sacramentorum administratione, num. 10. & 11

An verò Monacho possit conferri beneficium Ecclesiasticum? vide suprà de beneficijs à n. 2. & n. 41 cum sequentib.

8 Quilibet Monachus potest agere per se, & constituere procuratorem in his, quæ pertinent ad se solum, vt quia est spoliatus, vel alimenta sibi denegantur, tom. 3. quæst. 38. artic. 1 de quo Nauar. in cap. non dicatis 12. quæst. 2. Idẽ post glossam Clementina Religiosus, verb. constituere, de procurat. vbi Cardin. num. 3. opposit. 3. Abb. nu. 7. Bald. cap. cum l. & A. num. 3. de sentent. & re iudicata, & post alios resoluit Sanchez libr. 6. decalog. cap. 2. num 32. ad quod citat textum *in capit. dudum, de conuers. coniugat.*

9. Monachus comparatur filio impuberi: vnde sicut patri conceditur electio sepulturæ pro filio, ratione patriæ potestatis, ita etiam Abbati, respectu Monachi, magis enim militat in illo ratio patriæ potestatis per professionem, nec Monachus habet velle, aut nolle, cap. fin. de sepult, in 6. sicut nec habet filius, tom 3 quæst. 60. art. 1. De quo vide Sanchez lib. 6 decal. cap. 14. n. 6. vbi recedit cum Petro de Vvalidis à nostra sententia, sed immeritò (meo videri) nam licèt pater habeat ius eligendæ sepulturæ pro filio impubere, vt ipse vult, ratione consuetudinis, ista consuetudo fundatur in patria potestate, & ab ea totam suam vim hic habere videatur. Ergo similiter in nostro casu dici potest, ius competens Abbati pro electione sepulturæ sui Monachi dato; & non concesso, quòd illud habeat ratione consuetudinis, ea consuetudo originem trahere videtur à potestate prælatiua, quam habet super subditos. Nec contra nos facit d. c. fin. de sepult. in 6. adductum ab ipso Sancio pro sua sententia, imò ratio illius textus fauere, videtur nostræ: dicit enim, quòd religiosi, nisi multum à monasterio remoti decedant, nequeunt sibi eligere sepulturam (cùm velle, vel nolle non habeant) vbi id notat gloss. verb. sepulturam, sed sunt apud propria monasteria tumulandi: quo innuit, ius hoc competere monasterio ratione domicilij, quod monachus in illo habebat, & quia erat filius & alumnus ipsius monasterij, cuius filiationis respectu Abbas habet ius repetẽdi, & sepeliendi suum monachum, ratione potestatis prælatiuæ, seu dominatiuæ, quã erga sibi subditos in omnibus exercet tanquam pater, & prælatus eorum, Defenditur Auctoris sententia.

10. Monachi, & Religiosi omnes scire tenentur ea quæ pertinent ad suũ sta-

statum, sed non æqualiter, nam cùm in religione sint diuersi gradus, seu ordines religiosorum, non omnes tenentur omnia sapere, sed vnusquisque iuxta mensuram sui gradus prælati, & docti tenentur scire omnes ferè difficultates regulam concernentes: simplices verò, seu illiterati religiosi, & conuersi non sic, sed sufficit habere notitiam explicitam præceptorũ regulæ, admodũ, quo in anno probationis instructi fuerũt, in difficilioribus iudicio superiorum, & peritorum subditi existentes, ac captiuantes intellectum in obsequium Dei ministrorum, à quibus sunt illuminandi, ad instar cœlestis Hierarchiæ, in qua Angeli inferioris ordinis illuminantur à superioribus. Vnde culpabilior est ignorantia in doctis, quàm in indoctis, & in prælatis magis, quam in subditis, iuxta personæ conditionẽ, & gradus dignitatem, à quo culpa sumit quãdam grauitatis circunstantiam. *tom.3.q.64.art.1.* de quo D.Thom.1.2. *q.76.art.2 Scotus in 3 dist.25.q.1.Conar. regula possessor 2.p.§.7.num 7.* vide Sanchez *lib.1.decalogi c.1.numer.35.& 36.* vbi ad hoc tradit multa.

11. Sicut impossibilitas, & necessitas tam Logica, seu Metaphysica (quæ impossibilis absolutè vocatur) quã moralis excusat religiosos à peccato mortali circa præceptorum regulæ obseruationem: ita etiam ignorantia, quæ si facti ignorantia est, ferè semper excusat: si verò iuris, etiam excusat, quando est iusta, probabilis, & inuincibilis, siquidem in ea, negligentia voluntaria non deprehenditur, a qua actus peccaminosus dicitur. Secus, si est vincibilis, & affectata, quæ nullo modo excusat, imò ipsam transgressionem reddit grauiorem, qui enim vult ignorare, seu nõ intelligere legem, per quam retrahi posset à peccato, consequenter censetur velle malè agere, magisque ex contemptu facere videtur, iuxta illud, Noluit intelligere, vt bene ageret. At si ignorantia est vincibilis, crassa, & supina, siue iuris, siue facti sit, non excusat simpliciter à tota culpa, quia omittit culpabiliter contra legem præcipientẽ inquirere quæ recta, & necessaria sunt ad salutem, sed tantùm excusat pro parte, seu à toto, & per consequens minuit peccatum, nam ratione ipsius minor est contemptus, quam si sciente fieret, minorque conatus, & libido est in omissione, in qua est voluntarium interpretatiue, quam in commissione, in qua est voluntarium formaliter. ibidem art. 2 de quo Soto de iust. lib.1.q. 6.art.4. Syluest ver. scrupulus, n.4. Nauar. in manual cap.27.num.284. Cordub. libr 2.qu.1. & 4. Vide ad hoc quæ latè traditis multis congerit Sanchez d.cap.1.nu. 26. cum seqq. & c.2.à n.3.

Psalm 35.

12. Litterarium studium maximè decet viros religiosos triplici ex capite. Primo ratione vitæ contemplatiuæ, cui obsequitur: tum ad illuminandum intellectum ad contemplationem diuinorum, tum etiam ad remouẽdum pericula, seu obstacula errorum, qui in contemplatione circa diuina insurgere possunt contra scripturarum ignorantes. Secundo, ad exercendum munus prædicationis, & similium. Tertiò, ad euitandum carnis lasciuiam, & petulãtiam, Hieronymo testante ad Rusticum Monach. ama scripturarum studia, & carnis vitia non amabis: debent tamen religiosi omninò fugere inflantem scientiam sine charitate, quam qui dem duntaxat procurant, vt sciant, & sciantur, aut ad honores humanos conuolent, sed scientiam illam Sanctorum prætẽdant addiscere, quæ proximos ædificat, simulq, addiscentes inflammat, & hæc charitas, & prudẽtia est, ex Bernardo. *ibid. art.4.* de quo D.Thom.2.2. *quæst.188 art.5 ad secundum.*

D.Hieronym. ad Rusticũ.

D. Bern. ser. 36. in cant.

13. Sicut pietatis gratia de superiorum censensu ad modicum sæcularia tractare monachis licet, ita in obsequiũ diuinæ scientiæ licitum est ipsismet vacare philosophiæ naturali, Mathematicæ, & similibus, vt scilicet errores confutare, diuina mysteria penetrare, ac sacram Theologiam percipere valeant. Caueant tamen, ne totum vitæ tempus conterant in scientijs sæcularibus: quapropter iustissimè prohibentur sub excommunicatione audire ius ciuile, aut medicinã, c.2. ne clerici, vel Monachi l 6. c. nõ magnopere extrà eod. vbi

etiam eadem pœna feriuntur Doctores, qui dictis scientijs instruunt scienter religiosos habitu suo dimisso, aut in scholis suis præsumunt eos retinere: at nullo iure vetantur ius canonicum, & Theologiam audire. Neque dictam censuram incurrit Monachus exiens à claustro animo audiendi leges, vel physicam, si in effectu, & realiter non audit, quidquid sit de peccato exeuntis, pœna enim non incurritur per conatum, sed per effectum. ibid. art. 5. & qu. 67. art. 2. & 3. de quo Caiet. verb. excômunic. cap 61. Syluest. excommunicat. 9 casu 26. Nauar. c. 27. nu. 134. Ad quod vide quæ latè tradit Sanchez *libr. 6. decal. cap. 8. à num 72.* vbi satis luculenter rem tractat.

14. Dispensare cum religiosis, vt audiant leges, vel medicinam Sedi Apostolicæ reseruatur. Dicta tamen prohibitio tantùm procedit, quando principaliter Monachi, vel clerici ius ciuile audiunt: secus si ad cognitionem iuris canonici illi studio incumbunt. *ibidem artic. 4 & 5* de quo Abb. *in cap. non magnoperè, ne clerici, vel monachi, col. 3.* Gomez *in regula, de non tollendo iure quæsito, quæst. 3 in fine.* Gambar. *libr. 2. de auctoritate legati § 2. num. 304.*

15. Sufficit licentia prælati facta religioso ad existendum in studio, nec requiritur consensus conuentus, sed vt plurimum consilium, iuxta dictum c. 2. ne clerici, vel monachi in 6. ibi, cum consilio conuentus, quod quidem non tenetur sequi superior. ibid. artic. 1. de quo Bart. in l. 1. §. si plures, ff. de exercit. Capella Tolosan. decis. 271. Idem docent Francus eo capit. 2. num 3 & 5. Aufrerius decis. 271. num 2. Suarez de censuris disp. 23. sect. 4 num. 37. quidquid contradicat Sanchez d. cap. 8. numer. 82. Nam illa disiunctio, cum consilio conuentus, vel maioris partis, posita in illo textu, non denotat, necessarium esse consensum, saltem maioris partis Capituli, vt ipse Sanchez probare contendit: imò potiùs indicat, non esse præcisè necessarium totum conuentum ad consilium vocare, sed satis esse vocare maiorem partem arbitrio prælati, vt bene explicat Suarez citato nu.

Tuetur Auctoris doctrina.

82 paulo post initium. Vbi addit, hoc intelligi debere ex vi iuris communis; Nam in religionibus, vbi id reseruatum fuerit Generali, vel Prouinciali, ad illum pertinebit dare hanc facultatem, etiam non petito consilio Capituli, quod inquit, non est necessarium ex vi illius textus, qui tantùm loquitur de prælatò proximo conuentus, nec extenditur ad superiores.

16. Monachus existens in scholis de licentia superioris agere in iudicio, & conueniri potest, nam tunc omnia licent, sine quibus in studio commodè esse non potest, argumento cap. præterea, & cap. prudentiam §. sexta nobis, de officio delegati, & tenet communis Doctorum. Imò & potest agere contra Abbatem, & monasterium, vt sibi necessaria, seu alimenta subministrentur, saltem implorando officium iudicis. Præterea etiam potest actionem iniuriarum intentare, prout determinatum est in Capella Tolosana, eleemosynamque facere de peculio ad studia concesso, quod in suos, & pios vsus ex tacito consensu prælati expendere licet, *ibid. artic. 6. & 7. de quo Bart. in l. si longo, §. 1. ff de re iudic. Felin. in capit. cùm dilecta num. 18. de rescriptis, Nauar. comment. 2. de Regularibus num. 65.* Idem docet post alios Sanchez *libr. 6. decalogi cap 12. numer. 14 & 16. Anton. Cucus lib. 3. institut. maior titulo 3. numer. 38. Azor tom 1. institut. moral. libr. 12. capitul. 11. quæst. 9.*

RESOLVTIO XCVIII.

De Monialibus.

1. MOniales secundæ Regulæ Sanctæ Claræ, quas Vrbanas vocant, gaudent priuilegijs concessis, & concedendis sororibus primæ Regulæ, seu Collectaneis, ex concessione Sixti IV. & aliorum Pontificum, qui idem indulserunt vsque ad

Clementem VIII. inclusiuè. tom. 3. qu. 6. art. 4. Idem tradunt Portel verb. Moniales, num. 11. P. Miranda *tract. de Monialibus quæst. 10. art. 2.*

Bullar. bull. 31. Eug. 4. & orac. 17. 2. Eugenius IV. concessit præfatis Monialibus primæ Regulæ, seu Collectaneis, vt non teneantur incedere nudis pedibus, sed possint deferre soccos ligneos, seu calepodia, ac sandalia, atque etiam, cùm opportunum fuerit calceamenta. Rursus possint dispensari per Prouinciales cum consilio Discretorum, tam in cibis, quàm in silentio, & alijs perpetuis contentis in earum Regula. Imò & idem Pontifex declarauit, quod in nullius præceptorum Regulæ transgressione, præterquam in quatuor votis principalibus, scilicet, obedientiæ, paupertatis castitatis, & clausuræ, ac super electione Abbatissæ, & eius depositione peccatum mortale incurrant. Quod ad Vrbanas, seu Minorissas secundæ Regulæ etiam extendit

Bullar. Orac. 11. Ibid. Ora. 43. & 44. Sixti 4. idem Eugenius IV. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula. Item ex concessione Sixti IV. possunt absolui à prælatis & earum confessoribus ab omnibus peccatis, pœnis, & censuris, etiam Papæ reseruatis, quoties opus fuerit, & quod ipsæ, & ipsarum nouitiæ lucrentur omnes indulgentias Vrbis visitando suas Ecclesias. Ibid. art. 4. Idem tradunt P. Miranda tract. de Monialibus quæst. 9. art. 4. & 5. Portel *vbi suprà num. 2. & in addit. verb. Moniales num. 2.*

3. Idem Eugenius IV. absoluit Moniales Sanctæ Claræ ab omnibus votis, iuramentis, & promissionibus Deo factis pro quacunque causa, & quòd promissiones, iuramenta, & vota per ipsas

Ora. 4. & 5. Eug. 4. fienda non teneant nec obligent eas ad peccatum mortale. Item declarauit, quòd quæ fecerunt professionem cum intentione seruandi Regulam simpliciter, & non secundùm modificationem Eugenij non teneantur ad obseruantiam illius, nisi secundùm prædictam modificationem Eugenij, non obstante suæ professionis promissione, & quod de cætero nulla possit profiteri Regulam Sanctæ Claræ, nisi secundùm modificationem Eugenij, & si secus factum fuerit, non teneantur ad illius obseruantiam, nisi secundùm prædictam modificationem Eugenij.

Idem fecit Iulius II. apud Bullarium oraculo 2. 3. 4. & 5. & tradit etiam quantum ad absolutionem votorum, & iuramentorum, Portel in addit. ad dubia l. 2. dict. verb. Moniales num. 4. vbi id limitat, & intelligit de iuramentis in iudicio dandis, & de promissionibus factis contra statum paupertatis, & monachatus. Quod quidem mihi non placet, quia priuilegium id indistinctè concedit, & cùm sit priuilegium Principis, amplè est interpretandum, ac ideò omnia, & quæcunque vota, & iuramenta comprehendit. Bullar. Orac. 2. 3. 4. & 5. Iulij 2.

4. Clemens VII. concessit Monialibus Sanctæ Claræ, vt possint in interiori Ecclesia, in loco decenti habere Eucharistiæ Sacramentum, sicut habent in exteriori. Ita habetur in Compend. Mendic. titulo Moniales §. 29. Item ex concessione Leonis X. apud Bullarium Bullar. satisfaciunt præcepto suæ Regulæ de Orac. 36. percipiendo sanctissimum Eucharistiæ Leon. X. Sacramentum certis diebus anteponendo, vel postponendo propter occurrentiam solemnitatum, dummodo illud in fraudem non faciant, ibid. art. 5. Idē tradit P. Miranda *tract. de Mon. quæst. 10. art. 1. circa finem*, vbi id priuilegium de sacræ Communionis sumptione anteposita, vel postposita ex similitudine rationis ad confessiones posse extendi, existimat.

5. Iure communi tenentur Moniales dicere officium Diuinum in choro, sicut alij Regulares, seu Religiosi, Clementina 1. de celebrat. missarum, capit. dolentes, eodem titulo Clarissæ ex Regula non tenentur priuatim illud recitare: aliæ Moniales videant quid circa hoc ex sua Regula habeant. Quidquid tamen alij in oppositum sentiant, communior, & melior opinio, quæ & tenenda est, habet, omnes, & quascunque Moniales teneri priuatim ad recitationem horarum Canonicarum ratione status Regularis, seu Ecclesiastici irreuocabilis, quem profitentur, ibidem artic 6. & tom. 1. quæst. 42. art. 10. & nos diximus suprà de celebrat. diuin. officij num. 22. de quo Soto lib. 10. de iust. quæst. 5. art. 3. Na-

3. Nauar. cap. 25. Manual. numer. 96. & cap. 27. num. 2. & 5. Syluest. verb. Hora Canonica, quæst. 2. Angel eodem verb. §. 25. & 26. Idem docet post proximè citatos Doctores P. Mirãda *eodem tract. de Monialibus quæst. 9. art 6.*

6. Clemens VII. apud Compend. Mendic. titulo Moniales §. 30. concessit dictis Monialibus Clarissis sub cura Fratrum Minorum degentibus, quod

Vide in Bullar. Orac. 64. Leon X.

propter imperitiam iudicio Prælatorũ, seu Confessorum, vel Abbatissarum satisfaciant dicendo officium laicarum. Rursus Leo X. iudulsit non semper teneri Moniales, etiam sanas officiũ in choro persoluere itémque discretioni Abbatissarum committit, vt quando, & quo modo, siue cum quibus remissio persoluendi officium Diuinum in choro, seu exemptio concedenda sit, diligenter aduertant, ac prudenter indulgeant, ne sub colore pietatis ex nimia indulgentia permittant in aliqua Monialium habitum generari diuinæ offensionis, ibidem de quo supra de celebrat. Diuini Officij num. 23. Idem tradit P. Miranda *dicto art. 6 circa finem.*

7. Consuetudine receptum est, vt Moniales priuatim habeãt paruos redditus vitalitios ad pios, & honestos vsus, seu in subsidium suarum necessitatem, tam victus, quàm vestitus, quorum proprietas residet penes monasterium, administratio verò, & possessio est penes quendam Monialem, quæ depositaria, seu bursaria dicitur, & à superiore designatur, cui manifestantur necessitates, & causæ ad pecuniam expendédam, Quod est conforme Tridentino Concilio, nam dicta bona quoad proprietatem sunt monasterij, eidémque incorporata, licèt ad priuatas necessita tes priuatarum monialium sint designata. Aduertant tamen Religiosæ, quibus hi redditus permittuntur, quòd debent esse paratæ animo ad superioris nutum eos relinquere: secus irreuocabiliter possidentes, etiam sciente, & consentiente prælato, voti paupertatis transgressores esse sciant, consequentérque nec licitè retinent, nec licitè à superiore conceduntur, tomo 3 quæst. 39. art. 12. de quo Cordub. de casibus, q.

Trid. sess. 25. c. 2. de Regul.

54 §. 3. fol. 147. Nauar. libr. 3. de restit. cap. 1. nu. 166. tom. 2. Nauar. comment. 2. de Regul. num 14. Azor institut. Moral. 1. p. lib. 12. capit. 9. quæst. 2. quos refert Barbosa in remissionibus ad Tridẽtinum dict. cap. 2. de regul. nu. 3. Idem docet traditis multis Sanchez loquens de Religiosis in communi, libr. 7. decalogi cap. 22. à num. 24. & in nostris terminis agens de monialibus, *cap. 23. numer. 5.*

An autem Moniales Sanctæ Claræ primæ Regulæ possint habere bona in communi, & succedere in hæreditate, vide suprà *de heredit. num. 18. & 19.*

8. Ad validitatem donationis factæ à nouitia monasterij Monialium requiritur omninò licẽtia Episcopi, aut eius Vicarij, etiam si Regularibus sit subiectum monasterium, & aliter facta irrita, & nulla existit, ex decreto Tridentino, *tom. 2. quæst 47. art. 14. de quo suprà de donationibus num. 14. Vide Azor instit. moral. 1. p lib. 12. capit. 2. quæst. 14. Molina de iust. tract. 2. disput. 139. vers. antequam, Lessium eodem tract. lib. 2. cap. 41. dub. 4. num. 40. Quod decretum non procedere in testamentis, donatione causa mortis, & codicillis resoluit Auctor. tom. 3. quæst. 16. art. 1. & tom. 2. quæst. 47. artic. 10. quem sequuntur Aloys. Ricci in collect. decis. collect. 584. Lessius de iust. lib. 2. capit. 41. num. 40. Valasc. de partit. cap. 16. à num. 15. Benedict. Aegids. in repet. l. unica, p. 4. §.* [redacted]*um sequentib. & numer. fin. C. de sacrosanct. Ecclesiis. Idem docent Nauar. comment. 2. de Regularibus nu. 51. & post eum Azor dicta quæst. 14.* & plenè alijs pluribus citatis Sanchez lib. 7. decalog. cap 5. num. 13. & 14. vbi num. 15. idem tradit de quocunque alio contractu reuocabili, qualis est donatio inter virum, & vxoré, & melioratio in tertia bonorum parte, quam facit pater filio in regno Castellæ, quæ reuocabilis est vsque ad mortem, quamuis in contractu fiat, exceptis casibus positis in lib. 17 Tauri.

Trid. sess. 25. ca. 15. & 16. de Reg.

9. Monialis de licentia prælati potest dare aliquid cuidam sæculari cum

censu annui redditus sibi soluendi ad vitam, vt post mortem apud ipsum sęcularem permaneat, dummodo res in censum constituenda nondum fuerit in monasterium translata: tunc verò fuisse translatam dicendum est, quando ipse sęcularis rem ipsam Moniali dederit, vt ipsa, cui vellet, relinquat: idque verum habet non obstante decreto Tridentino, de non concedendo alicui Regulari bona stabilia, etiam ad vsum fructum, vel vsum, & administrationem, seu commendam. *Ibidem d. quæst. 47. artic. 15. de quo Nauar. in cap. nullam, 18. quæst. 2. à numer. 25. vsque ad 36. ad quod etiam Beia respons. casuum conscient. p. 3. casu 36. fol. 380. & p. 4. casu 17. fol. 418. & casu 32. fol. 458. Lessius de iust. lib. 2. cap. 41. num. 63. Idem docent Corduba in Summa quæst. 54. dub. vlt. à fol. 159. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. cap. 155. col. penult. & libr. 2. de contractibus cap. 40. col. 3. & 4. Vega 2. tom. Summ. capit. 12. casu 19. quos cum Auctore refert & sequitur Sanchez lib. 7. decalogi, cap. 21. num. 16.*

Trid. sess. 25. c. 2. de Reg.

10. Monialis auctoritate Papæ ad suam instantiam, seu voluntariè translata ad aliud monasterium non est delatura secū dotem, nec bona quæsita post professionem, *tom. 2. quæst. 79. art. 2. §. ex quibus, & in addit. Summæ capit. 144. num. 12. de quo Nauarr. in comment. de regul. comment. 4. num. 24. Couar. in cap. 1. de testament. iuxta finem*, & nos diximus suprà *de dotibus Monial. num. 7.*

11. Monialis renuncians generaliter cuicunque successioni illi obuenturæ, non censetur renunciare maioratui, tomo 2. quæst. 128. articul. 4. & nos diximus suprà *de Hæreditatibus num. 22.*

De dotibus Monialium, vide suprà *resolut. 54.*

An possint succedere in hæreditatē, & in maioratum, vide suprà *de hæreditatibus à num. 19. vsque ad 22.*

De exemptione Monialium à iurisdictione Episcoporū, seu Ordinariorū, vide sup. *de exemptione quoad Episcopos n. 36.*

12. Ingrediens portas clausuræ Monialium Sanctæ Claræ, & Prædicatorū sine dispensatione Papæ ipso facto excommunicatur, quantumuis ob monasterij deformationem, & desolationē, ac prælatorum permissionem, negligētiam, & dissimulationem consuetudo obtinuerit aperiendi dictas portas, liberámque introeundi facultatem concedendi, tom. 1. quæst. 8. art. 5. de quo Castro de lege pœnal. libr. 2. c. 11. fol. 216.

Cętera circa ingressum ad clausurā Monialium, & egressum earundem à clausura, vide suprà de clausura Monialium, & egressum earundem à clausura, vide suprà de clausura Monialium à n. 1. vsque ad 31. & à nu. 33. vsq; ad 41.

An Moniales possint esse testes contra alias Moniales, vide suprà de correctione Fratrū, resolut. de testibus n. 14.

13. Moniales sub cura Fratrum Minorum degentes tenentur ad statuta facta in Capitulis Generalibus, seu Prouincialibus sub pœna excommunicationis, ex præcepto Leonis X. *Tom. 1. q. 10. artic. 7.* & nos diximus suprà *de legibus, & statutis Regularium nu. 41.*

14. Item nulla egent dispensatione circa illegitimitatem, vt sint Abbatissæ, vel Priorissæ, attento iure communi, tom. 3. quæst 13. art. 21. & 22. & nos diximus suprà *de Abbatissis num. 4.*

15. Moniales S. Claræ, Tertiariæ, & aliæ sub cura Fratrum Minorum degentes gaudent priuilegijs ipsorum Fratrū concessis, & cōcedendis, ex Bonifacio VIII. & alijs Pontificibus apud Compend. Minorum Ibid. dict. art. 22. & q. 20. art. 22. eodem tom. 1. de quo infrà *de communic. priuileg. n. 45. & 46.* Comp. Minor. ritu. Moniales §. 3. & 4.

16. Dictæ Moniales sub cura Fratrū Minorum degentes possunt semel eligere confessorem Ordinis, qui eas absoluat ab omnibus peccatis, & censuris Ecclesiasticis, eisdémq; plenariam, & generalem peccatorum omnium remissionē impartiri valeat, ex Sixto IV. Itē quater in anno possint absolui plenariè auctoritate Papæ, & confessor eis benedictionē nomine suæ Sanctitatis largire, ex Leone X. to. 1. q. 20. art. 21. & nos diximus suprà *de absolutione Fratrum plenaria num. 30.*

17. Item nouitiæ, & seruitrices Monialiū possunt absolui, sicut absolui possunt ipsæ

ipsæ Moniales,& Fratres. Aduerte tamen,quòd seruitrices vt possint absolui à prælatis, & confessoribus Ordinis, oportet, vt sint eiusdem Regulæ professæ intra clausuram in Monialium seruitio actualiter degentes,vt in simili diffinitur in Tridentino Concilio de seruitoribus Regularium. Nisi sint de seruitricibus professis, vel non professis (quæ conuersæ, vel oblatæ vocantur) sub obedietia superiorum Ordinis degentibus extra claustra in domibus cõtiguis monasterijs, quas extra clausurã degere pro colligendis eleemosynis permisit Pius V. apud Bullarium, ne passim septa monasterij ingrediantur, & egrediantur contra ipsius Concilij decretum; quapropter non sunt priuãdæ exemptionibus, & immunitatibus concessis seruitricibus intra clausuram degentibus. Ibid art.4 iuxta quod debet intelligi quod diximus sup. *de absolutione quoad Fratres, n.11.* de quo Nauarr. *in cap. statuimus 9. qu. 3 d. n. 56.*

Trid. sess. 24. ca. 11. de Refor.

Bullar. bull. 6. Pij V. nu. 3.

18. Dictæ seruitrices extra clausura viuentes non possunt ingredi clausurã Monialium, nisi in casibus ex eorũ constitutionibus permissis, nec ipsis permittitur profiteri, nisi quadragesimum ætatis annum agant, ex eodem decreto Pij V. ibid. Vide pro istis seruitricibus supr. *de clausura Monialium, num 3. & 10. 1. quæst. 44 art. 4* de quo etiam Nauarr. *commentar 4 num. 56. §. ex quibus colligo* Sanchez *lib. 6 decalog. cap. 15. à n. 54.*

Bullar. d. bull 6. Pij V.

RETRACTATIO I.

De egressu Monialis ex causa Epidemiæ.

19. NOmine epidemiæ, ex cuius causa possunt Moniales licentiari ad egressum à clausura, ea tantùm epidemia venit, quæ est vera, & realis pestis, ita vt ob alias infirmitates huic cõsimiles, sed benigniores, etiã si nomine epidemiæ nuncupetur, nullo modo Monialibus talis egressus à clausura licitus sit. Ita declaratum fuit à Congregatione sacra Cardinalium anno Domini 1609. de sententia Ludouici del Valle protomedici Regis Hispaniarum, quam refert Auctor tom. 3. Summa cap. 96 n. 3. vbi mutat sentẽtiam, quam olim probauerat, tom. 1. q. 49 art 4. & tom. 3. qu. 6. art. 3. resoluens, constitutionẽ Pij V. permittentis egressum Monialis à clausura ex causa epidimiæ, omninò intelligendã esse de epidemia. pestilente seu propria, & vera peste, non verò de alijs morbis benignis populariter grassantibus, qualis est catharrus, sicut nec de morbo gallico, strumis, & cancris, quæ non veniunt sub nomine veræ epidemiæ malignę, quæ vulgò in Hispania pestis appellatur, iuxta responsum dicti Regij Protomedici, & præfatam declarationem Cardinaliũ. De quo Sanchez lib. 6. decalogi cap. 15. num. 35. vbi latè probat, nomine epidemiæ hic debere intelligi non solùm eam, quæ verè pestis est, sed etiam simplicem epidemiam. Idem docent P. Villalob. 1. *part. Summæ tract. 35. diff. 45. numer. 2.* P. Ioannes Cruelus *lib. 1. cap. 5 dub. 4. §. secund nota*, sed Portel *verb. clausura monialium, numer. 18.* sentit cum nostro Auctore debere esse epidemiam pestilentem.

RETRACTATIO II.

De pacto certæ quãtitatis, dum non soluitur dos pro Moniali.

20. RAtione damni emergentis licitè potest pacisci de certa quantitate pecuniæ, donec monasterio dos soluatur, absque labe vsuræ, quemadmodum pro dote vxoris non est computandos fructus possessionis pro illa pignori obligatæ in sortem pri-

principalem, definitur in capit. salubriter, de vsuris, dummodo dicta quantitas non excedat in aliquo damnū, quod ex dilata solutione monasterio de facto contingit, putà quia ex dote constituendus, vel redimendus erat census, sed tantum soluatur, quod victui Monialis pro quolibet anno sufficiens iudicabitur, idque habet locum in omnibus monasterijs, etiam vbi dotes statim cōsumuntur, dos enim datur ad alimoniā monialis: quæ ratio æquè militat in omnibus monasterijs, etiam opulentis. Ita Auctor tom. 3. Summa dicto capit. 144. num 8. vbi de hoc vltimo, quod re soluerat tom. 2. quæst. 48. art. 7. se corrigit. Aduertant tamen prælati quod vt in plurimùm non probent similes pactiones, quando verò id probauerint ratione damni emergentis, cautè, ac consideratè fiat.

Auctoris sententiæ, quæ Pontificis decisionem in dicto cap. salubriter, extendit ad dotes monialium, adstipulatur Miranda d. quæst. 8. de monialib. concl. 1. art. 10. & quidem meritò, cum ratio, qua nititur Pontifex, ibi: Cum frequenter dotis fructus non sufficiat ad onera matrimonij supportanda, æquè locum habeat in dote etiam monialiū. Valde tamen difficilis creditur Pontificia hæc definitio dicti cap. salubriter, cum apertè pugnet cum vulgari regula cap. cum contra 6. de pignoribus, cap. 1. cap. conquestus, de vsur. & 1. & 2. C. de pignor. action. qua cauetur, creditorem teneri fructus rei pignoratæ perceptos in sortem principalem restituere, & computare. Qua ratione in specie dicti cap. salubriter, primà frōnte videbatur dicendum, teneri etiam generum fructus ex re pignorata perceptos restituere. Quare variè responderi solet. Quidam interpretantur Pontificis sententiam procedere dotis fauore. Alij putant ibi ab vsura excusari generum ratione damni emergentis, & lucri cessantis. Alij virtute pacti de fructibus lucrandis à genero interim quod socer dotem promissam non præstat. Verior ratio generi ab vsura excusandi est, quia is dum fructus pignoris percipit, id non facit ratione mutui, aut dilatæ solutionis, sed pro oneribus matrimonij subeundis, quæ ad socerum pertinebant, ex regula l. si filia 20 §. 1 l. si maritus 47. ff. famil. ercifcund. l. si is qui 57. in princip ff. iure dot. Qua ratione meritò dum dos ei nō soluitur, fructus perceptos non tenetur computare, quia non recipit alienum, sed quod sibi debetur, atque ita nihil ex pignore lucratur, quod restitutioni sortis principalis subiaceat. Videndi Couarr *lib. 3. variarum cap. 1. num. 3. Nauar. cap. 1. à nu. 71. 14. quæst. 3. plures citati à Cenedo ad decretales collectan. 14. Barbosa l. 2. in princip. à nu. 40. & in l. de diuisione, à num. 2. ff solut. matrimon. Molina tractatu 2. de iustitia disp. 321. Rebello de obligat. iustit. lib. 8. de vsuris cap. 11. Fachineus lib. 3. controuers. capit. 101. Gaspar Rodriguez lib. 3. de annuis redditibus quæst. 7. num 52. Stephan. Gratian. discept. cap. 143. & cap 240 à num. 24. & cap. 244. à numer. 1. Trentacinquius lib. 2. variarum, titulo de iure dotium, resolut. 6. Cardinalis Mantica libr. 11. de tacitis, titul. 10. à num. 39. Surdus tract. de alimentis titul 1. qu. 42. 43. & 45. & titul. 8. priuileg. 55. à numer. 6. Valascus consult. 8. & 84 à quibus, & alijs plerisque perende sunt plures interpretatores, & alia plura de materia dicti cap. salubriter.*

RESOLVTIO XCIX.

De Mulieribus.

1. QVæcunque mulieres honestæ, & idoneæ possunt admitti ad habitum Regularem Eremitarum S. Augustini, ad instar Tertiariarum Ordinis Minorum, & Prædicatorum viuentium priuatim in suis domibus (quas in Hispania vulgus appellat Beatas) ex concessione Eugenij IV. & Martini V.

Apud

Apud Minores verò tales non admittuntur sine licentia Ministri, aut Commissarij Generalis, ex statuto Ordinis Toletano, tomo 3. quæst. 7. art. 1. de quo Collector Mendicant. *tit. mulieres*, §. 1. *& tit. oblati Fratrum*, §. 2.

2. Leo X. in Cōcilio Lateranensi declarauit huiusmodi Mantellatas, seu Tertiarias priuatim in suis domibus viuentes non gaudere priuilegijs Fratrū quoad exemptionem, sed ad onera laicis imposita teneri, & coram iudice sęculari conueniri posse, nisi votum castitatis emittant, vt infrà *de Tertiarijs, num. 5 dicemus, ibid. art. 2.*

3. In contractu mulieris consensus, & licentia viri est de substantia actus, & sine illa contractus nullius valoris existit, tenetur que contrahens rem ex ipso contractu acquisitam restituere, etiam in foro conscientiæ, quia lex iusta non fundata principaliter in præsumptione seruanda est in vtroque foro, to. 3. qu. 56. art. 3. de quo Couar. regula pec catum, 2. p. §. 3. in fin. Palatius Rubius *l. 55. Taur. numer. 17.* vide suprà *restitut. 96. num. 6.*

4. Mulieres de iure Canonico non sunt testes idonei in criminalibus, & secundùm aliquos, etiam de iure Ciuili, nisi aliter veritas haberi non possit. In casibus verò, in quibus de iure admittitur illarum testimonium, minus fidei eis adhibetur, quam viris. *tom. 2. quæst. 10. art. 3* de quo Tiraquel. *tract. de legibus connubial. l. 9 numer. 49. Maranta de ordine iudic. p. 4. numer. 43. Speculator tit. de testibus, §. postquam, vers. porrò. Vide suprà de testibus num. 14.*

RESOLVTIO C.

De Notarijs.

1. GEnerales, Prouinciales, ac alij superiores Regularium, quibus processus formare incumbit, iuridicè creant ex suis Religiosis notarios ad certas causas, quos secretarios vocant, sed non possunt perpetuos, præcipuè ad causas extra Religionem decidendas. Ad quod est quoddam priuilegiū Pij V. factum Prædicatoribus apud Bullarium, quo possunt Mendicantes, & alij communicantes in priuilegijs instituere sui Ordinis Fratres idoneos in notarios publicos pro intimandis mandatis, & rescriptis Apostolicis publicam, vel priuatam Religionis vtilitatem cōcernentibus, quibus plena, & indubitata fides adhibenda est in iudicio, & extra, seu vbique ac alijs quibuscunque publicis, & authenticis rogatis notarijs, tomo 3. qu. 8. art. 1. Idem tradit Portel verb. Notarius, numer. 1. vbi notat cum nostro Auctore, hos notarios esse perpetuos pro negotijs priuilegiorum etiā extra ordinem. At nullibi inueni id dixisse Auctorem. Bullar. bull. 12. Pij V.

2. Notarium factum Monachum posse compelli ad edendum instrumentā de protocollis suis ad resumendum illa, ad partium instantiam, conueniriq; coram iudice sęculari, cuius olim erat notarius, tenent aliqui. Sed alij meliùs affirmant, conueniri debere monasterium ad hāc editionem coram proprio iudice, seu prælato. Cui sententiæ innuit, seu se inclinare videtur Auctor, eamque sequitur absque dubio, oppositæ tantùm referens Auctores, quidquid illam ipsi Auctori tribuere contendat Portel verb. Notarius, num. 4. Non tamen cogi potest monachus, qui fuit notarius, ad conficiendum de nouo instrumenta, ibid. art. 3. De quo Bart. in l. 1. ff. de iudic. & in l. 1. ff de pœnis, & in c. si diligenti, de foro competenti, & in l. locum habet, §. si pœnas, num. 3. & 4. ff. de tabulis exhibendis. Idem tradunt Bernard. Daz in pract. canonic. cap. 58. num. 3. Syluest. verb. tabellio. quæst. 3. dicto Nauar. comment v. num. 42. de regular. Couarr. practic. cap. 19. num 8. verb Monachus, quibus, & alijs pluribus cum Auctore (cui tribuit eam sententiam) relatis resoluit Sanchez *libr. 6. decalog. cap. 13 num. 49. & sequentib.* Explicatur mens Auctoris.

3. Consuetudo Religionum de inquirendo, & manu propria acta scribendo,

do, nō adhibito notario, seu secretario, ex duplici capite potest saluari: primo, ex renunciatione sui iuris, cui in aliqui bus Religiosi per professionem renunciare videntur: secundò, quia vt in plurimum de minimis, & ad correctionem inter eos agitur. Vnde in grauibus præsentiam Notarij omninò requiri mihi absque dubio videtur, ex mente, capit. quoniam contrà, de probat. vbi tanquā quid essentiale iudicij id requiri videtur. tom 2. qu. 13. artic 2. & 3. cui innuit Auctor *in Addit. Summa, tom. 4. cap. 58. num. 9 in fine.*

4. Notarius Regularis in processu faciendo contra aliquem Religiosum, vltra subscriptionem testium ipse debet subscribere proprio nomine in vnoquoque eorum dicto, vt habetur expresse in Authentica, de instrum. cautio & fide, vbi glossa. §. sed si instrumentum. Addit. summæ tom. 4. capit 58. numer. 10. de quo Couarr. *qq. cap. 20. num. 5.* & nos diximus *resol 42. num. 28.*

5. Danda est fides libris ratiocinij, vel similibus obligationibus scriptis manu Notarij Monachi, vel Monialis deputatorum à Capitulo ad scribēdum bona, & redditus Monasterij, etiam in foro seculari, vt vsus obtinuit, argumēto c. cùm dilectus, de fide instrument. & ita iudicatum fuisse refertur. Addit. Summæ *vbi suprà num. 11.* de quo Valascus *lib. 1. Consultat. Iason in l. admonendi. num. 112. ff. de iureiurand. vbi Bart. nu. 28. & in l. quædam. §. numerarius, de edendo.*

RESOLVTIO CI.

De Nouitijs.

1. Receptio Nouitiorum apud Minores reseruatur solis Ministris Generalibus, & Prouincialibus, ex declaratione Nicolai III. in capit. exiuit, de verbor. signific. lib. 6. Vicarij autē Prouincialium ex officio hanc facultatem non habent, nisi id expressè illis commissum fuerit. Idem ex iure communi habent aliæ Religiones, nisi aliud statuto caueatur. tom. 3. quæst. 9 art. 1. Idem docet P. Miranda tomo 1. Manu. quæst. 15. art. 1. vbi in principio ait, potestatē recipiēdi Nouitios penes Abbates, seu prælatos immediatos conuentus residere ex iure communi, cap. ad Apostolicam, cap. porrectum, de Regul. capit. final. eodem titul. in 6. vbi Panormitanus cum glossa ibi, verb pertineat, & ex multis alijs iuribus probat Nauarr. *lib. 3. consil. 62. de Regular. & lib 1. cons. 9. de constit.*

2. Apud Ordinem S. Claræ nulla fœmina admittitur ad habitum, vel ad professionem, nisi de Prouincialis, vel Visitatoris licentia, ex Nicolao V. Apud Moniales aliarum Religionum id ad suos superiores pertinere indubitati iuris est, ibidem art. 2. Idem tradit P. Miranda *tract. de Monialibus qu. 8. art. 1.*

3. Olim præceperat Sixtus V. fieri informationem ad Ordinem recipiendorum ante vestitionem habitus Regularis, sed postea Gregorius XIII. pro Monachalibus, in quibus est perpetua filiatio, summariam tantum sufficere ordinauit. Nunc autem ex Bulla Clemētis VIII. in fauorem Conuentus S. Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum edita, ne deterrerentur iuuenes ab ingressu Religionis ob grauiam informationem faciendam, sufficit iuramentum sumere à recipiendo, quòd nō sit criminosus, ære alieno onustus, & alijs defectibus, seu impedimentis notatus, de quibus in Bulla Sixti V. dummodò postea ante professionem exacta informatio de supradictis fiat, & à Patribus, seu discretis Conuentus approbetur. Quo privilegio fruuntur aliæ Religiones communicantes, etiam Monachales. *Tom. 3. quæst 10. art. 1.* de quo vide P. Villalob. *2. p. summæ tract. 35. diffic. 9 num. 7. & 8. & diffic. 10. num. 1. 2. & 3.* P. Miranda *dicto tom. 1. quæst. 21. art. 1.* P. Portel *verbo, Nouitius, à nu. 1.* qui idem tradunt.

4. Nouitiorum informationes examinandæ, & approbandæ sunt à superioribus, vel ab inferioribus prælatis facul-

cultatem habentibus recipiendi Nouitios, cum quatuor Patribus ex dignioribus, seu antiquioribus Conuentus in vnum congregatis, de quorum consensu ad habitum admissi sunt, iuxta formam constitutionis Clementis VIII. vel coram duobus superioribus in vnũ congregatis, iuxta Bullam Sixti V. Receptio autem nouitiorum potest fieri à superioribus quocunque tempore extra Capitulum de consilio quatuor definitorum, vel quatuor Patrũ de antiquioribus Conuentus. Sed hoc in Hispania tantùm, ex d. cta Bulla Clemẽtis VIII. *ibid. art.* 2. Idem docent P. Miranda *d. quæst.* 21. *art.* 3 & 4. Portel *vbi suprà num.* 3. & 4 Villalob *suprà numer.* 4 & *diffic.* 10. *num.* 14.

5. Quatuor debent necessariò inuestigari in informatione nouitiorum, ex Bulla Sixti V. Primò de eorum parentibus, an scilicet sint legitimi, nec ne. Secundũ, an aliquod crimen commiserint. Tertiò, an sint grauati ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum. Quartò, an reddendis ratiocinijs sint obnoxij, ita vt ex huiusmodi causa lis, vel molestia illis sit illata, vel inferri timeatur, de quibus sigillatim dicemus infrà, ibid. art. 3. Idem tradunt P. Miranda ea quæst. 21. art 2. Portel à num. 10 P. Villalobos ea diffic. 10. à num 6.

6. Hodie quicunque illegitimi ex quocunque illicito coitu nati habiles sunt ad Religionem, dummodò eorum merita, & virtutes suppleant defectum natalium, ex Gregorio XIV. Sic moderante constitutionem Sixti V. Imò his etiam non suffragãtibus meritis adhuc eorum professio non irritatur, nec admittentes excommunicantur, non habita circa id matura deliberatione. At filius Monachi nullo modo admitti potest in Religione, vbi eius pater adhuc superstes est, etiam si merita eius, & virtutes suffragentur, ex eodem Gregor. XIV. qui tamen professionem illius expressè non irritat. *Ibid. art.* 1. & 5. & nos diximus suprà *de illegitimis*, *à num.* 10. de quo P. Villalob. suprà *numer.* 8. & 9. & *diffic.* 9. *num.* 3.

7. Cum sacrilegis tamen non est tam facile dispensandum, quàm cum naturalibus, ibid. artic. 6. de quo d. resol. 76. de illegat. num. 11.

8. Homicidæ, & criminosi ad habitum Regularem admitti non possunt, admissorũmque professio irrita omninò est, si eorum delictum est deductum in iudicium ante habitus susceptionẽ, ex Sixti V. cõstitutione: secus si post ingressum, vel post absolutionem a crimine per sententiam definitiuam, tunc n. licitè intrat, & validè profitetur, ibid. art. 7. de quo Couar. Pract. q. 32. n. 2. Nauar. in c. nõ dicatis, n. 92. Vide Sanchez ad præcepta l. 4. c. 16 n. 39. Portel in addit. ad dubia verb. Nouitius n. 4. P. Villal. *d. diffic.* 9 *n.* 2. *ad finem*, qui idẽ ferè docet.

9. Qui votum emisit Clericatus, vel Religionis ante patratum crimen, nec votum potuit adimplere, potest ingredi Religionem, nec a iudice sæculari puniri potest, dummodò id in fraudem factum fuisse non præsumatur, & veritas emissi voti pateat per iuramentũ ipsius vouẽtis, cui standum est. Sed hoc non habet locum in eo, qui vouit intrare ordinem Tertiariorum B. Francisci in suis domibus extra Congregationẽ degentium, ibid. art. 8. de quo Bald. in l. 1. C. an seruus ex facto suo, Iason in l. cùm quædam puella, n 11. ff de iurisd. omniũ iudicum. Placa tract. de delictis, lib. 1. cap. 25. nu. 6. vide Sanchez eo cap. 16. d. num 39 & 40. Portel vbi sup. num. 6 P. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 19. *art.* 8.

10. Receptio, & professio debitoris ære alieno grauati supra vires facultatũ suarum est nulla, ex præfata constitutione Sixti V. quæ etiam procedit in eo, qui est condẽmnatus ad soluendam aliquam magnam pœnam pecuniariam, nec eam soluit. Debita autem incerta ex eo, quod ignoratur, cui facienda est restitutio eorum, post factam diligentẽ Inquisitionem non impediunt debitorem ab ingressu Religionis. Nec rursus quando de consensu creditorum ingreditur debitor, vel cedit bonis, faciendo quod in se est ad soluendũ, & non potest, nec in futurum posse speratur, vel probabile est manendo in sæculo lucrifacere non valere ad satisfaciendum creditoribus, tunc enim secluso omni dolo, & fraude, etiam nulla præ-

missa bonorum cessione licitè ingredi poterit, relinquendo debitoribus bona, quæ habet, *ibidem articul. 9. de quo D. Th. 2. 2. quæst. fin. art. 6. ad 3. Soto de iust. libr. 4. quæst. 7. artic vltim. vide Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 1. qu. 5. Leonard. libr. 2. de iust. cap. 41. nu. 32. Portel vbi suprà, num. 19. & in addit. ad dubia à num. 8. vsque ad 12. Sanchez l. 4 decalog. cap. 19. à num. 3. & num. 21. 24. & 25. cum seqq.*

11. Qui Virginem sub spe futuri matrimonij carnaliter cognouit, ob idque mansit infamiæ labe notata, tenetur illam priùs dotare, iuxta suæ conditionẽ personæ, quam Religionem ingrediatur: aliàs professio nulla iudicanda erit, si probetur tale debitum esse supra vires facultatum suarum, iuxta dictam Bullam Sixti V. ibid. §. notandum est etiam, de quo Nauar in c. cui portio 12. q. 1. num. 8. & lib. 4. cons. 21. de sponsalibus p. 377. col. 2. Idem docet Portel in addit. v. Nouitius, numer. 13. Less. de iust. lib. 2. c. 10 dub. 4. vbi resoluit cum qui antè vouerat ingredi Religionem, si postea puellam sub promissione matrimonij deceperit, non posse intrare, si ipsa votum ipsius ignorauit, non tamẽ, si sciuit, & c. 41. dub. 3. inter eos, qui nõ possunt ingredi Religionem, numerat eum, qui Virginem sub spe matrimonij deflorauit.

Defenditur Auctoris sententia.

Neque supradictis obstat, quòd non potest dici reuera ære alieno grauatus, qui ratione stupratæ Virginis manet obligatus ad constituendum illi sufficientem dotem, vt contra Auctorem hic vult probare Sanchez libr. 4. Decalogi cap. 19 nu. 26. in fine. Nam respondetur, quòd si puellæ constituenda est magna dos, quia est non infimæ conditionis, iam ea dos soluenda dici potest ingens æs alienum supra vires facultatum debitoris plebeij non diuitis. Vnde si puella sit infimæ, vel mediæ conditionis, & deflorator habet ad constituendum illi sufficientem dotem, professio vtique tenebit, ex sententia Auctoris, quia Pontifex tantùm inhabilitat eum, qui ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauatus existit. Itaque Auctor non indistinctè tenet, omnem defloratorem Virginis dici ære alieno grauatum supra vires facultatũ suarum, sed eum dumtaxat, qui considerata sui, & puellæ defloratæ conditione nõ potest ei debitam dotem, ad nubendum alteri, constituere: tunc enim ipse tenetur eam ducere vxorem, nec potest ad Religionem admitti: sicut ad idem tenetur qui virginem sub spe futuri matrimonij cognouit, nec potest propter generis eiusdem claritatem aliter decori, & honori ipsius consulere, nisi eam ducendo in vxorem, etiam posito voto Religionis, & data potentia ad dotandam puellam. Atque ita Auctori adhæret Portel in addit. ad dubia verb. Nouitius, num. 13. vbi tradit, ingens debitum censeri illud, quod est notabile, & magnum debitum attenta persona debitoris, & summa debiti, qualis censetur dos debita defloratæ Virgini, saltem respectu hominis plebeij. Accedit, quod si talis stuprator iuridicè iam accusatus, vel inquisitus sit, tanquam criminosus impeditur ab ingressu Religionis, quia commisit crimen, cui in sæculo pœna vltimi supplicij infligitur, quando scilicet patratum fuit in domo parentum ipsius stupratæ Virginis, vt benè obseruat idem Portel loco proximè citato. Idem dicendum iudico de eo, qui mulctatus est ad soluendum ingentem pecuniæ summam, nam si magna est, & supra vires facultatum suarum, reuera dici potest ingẽti ære alieno grauatus, iuxta constitutionem Sixti V. quidquid contradicat idẽ Sanchez *loco suprà allegato*.

12. Hiberni, seu Irlandenses residẽtes apud Collegia Romæ, & Hispaniæ pro ipsis cõstructa, possunt ingredi Religionem, nõ obstante iuramento, quod faciũt de eundo in Angliam, vel Irlandiam ad prædicandum ibi, & defendẽdum Catholicam fidẽ apud hæreticos, nam tale iuramentum, etiam votiuum, est commutabile in Religionem. Ita Salmanticæ in praxi admissum est de consilio doctissimorum virorum, quidquid aliqui in oppositum sentiant, ibid. art. 10. de quo Soto lib. 8. de iust. qu. 1. articel. 9.

13 Ex.

13. Ex eadem constitutione Sixti V. qui reddendis ratiocinijs ita obnoxius est, vt ex huiusmodi causalis, vel molestia ei iam sit illata, vel inferri timeatur, nec licite intrat, nec validè profitetur Religionem, siue ratiocinium sit publicum ratione administrationis rerum ad Rempublicam pertinentium, siue priuatum ratione administrationis rerum priuatarum, ad quod tenentur tutores, Curatores, Procuratores, actores, ac executores, qui similiter prohibentur sacris ordinari, capit. 1. de oblig. ad ratiocinia, Auctor, ibid. art. 11. de quo Syluest. verb. ratiocinium Vide Azor tom. 1. inst. Moral. libr. 12. cap. 3. quæst. 8. Sanchez eo cap. 19 num. 21. vbi notat valere hodie professionem gratiatorum ære alieno, & obnoxiorum reddendis ratiocinijs, quia Clemens VIII. reduxit Bullam Sixti V. ad terminos iuris communis.

14. Facta diligenti informatione de supradictis, si postea appareat de illius falsitate, nõ ideò facta professio statim nulla iudicanda est, si bona fide, & simplicitate factum est à prælatis fraudulenter deceptis, nam Sixtus V. tantùm annullauit professionem eorum, qui temerè contra suam constitutionem admittuntur, ibid. artic. 12. & nos infrà dicemus iterum de professis post constitutionem Sixti V. *num.* 89 et 91. Idem docent Portel *verb. Nouitij informatio- nes, num.* 5. P. Villalobos *d. tract.* 35. *diffic.* 9. *num.* 4. & 6.

15. Hæc solemnitas informationis, & examen super prædictis non requiritur in Nouitijs minoribus sexdecim annis, nec in his, qui sunt ex longissimis prouincijs, ad quas intra annum probationis difficiliter potest recurri, vel quorum patria ab hæreticis, vel infidelibus detinetur: nec item in Religiosis translatis de vna ad aliam Religionem, nec tandem in Nouitijs Monialium, ex dicta constitutione Sixti V. *ibid. art.* 13. de quo P. Villalobos 2. *p. summa tract.* 35. *diffic.* 10. *num.* 12. & 13. Portel *vbi sup. num.* 7. & 8.

16. Descendentes à Iudæis, Mauris, & alijs infidelibus nouiter ad fidẽ conuersis, non possunt excludi per statutũ Ordinis à receptione habitus Regularis, ita quòd eorum professio annulletur, nisi id auctoritate Apostolica specialiter id ipsum indulgente fiat: nam Iure Canonico omnes fideles sunt idonei ad Religionem. Vnde statutum non annullans professionem iustis de causis factum, etiam sine auctoritate Apostolica valere à sapientissimis iudicatur, dummodo non fiat odio generis, eritque professio eorum de facto peracta valida, tom. 3. qu. 11. art. 1. & tom. 1. quæst. 10. artic. 3. & quæst. 14. art. 1. & 2. de quo Nauar. libr. 3. cons. 26. num. 4. & 5. de Regularibus Couar. in Clem. si furiosus, 1. p. nu. 7. Idem docet post nostrum Auctorem, & Nauar. P. Villalob. *eo tract.* 35 *diffic.* 11. *numer.* 5. & 9. & *nos diximus resol.* 90. *num.* 58.

17. Præfatum statutum arcens à Religione descendentes à Iudæis, & Sarracenis, eorùmque annullans professionem, non sufficit fieri à Capitulo habente auctoritatem à Papa ad condenda statuta, sed necessario ad id requiritur speciale rescriptum, & confirmatio Apostolica, quia confirmatio statutorum facta à Papa intelligitur, quatenus ipsa non sunt contraria iuri communi, & sacris Canonibus, cuiusmodi est istud. Vnde nullus eijci potest à Religione ob id solùm, quòd professus sit contra præfatum statutum, poterit tamen expelli ex defectu consensus recipientiũ, quando scilicet professio facta fuit sub condicione, & protestatione expressa, quòd non descendisset à tali genere maculato, taliter enim professus non est habendus pro professo, etiam in foro conscientiæ, habitùmque demittere licitè poterit, declarata priùs nullitate suæ professionis nec potest talis professio à principio nulla tractu temporis conualescere, seu rata, ac valida reddi per delationem habitus, aut vocem in capitulo per multos annos exercitam inter Fratres, & apud Fratres, ibid. d. q. 11. art. 2. de quo Nauar. cap. 12 nu. 51. & lib. 3 cons. 5. nu 15. de Regularibus, & in cap. statutum, num. 15 & sequitur Portel verbo Nouitij qualitates, n. 30. & verb. electio, numer. 11. Simanc. de Catholicis institut. tit. 47. num. 84 & in de-

defensione statuti Toletani, *Did. Pet. in l. 9. tit. 1. lib. 1. ordin. & l. 1. titul. 1. libr. 4. idem Nauar. dict. libr. cons. 26. de Regularibus, quos, & alios refert, & sequitur P. Miranda 1. tom. sui Manualis prælatorum qu. 19. art. 7. §. secundo præmitto, & tom. 2. qu. 1. art. 1. §. secundo præmitto, & quæst. 29. artic. 6. P. Villalob supra num. 5 & 6.*

Trid. sess. 25. ca. 15. de Reg.

18. Taliter professus, vel de nouo debet profiteri peracto priùs anno integro probationis, vel potest permanere in Monasterio post annum de consensu recipientium aliquantulum antequam profiteatur, eritque tunc tacitè professus, non à die primæ, sed posterioris professionis. Vel tandem potest Dominus Papa de consensu recipientium, & recepti annum probationis habere pro legitimè completo, non obstante Tridentino Concilio, eiúsq; professionem ratam habere, vt ipse gaudeat gradu, & honore, quibus gauderet à die, quo fuerat primum professus, ad tollendum scandalum, & inquietudinem, quæ ex eo oriri potest. Quod vt remedium valde commodum est amplectendum, & à Domino Papa supplicandum. ibid art 3. de quo Nauar. libr. 3. cons. 5. num. 19 & 20. de Regular. Vide Sanch. lib. 7. de matr. disp. 37 nu 47. & 48. vbi resolrit, non esse repetendũ nouitiatum, quamuis publicè constaret professionem, & nouitiatum fuisse irrita, vbi latè dubium tractat, & tandem asserit, tutius esse pro foro conscientiæ secretò impetrare dispensationem Pontificis cum nouitiatum supplētis, idem repetit lib 5. ad præcepta cap. 4. numer. 15. vbi tenet, & defendit id ipsum, etiã quando nouitiatus, & professio essent irrita ratione inhabilitatis perpetuæ profitentis, vel etiam ex defectu veri consensus ipsius.

19. Apud nos Minores de Obseruãtia, & idem apud Minimos, nõ possunt ad habitum regularem recipi descendentes ex Iudæis, Saracenis, & Hæreticis, quorum corpora, ossa, vel statuæ ex parte patris, vel matris vsque ad quartã generationem inclusiuè in vindictam fidei concremata fuerunt, eorumque professio annullatur per Bullas Pauli IV. & Gregor. XIII. & idem est de cõuersis nouiter ad fidem in nostro Ordine Minorum, ex eodem Paulo IV. apud Bullarium. Vnde qui descendunt ex dicto genere infidelium, & hæreticorum, quorum corpora, ossa, seu statuæ non fuerunt igni tradita, licitè recipiuntur ad habitum, & validè profitentur, & ad honores, & dignitates rectè admittuntur in præfatis religionibus, vt expressè habetur in dicta Bulla Gregorij XIII. pro Minimis, cùm post susceptũ (ait Pontifex) baptisma Iudæi, & Græci distinctio esse non debeat, vt ad Romanos c. 10. auctor est D. Paulus. Quæ opinio, etiam apud nos Minores tanquam magis probabilis, pia, ac iuri canonico conformior amplecti potest, quidquid in oppositum dicant alij. Iuxta quod potest, & debet fieri protestatio quæ apud nos solet fieri ante professionem, ibid. art. 4. & tom. 1. quæst 14. art 4. & 5. & in summa tom. 2. c. 14. de quo Portel vbi suprà, P. Miranda locis suprà citatis, qui quamuis oppositã sententiam multis rationibus stabiliat, nõ negat tamen nostram tanquam piam, ac benignam posse tueri, & teneri. Vide eũdem Portel in addit. ad dubia verbi nouitiùs à numer 19. vbi plura ad hoc congerit perdoctè, & P. Villalob. vbi suprà num. 3.

Bullar. bull. 2. Paul. 4. & Bulla 36. Gregor. XIII. Roman. c. 10.

20. Dictæ constitutiones apostolicæ, dato, & non concesso, quòd cõprehendant omnes descendentes ex dictis infidelibus, etiam si eorum corpora nõ sint igni tradita, seu combusta, non tamen habent locum, nec extenduntur ad eos, qui extra quartum gradum, seu generationem descendunt à dicto genere maculato per lineam rectam, quia sic expressè restringunt ibi præfati Pontifices suum decretum ad descendẽtes tantummodo intra quartam generationẽ, in expressis verò non est locus coniecturis, l. continuus, §. cum ita, ff de verb. oblig. Ex quorum verborum tenore etiam clarè deducitur, non extendi dictum decretum ad gradus collaterales, de quibus nulla ibi fit mentio, sed tantùm de descendentibus intra quartum gradum per lineam rectam, vt patet

tet ex dictis bullis. *ibid. d q. 14. art. 6.* de quo P. Miranda *d. tom. 2. q. 1. art. 1. concl. 4.* qui idem tenet post Nauar. *lib. 5. cons. 22. tit. de haeret. num. 5.*

Bullar. Bull. 3. Pij 4. & Bul. IV. 21. Pius IV. apud Bullarium extendit supradictum decretum ad descendentes à Mauris, & pro Congregatione S. Benedicti Vallisolcti amplius statuit quod nullus descendens ex Mauris, Turcis, vel haereticis vsque ad quartum gradum, vel qui aliquando per inquisitores inquisitus, punitus, vel confessus esset, possit admitti ad habitum regularem, & qui iam admissus, & professus esset, ad nullum officium, dignitatem, vel administrationem ordinis assumi, & eligi posset. Vbi vides, quòd non requirit hic Pontifex, vt proauorum corpora, vel ossa fuerint combusta, sicut Paulus IV. requirit pro Minoritis. Sed hoc seruari tantum debet apud Ordinē S. Benedicti, pro quo decretum est, nec extenditur ad alias religiones, qui non communicant in poenis, sed tantùm in fauoribus, & priuilegijs, vt bene notat Portel d. v. nouitius, num. 21. de quo etiam Nauar. lib 5. cons. 22. tit. de haereticis in 1. edit & toto cons. 1. tit de Iudaeis in 5. edit. Auila de censuris 7. p. disp. 4. dub. 3. Sanchez lib 2. de calog. c. 27. num. 3. qui ibi refert dictam constitutionem Pauli IV. nō esse in vsu apud Minoritas. Sed contrarium videmus in praxi seruari apud nos, nam semper ante habitus susceptionem interrogantur nouitij recipiendi, & fit iuridica protestatio iuxta dictam Bullam Pauli IV. Patres vero Ordinis Minimorum obseruent circa hoc, quod dictus Gregorius XIII. pro sua religione decreuit apud Bullarium.

Bullar. d. Bull 36. Greg. 13.

22. Quamuis iuxta iuris rigorem, ac probabiliorem, & magis piam sententiam filij, & descendentes ex haereticis combustis ante patratum crimen apostasiae à fide concepti, aut nati non comprehendantur in dictis constitutionibus Apostolicis quantum ad praelaturas, & dignitates in ordine obtinendas: tales tamen non debent admitti, quando notoriè id constat eligentibus. Nam vt liberus, & infames ius portae dignitatum patere non debent, prout c. inter dilectos, de excessibus praelat. habetur, hi autem, saltem infamia facti reputantur infames. Ita Auctor tom. 1. quaest. 14. artic. 3. Ex cuius mente satis colligitur, idem à fortiori dicendum esse quantum ad admissionem huiusmodi infamiae labe infectorum ad habitum religionis, quippe qui sunt inhabiles ad religionem, & irregulares, vt expressè decreuit Bonifacius VIII. in cap. statutum felicis, de haeretic. in 6. & resoluit Auctor tom. 1. quaest. 14. articul. 7. §. filij praeterea haereticorum, ex dicta constitutione Sixti V. & expressè cauetur in statutis Ordinis Segouiensibus. Atque ita de infami, siue infamia sit iuris, siue facti, qui non potest eligi in Abbatem, docet Sanch. lib. 5. decalog. cap. 5. num. 24. post Maiolum lib. 1. de irregul. cap. 29 num. 12. & 13. Viuald. in candelabro Sacrament. part. 3. cap. 5. num. 11. in 2. edit. Idque confirmari potest ex traditis ab eodem Sancio libr. 2. decal. cap. 27. à num. 10. vbi loquendo de haereticis quaestionem pro vtraque parte disputat, & tandem parti neganti, tanquam probabiliori adhaeret. Idem expressius in nostris terminis affirmans Portel in ad dubia verbo, nouitius, nu. 23. P. Villalobos d. difficult. 11. num. 4. qui notat, in dubio tales praesumi fuisse natos ante patratum crimen haeresis, quia poenae debent restringi. Haec sententia mihi probabilis multùm videtur, & in praxi amplectendam omninò iudico, licèt opposita speculatiuè sit probabilior. Debet tamen limitari ad nondum admissos ad habitum, qui omninò repellēdi sunt, semel nāq; admissi validè professi ab omnibus iudicantur.

Statutis ordin. Segouiensi. bus c. 1. de receptione nouitiorum in quisit. 7.

23. Nullum ius, vel praeceptum regulae determinat aetatem recipiendorum ad ordinem, etiam apud nos Minores. Vnde iuuenes adhuc impuberes, & sine aetate ad profitendum posse ad religionem admitti, communior sententia, & praxis tenet, quidquid alij in oppositum contendant. Verum est tamen, quòd ingrediens religionem ante annos pubertatis (qui in viris sunt quatuordecim, & in foeminis duodecim anni cōpleti) potest à parentibus, & tutoribus extrahi, vt definitur c. 1. c. ad no-

Clementem VIII. inclusiuè. tom. 3. quæ. 6. art. 4. Idem tradunt Portel verb. Moniales, num. 11. P. Miranda *tract. de Monialibus quæst. 10. art. 2.*

Bullar. bull. 31. Eug. 4. & orac. 17. 2. Eugenius IV. concessit præfatis Monialibus primæ Regulæ, seu Collectaneis, vt non teneantur incedere nudis pedibus, sed possint deferre soccos ligneos, seu calepodia, ac sandalia, atque etiam, cùm opportunum fuerit calceamenta. Rursus possint dispensari per Prouinciales cum consilio Discretorum, tam in cibis, quàm in silentio, & alijs perpetuis contentis in earum Regula. Imò & idem Pontifex declarauit, quod in nullius præceptorum Regulæ transgressione, præterquam in quatuor votis principalibus, scilicet, obedientiæ, paupertatis castitatis, & clausuræ, ac super electione Abbatissæ, & eius depositione peccatum mortale incurrant. Quod ad Vrbanas, seu Minorissas secundæ Regulæ etiam extendit idem Eugenius IV. apud Bullarium inter viuæ vocis oracula. Item ex concessione Sixti IV. possunt absolui à prælatis & earum confessoribus ab omnibus peccatis, pœnis, & censuris, etiam Papæ reseruatis, quoties opus fuerit, & quod ipsæ, & ipsarum nouitiæ lucrentur omnes indulgentias Vrbis visitando suas Ecclesias. Ibid. art. 4. Idem tradunt P. Miranda tract. de Monialibus quæst. 9. art. 4. & 5. Portel *vbi suprà num. 2. & in addit. verb. Moniales num. 2.* (Bullar. Orac. 11. Ibid. Ora. 43. & 44. Sixti 4.)

3. Idem Eugenius IV. absoluit Moniales Sanctæ Claræ ab omnibus votis, iuramentis, & promissionibus Deo factis pro quacunque causa, & quòd promissiones, iuramenta, & vota per ipsas fienda non teneant nec obligent eas ad peccatum mortale. Item declarauit, quòd quæ fecerunt professionem cum intentione seruandi Regulam simpliciter, & non secundùm modificationem Eugenij non teneantur ad obseruantiã illius, nisi secundùm prædictam modificationem Eugenij, non obstante suæ professionis promissione, & quod de cętero nulla possit profiteri Regulam Sãcta Claræ, nisi secundùm modificationem Eugenij, & si secus factum fuerit, non teneantur ad illius obseruantiam, nisi secundùm prædictam modificationem Eugenij. (Ora. 4. & 5. Eug. 4.)

Idem fecit Iulius II. apud Bullarium oraculo 2. 3. 4. & 5. & tradit etiam quã-tum ad absolutionem votorum, & iuramentorum, Portel in addit. ad dubia l. 2. dict. verb. Moniales num. 4. vbi id limitat, & intelligit de iuramentis in iudicio dandis, & de promissionibus factis contra statum paupertatis, & monachatus. Quod quidem mihi non placet, quia priuilegium id indistinctè cõcedit, & cùm sit priuilegium Principis, amplè est interpretandum, ac ideò omnia, & quæcunque vota, & iuramenta comprehendit. (Bullar. Orac. 2. 3. 4. & 5. Iul. 2.)

4. Clemens VII. concessit Monialibus Sanctæ Claræ, vt possint in interiori Ecclesia, in loco decenti habere Eucharistiæ Sacramentum, sicut habent in exteriori. Ita habetur in Compend. Mendic. titulo Moniales §. 19. Item ex concessione Leonis X. apud Bullarium satisfaciunt præcepto suæ Regulæ de percipiendo sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum certis diebus anteponendo, vel postponendo propter occurrentiam solemnitatum, dummodo tamen illud in fraudem non faciant, ibid. art. 5. Idẽ tradit P. Miranda *tract. de Mon. quæst. 10. art. 1. circa finem*, vbi id priuilegium de sacræ Communionis sumptione anteposita, vel postposita ex similitudine rationis ad confessiones posse extendi, existimat. (Bullar. Orac 36. Leon X.)

5. Iure communi tenentur Moniales dicere officium Diuinum in choro, sicut alij Regulares, seu Religiosi, Clementina 1. de celebrat. missarum, capit. dolentes, eodem titulo Clarissæ ex Regula non tenentur priuatim illud recitare: aliæ Moniales videant quid circa hoc ex sua Regula habeant. Quidquid tamen alij in oppositum sentiant, communior, & melior opinio, quæ & tenenda est, habet, omnes, & quascunque Moniales teneri priuatim ad recitationem horarum Canonicarum ratione status Regularis, seu Ecclesiastici irreuocabilis, quem profitentur, ibidem artic 6. & tom. 1. quæst. 42. art. 10. & nos diximus suprà de celebrat. diuin. officij num. 22. de quo Soto lib. 10. de iust. quæst. 5. art. 3. Na-

3.Nauar. cap.25. Manual. numer.96. & cap.27.num.2.& 5.Syluest.verb. Hora Canonica,quæst.2. Angel eodem verb. §.25. & 26. Idem docet post proximè citatos Doctores P.Mirãda *eodem tract. de Monialibus quæst.9.art 6.*

6. Clemens VII. apud Compend. Mendic.titulo Moniales §.30. concessit dictis Monialibus Clarissis sub cura Fratrum Minorum degentibus, quod propter imperitiam iudicio Prælatorũ, seu Confessorum,vel Abbatissarum satisfaciant dicendo officium laicarum, Rursus Leo X.indulsit non semper teneri Moniales,etiam sanas officiũ in choro persoluere itèmque discretioni Abbatissarum committit,vt quando, & quo modo,siue cum quibus remissio persoluendi officium Diuinum in choro, seu exemptio concedenda sit, diligenter aduertant,ac prudenter indulgeant, ne sub colore pietatis ex nimia indulgentia permittant in aliqua Monialium habitum generari diuinæ offensionis, ibidem de quo suprà de celebrat. Diuini Officij num.23.Idem tradit P.Miranda *dicto art.6 circa finem.*

Vide in Bullar. Orac. 64. Leon X.

7. Consuetudine receptum est, vt Moniales priuatim habeãt paruos redditus vitalitios ad pios, & honestos vsus,seu in subsidium suarum necessitatem,tam victus,quàm vestitus, quorum proprietas residet penes monasterium, administratio verò, & possessio est penes quendam Monialem, quæ depositaria,seu bursaria dicitur, & à superiore designatur,cui manifestantur necessitates,& causæ ad pecuniam expendẽdam, Quod est conforme Tridentino Concilio, nam dicta bona quoad proprietatem sunt monasterij, eidèmque incorporata, licèt ad priuatas necessitates priuatarum monialium sint designata. Aduertant tamen Religiosæ, quibus hi redditus permittuntur,quòd debent esse paratæ animo ad superioris nutum eos relinquere: secus irreuocabiliter possidentes, etiam sciente, & consentiente prælato, voti paupertatis transgressores esse sciant, consequenterque nec licitè retinent, nec licitè à superiore conceduntur, tomo 3 quæst. 29.art.12.de quo Cordub.de casibus,q. 54 §.3.fol.147.Nauar.libr.3. de restit. cap 2.nu.166.tom.2.Nauar. comment. 2.de Regul.num 14.Azor institut.Moral.1.p.lib.12.capit.9.quæst.2. quos refert Barbosa in remissionibus ad Tridẽtinum dict.cap.2.de regul.nu.3. Idem docet traditis multis Sanchez loquens de Religiosis in communi,libr.7.decalogi cap.22.à num.14. & in nostris terminis agens de monialibus, *cap.23.numer.5.*

Trid. sess. 25.c 2. de Regul.

An autem Moniales Sanctæ Claræ primæ Regulæ possint habere bona in communi,& succedere in hæreditate, vide suprà *de heredit.num.18.& 19.*

8. Ad validitatem donationis factæ à nouitia monasterij Monialium requiritur omninò licẽtia Episcopi, aut eius Vicarij, etiam si Regularibus sit subiectum monasterium,& aliter facta irrita, & nulla existit,ex decreto Tridentino,*tom.2.quæst 47.art.14. de quo suprà de donationibus num.14.Vide Azor instit.moral.1.p lib.12. capit.2. quæst. 14.Molina de iust.tract.2.disput.239. verſ.antequam,Lessium eodem tract.lib. 2.cap.41.dub.4. num.40. Quod decretum non procedere in testamentis, donatione causa mortis, & codicillis resoluit Auctor.tom.3. quæst.16.art.1. & tom. 2.quæst.47. artic.10. quem sequuntur Aloyſ.Ricci in collect decisi.collect.584. Lessius de iust.lib.2.capit.41.num.40. Valasc.de partit.cap.16.à num.15. Benedict. Aegidi. in repet.l. unica, p.4.§. [redacted]um sequentib. & numer.fin. C. de sacrosanct. Ecclesiis. Idem docent Nauar. comment.2. de Regularibus nu. 51. & post eum Azor dicta quæst.14.* & plenè alijs pluribus citatis Sanchez lib.7.decalog.cap 5. num.13.& 14. vbi num.15. idem tradit de quocunque alio contractu reuocabili,qualis est donatio inter virum, & vxorẽ, & melioratio in tertia bonorum parte,quam facit pater filio in regno Castellæ,quæ reuocabilis est vsque ad mortem,quamuis in contractu fiat, exceptis casibus positis in lib.17 Tauri.

Trid. sess. 25.ca.15. & 16. de Reg.

9. Monialis de licentia prælati potest dare aliquid cuidam sæculari cum

censu annui redditus sibi soluendi ad vitam, vt post mortem apud ipsum sęcularem permaneat, dummodo res in censum constituenda nondum fuerit in monasterium translata: tunc verò fuisse translatam dicendum est, quando ipse sęcularis rem ipsam Moniali dederit, vt ipsa, cui vellet, relinquat: idque verum habet non obstante decreto Tridentino, de non concedendo alicui Regulari bona stabilia, etiam ad vsum fructum, vel vsum, & administrationem, seu commendam. *Ibidem d. quæst. 47. artic. 15. de quo Nauar. in cap. nullam, 18. quæst. 2. à numer. 25. vsque ad 36. ad quod etiam Beia respons. casuum conscient. p. 3. casu 36. fol. 380. & p. 4. casu 17. fol. 418. & casu 32. fol. 458. Lessius de iust. lib. 2. cap. 41. num. 63. Idem docent Corduba in Summa quæst. 54. dub. vlt. à fol. 159. Ludouicus Lopez 1 p. instruct. cap. 155. col. penult. & libr. 2. de contractibus cap. 40. col. 3. & 4. Vega 2. tom. Summ. capit. 12. casu 19. quos cum Auctore refert & sequitur Sanchez lib. 7. decalogi, cap. 21. num. 16.*

Trid. sess. 25. c. 2. de Reg.

10. Monialis auctoritate Papæ ad suam instantiam, seu voluntariè translata ad aliud monasterium non est delatura secũ dotem, nec bona quæsita post professionem, *tom. 2. quæst. 79. art. 2. §. ex quibus, & in addit. Summæ capit. 144. num. 12 de quo Nauarr. in comment. de regul. comment. 4. num. 24 Couar. in cap. 1. de testament. iuxta finem*, & nos diximus suprà *de dotibus Monial. num. 7.*

11. Monialis renuncians generaliter cuicunque successioni illi obuenturæ, non censetur renunciare maioratui, tomo 2. quæst. 128. articulo 4. & nos diximus suprà *de Hæreditatibus num. 22.*

De dotibus Monialium, vide suprà *resolut. 54.*

An possint succedere in hæreditaté, & in maioratum, vide suprà *de hæreditatibus à num. 19. vsque ad 22.*

De exemptione Monialium à iurisdictione Episcoporũ, seu Ordinariorũ, vide sup. *de exẽptione quoad Episcopos n. 36.*

12. Ingredienti portas clausuræ Monialium Sanctæ Claræ, & Prædicatorũ sine dispensatione Papæ ipso facto excommunicatur, quantumuis ob monasterij deformationẽm, & desolationẽ, ac prælatorum permissionem, negligẽtiam, & dissimulationem consuetudo obtinuerit aperiendi dictas portas, liberámque introeundi facultatem concedendi, tom. 1. quæst. 8. art. 5. de quo Castro de lege pœnal. libr. 2. c. 11. fol. 216.

Cętera circa ingressum ad clausurã Monialium, & egressum earundem à clausura, vide suprà de clausura Monialium, & egressum earundem à clausura, vide suprà de clausura Monialium à n. 1. vsque ad 31. & à nu 33. vsq; ad 41.

An Moniales possint esse testes contra alias Moniales, vide suprà de correctione Fratrũ, resolut. de testibus n. 14.

13. Moniales sub cura Fratrum Minorum degentes tenentur ad statuta facta in Capitulis Generalibus, seu Prouincialibus sub pœna excommunicationis, ex præcepto Leonis X. *Tom. 1. q. 10. artic. 7.* & nos diximus suprà *de legibus, & statutis Regularium nu. 41.*

14. Item nulla egent dispensatione circa illegitimitatem, vt sint Abbatissæ, vel Priorissæ, attento iure communi, tom. 3. quæst. 13. art. 21. & 22. & nos diximus suprà *de Abbatissis num. 4.*

15. Moniales S. Claræ, Tertiariæ, & aliæ sub cura Fratrum Minorum degentes gaudent priuilegijs ipsorum Fratrũ concessis, & cócedendis, ex Bonifacio VIII. & alijs Pontificibus apud Compend. Minorum Ibid. dict. art. 22. & q. 20. art. 22. eodem tom. 1. de quo infrà *de communic. priuileg. n. 45. & 46.* Comp. Minor titu. Moniales §. 3. & 4.

16. Dictæ Moniales sub cura Fratrũ Minorum degentes possunt semel eligere confessorem Ordinis, qui eas absoluat ab omnibus peccatis, & censuris Ecclesiasticis, eisdémq; plenariam, & generalem peccatorum omnium remissionẽ impartiri valeat, ex Sixto IV. Itẽ quater in anno possũt absolui plenariè auctoritate Papæ, & confessor eis bẽnedictionẽ nomine suæ Sanctitatis largire, ex Leone X. to. 1. q. 20. art. 22. & nos diximus suprà *de absolutione Fratrum plenaria num. 30.*

17. Item nouitiæ, & seruitrices Monialiũ possunt absolui, sicut absoluuntur ipsæ

ipsæ Moniales,& Fratres. Aduerte tamen,quòd seruitrices vt possint absolui à prælatis, & confessoribus Ordinis, oportet, vt sint eiusdem Regulæ professæ intra clausuram in Monialium seruitio actualiter degentes,vt in simili diffinitur in Tridentino Concilio de seruitoribus Regularium. Nisi sint de seruitricibus professis, vel non professis (quæ conuersæ, vel oblatæ vocantur) sub obediētia superiorum Ordinis degentibus extra claustra in domibus cōtiguis monasterijs, quas extra clausurā degere pro colligendis eleemosynis permisit Pius V. apud Bullarium, ne passim septa monasterij ingrediantur, & egrediantur contra ipsius Concilij decretum; quapropter non sunt priuādæ exemptionibus, & immunitatibus concessis seruitricibus intra clausuram degentibus. Ibid art.4 iuxta quod debet intelligi quod diximus sup. *de absolutione quoad Fratres*, n.11. de quo Nauarr. *in cap statuimus 9. qu 3 d. 56.*

Trid. sess. 24. ca. 11. de Refor.

Bullar. bull. 6. Pij V. nu. 3.

18. Dictæ seruitrices extra clausūra viuentes non possunt ingredi clausurā Monialium, nisi in casibus expressis constitutionibus permissis, nec ipsis permittitur profiteri, nisi quadragesimum ætatis annum agant, ex eodem decreto Pij V. ibid Vide pro istis seruitricibus super *de clausura Monialium, num 3. & 10. 1. quæst. 44 art. 4* de quo etiam Nauarr. *tom. ent. ar 4. num. 56. §. ex quibus colligo* Sanchez *lib. 6 decalog. cap. 15. d n 54.*

Bullar. d. bull 6. Pij V.

RETRACTATIO I.

De egressu Monialis ex causa Epidemiæ.

19. Nomine epidemiæ, ex cuius causa possunt Moniales licentiari ad egressum à clausura, ea tantùm epidemia venit, quæ est vera, & realis pestis, ita vt ob alias infirmitates huic cōsimiles, sed benigniores, etiāsi nomine epidemiæ nuncupetur, nullo modo Monialibus talis egressus à clausura licitus sit. Ita declaratum fuit à Congregatione sacra Cardinalium anno Domini 1609. de sententia Ludouici del Valle protomedici Regis Hispaniarum, quam refert Auctor tom. 3. Summa cap. 96 n. 3. vbi mutat sentētiam, quam olim probauerat, tom. 1. q. 49 art 4. & tom. 3. qu. 6. art. 3. resoluens, constitutionē Pij V. permittentis egressum Monialis à clausura ex causa epidimiæ, omninò intelligendā esse de epidemia pestilente seu propria, & vera peste, non verò de alijs morbis benignis populariter grassantibus, qualis est catharrus, sicut nec de morbo gallico, strumis, & cancris, quæ non veniunt sub nomine veræ epidemiæ malignę, quæ vulgò in Hispania pestis appellatur, iuxta responsum dicti Regij Protomedici, & præfatam declarationem Cardinaliū. De quo Sanchez lib. 6. decalogi cap. 15. num. 35. vbi latè probat, nomine epidemiæ hic debere intelligi non solùm eam, quæ verè pestis est, sed etiam simplicem epidemiam. Idem docent P. Villalob. 1. *part. Summæ tract. 35. d ff. 45. numer. 2.* P. Ioannes Cruclus *lib. 1. cap. 5 dub. 4. §. secund nota*, sed Portel *verb. clausura monialium, numer. 18:* sentit cum nostro Auctore debere esse epidemiam pestilentem.

RETRACTATIO II.

De pacto certæ quātitatis, dum non soluitur dos pro Moniali.

20. Ratione damni emergentis licitè potest pacisci de certa quantitate pecuniæ, donec monasterio dos soluatur, absque labe vsuræ, quemadmodum pro dote vxoris non esse computandos fructus possessionis pro illa pignori obligatæ in sortem pri-

principalem, definitur in capit. salubriter, de vsuris, dummodo dicta quantitas non excedat in aliquo damnũ, quod ex dilata solutione monasterio de facto contingit, putà quia ex dote constituendus, vel redimendus erat census, sed tantum soluatur, quod victui Monialis pro quolibet anno sufficiens iudicabitur, idque habet locum in omnibus monasterijs, etiam vbi dotes statim cõsumuntur, dos enim datur ad alimoniã monialis: quæ ratio æquè militat in omnibus monasterijs, etiam opulentis. Ita Auctor tom. 3. Summa dicto capit. 144. num 8. vbi de hoc vltimo, quod re soluerat tom. 2. quæst. 48. art. 7. se corrigit. Aduertant tamen prælati quod vt in plurimùm non probent similes pactiones, quando verò id probauerint ratione damni emergentis, cautè, ac consideratè fiat.

Auctoris sententiæ, quæ Pontificis decisionem in dicto cap. salubriter, extendit ad dotes monialium, adstipulatur Miranda d. quæst. 8. de monialib. concl. 4. art. 10. & quidem meritò, cum ratio, qua nititur Pontifex, ibi: Cum frequenter dotis fructus non sufficiat ad onera matrimonij supportanda, æquè locum habeat in dote etiam monialiũ. Valde tamen difficilis creditur Pontificia hæc definitio dicti cap. salubriter, cum apertè pugnet cum vulgari regula cap. cum contra 6. de pignoribus, cap. 1. cap. conquestus, de vsur. l. 1. & 2. C. de pignor. action. qua cauetur, creditorem teneri fructus rei pignoratæ perceptos in sortem principalem restituere, & computare. Qua ratione in specie dicti cap. salubriter, primæ frõnte videbatur dicendum, teneri etiam generum fructus ex re pignorata perceptos restituere. Quare variè responderi solet. Quidam interpretantur Pontificis sententiam procedere dotis fauore. Alij putant ibi ab vsura excusari generum ratione damni emergentis, & lucri cessantis. Alij virtute pacti de fructibus lucrandis à genero interim quod socer dotem promissam non præstat. Verior ratio generi ab vsura excusandi est, quia is dum fructus pignoris percipit, id non facit ratione mutui, aut dilatæ solutionis, sed prò oneribus matrimonij subeundis, quæ ad socerum pertinebant, ex regula l. si filia 50 §. 1 l. si maritus 47. ff. famil. ercifcund. l. si is qui 57. in princip. ff. iure dot. Qua ratione meritò dum dos ei nõ soluitur, fructus perceptos non tenetur computare, quia non recipit alienum, sed quod sibi debetur, atque ita nihil ex pignore lucratur, quod restitutioni sortis principalis subiaceat. Videndi Couarr. *lib. 3. variarum cap. 1. num. 3. Nauar. cap. 1. à nu. 71. 14. quæst. 3. plures citati à Cenedo ad decretales collect. 14. Barbosa l. 2. in princip. à nu. 40. & in l. de diuisione, à num. 2. ff. solut. matrimon. Molina tractatu 2. de iustitia disp. 321. Rebello de obligat. iustit. lib. 8. de vsuris cap. 11. Fabinus lib. 3. controuers. capit. 101. Gaspar Rodriguez lib. 3. de annuis redditibus quæst. 7. num 52. Stephan. Grattan. discept. cap. 143. & cap. 240. à num. 24. & cap. 144. à numer. 1. Trentacinquius lib. 2. variarum, titulo de iure dotium, resolut. 6. Cardinalis Mantica libr. 11. de tacitis, titul. 10. à num. 39. Surdus tract. de alimentis titul. 1. qu. 42. 43. & 45. & titul. 8. priuileg. 55. à numer. 6. Valascus consult. 8. & 84. à quibus, & alijs plerisque perende sunt plures interpretatores; & alia plura de materia dicti cap. salubriter.*

RESOLVTIO XCIX.

De Mulieribus.

1. QVæcunque mulieres honestæ, & idoneæ possunt admitti ad habitum Regularem Eremitarum S. Augustini, ad instar Tertiariarum Ordinis Minorum, & Prędicatorum viuentium priuatim in suis domibus (quas in Hispania vulgus appellat Beatas) ex concessione Eugenij IV. & Martini V.

Apud

Apud Minores verò tales non admittuntur sine licentia Ministri, aut Commissarij Generalis, ex statuto Ordinis Toletano, tomo 3. quæst. 7. art. 1. de quo Collector Mendicant. *tit. mulieres*, §. 1. *& tit. oblati Fratrum*, §. 2.

2. Leo X. in Cõcilio Lateranensi declarauit huiusmodi Mantellatas, seu Tertiarias priuatim in suis domibus viuentes non gaudere priuilegijs Fratrũ quoad exemptionem, sed ad onera laicis imposita teneri, & coram iudice sęculari conueniri posse, nisi votum castitatis emittant, vt infrà *de Tertiarys, num. 5 dicemus, ibid. art. 2.*

3. In contractu mulieris consensus, & licentia viri est de substantia actus, & sine illa contractus nullius valoris existit, teneturque contrahens rem ex ipso contractu acquisitam restituere, etiam in foro conscientiæ, quia lex iusta non fundata principaliter in præsumptione seruanda est in vtroque foro, to. 3. qu. 56. art. 3. de quo Couar. regula pec catum, 2. p. §. 3. in fin. Palatius Rubius *l. 55. Taur. numer. 17.* vide suprà *resolut. 96. num. 6.*

4. Mulieres de iure Canonico non sunt testes idonei in criminalibus, & secundùm aliquos, etiam de iure Ciuili, nisi aliter veritas haberi non possit. In casibus verò, in quibus de iure admittitur illarum testimonium, minus fidei eis adhibetur, quam viris. *tom. 2. quæst. 10. art. 3* de quo Tiraquel. *tract. de legibus connubial. l. 9 numer. 49. Maranta de ordine iudic. p. 4. numer. 43. Speculator tit. de testibus, §. postquam, verf. porrò. Vide suprà de testibus num. 14.*

RESOLVTIO C.

De Notarijs.

1. GEnerales, Prouinciales, ac alij superiores Regularium, quibus processus formare incumbit, iuridicè creant ex suis Religiosis notarios ad certas causas, quos secretarios vocant, sed non possunt perpetuos, præcipuè ad causas extra Religionem decidendas. Ad quod est quoddam priuilegiũ Pij V. factum Prædicatoribus apud Bullarium, quo possunt Mendicantes, & alij communicantes in priuilegijs instituere sui Ordinis Fratres idoneos in notarios publicos pro intimandis mandatis, & rescriptis Apostolicis publicam, vel priuatam Religionis vtilitatem cõcernentibus, quibus plena, & indubitata fides adhibenda est in iudicio, & extra, seu vbique ac alijs quibuscunque publicis, & authenticis rogatis notarijs, tomo 3. qu. 8. art. 1. Idem tradit Portel verb. Notarius, numer. 1. vbi notat cum nostro Auctore, hos notarios esse perpetuos pro negotijs priuilegiorum etiã extra ordinem. At nullibi inueni id dixisse Auctorem. Bullar. bull. 15. Pij V.

2. Notarium factum Monachum posse compelli ad edendum instrumenta de protocollis suis ad resumendum illa, ad partium instantiam, conueniriq; coram iudice sęculari, cuius olim erat notarius, tenent aliqui. Sed alij meliùs affirmant, conueniri debere monasterium ad hãc editionem coram proprio iudice, seu prælato. Cui sententiæ innuit, seu se inclinare videtur Auctor, eamque sequitur absque dubio, opposi tæ tantùm referens Auctores, quidquid illam ipsi Auctori tribuere contendat Portel verb. Notarius, num. 4. Non tamen cogi potest monachus, qui fuit notarius, ad conficiendum de nouo instrumenta, ibid. art. 5. De quo Bart. in l. 1. ff. de iudic. & in l. 1. ff de pœnis, & in c. si diligenti, de foro competenti, & in l. locum habet, §. si pœnas, num. 3. & 4. ff. de tabulis exhibendis. Idem tradunt Bernard. Daz in pract. canonic. cap. 58. num. 3. Syluest. verb. tabellio. quæst. 3. dicto Nauar. comment. v. num. 42. de regular. Couarr. practic. cap. 19. num 8. verb Monachus, quibus, & alijs pluribus cum Auctore (cui tribuit eam sententiam) relatis resoluit Sanchez *libr. 6. decalog. cap. 13. num. 49. & sequentib.* Explicatur mens Auctoris.

3. Consuetudo Religionum de inquirendo, & manu propria acta scribendo,

do, nō adhibito notario, seu secretario, ex duplici capite potest saluari: primo, ex renunciatione sui iuris, cui in aliquibus Religiosi per professionem renunciare videntur: secundò, quia vt in plurimum de minimis, & ad correctionem inter eos agitur. Vnde in grauibus præsentiam Notarij omninò requiri mihi absque dubio videtur, ex mente, capit. quoniam contrà, de probat. vbi tanquā quid essentiale iudicij id requiri videtur. tom 2. qu. 13. artic 2. & 3. cui innuit Auctor *in Addit. Summa, tom. 4. cap. 58. num. 9 in fine.*

4. Notarius Regularis in processu faciendo contra aliquem Religiosum, vltra subscriptionem testium ipse debet subscribere proprio nomine in vnoquoque eorum dicto, vt habetur expresse in Authentica, de instrum. cautio & fide, vbi glossa. §. sed si instrumen. um. Addit. summæ tom. 4. capit 58. numer. 10. de quo Couarr. *qq. cap. 20. num. 5.* & nos diximus *resol 42. num. 28.*

5. Danda est fides libris ratiocinij, vel similibus obligationibus scriptis manu Notarij Monachi, vel Monialis deputatorum à Capitulo ad scribēdum bona, & redditus Monasterij, etiam in foro seculari, vt vsus obtinuit, argumēto c. cum dilectus, de fide instrument. & ita iudicatum fuisse refertur. Addit. Summæ *vbi suprà num. 11.* de quo Valascus *lib. 2. Consultat. Iason in l. admonendi. num. 112. ff. de iureiurand. vbi Bart. nu. 28. & in l. quædam. §. numeralius, de edendo.*

RESOLVTIO CI.

De Nouitijs.

1. Receptio Nouitiorum apud Minores reseruatur solis Ministris Generalibus, & Prouincialibus, ex declaratione Nicolai III. in capit. exiijt, de verbor. signific. lib. 6. Vicarij autē Prouincialium ex officio hanc facultatem non habent, nisi id expresse illis commissum fuerit. Idem ex iure communi habent aliæ Religiones, nisi aliud statuto caueatur. tom. 3. quæstr 9. art. 1. Idem docet P. Miranda tomo 1. Manu. quæst. 15. art. 1. vbi in principio ait, potestatē recipiēdi Nouitios penes Abbates, seu prælatos immediatos conuentus reside re ex iure communi, cap. ad Apostolicam, cap. porrectum, de Regul. capit. final. eodem titul in 6. vbi Panormitanus cum glossa ibi, verb pertineat, & ex multis alijs iuribus probat Nauarr. *lib. 3. consil. 62. de Regular. & lib 1. cons. 9. de confest.*

2. Apud Ordinem S. Claræ nulla fœmina admittitur ad habitum, vel ad professionem, nisi de Prouincialis, vel Visitatoris licentia, ex Nicolao V. Apud Moniales aliarum Religionum, id ad suos superiores pertinere indubitati iuris est, ibidem art. 2. Idem tradit P. Miranda *tract. de Monialibus qu. 8. art. 1.*

3. Olim præceperat Sixtus V. fieri informationem ad Ordinem recipiendorum ante vestitionem habitus Regularis, sed postea Gregorius XIII. pro Monachalibus, in quibus est perpetua filiatio, summariam tantum sufficere ordinauit. Nunc autem ex Bulla Clemētis VIII. in fauorem Conuentus S. Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum edita, ne deterrerentur iuuenes ab ingressu Religionis ob præuiam informationem faciendam, sufficit iuramentum sumere à recipiendo, quòd nō sit criminosus, ære alieno onustus, & alijs defectibus, seu impedimentis notatus, de quibus in Bulla Sixti V. dummodò postea ante professionem exacta informatio de supradictis fiat, & à Patribus, seu discretis Conuentus approbetur. Quo priuilegio fruuntur aliæ Religiones communicantes, etiam Monachales. *Tom. 3. quæst 10. art. 1.* de quo vide P. Villalob. *2. p. summæ tract. 35. diffic. 9 num. 7. & 8. & diffic 10. num. 1. 2. & 3.* P. Miranda *dicto tom. 1. quæst. 21. art. 1.* P. Poriel *verbo, Nouitius, à nu. 1.* qui idem tradunt.

4. Nouitiorum Informationes examinandæ, & approbandæ sunt à superioribus, vel ab inferioribus prælatis facul-

cultatem habentibus recipiendi Nouitios, cum quatuor Patribus ex digníoribus, seu antiquioribus Conuentus in vnum congregatis, de quorum consensu ad habitum admissi sunt, iuxta formam constitutionis Clementis VIII. vel coram duobus superioribus in vnũ congregatis, iuxta Bullam Sixti V. Receptio autem nouitiorum potest fieri à superioribus quocunque tempore extra Capitulum de consensu quatuor definitorum; vel quatuor Patrũ de antiquioribus Conuentus. Sed hoc in Hispania tantùm, ex dicta Bulla Clemẽtis VIII. *ibid. art.* 2. Idem docent P. Miranda *d. quæst.* 21. *art.* 3 *&* 4. Portel *vbi suprà nu.* 3. *&* 4 Villalob *suprà numer.* 4 *& diffic.* 1[illegible]. *num.* 14.

5. Quatuor debent necessariò inuestigari in informatione nouitiorum, ex Bulla Sixti V. Primò de eorum parentibus, an scilicet sint legitimi, nec ne. Secundũ, an aliquod crimen commiserint. Tertiò, an sint grauati ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum. Quartò, an reddendis ratiocinijs sint obnoxij, ita vt ex huiusmodi causa lis, vel molestia illis sit illata, vel inferri timeatur, de quibus sigillatim dicemus infrà, ibid. art. 3. Idem tradunt P. Miranda ea quæst. 21. art. 2. Portel à nu. 10 P. Villalobos ea diffic. 10. à num 6.

6. Hodie quicunque illegitimi ex quocunque illicito coitu nati habiles sunt ad Religionem, dummodò eorum merita, & virtutes suppleant defectum natalium, ex Gregorio XIV. Sic moderante constitutionem Sixti V. Imò his etiam non suffragãtibus meritis adhuc eorum professio non irritatur, nec admittentes excommunicantur, non habita circa id matura deliberatione. At filius Monachi nullo modo admitti potest in Religione, vbi eius pater adhuc superstes est, etiam si merita eius, & virtutes suffragentur, ex eodem Gregor. XIV. qui tamen professionem illius expressè non irritat. *Ibid. ar.* 1. *&* 5. & nos diximus suprà *de illegitimis*, *à num.* 10. de quo P. Villalob. suprà *numer.* 8. *&* 9. *& diffic.* 9. *num.* 3.

7. Cum sacrilegis tamen non est tam facile dispensandum, quàm cum naturalibus, ibid. artic. 6. de quo d. resol. 76. de illegat. num. 11.

8. Homicidæ, & criminosi ad habitum Regularem admitti non possunt, admissorũmque professio irrita omninò est, si eorum delictum est deductum in iudicium ante habitus susceptionẽ, ex Sixti V. cõstitutione: secus si post ingressum, vel post absolutionem a crimine per sententiam definitiuam, tunc n. licitè intrat, & validè profitetur, ibid. art. 7. de quo Couar. Pract. q. 32. n. 2. Nauar. in c. nõ dicatis, n. 92. Vide Sanchez ad præcepta l. 4. c. 16 n. 39. Portel in addit. ad dubia verb. Nouitius n. 4. P. Villal. *d. diffic.* 9 *n.* 2. *ad finem*, qui idẽ ferè docet.

9. Qui votum emisit Clericatus, vel Religionis ante patratum crimen, nec votum potuit adimplere, potest ingredi Religionem, nec a iudice sæculari puniri potest, dummodò id in fraudem factum fuisse non præsumatur, & veritas emissi voti pateat per instrumentũ ipsius voucris, cui standum est. Sed hoc non habet locum in eo, qui vouit intrare ordinem Tertiariorum B. Francisci in suis domibus extra Congregationẽ degentium, ibid. art. 8. de quo Bald. in l. 1. C. an seruus ex facto suo, Iason in l. cùm quædam puella, n 11. ff. de iurisd. omniũ iudicum. Placa tractat. de delictis, lib. 1. cap. 25. nu. 6. vide Sanchez eo cap. 16. d. num 39 & 40. Portel vbi sup. num. 6 P. Miranda *d. tom.* 1. *q.* 19. *art.* 8.

10. Receptio, & professio debitoris ære alieno grauati supra vires facultatũ suarum est nulla, ex præfata constitutione Sixti V. quæ etiam procedit in eo, qui est condemnatus ad soluendam aliquam magnam pœnam pecuniariam, nec eam soluit. Debita autem incerta ex eo, quod ignoratur, cui facienda est restitutio eorum, post factam diligentẽ inquisitionem non impediunt debitorem ab ingressu Religionis. Nec rursus quando de consensu creditorum ingreditur debitor, vel cedit bonis, faciendo quod in se est ad soluendũ, & non potest, nec in futurum posse speratur, vel probabile est manendo in sæculo lucrifacere non valere ad satisfaciendum creditoribus, tunc enim secluso omni dolo, & fraude, etiam nulla præ-

missa

missa bonorum cessione licitè ingredi poterit, relinquendo debitoribus bona, quæ habet, *ibidem articul. 9. de quo D. Th. 2. 2. quæst. fin. art. 6. ad 3. Soto de iust. libr. 4. quæst. 7. artic. vltim. vide Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 1. qu. 5. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 41. nu. 32. Portel vbi supra, num. 19. & in addit. ad dubia à num. 8. vsque ad 12. Sanchez l. 4. decalog. cap. 19. à num. 3. & num. 21. 24. & 25. cum seqq.*

11. Qui Virginem sub spe futuri matrimonij carnaliter cognouit, ob idque mansit infamiæ labe notata, tenetur illam priùs dotare, iuxta suæ conditionẽ personæ, quam Religionem ingrediatur: aliàs professio nulla iudicanda erit, si probetur tale debitum esse supra vires facultatum suarum, iuxta dictam Bullam Sixti V. ibid. §. notandum est etiam, de quo Nauar. in c. cui portio 11. q. 1. num. 8. & lib. 4. consil. 21. de sponsalibus p. 377. col. 2. Idem docet Portel in addit. v. Nouitius, numer. 13. Less de iust. lib. 2. c. 10 dub. 4. vbi resoluit eum qui antè vouerat ingredi Religionem, si postea puellam sub promissione matrimonij deceperit, non posse intrare; si ipsa votum ipsius ignorauit, non tamẽ, si sciuit, & c. 41. dub. 3. inter eos, qui nõ possunt ingredi Religionem, numerat eum, qui Virginem sub spe matrimonij deflorauit.

Defenditur Auctoris sententia. Neque supradictis obstat, quòd non potest dici reuera ære alieno grauatus, qui ratione stupratæ Virginis manet obligatus ad constituendum illi sufficientem dotem; vt contra Auctorem hic vult probare Sanchez libr. 4. Decalogi cap. 19 nu. 26. in fine. Nam respondetur, quòd si puellæ constituenda est magna dos, quia est nõn infimæ conditionis, iam ea dos soluenda dici potest ingens æs alienum supra vires facultatum debitoris plebeij non diuitis. Vnde si puella sit infimæ, vel mediæ conditionis, & deflorator habet ad constituendum illi sufficientem dotem, professio vtique tenebit, ex sententia Auctoris, quia Pontifex tantùm inhabilitat eum, qui ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauatus existit. Itaque Auctor nõn indistinctè tenet, omnem defloratorem Virginis dici ęre alieno grauatum supra vires facultatũ suarum, sed eum dumtaxat, qui considerata sui, & puellæ defloratæ conditione nõ potest ei debitam dotem, ad nubendum alteri, constituere: tunc enim ipse tenetur eam ducere vxorem, nec potest ad Religionem admitti: sicut ad idem tenetur qui virginem sub spe futuri matrimonij cognouit, nec potest propter generis eiusdem claritatem aliter decori, & honori ipsius consulere, nisi eam ducendo in vxorem, etiam posito voto Religionis, & data potentia ad dotandam puellam. Atque ita Auctori adhæret Portel in addit. ad dubia verb. Nouitius, num. 13. vbi tradit, ingens debitum censeri illud, quod est notabile, & magnum debitum attenta persona debitoris, & summa debiti, qualis censetur dos debita defloratæ Virgini, saltem respectu hominis plebeij. Accedit, quòd si talis stuprator iuridicè iam accusatus, vel inquisitus sit, tanquam criminosus impeditur ab ingressu Religionis, quia commisit crimen, cui in sęculo pœna vltimi supplicij infligitur, quando scilicet patratum fuit in domo parentum ipsius stupratæ Virginis, vt benè obseruat idem Portel loco proximè citato. Idem dicendum iudico de eo, qui mulctatus est ad soluendum ingentem pecuniæ summam, nam si magna est, & supra vires facultatum suarum, reuera dici potest ingẽti ære alieno grauatus, iuxta constitutionem Sixti V. quidquid contradicat idẽ Sanchez *loco suprà allegato*.

12. Hiberni, seu Irlandenses residẽtes apud Collegia Romæ, & Hispaniæ pro ipsis cõstructa, possunt ingredi Religionem, nõ obstante iuramento, quod faciũt de eundo in Angliam, vel Irlandiam ad prædicandum ibi, & defendẽdum Catholicam fidẽ apud hæreticos, nam tale iuramentum, etiam votiuum, est commutabile in Religionem. Ita Salmanticæ in praxi admissum est de consilio doctissimorũm virorum, quidquid aliqui in oppositum sentiant, ibid. art. 10. de quo Soto libr. 8. de iust. qu. 1. articul. 9.

13 Ex.

13. Ex eadem constitutione Sixti V. qui reddendis ratiocinijs ita obnoxius est, vt ex huiusmodi causalis, vel molestia ei iam sit illata, vel inferri timeatur, nec licitè intrat, nec validè profitetur Religionem, siue ratiocinium sit publicum ratione administrationis rerum ad Rempublicam pertinentium, siue priuatum ratione administrationis rerum priuatarum, ad quod tenentur tutores, Curatores, Procuratores, actores, ac executores, qui similiter prohibentur sacris ordinari, capit. 1. de obligat. ad ratiocinia, Auctor, ibid. art. 11. de quo Syluest. verb. ratiocinium Vide Azor tom. 1. inst. Moral. libr. 12. cap. 3. quæst. 8. Sanchez eo cap. 19 num. 21. vbi notat valere hodie professionem gratiatorum ære alieno, & obnoxiorum reddendis ratiocinijs, quia Clemens VIII. reduxit Bullam Sixti V. ad terminos iuris communis.

14. Facta diligenti informatione de supradictis, si postea appareat de illius falsitate, nō ideò facta professio statim nulla iudicanda est, si bona fide, & simplicitate factum est à prælatis fraudulenter deceptis, nam Sixtus V. tantùm annullat professionem eorum, qui temerè contra suam constitutionem admittuntur, ibid. artic. 12. & nos infrà dicemus iterum de professis post constitutionem Sixti V. *num. 89 et 91.* Idem docent Portel *verb. Nouitij informationes, num. 5.* P. Villalobos *d. tract. 35. diffic. 9. num. 4. & 6.*

15. Hæc solemnitas informationis, & examen super prædictis non requiritur in Nouitijs minoribus sexdecim annis, nec in his, qui sunt ex longissimis prouincijs, ad quas intra annum probationis difficiliter potest recurri, vel quorum patria ab hæreticis, vel infidelibus detinetur: nec item in Religiosis translatis de vna ad aliam Religionem, nec tandem in Nouitijs Monialium, ex dicta constitutione Sixti V. *ibid. art. 13.* de quo P. Villalobos *2. p. summæ tract. 35. diffic. 10. num. 12. & 13.* Portel *vbi sup. num. 7. & 8.*

16. Descendentes à Iudæis, Mauris, & alijs infidelibus nouiter ad fidē conuersis, non possunt excludi per statutū Ordinis à receptione habitus Regularis, ita quòd eorum professio annulletur, nisi id auctoritate Apostolica specialiter id ipsum indulgente fiat: nam Iure Canonico omnes fideles sunt idonei ad Religionem. Vnde statutum non annullans professionem iustis de causis factum, etiam sine auctoritate Apostolica valere à sapientissimis iudicatur, dummodo non fiat odio generis, eritque professio eorum de facto peracta valida, tom. 3. qu. 11. art. 1. & tom. 1. quæst. 10. artic. 3. & quæst. 14. art. 1. & 2. de quo Nauar. libr. 3. cons. 26. num. 4. & 5. de Regularibus Couar. in Clem. si furiosus, 1. p. nu. 7. Idem docet post nostrum Auctorem, & Nauar. P. Villalob. *en tract. 35. diffic. 11. numer. 5. & 9. & nos diximus resol. 90. num. 58.*

17. Præfatum statutum arcens à Religione descendentes à Iudæis, & Sarracenis, eorūmque annullans professionem, non sufficit fieri à Capitulo habente auctoritatem à Papa ad condenda statuta, sed necessario ad id requiritur speciale rescriptum, & confirmatio Apostolica, quia confirmatio statutorum facta à Papa intelligitur, quatenus ipsa non sunt contraria iuri communi, & sacris Canonibus, cuiusmodi est istud. Vnde nullus eijci potest à Religione ob id solùm, quòd professus sit contra præfatum statutum, poterit tamen expelli ex defectu consensus recipientiū, quando scilicet professio facta fuit sub conditione, & protestatione expressa, quòd non descendisset à tali genere maculato, taliter enim professus non est habendus pro professo, etiam in foro conscientiæ, habitūmque demittere licitè poterit, declarata priùs nullitate suæ professionis nec potest talis professio à principio nulla tractu temporis conualescere, seu rata, ac valida reddi per delationem habitus, aut vocem in capitulo per multos annos exercitam inter Fratres, & apud Fratres, ibid. d. q. 11. art. 2. de quo Nauar. cap. 12 nu. 51. & lib. 3. cons. 5. nu. 15. de Regularibus, & in cap. statutum, num. 15 & sequitur Portel verbo Nouitij qualitates, n. 30. & verb. electio, numer. 11. Simanc. de Catholicis institut. tit. 47. num. 84. & in de-

tet ex dictis bullis. *ibid. d q. 14. art. 6.* de quo P. Miranda *d. tom. 2. q 1. art. 1. concl. 4.* qui idem tenet post Nauar. *lib. 5. cons. 22. tit. de haret. num. 5.*

Bullar. Bull. 3. Pij 4. & Bul. IV. 21. Pius IV. apud Bullarium extendit supradictum decretum ad descendentes à Mauris, & pro Congregatione S. Benedicti Vallisoleti amplius statuit quod nullus descendens ex Mauris, Turcis, vel hæreticis vsque ad quartum gradum, vel qui aliquando per inquisitores inquisitus, punitus, vel confessus esset, possit admitti ad habitum regularem, & qui iam admissus, & professus esset, ad nullum officium, dignitatem, vel administrationem ordinis assumi, & eligi posset. Vbi vides, quòd non requirit hic Pontifex, vt proauorum corpora, vel ossa fuerint combusta, sicut Paulus IV. requirit pro Minoritis. Sed hoc seruari tantum debet apud Ordinē S. Benedicti, pro quo decretum est, nec extenditur ad alias religiones, qui non communicant in pœnis, sed tantùm in fauoribus, & priuilegijs, vt bene notat Portel d. v. nouitius, num. 21. de quo etiam Nauar. lib 5. cons. 22. tit. de hæreticis in 1. edit. & toto cons. 1. tit. de Iudæis in 5. edit. Auila de censuris 7. p. disp. 4. dub. 3. Sanchez lib 2. decalog. c. 27. num. 3. qui ibi refert dictam constitutionem Pauli IV. nō esse in vsu apud Minoritas. Sed contrarium videmus in praxi seruari apud nos, nam semper ante habitus susceptionem interrogantur nouitij recipiendi, & fit iuridica protestatio iuxta dictam Bullam Pauli IV. Patres vero Ordinis Minimorum

Bullar. d. Bull 36. Greg. 13. obseruent circa hoc, quod dictus Gregorius XIII. pro sua religione decreuit apud Bullarium.

22. Quamuis iuxta iuris rigorem, ac probabiliorem, & magis piam sententiam filij, & descendentes ex hæreticis combustis ante patratum crimen apostasiæ à fide concepti, aut nati non comprehendantur in dictis constitutionibus Apostolicis quantum ad prælaturas, & dignitates in ordine obtinendas: tales tamen non debent admitti, quando notoriè id constat eligentibus. Nam viles, & infames non debent portæ dignitatum patere, prout c. inter dilectos, de excessibus prælat. habetur, hi autem, saltem infamia facti reputantur infames. Ita Auctor tom. 1. quæst. 14. artic. 3. Ex cuius mente satis colligitur, idem à fortiori dicendum esse quantum ad admissionem huiusmodi infamiæ labe infectorum ad habitum religionis, quippe qui sunt inhabiles ad religionem, & irregulares, vt expressè decreuit Bonifacius VIII. in cap. statutum felicis, de hæretic. in 6. & resoluit Auctor tom. 1. quæst. 14. articul. 7. §. filij præterea hæreticorum, ex dicta constitutione Sixti V. & expressè cauetur in statutis Ordinis Segouiensibus. Atque ita de infami, siue infamia sit iuris, siue facti, qui non potest eligi in Abbatem, docet Sanch. lib. 5. decalog. capit. 5. numer. 24. post Maiolum lib. 1. de irregul. cap. 29 num. 12. & 13. Viuald. in candelabro Sacrament. part. 3. cap. 5. num. 11. in 2. edit. Idque confirmari potest ex traditis ab eodem Sancio libr. 2. decal. cap. 27. à num. 10. vbi loquendo de hæreticis quæstionem pro vtraque parte disputat, & tandem parti neganti, tanquam probabiliori adhæret. Idem expressius in nostris terminis affirmans Portel in ad dubia verbo, nouitius, nu. 23. P. Villalobos d. difficult. 11. num. 4. qui notat, in dubio tales præsumi fuisse natos ante patratum crimen hæresis, quia pœnæ debent restringi. Hæc sententia mihi probabilis multùm videtur, & in praxi amplectendam omninò iudico, licet opposita speculatiuè sit probabilior. Debet tamen limitari ad nondum admissos ad habitum, qui omninò repellēdi sunt, semel nāq; admissi validè professi ab omnibus iudicantur. Statutis ordin. Segouiensibus c. 1. de receptione nouitiorum in quisit. 7.

23. Nullum ius, vel præceptum regulæ determinat ætatem recipiendorum ad ordinem, etiam apud nos Minores. Vnde iuuenes adhuc impuberes, & sine ætate ad profitendum posse ad religionem admitti, communior sententia, & praxis tenet, quidquid alij in oppositum contendant. Verum est tamen, quòd ingrediens religionem ante annos pubertatis (qui in viris sunt quatuordecim, & in fœminis duodecim anni cōpleti) potest à parentibus, & tutoribus extrahi, vt definitur c. 1. c. ad

Gg no-

nostram, de Regul. c. si in qualibet, cap. puella 20. quæst. 2. dummodo fiat intra annum post susceptum habitum, seu ingressum. Quapropter Tridentino decreto habetur, quòd puella volens habitum regularem suscipere, si maior duodecim annis sit, non antea eum suscipiat, quàm exploretur eius voluntas ab ordinario, an coacta, vel seducta sit. Vnde minor duodecim annis non prohibetur in dicto decreto ingredi, de consensu parentum, vel curatorum, vt statim probabimus. *tom. 3. qu. 12. art. 1. & 2. de quo D. Thom. 2. 2. qu. vlt. art. 6. Pisa super regula Fratrum Minorum cap. 2. Zerola in praxi Episc. 1. p. verb. Moniales, pag. 232. & 258.*

Trid. sess. 25. ca. 17. de Reg.

Elucidatur & tuetur sentét. Auctor.

24. Sed hæc sententia, & intellectus Auctoris non placet Sancio ad præcepta decalogi lib. 4. capit. 18. numer. 33. & 34. vbi resoluit, in dicto decreto Tridentinò non prohiberi, puellas 12. annis minores ingredi religionem: imò ait, in eo supponi, recipi posse, aliàs nô loqueretur Concilium sub conditione, si maior duodecim annis fuerit. Conditionalis autem nihil ponit in esse: ac proinde nil alienius à sacræ Synodi mête excogitari posse asserit, quàm illam sensum datum ab Auctore, quem contextus eius decreti, nescio (ait) qualiter pati valeant, quippe quod ibi nihil de ætate puellæ ad religionem admittendæ decernitur, sed de examine voluntatis præmittendo, quando ingrediens fuerit maior duodecim annis. Tandemque concludit, duo in eo decreto statui; alterum, vt puella maior duodecim annis, quantæcunque ætatis sit, duplex examen Episcopi subeat: aliud ante habitus susceptioné: & aliud postea ante professionem. Alterum verò quod in eo decreto statuitur, est, vt puella minor duodecim annis ingrediens vnicum examen subeat, nempe ante professionem, quoniam, inquit, ante ætatem duodenariam vanum existimauit Tridentinum id examen præmitti, ob tenerum rationis vsum puellæ. Hæc Sanchez.

Fateor quidem hanc expositionem Sancij genuinam, & adaptam videri contextui dicti decreti Tridentini: ex eo tamen, quòd Auctor illam non approbat, non rectè infertur, ipsum sensisse, prohiberi in dicto decreto puellis duodecim annis minoribus ingressum religionis, non enim id absolutè affirmat, sed duntaxat, quòd ipsæ non admittantur ante dictam ætatem, iuxta antiqui iuris terminos, ne à parentibus, vel tutoribus extrahi possint. Vnde de eorundem consensu posse ingredi, idque in Tridentino non prohiberi apertè fatetur: quod, inquit, nil aliud disponit, quàm id, quod iura antiqua disponebant. Ex quibus concluditur argumentum, & instantiam Sancij omninò non conuincere contra sententiam Auctoris: quæ modo præfato intellecta non repugnat contextui Tridentini, imò ex eo apertè colligitur, dictas puellas minores, seu impuberes ad religionem admitti, nempe consentientibus parentibus, vel tutoribus, iuxta iuris antiqui dispositionem, in c. significatum, de Regular. cuius correctio omninò fugienda est, si aliàs cum iure nouo Tridentini compatitur, vel in eo expressè non reuocatur. Vide P. Miranda *tract. de Monialibus qu. 8. art. 2. Portel verb. nouitia numer. 1.* P. Villalob. *2. p. tract. 35. difficult. 12. num. 2.* F. Ioan. de la Cruz *de statu relig lib. 1. cap. 8. in fine.*

25. Senes ob infirmitatem ætatis, quæ pro morbo reputatur, ad habitum regularem non sunt admittendi, cùm asperitates ordinis non valeant experiri, & subleuare. Dispensatiuè tamen aliqui possunt admitti, quando ex eo magna populi ædificatio sequi speratur ob eminentiam personæ. ibid art. 3. de quo D. Bonauent. super regula Fratrum Minorum, qu. 195. Abbas in cap. magnæ num. 2. de voto, per text. ibi. Idem ferè docet Sanchez lib. 5. decalog. capit. 4. numer. 52. vbi resoluit, senes validè, & licitè profiteri, quia obligatio ad religionis substantialia, nempe tria vota essentialia nullis corporis viribus eget, sed solo voluntatis affectu, reliqua autem regulæ præcepta non obligant semper, & pro semper, sed eo modo, quo regula obligat, nempe dum iusta causa ea seruandi non excusat, vt benè docet noster Auctor allegatus ab ipso

San-

Sancio *tom. 2. summa cap. 6. numer. 13.* & tradit etiam P. Villalobos *dicta difficul. 12. num. 3.*

De Nouitijs vxoratis.

26. Maritus sine vxoris licentia ingrediens religionem potest ab illa reuocari, nisi ipse obijciat, & probet adul terium, capit. constitutus, de conuers. coniugat. Item potest reuocari, si vi, vel metu consentiat mulier, cap. accedens, eodem titul. Vnde si sponte consentiat mulier, capit. accedens, eodem titul. Vnde si sponte consensum dedit, illaque sit anus, non potest à religione maritum reuocare, etiam ipsa non promittente castitatem: si verò sit iuuenis, neque castitatem promisit, potest vir compelli ad cohabitandum cum ea, *c. 1. c. quidam, de conuers. coniugat. cap. agathosa, c. quia agatho, c. si quis coniugatus 27. quaest. 2. cum alijs multis.* *Illi* tamen, qui se, & sua tradidit monasterio sine licentia vxoris, si reuocetur, restituenda sunt ipsa bona, quae donauit. *tom. 3. quaest. 13. artic. 1. de quo Gregor. Lop. l. 11. tit. 7. part. 1. verb. torne à viuir con ella. Vide quae tradunt Lessius de iust. lib. 2. cap. 41. dub. 3. à n. 25. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 1. quaest. 6. in fine, relatus à P. Villalob. 2. p. tract. 35. diffic. 7.* numer. 17. qui tenent, quòd si mulier nec consentiat, nec contradicat, sed tantùm taceat, seu dissimulet, adhuc potest maritum reuocare, per cap. consuluit, de conuers. coniug. sed ibi tantum habetur, quòd vir mortua dicta vxore ad saeculum redire non potest, sed debet in religione permanere, idque statim firmat idem Azor, rationemq; reddit, quia eo ipso, quòd vxor, dum viueret, virum non repetiuit, cùm posset, consensisse videtur, vt in religione permaneret, & ratam habuit eius professionem.

27. Vxor concedens licentiam marito ad ingrediendum religionem, non censetur tacitè continentiam vouisse, quia praesumitur inscia iuris c. 1. de conuers. coniug. l. 11. titul. 7. part. 1. Vnde si conscia, & certificata concessit, videtur tale votum vouere, votum tamen tanquam conditionale habendum est, donec vir professionem faciat, quia vxori illi expressè voventi castitatem adhuc ius competit repetendi illum, si intra annum probationis Religionem deserat, *ibid. art. 4.* de quo Abb. *in dict. cap. 1. de conuersat. coniugat.* Gregorius Lopez *vbi suprà verb. Salierse de la orden.* Vide Azor suprà §. *si quaeras, ad finem.* P. Villalob. *2. p. sum. tract. 25. diffic. 7. num. 17.* qui ferè idem docent.

28. Vir sine licentia vxoris ingrediens Religionem, & ab ea reuocatus post emissam professionem, mortua vxore ad ordinem redire debet, nec licitè contrahere potest, matrimonium tamen de facto cōtractum tenebit, quidquid sit de peccato contrahentis, nec potest compelli ad regressum, cap. quidam 3. cap. placet 12. de conuers. coniug. Item vxor potest ingredi Religionem, etiam inuito, & contradicēte marito, qui sine consensu ipsius ingressus est monasterium, nisi ante ingressū mulieris vir exeat de claustro, & cohabitet cum illa, tunc enim non licet eo inuito ingredi, dict. cap. quidam, cap. placet, de conuers. coniugat. l. 12. titul. 7. part. 1. Secus si ingrediente viro de licentia vxoris, ipsa expressè, vel tacitè continentiam vouit: quia tamen illa erat iuuenis, & renuit intrare, vir de monasterio fuit reuocatus, iuxta terminos dicti cap. 1. de conuers. coniugat. nam eo casu post mortem ipsius vxoris iterum contrahens vir, non tenebit quidē contractum matrimonium, cap. ex parte, eod. titul. quia professio viri tenuit, supposito quòd fuit facta de consensu vxoris, ibid. artic. 3. de quo Hostiens. *in Sūma de conuers. coniug. §. qualiter, vers. sed quid si quis.* Gregor. Lopez *in d. l. 12.*

Sententia Auctoris, de qua hoc n. 28. dum habet, maritum sine licentia vxoris Religionem ingredientem, & ab ea reuocatum, mortua vxore ad monasterium redire debere, nisi expliceutur, admitti non potest, pugnat enim expressè cum c. quidam 3. c. placet 12. de conuers. coniug. ab Auctore citatis, vbi disertis verbis proditum est, maritum Exponitur senten tia Auctoris.

ratione voti ad monasterium redire nõ teneri, licèt quoad debiti exactionem votum tenuerit, & vlteriùs aliam vxorem accipiat. Ergo ne in re tam aperta lapsum videamus Auctorem nostrum, sic meo videri accipiendus est, quasi docere videatur, maritum non cogendum ad monasterium redire, sed tamen consultius, & congruentius ad salutem facere, si ad monasterium redeat, vt ait dict. cap. placet, in fin. non enim aliter verbum, debet, quo vsus est Auctor, accipi potest, alioquin si ad necessitatem referamus, vt frequentiùs solet verbũ hoc in iure accipi, falsa certè Auctoris sententia redderetur. Videatur de hac re Lessius *li. 2. de iust. c. 41. dub. 3. n. 25.*

An verò sponsa duodecim annorum post matrimonium ratum, & non consummatum ingrediens Religionem cõpellenda sit intra duos mẽses professionem emittere iuxta terminos iuris antiqui? Vide suprà de matr n. 8. & Lessiũ de iust. li. 2. c. 41. dub. 7. n. 59. §. 7. annũ.

De libertate, & educatione nouitiorum.

29. Iuuenes ad habitum Regularem admittendi debent de bono spiritu, & affectu examinari, an scilicet amore Dei ducti accedant, animi sui constantiam, fiduciam, corporis valetudinem, status congruentiam, personæ qualitatem, internam vocationem, & operis scopum, ac finem maturè præmeditando, exactèque discutiendo, ne cum rubore ab incœpto resiliant, & adspiciant retrò post missionem manus ad aratrũ, fiantq; non apti regno Dei. Nemo tamẽ Religionis perfectionem affectans deterrẽdus est, Dominus enim suis athletis à dextris adest, præstò suam opem conferens, *tom. 3 q. 14. art. 1*, de quo Laurentius Iustinianus *de disciplina, & perf. mon. conu. c. 5.* D. Basilius Magnus *interrog. 10. Caiet. 2. 2. q. 189. ar. 10. ad quintum.*

Luc. 9. refertur in Reg. B. P. N. Franc. cap. 2.

30. Quanuis laudabile sit inducere quemquam ad Religionem reformatã, non tamen ad vouendum Religionis ingressum, ne coactè fiat quod liberè, & spontaneè ob amorem, & imitationẽ Christi Domini, fugamque sæculi fieri debet, ob idque in laxam vitam declinet, aut retrocedat professus. *ibid. art. 2.* de quo Caiet. *2. 2. quæst. 189. art. 2. Azor inst. moral. 1. part. lib. 12. quæst. 2. cap. 1.*

31. Ex decreto Tridentini Concilij anathematizantur cogentes fœminam ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum, vel ad professionem emittendam, similiterque dantes consilium, auxilium, vel fauorem, interponentésque scienter præsentiam, consensum, vel auctoritatem susceptioni habitus, vel professioni huiusmodi. Eadem etiam pœna feriuntur qui sanctam Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo sine iusta causa impedierint. Sed hoc debet intelligi secuto effectu. At verò cogentes adolescentem ad ingrediendum Religionem, licèt peccent, non tamen incidunt in dictam excommunicationem Concilij Tridentini, sed benè incurrũt aliam Papæ reseruatam impedientes illorum ingressum, qui Religionem ingredi non prohibentur, seu de iure non sunt inhabiles ad Religionem, violentijs, & iniurijs molestantes recipientes ad habitum, aut iam habitu Regulari indutos extrahentes, dum modò non destiterint à prædictis, postquam Bullę Eugenij IV. factæ Benedictinis notitiã habuerint, in qua ipso facto anathematizantur, & habetur in Bullario. ibid. art. 3. de quo Nauar. *cap 14 n. 17. & lib. 7. consil. 55. tit. de sententia excommunicationis.* Idem docent Sanchez *tom. 9. de censuris disp. 24. sect. 7 num. 8.* Sanchez *in præcepta dec. l. 4. c. 4. per totum. Azor inst. mor. 2. p. l. 2. c. 21. q. 15. Sayrꝰ decis. 51. sub tit. de sententia excommunicat. Portel in addit. ad dubia, verb. Nouitius, n. 2. & 3.*

Trid. sess. 25 c 8. de Regul.

Bullar. bull. 7. Eugen. 4. nu. 14. & 15.

32. Non incurrit præfatam excommunicationem Concilij cogens puellã ad ingrediendum monasterium, nõ causa induendi habitum Regularem, vel faciendi professionem, sed vt ibi honestè educetur vsq, ad nubendi annos. tom. 3. q. 17. art. 19. & nos infrà iterum dicemus *de professione n. 79.* Idem docet post alios Sanchez *dicto cap. 4. num. 12.*

33. Ex-

33. Extrahens, seu retrahens aliquẽ vi, metu, vel fraude à vita monastica, tenetur detecta fraude veritatem aperire, ꝗ imque amouere, vt liberè possit redire, & forsan ob illatam iniuriam procurare, vt iterum monasterio restituatur: eo tamen non redeunte nullum superest restitutionis ligamẽ, quidquid aliqui in oppositum senuant, etiamsi iniquissimo animo à professione facienda ipsum persuaserit resilire, qui Religioni esset frugi. *ibid: art.* 4. de quo Soto *de iust. lib.* 4. *q.* 6. *ar.* 3. Nauar. *in Manual.* c. 14 *n.* 32. Idem post Sotum, & nostrum Auctorem docet Portel *d. n.* 3. *ad finem.*

34. Nouitij educandi sunt in monasterijs, apud quæ maximè viget obseruantia, & disciplina Regularis, vt ipsi semel benè imbuti in vita reformata tota die vitæ suæ seruent bonum odorem virtutis, & similes illis fiant, quorum consortio committuntur. *ibid. art* 5. de quo Caietan. 2. 2. *q* 89. *art.* 5. Hugo *super Regul. Fratrum Minorum, cap.* 6. *iuxta finem.*

35. Apud nos Minores habitus nouitiorum patenter distinguendus est ab habitu professorum, ita vt diffutura caputij non sufficiat, sed vel caparone vti debent iuxta Regulam, vel alia pecia panni ante pectus, nisi qualitas personæ aliud expedire videatur, vt in quodam Capitul Generali cautum est, & in presbyteris tantùm admittit consuetudo. Aliæ Religiones consulant super hoc suas constitutiones, & laudabiles consuetudines. *ibid. artic.* 6. Ad quod vide Sanchez *lib.* 5. *decalogi cap.* 3. *num.* 13.

De anno probationis.

30. In omni Religione tam virorũ, quàm mulierum requiritur annus integer probationis post susceptum habitũ, antea facta professio, vel non expleto decimo sexto ætatis anno nulla est, nullamque inducit obligationem ad alicuius Regulæ, aut Religionis, vel Ordinis obseruationem, aut ad alios quoscunq; effectus, vt diffinitur in Tridentino Cõcilio. Quod spatium temporis datur, tũ in fauorẽ nouitij, vt experiatur, & probet asperitates, & difficultates Religionis, tum in fauorem ipsius Religionis, vt per conuersationẽ annuam eius mores, & inclinationes dignoscantur, & idoneus iudicetur vel non, *tom.* 3. *q.* 15. *artic.* 1. *&* 2. *de quo Nauarr. lib.* 3 *consi.* 30 *tit. de Regularibus. Zerola in praxi Episcop.* 1. *p. verb. Moniales*, §. 2. *pag.* 235. *Azor institut. moral. q.* 1. *lib.* 12. *c.* 4. *q.* 9. *Sanchez de matrimon. lib.* 2. *disput.* 24. *num.* 22. *Fr. Ioan. de la Cruz, de stat. Relig. lib.* 1 *cap.* 8. *dub.* 2. *post quos, & alios plures idẽ docet Sãchez ad praecepta* lib. 5 capit. 4. num. 4. & sequentibus, vbi num 7. ait, dictum decretum Tridentinum cõprehẽdere vota simplicia biennij emissa in Societate Iesu, ac ideò si fiant ante 16 ætatis annum irrita reddi, & nu. 15. ponit casum, in quo quis tenetur intra bimestre profiteri, nempè quã do illi datur Abbatia in commendam, iuxta idem Concilium Tridentinũ sessione 25. cap. 21. de Regular. & tradit etiam Auctor tom 2. q. 58. ar. 9. Cordub. in summa q. 38. Henriquez li. 13. de excommun. c. 40. n. 2. in comment. litt. O.

Trid. sess. 25. ca. 15. de Reg.

37. Nec malitia supplet dictam ætatem sexdecim annorum requisitam ad profitendum, ac ideo antea facta professio nulla est, & irrita ex dicto decreto Tridentini Concilij, non enim potest suppleri ætas aliquo modo, vbi à iure certus, & determinatus numerus annorum requiritur. *ibidem art.* 3. de quo Hostiens. *in c. postulasti, de Regularibus.* Idẽ docent Aloysi. Ricci, Curiæ Archiepiscop Neapolitan. *decisione.* 122. Sanchez *lib.* 5 *ad praecepta c.* 4. *n.* 2. vbi ex Glossa *in dicto c. postulasti*, & ex D. Thom. recepto à Theologis 2. 2 *q.* 88. *art.* 9. *in corporis fine, & qu. vlt. artic.* 5. idem tenet, & probat.

38. Annus probationis computãdus est à momento in momentum, id est, ab hora diei, in quo habitum quis suscepit vsque ad eandem horam vltimi diei eiusdem anni ibid. art. 4. de quo Henriquez tom 2. libr. 13 ca. 40. Palatin. in 4. dist. 38 qu 1. pag 823. Idem docet Sanchez ad præcepta lib 5 c 4. n. 4. Lessius de iustit lib 2. cap. 41. dub. 7. num. 59.

39. In anno autẽ bissexto duo dies debent pro vno computarij ad annum probationis peragendum, non enim præcisè debet esse annus solaris, sed sufficit, quòd sit politicus, & ciuilis in Republica vt talis habitus, & declaratus *ibidem artic.* 5. de quo Couar. *libr.* 4. *variarum capit.* 18. Sanchez *de matrim. libr.* 2. *disput.* 24. *numer.* 18. Idem docent Lessius & Sanchez *locis citatis num. præcedenti.*

Bullar. Bull. 12 Pij V.

40. Nouitiæ Ordinis Sancti Dominici habentes legitimã ætatem ad profitendum in articulo mortis constitutæ possunt professionem emittere non cõpleto anno probationis, ex Pio V. apud Bullarium: sed hoc ad consolationem spiritualem in foro tantùm interiori concessum est, scilicet ad consequendã indulgentiam plenariam. Vnde virtute huius professionis non potest peti hęreditas nouitię defunctę, sed ad suos hæredes ab intestato pertinet. Nec hoc priuilegium est reuocatum per Gregorium XIII. in reuocatione Generali eorum, quæ sunt concessa à Pio V. contra ius & Concilium Tridentinum, quia tantùm reuocauit in sua Constitutione indulta pertinentia ad forum conscientiæ, quale est supra dictum priuilegiũ. Quo quidem gaudent per communicationem nouitij, & nouitiæ aliarum Religionum. Aduerte tamen, quòd nouitius, vel nouitia conualescens de infirmitate tenetur continuare, seu complere residuum anni integri probationis, ac iterum profiteri, ibidem art. 6. & tomo 1. quæst. 8. artic. 9. & Addit. Summæ tomo 4 cap. 63. numer. 4 & 5. Idem docent Henriquez lib. 13 de excommunicat. cap 40. num. 2. in commentar. littera R. Sanchez vbi supra numer. 16 vbi existimat contra nostrũ Auctorem monasterium succedere tali nouitiæ defunctæ eodem prorsus modo, quo succedit in bona profitentium legitimo anno nouitiatus peracto.

Defenditur Auctoris sententia.

Sed immeritò, quia nullo nititur sufficienti fundamento. Nam, vt constat ex tenore dictæ concessionis, ea fuit facta ob solatium, & fructum spiritualem nouitiæ, nempè ad consequendum meritum professionis, & indulgentiarum; neque vnquam Pontifices suis priuilegijs intendunt præiudicare iuri alterius, nisi expresè id declarent, quod hic non fit, vt benè notat P. Miranda tomo primo Manual. quæst. 22. art. 10. Vnde professio sic emissa non est simpliciter, & verè professio, nisi tantùm quoad dictũ effectum expressum in Bullæ Pontificis, aliàs si de infirmitate conualesceret nouitia, non egeret noua professione, quod est contra mentem, & verba Papæ concedentis, qui expresè restringit suum priuilegium ad effectum consequendi meritum professionis, & fructum indulgentiarum. Atque ita communiter sentiunt omnes super hac re scribentes. Portel in dubijs Regularibus verb. nouitia, nu. 5. Barbosa in collectan. ad Decretales lib. 3. tit. 31. in notis ad capit. ad Apostolicam, de Regular. num. 4. P. Miranda vbi suprà, & alij plures, quos breuitatis causa omitto.

41. Nemini licet renuntiare iuri annuæ probationis, & antea profiteri, cũ sit ius publicum, cui nemo renunciare potest, non enim solùm ad ius priuatũ nouitij spectat huiusmodi annua probatio, sed etiam ad vtilitatem, & ius publicum Religionum, ne intra paucos menses, vel hebdomadas professio fieret ad obtinendas dignitates, cui iuri publico cõsuluit dictum decretum Tridentini Concilij vetando, & annullãdo professiones ante completum annũ faciendas, per quod derogatum est cap. ad Apostolicam, de Regular. Ruct. ibidem art. 7. de quo Nauar. libr. 3. consil. 53. numer. 3. titul. de Regularibus Reia respons. casuum conscien p. 4. casu finali. Idem docent Sanchez vbi suprà num. 19 cum Nauar. libr. 3. consil. 47. n. 5. de Regularibus 1. edit. Azór Instit. moral. lib. 12 capit 4 quæst. 9. additque idem Sanchez num. 20 posse Generalẽ Societatis dispensare in vno ex duobus annis probationis ad emittenda vota simplicia, per quæ quis Societatis incorporetur, dummodò integer annus probationis à Tridentino requisitus præcedat, validaque erit talis professio, non obstante constitutione ipsius Societatis.

52. Attento iure communi annus

pro-

probationis debet esse continuus, & non interpolatus, eo modo, quo solent austeritates, seu asperitates in Religione continuari, quas omnes præcipit dictum cap. ad Apostolicam, experiri, & non possunt benè experiri sine continuatione. Ita declarauerunt Cardinales super Tridentinum apud Marzillalib. 1. tit. 12. cap. 16 §. tam virorum, prope finem. At ex priuilegio Iulij II. apud Bullarium facto pro Minoribus conceditur prælatis vt super eo possint dispensare, si id iudicent expedire. Neque id videtur abstulisse Tridentinum Concilium in dicto decreto, etiam stante statuto Generali Toletano disponente, vt nouitij per annum continuum in probatione permaneant ad maiorem dicti Concilij obseruationem, quia in eo non intenditur tollere vsum dicti priuilegij. Vnde iusta existente causa poterit Prouincialis super hoc dispensare, rarissimè tamen, aut certè nunquam omninò fiat, nisi in maxima, & vrgenti necessitate, quæ nulla possit tergiuersatione negari. Apud Alias Religiones, vbi non est similis constitutio, benè potest vti dicto priuilegio per communicationem, cùm non sit à Concilio sublatum, *ibidem articul. 8. de quo Nauarr. libr. 3. consil. 2. numer. 1. de Regularibus, & consil. 34. numer. 1. & consil. 36. numer. 1. & consil. 42. numer. 2. & 4. & consil. 34. num. 5. in antiq. alias consil. 9. num. 7. & consil. 32. num. 3. in nouis. Henriquez in summa lib. 13. cap. 30. §. 2. in medio. Flamineus de resignat. lib. 3. q. 13. n. 11. Vide Lessium 2 b. sup. d. n. 9.* vbi tradit paucorum dierum interpolationem non impedire, quia ea non censetur impedire moralem continuationem, item & Azor tom. 1. instit moral. lib. 11 cap. 2. quæst. 8. P. Villalobos 2. p. summæ tract 35. diff 15. num. 6 & 9 vbi sentit, dictum priuilegium Iulij II. sublatum esse à Tridentino Concilio, ita declarante sacra Congregatione apud Marzilla vbi suprà, verb. per annum, & in facti contingentia ita Romæ declaratum fuisse refert ex Nauarro: ac ideo indicat, nullo pacto debere prælatos, aliter ad professionem admittere, nisi

Bullar. bull. 9. Iulij 2. num. 10.

Trid. d. c. 15. de reg.

Ampliatur doctrina Auctoris.

post annum probationis continuum expletum. Idem firmat Sanchez ad precepta tomo 2. lib. 5. cap. 4. à num. 30. vbi latè, & eleganter rem & nodum dissoluit, & tandem numer. 35. concludit, dictum priuilegium Iulij II. esse reuocatum.

Quid si nouitius in furorē, seu amentiam incidat, interrumpetne annum nouitiatus, ita vt si ferè toto anno duret, possit sui compos effectus post eum transactum validè profiteri? Sancius vbi suprà numer. 54. postquam rationes pro vtraque parte ponderat, quæ satis ancipitem reddunt quæstionem, tandē resoluit, furorem citò transeuntem, vt contingit in phrenesi ex morbo graui superueniente, per octo, vel quindecim dierum spatium durante, non impedire cursum nouitiatus, statimque transacto eo anno professionem factam legitimā esse. Ducitur, quòd ita tenet praxis communis Religionum, nec iura anni nouitiatus poscentia tempus hoc non computandum decernant, sed quasi pro nihilo id reputant, & tanquam partem temporis morbi, quo quidem non impeditur cursus illius anni. At quando dementia est extraordinaria ex nullo alio morbo resultans, diuque durans, vt per integrum mensem, existimat, id tēpus in anno probationis non esse computandū, sed transacto furore supplendum, quia, inquit, sicut tempus, quo quis ante pubertatis annos in Religione viuit, non computatur in Nouitiatus anno, eò quòd impubes non pleno rationis vsu polleat, quo Religionis asperitates experiatur, nec malitia in hoc casu supplet ætatem. Ita pariter, imò multo fortiùs id in furioso locum habebit, qui omnino rationis vsu caret. Cùque casus hic rarò contingat, non oportuit, vt iura illum exciperent, vt non excipiendo videantur censere computari. In hoc tamen casu non est iterum inchoandus nouitiatus, sed tantùm supplēdum est tempus furoris, quia eo medio tempore nō fuit interruptus annus probationis, cùm furiosus ille in Religione manserit, sed suspensus. Tandèmque citat pro hac sententia Syluestrum, Armilla & Tabiena, mihique

vera, & probabilis videtur, sed non omninò.

Vnde eam limitandam censeo, quando per maiorem, seu magnam partem anni nouitiatus durauit amentia, tunc enim tolli integritatem illius annuæ probationis, foreque supplendam benè fateor, non verò quando per integrum tantùm mensem Nouitius mente alienus extitit, vt vult Sanchez. Nam post eum mensem ad mentem rediens iudicatur tanquam si in phrenesim incidisset ad effectum admittendi eum ad professionem statim à die peracti anni probationis, absque eo quòd suppleat tempus, quo fuit in amentia, vt ipse Sáchez concedit in phrenetico, & supra diximus. Vnde existimo in priori casu supplēdam esse eam dumtaxat partem tēporis quo durauit furor, seu amentia, idque sufficere argumēto c. sicut tenor, de Reg. vbi ideo professio furiosi non tenuit, quia tempore quo fuit indutus habitu Monachali extra mentem positus erat: ergo à contrario sensu valeret, si suæ mentis compos tunc reperiretur, & constat ex illis verbis, ibi: Nisi postquā mētis suæ factus est cōpos, spōtanea voluntate professionem fecerit Monachalem. Quæ ratio etiam militare videtur in anno nouitiatus quoad eius validitatē, nā si tēpore quo indutus est habitu Monachali mentis suæ cōpos erat Nouitius, spontanea voluntate creditur id fecisse, ac ideò Nouitiatus non interrumpitur per superuenientē amentiam, & consequenter sufficit supplere id tempus, vt postea validè profiteatur. Atque ita huic sententiæ innuere videtur Azor *lib. 12. inst. mor. c. 2. q. 5. ad finē*, & faciunt tradita à P. Miranda *tomo 1. Manual. qu. 17. art. 5. concl. 2.*

43. Apud nos Minores est de substātia, vt Nouitius probet Religionem in habitu Regulari, cū in Regula assignetur Nouitijs certa forma habitus. Idèm que in alijs Religionibus dicendum esse iuri communi conforme est, c. super eo, vbi glossa, verb. in eadem veste, de Regularibus. Sufficit autem quòd deferatur habitus Regularis partim in Monasterio, partim extrà, cum licentia tamen prælati, quam existente iusta causa possunt dare etiam prælati locales cum consilio Discretorum Conuentus, quando ad Prouincialem non est facilis recursus, non obstante dicto Ordinis statuto Toletano: Ordo enim non habet potestatem super nouitios ante professionem, nec illis potest auferre, quod iis commune concedit, scilicet quòd peracto anno continuo probationis ad professionem admittantur, nec factam annullare, nisi solus Papa. Prædicta tamen minimè consulerem practicanda in nouitijs Monialium, nō n. extra Monasterium experiri possunt asperitatē clausuræ, quam postea vouendæ sunt. Verùm est tamen, quòd si peracto anno probationis cum licentia superioris nouitia egrediatur, dum dos constituitur, & procuratur, ac de graui curatur infirmitate, postea reuersa licitè potest statim ad professionem admitti, cum iam iam per integrum annum in probatione stetierit, expertáque sit asperitatē clausuræ, nōn obstante Tridentino Decreto, quod tātùm loquitur de nouitijs in Monasterijs virorum educatis, quos præcipit finito anno probationis ad professionem fore statim admittendos, aut expellendos, non autē de Nouitijs Monialium, vt ex contextu, & litera dicti Concilij patet. *ibi, art. 9. & 10.* de quo Nauar. *lib. 3. consil. 41. nu. 3. de Regularibus, & in c. statuimus, 19. q. 3. nu. 74.* Syluest. *verb. Religio 3. q. 19. vers. 5.* Flamin. *d. qu. 13. nu. 12.* Beia *respons. p. 4. casu fin. in fine*. Idem docet Sanchez *lib. 5. ad præcepta, cap. 4. num. 21.*

Stat. Tolet. cap. 1. nouit. recept.

Trid. sess. 25. cap. 16. de Reg.

44. Aduerte quòd Auctor dicto art. 10 §. aduertendum deniq; non negat, quòd nouitia exiens à Monasterio cum habitu, & licentia prælati causa morbi curandi continuat annum probationis, sed tantùm consulit ne fiat, ob rationē suprà positā, quo innuere videtur, quòd si de facto exeat cum præfata licentia, validè continuaret nouitiatū, quidquid illi falsò imputent Sanchez ad præcepta tom. 2. lib. 5. c. 4. nu. 28. Portel verb. Nouitia, n. 4. sed Portel se aliquo modo corrigens, addit. nō id negare omninò dictum nostrum Auctorem, sed tantùm consulere, ne fiat. Ad tollendam verò omnem dubij occasionem Cōgregatio

Explicatur, & propugnatur mens, & sententia Auctoris.

sacra Cardinaliũ declarauit circa Nouitias idem, quod de Nouitijs Fratribus omnes cōcedunt, in hunc modum: *Anno probationis durante si nouitia curandæ valetudinis causa de licentia superiorum à Monasterio exierit, & postea reuertatur, eodem tempore professionem emittet, perinde, ac si nunquam egressa fuisset.* Ita refert Marzilla *lib. 1. declar. Concil. Trid. tit. 12 de statu Regularium, cap. 16. §. ante decimum sextum, in fine.* De quo P. Villalob. *vbi supr. num.* 10.

Circa supra tradita adhuc nota, quòd Auctor *tom. 2. Summæ cap.* 8 *n.* 4. §. *Yaun digo mas*, tenet, Nouitiũ extra Monasteriũ de licentia superioris per modicum tēpus, nempè per vnum, vel duos menses posse demorari apud domos parentũ, vel consanguineorũ, morbi curandi causa, non tamen per longius temporis spatium, putà per maiorem partē anni Nouitiatus: quia, inquit, hic introductus est, non solùm vt Nouitius asperitates Religionis experiatur, sed vt Religio quoq; morum ipsius experimētum sumat: At neq; ille satis Religionis austeritates experiri potest, manens diutius extra claustrũ, nec Religio mores ipsius. Quam sententiam, & rationem impugnare contendit Sanchez *dict.* c. 4 n. 18. ex eo, inquit, quia satis censetur Nouitius in Monasterio degens, qui extra illud de prælati licentia commoratur. Nec opus est, addit, vt Nouitius omnes in specie Religionis asperitates, nec vt Religio omnes eius mores in specie experiatur: satis enim experiri censetur, dum extra Religionem ita sub prælati obedientia permanet, vt animo paratus sit, ipso iubēte ad claustrum redire. Et pro sua sententia adducit vltra alios Doctores idem indistinctè tenentes, Nauar. l. 3. consil. 42. à n. 1. in prima edit. tit. de Regularib. Azor. lib. 12. inst. moral. capit. 2. quæstion. 8. in fine, quorum prior loquitur expressè de Nouitio, qui decem menses, & semimensem extra Religionem demoratus est, & residuum tantùm apud illam permansit: posterior verò de eo, qui toto probationis anno extra conuentum apud seculares commoratus est de superioris licentia.

Adhuc tamen eo non obstante ratio tradita ab Auctore satis firma, ac iuri, & bono publico consona, & commoda mihi videtur. Iuri, inquam, quia in capit. ad Apostolicam, de Regularibus, citatum ad marginem dicti capit. 15. de Regularibus, apud Concilium Tridentinum, hac ratione nititur ad cauendum, ne aliquis ad professionem ante expletum tempus probationis admittatur: Tempus, inquit, probationis à sanctis Patribus fuit indultum, non solùm in fauorem conuersi, sed etiam Monasterij, vt & ille asperitates illius, & illud mores illius valeat experiri. Quod licèt ad annum probationis expendum ante professionem tantùm referri videatur, id tamen pari ratione nostro casui adaptari potest: nam si anni probationis maior pars, vel totũ extra claustrum consumitur, quomodo potest Nouitius asperitates Religionis, nec Religio mores Nouitij experiri? nec fauori Nouitij, nec Religionis consulitur contra dictum Decretum Tridētinum: nam quantum ad hunc effectum idem est non experiri asperitates Religionis a nouitio, vel mores nouitij à Religione, ac nusquam sub probatione esse, portatio namque habitus Regularis licet inter asperitates Religionis cōputetur, in hoc casu hic, & nūc parum, aut nihil austeritatis, & regularis, ac strictæ obseruantiæ præse fert, quia habitus dumtaxat sine Monachalis vitę rigore nō facit Monachum, vt constat c. porrectum, 13. de Regul. Bono item publico Religionis conuenit, quòd prætia probatione experiantur mores nouitij, ne postea professus suis prauis moribus alios Fratres inficiat, & ad obuiandum litibus, & controuersijs ex talibus professionibus solitis oriri. Propugnatur sententia Auct. cris.

Confirmatur, quia sicut annus probationis, etiam ex consensu Monasterij, & Nouitij non potest remitti, seu renūciari, vt probant DD. in dict. c. ad Apostolicam. Nauar. cons. 33. nu. 5. in antiq. & cons. 61. num. 6. in nouis, tit. de Regularibus. Azor *inst. moral.* 1. *p. lib.* 12. *c.* 4. *quæstion* 9. *Bria respons casuum conscient.*

pars.

part. 4. casu final. versic. 3. Bartholomaus à S. Fausto in Thesaur. Religios. libr. 5. qu. 370. P. Miranda in Manual. tom. 1. quaest. 32. articul. 7. Sanchez ad praecepta libr. 5. capit. 4. num. 19. & alij relati à Barbosa in Collectanea ad Decretal. ad dictum cap. ad Apostolicam, num. 3. Ita quoque post habitum probationis susceptum non potest omnino hæc annua probatio facienda omitti, permittendo nouitium extra claustrum solo habitu retento inter sæculares sæcularem vitã gerere, id enim esset in maximum Religionis præiudicium, quæ extra Regularem disciplinã Monasterij constitutum non potest cõmodè probare, ac eius mores experiri, imò & ipsius Nouitij, cui nõ datur ibidem commoranti Regularis vitæ austeritates per omnia tentare. Nec Azor relatus à Sancio pro sua sententia, à nostra dissentire videtur. Asserit enim, quòd nouitius extra Monasterium de superioris consensu per annum gestans habitum, si omnia probationis onera perferat, ad probationem prodesse, & valere: ergò à contrario sensu, si labores, & onera nouitiatus non perfert, nihil ad probationem prodest, nec valet, etiam si cum habitu extra claustrum de licentia prælati commoretur. Quam ob rationem, & ad maiorem, & puriorem Concilij Tridentini obseruantiã, sancitum est in nostris Constitutionibus generalibus, *vt Nouitij per annum continuum in probatione permaneant, ita quòd si ex aliqua causa Conuentu exeant cum habitu, vel sine illo (nisi ratione translationis ad alium conuentum) & postea redierint, non computetur eis tempus, quod antea in probatione steterunt, sed de nouo annum probationis incipiant.* Cùm autem in hoc statuto expressè declaretur id factum esse ad maiorem, & puriorẽ Tridentini obseruantiam, & in eius decreto præcitato decidatur, quòd nõ minori tempore, quàm qui per annum in probatione steterint, ad professionem admittantur, irritando professionẽ antea factam (nota verbum, per annum in probatione: quod denotare videtur nõ nudam portationem habitus per annũ, sed debere esse in probatione) vtique

Trid. d. c. 15. de reg. In statutis Segouiẽs. c. 1. de recept. nouit. tit. de approbatione nouit. fol. 12.

videtur innuere, non tantùm esse necessarium ad validitatem professionis per annum continuum portare habitum Religionis, sed in illo probari, quod commodè, & vt oportet, fieri non potest extra Monasterium cõmorãdo per maiorem anni partem, ideòque clausulã irritantem pro professione emissa non peracto anno nouitiatus positam à Tridentino videtur extendi ad eum qui extra conuentum, etiam ex causa, cum habitu, vel sine illo commoratus est, quia in probatione non stetit, tollendo potestatem prælatis tales ad professionem validè admittendi, & declarando nõ fiacere legitimum annũ probationis, sed de nouo nouitiatum teneri incipere. Nec obstat quod oppositæ sententiæ assertores dicunt, nempe præfatum statutum nõ posse, nec habere auctoritatem irritandi professionem, id enim soli Sedi Apostolicæ, vel Cõcilio reseruatur: nam hoc in casu minimè irritat, sed tãtùm declarat, ad maiorem Tridentini obseruantiam taliter professos comprehendi sub præfato ipsius decreto, ac si nunquam in probatione stetissent, id enim innuitur in illis verbis non computetur eis tempus: quod antea in probatione steterunt, quod est idem, ac statuere, seu declarare, per huiusmodi cõmorationem extra monasterium, etiam ex causa, seu de licentia superioris, & cum habitu interrumpi annum nouitiatus, ideoque addit, sed denuo annum probationis incipiant. Vnde queãdmodum in dicto decreto Tridentino annullatur professio ante peractum dictũ annum probationis facta, ita enim irrita debet censeri professio illius, qui extra claustrum per maiorem partem anni vitam gessit, quia id tempus non ei computatur ab Ordine ad legitimum annum nouitiatus peragẽdum, eo quòd in probatione non steterit, vt petit dictum Tridẽtinum decretum, in quo id ponitur tanquam quid necessariò requisitum, & substantiale ad legitimum annum nouitiatus, & ad professionem legitimè emittendam, probatio, inquam, non tantùm actiua ex parte nouitij ad experiendum austeritates, & rigorem

regu-

regularis vitæ, sed etiam passiua, ad experiendos, & probandos mores, & conditiones illius ex parte religionis, vtrũque enim designare videtur illud verbum, in probatione steterit, positum in dicto decreto Tridentino, idemque expressius requirit (meo videri) c. 1. de statu Regul. in 6. ibi, Si per totum sequentem annum in Monasterio permãserit, quæ verba denotare videntur, quòd si per aliquam anni partem (maximè si illa sit maior pars anni probationis) foris extra monasterium manserit, interrumpi nouitiatum. Ex quibus hanc partẽ tenent Anchar. & Panor. *in d. c. ad Apostolicam, de Regular.* quam prędicant esse communem.

Quod & amplius confirmo ex Clem. n. eos, de Regular. vbi dicitur, quòd delatio habitus extra monasterium nũquam inducit professionem tacitam: ergo à fortiori nunquam deseruit ad professionem expressam. Idque consuetudo omnium religionum (quæ est optima legum interpres, l. si de interpretatione, ff. de legibus) obseruat, & tenet. Super quo consule Syluestrum verb. Religio. 1. quæst. 1. & 5. quæst. 5. vbi ad propositum plura congerit, eaque notatu dignissima, circa aliquas antiquas cõsuetudines emittendi professionem sine vllaferè probatione, & quandoq; absque susceptione habitus, quæ iam abrogatæ penitus existunt, & resoluit, probationem debere fieri in habitu regulari, ex glossa in c. super eo, v. in eadem veste, de Regular. alioquin non posset nouitius probare austeritatem Monachalem, quæ magna ex parte in vestibus consistit. Quod pari ratione ad probationem in monasterio faciendam trahi potest, austeritatem enim regularem non tãtum in vestium vilium rigore, sed etiam in clausura monasterij consistere, quis negabit? Vide P. Mirand. d. qu. 22. art. 5. vbi quamuis resoluat, nouitij existentiam partim in monasterio, partim extra illud, iusta de causa, & cum licentia superioris exequendo eius præcepta, & obedientiæ onera sustinendo, sufficere ad annum probationis validum, & legitimum faciendum (quod nos etiã non negamus, quando per modicum tempus fit) nullũ tamen verbum facit de eo, qui per totum, vel maiorem partem anni extra claustrum degit, imò talem non legitimum annum probationis facere innuit, quia non sufficienter probatus est, & in hoc sensu locuti sunt, & debent intelligi super hac re scribentes, qualis est Portel verb. nouitij annus in probatione, num. 49. & in addit. ad dubia verb. nouitius, numer. 19. vbi asserit, nostram religionem renunciasse per supradictũ statutum priuilegio Iulij II. quo superioribus conceditur potestas ad dispensandum super interpolatione anni nouitiatus, sed in eo non irritari professionem secus factam, quando nouitius extra monasterium ex causa, & cum licentia per aliquod modicum tempus demoratus. Et in hanc sententiam videntur inclinare Nauar. *conf. 52. num. 2. de Regular.* Henriquez *in summa, lib. 13. capit. 14 §. 2.*

45. Paulus III. apud Bullarium viuæ vocis oraculo concessit, quòd puella, vel mulier ingressura ordinem S. Claræ, antequam induatur habitu regulari possint Moniales eam per decem, vel quindecim dies in habitu sęculari intra clausuram, etiam ad pernoctandum secũ retinere vt experiri possint, an sit bonæ conuersationis, & naturæ, & ad monasterium idonea. Bullar. orac. 9. Paul. 3.

46. Religiosus transiens ad aliam religionem tenetur in ea facere annum integrum, & continuum probationis, vt scilicet experiatur obseruantias strictioris religionis, ad quam translatus est, & in qua profitẽdus est, & ita vsus, & praxis obtinuit, non obstante quodã priuilegio Leonis X. iam per non vsum abrogato. *ibid art. 11* de quo Nauar. *lib. 3. consil 3. de Regularibus:* Idem docet alios referens Sanchez *ad præcepta libr. 5. cap. 4. num. 12. & 13.*

47. Excommunicantur prælati, qui ante annum probationis elapsum quẽquam ad professionem recipiunt, vel intra eundem annum impediunt transitum ipsius ad aliam religionem, nisi maior sexdecim annis iuxta Concilium Tridentinum, tacitè, vel expressè professus sit, aliter recepti professio est Sess. 25. c. 15. de reg.

nulla

nulla, & recipientes sunt ipso iure suspensi, & subiecti alijs pœnis consuetis dari pro culpis grauioribus. Ita *in c. non solùm. de Regular. lib. 6.* statuit Alexander IV. *ibidem art. 12.* de quo Nauar. *cap. 27. num. 157. Syluest. verb. Religio 5. num 8.* Idem docet Lessius *lib. 2. de iust. cap. 41. num. 59.* vbi addit. in alijs ordinibus extra Mendicantes (ad quas omnes extenditur prohibitio facta Prædicatoribus, & Minoribus *in c. constitutionem, de regul. in 6.* subsequenti) taliter admittentes mortiferè quidem peccare, non tamen esse suspensos, quia id iure non est statutum. Et post Tridentinum decretum ablatam esse hanc suspensionis pœnam, docet Sanchez *ad præcepta lib. 5. cap. 4. num. 10.*

De bonorum dispēsatione à Nouitijs facienda.

48. Ante religionis ingressum cuilibet est libera facultas testandi, c. quia ingredientibus, cap. si qua mulier 19. q. 3. & tenent vnanimiter omnes. Nec id prohibetur in Concilio Tridentino, in eo namque tantùm annullatur donationes inter viuos, & renūciationes bonorū intuitu religionis factæ ante ingressum, vel post ingressum ante duos mēses à professione, non verò testamentū, aut donationes causa mortis, tom 3. qu. 16. art. 1. de quo Nauar. comment. 2. de regular. num. 50. Azor inst. moral. 1. p. lib. 12. cap. 2. quæst. 14. Lessius libr. 2. de iust. cap. 41. num. 40. Vide Sanchez lib. 6. decalog. cap. 1. & 2. vbi latè, & perdoctè agit de donatione, ac renunciatione propriorum bonorum à nouitio facienda, & de facultate testandi, quam habet, vide eodem lib. 7. c. 3. per totū.

Trid. sess. 25. ca. 16. de reg.

49. Testamentum factum ante religionis ingressum ab eo, qui non cogitabat de tali ingressu, professione secuta rumpitur tātum quoad legitimam portionem competentem, & non relictam monasterio: secus si cogitauit de monasterio, & nihil illi reliquit, tūc enim non rumpitur: in quo standum est, saltem in foro conscientiæ dicto ipsius religiosi iuramento firmato, intenderit ne reuocare antiquum testamentum, an non. Si verò testator se, suaque omnia expressè, & non tacitè monasterio dedicauit in ipso religionis ingressu, tunc rumpitur in totum testamentum. *ibid. art. 2. de quo Bartol. in auth. si qua mulier, num. 7. de sacrosanct. Eccles. Couar. cap. 2. num. 5. de test. Nauar. cap. non dicatis, num. 81. & 83. Molina 2. p. tract. 2. disp. 139. concl. 753. Idem docent Rosella in auth. ingressi, C. de sacrosan. Eccles. num. 25. Couar. in cap. quamuis pactum, 3. p. §. 2. num. 5. Aluar. de come t. mente testator. lib. 2. cap. 1. n. 5. Mench. de succes. creat. libr. 1. §. 20. nu. 29. Per. lib. 5. ordin. tit. 2. libr. 1. fol. 67. §. sed in quæst. proposita, Valas. de partit. c. 16. num. 17. Cras. de succes. ab intestato, §. testamentum q. 34. numer. 3. Gut. lib. 1. canon. c. 1. à num. 9. vsque ad 16. Zeva'. commur. quæst. 121. à numer. 2. Spin. in speculo testam gloss. 6. rubrica numer. 3. & alij quam plures, quos cum nostro* Anctore refert Sanch. lib. 7. decalog. c. 3. num. 18. qui rationem nostræ sententiæ assignat, quia, inquit, quando quis non cogitans de religionis ingressu testatus est, censetur mutare priorem voluntatem, & testamētum, eo ipso quòd se & omnia sua monasterio dedicat. authent. ingressi, C. de sacrosanct. Ecclesijs. At cogitans ingressum, nulla noua voluntas consurgit ex professione, cùm tempore facti testamenti adfuerit cogitatio professionis, qua non obstante testamentum præterito monasterio in fauorem extranei cōditum fuit. Sic Sanchez nostram confirmans sententiam. At illæ oppositæ adhæret tanquam multo veriori, vt inquit, resoluitque testamentum illud firmum manere, siue tempore testamēti cogitatum sit de ingressu, siue non. Ducitur, quia id testamentum reuocatur triplici ex capite, vel ex agnatione posthumi, vel ex capitis minutione, vel ex cōtraria voluntate præsumpta. Non ex agnatione posthumi, quia multò verius est, monasterium lo-

co

eo filij minimè haberi, & esto loco filij haberetur, id tamen procedere in solis casibus iure expressis, concedunt omnes: nullibi vero in iure reperitur monasterium loco filij reputari ad rumpendum, seu reuocandum prius testamentum. Non rumpitur ex capitis minutione, quia falsum est professionem esse capitis minutionem, vt optimè probat Cuiacius in expositione nouellæ quintæ, non enim omnis mutatio status est capitis diminutio, vt manumissio, senatus motio, nam quamuis monachus statum mutet, libertatemque amittat, mutat tamen in melius, nec seruus efficitur, sed Deo per obedientiæ voti sponsaneum se dedicans priuat seipsum sua libertate. Tandemque non reuocatur contraria voluntate, quæ quidem ex eo solo præsumitur, quòd proficiens tacitè dedicat omnia sua religioni: at huiusmodi dedicatio solùm habet locum quãdo testatus non fuerat: authent nunc autem C. de Episcop. & cleric. ibi, si prius testatus non fuit, qui textus, & alia iura de hoc loquentia non distinguunt, an tempore testamenti cogitatum sit de ingressu religionis, necne. Ergo, &c. Rursus, quia tacita hæreditatis adeptio nunquam præsumitur, vbi potest alia coniectura capi, l. final. ff. de his quæ in testamento delent. At in hoc casu potest sumi alia coniectura, nempe professum non de nuò de suis bonis disposuisse, quia iam de illis disposuerat: ergo non est capienda coniectura hæreditatis ademptæ. His, & alijs rationibus, probat Sanchez suam sententiam, quæ quidem mihi satis probabilis videtur, quamuis opposita nostri Auctoris, non incongrua nitatur ratione. Limitat tamen suam sententiam ipse Sanchez n. 38. nisi testator quando monasterium est ingressus, contulerit ei omnia sua, tunc enim censebitur prius testamentum reuocatum: sicut si omnia bona sua expressè alteri donasset, aut alteri alienasset, in quo conuenit cum nostro Auctore hic.

50. Testamentum à nouitio ante professionem conditum non potest post ipsam mutari, aut reuocari, etiam si id fiat in fauorem, & vtilitatem monasterij, *ibid. art. 3.* de quo Couar. *A. c. 2. n. 9. Abb. in c. præsentia, n. 61. de probationibus* Vide Sanch. *l. decal. c. 11. n. 1. & seqq. vbi nu. 16.* resoluit, posse professũ declarare testamẽtum à se factum ante professionem.

51. Nouitius habens bona, seu peculium aduẽnticium, quorum vsusfructus pertinet ad patrem, nõ habet de eo testandi, seu disponendi potestatem, quia talis vsusfructus est patris pro vita ipsius, nemini autem licet de re aliena testari, vel disponere: bene tamen poterit relinquendo patri proprietatem vltra legitimam ipsi debitam, grauamen in illa imponere. *ibid. art. 4. de quo Nauar. in c. non dicatis, n. 38. Gomez in l. 6. taur. c. 11. Couar. cap. 2. num. 8. de testament. Molina de primogenijs libr. 9. nu. 21. cum seqq. Idem docent Spino in speculo testament. gloss. 9. princip. num. vlt. Gutier. lib. 2. pract. q. 40. n. 3. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 4. l. gloss. 3. num. 4. Benedict. Aegid. l. 1. p. 1. §. 7. n. 6. vsque ad* 9. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. c. 8. q. 9. quos refert, & sequitur Sanchez libr. 7. decal. cap. 13. num. 40. & seqq.

An autem apud Fratres Minores nouitius possit disponere de legato in singulos annos sibi relicto? vide suprà de legatis in testamento num. 15.

52. Nouitij volentes Ordinẽ, & Regulam Fratrum Minorum profiteri non tenentur ex vi regulæ priùs sua pauperibus distribuere, nec ad id arctiori vinculo obligantur, quàm alij fideles, verba enim euangelica in dicta regula posita consilium tantùm, & non præceptũ important, quidquid in oppositum dicant aliqui, ibid. art. 6. Idem docet cum nostro Auctore Sanchez *lib. 7. decal. c. 3. n. 4.* allegans Nauar. *comment. 2. de Regularibus n. 49. Francum in rubr. de testament. in 6. n. 67. quidquid dicat Corduba super regulam c. 2. q. 8. puncto 2.* Vbi resoluit nouitios in Ordine Minorum saltẽ ante professionem teneri bona sua in pauperes distribuere.

Nouitij non subduntur reseruationi casuũ intra Ordinẽ cõstitutorũ, non enim sunt propriè, & irreuocabiliter Religiosi, licèt in fauorabilibus pro talibus habeantur, *tom. 1. q. 21. art. 11.*

Pe

De professione post completum annũ probationis.

53. Professio alia est expressa, alia tacita expressa est, quæ post expletum annum probationis fit in manibus prælati secundùm regulam a Sede Apostolica approbatam, promittendo tria vota essentialia. Tacita est, quæ non verbo tenus, sed actibus fit: ad quam tria requiruntur. Primùm, quòd nouitius deferat indistinctum habitum ab habitu professorum intra monasterium, capitul. primo. §. qui verò, de Regularibus libr. 6. vel extra illind de licentia superioris, & per annum continuum. Secundùm, quod sciat per talem gestationem habitus fieri professionem tacitam ab his, qui putant non esse professos. Tertium, quòd deferat habitum scientibus, & consentientibus illis, qui possunt recipere, & incorporare Religioni, *tom 3. quæst. 17. art. 1.* de quo Nauar. *lib. 3 consil. 41. de Regularibus*, Caietan. *2. 2 quæst. 109 art. 1. & 2.* Idem docet plures alios allegans Sanchez *ad præcepta libr. 5 capit. 3. à numer. 14. vsque ad 18.*

Trid. sess. 25. ca. 16. de Reg. Nec hæc tacita professio est sublata per Tridentinum Cõcilium, quia in illo tantùm præcipitur, quòd finito anno probationis nouitius statim ad professionem admittatur, aut expellatur, sed non declarat, quod si permanserit, non sit tacitè professus; casus autem omissus remanet in dispositione iuris communis, capit. susceptum, de rescriptis in 6. vbi Doctores, ibid. in fine, de quo Nauar. *lib. 3. consil. 35 num. 5. de Regularibus, Azor instit moral. 1. p. lib. 12. cap. 4. quæst. 6. Idem docent Lessius vbi suprà dicto num. 59. §. quinto, per hoc, Menoch. consil 296. num. 12. volum. 1. Palacios 4. dist. 38 disp. 1. col. 52. §. porrò autem, Sorbo in Compend. Mendic. verb. Nouitius post vot. 3. §. si primò aliquid, Humad. l. 7. tit. 7. p. 2. gloss. 3. numer. 1.* & alij quos refert & sequitur Sanchez vbi supra numer. 36 & sequentibus, vbi num. 39. resoluit, non esse opus assumi, vel deferri habitum post 16. annos, sed satis esse eam annuam habitus delationem, per quam professio tacita inducitur, expleri completo 16. ætatis anno, quia in Tridentino tantùm cauetur, ne professio valeat ante sexdecim annos expletos. At professio tunc incipit valorem suum sortiri, cùm annus ille delationis habitus impletur: ergo satis est, tunc habere 16. annos: quod si impleto eo anno nondũ illos habeat, quia statim impleta pubertate assumpsit, satis erit, si continuetur vsque ad 16. annum, & statim quando ille completur, incipiat professio valere.

54. Sacerdos, cui ob sacerdotale meritum conceditur habitus professorum in anno probationis, si per annum, & tres dies illum deferat videntibus, & consentientibus prælatis, tacitè professus indicatur, cõcurrentibus conditionibus ad tacitam professionam requisitis, & suprà à nobis constitutis, non obstante dicto decreto Tridentino: quia differentia habitus cum caputio distincto, quo induuntur nouitij sacerdotes apud nos Minores, cùm non sit patenter distinctus ab habitu professorum, videtur non impedire tacitam professionẽ, iuxta *Clementinam, eos, qui, de Regularibus Auct. ibid. art. 2.* Sed de hoc se retractat Auctor *addit. Summa tom. 3. cap. 64. num. 1.* & nos dicemus infrà *num. 95.* de quo Portel *verb. professio quotuplex numer. 4.* Trid. d. c. 16. de Regul.

55. Quando nullitas professionis oritur ex inutili, seu inualido consensu Conuentus, & profitentis, puta: quia ante finitum probationis annum professus est, requiritur ad tacitam professionẽ, saltem tacitus vtriusque consensus. At si nullitas procedit ex inutili consensu profitentis tantùm scilicet, qui ante legitimam ætatem professus est, sufficit, quòd ipse de nouo consentiat tacitè, vel expressè. Idemque iudicium erit, si nullitas ex inutili consensu Conuentus oritur, quia, scilicet, maior pars non consensit, tunc enim accedente legitimo consensu Conuentus reualidatur pro-

professio, etiam sine noua ratificatione profitentis. Professio verò nulla de nouo ratificata incipit esse valida à tempore ratificationis, & non antea, *ibid. art 3.* de quo Nauar. *libr. 3. consil. 46. de Regularibus*. Idem ferè tenet Sanchez *libr. 7. de matrimon. disp. 37. num. 50. 56. et 59. vsque ad 66.* & idem remissiuè tradit *lib. 5. decalogi cap. 4. num. 14.* & in nostris terminis id resoluit *num* 81.

56. Monialis professa ante legitimã ætatem, & completa ætate velo virginitatis ab Episcopo insignita, quam expresse vouit in manibus ipsius Episcopi, non censetur tacitam professionem emisisse per actus professæ, quos postea fecit, non obstante dispositione, c. viduam, de Regular. si quidem ignorans nullitatem suæ professionis fecit. Nec per receptionem veli, & votum virginitatis expressè emissum professa indicanda est, nam tale votum fuit ordinatum ad veli receptionem, velum antè ad professionem iam emissam: quia nulla (vt supponitur) existẽte, nulla etiam censebitur veli receptio, & votum virginitatis, quod enim nullum est, nullũ operare potest effectum, l. si seruum 4. § 1. ff. de action empt. Ex quo consequitur, quod dicta Monialis reclamare
Trid. sess. 25. ca. 15. de regul. potest intra quenquiennium, iuxta terminos Tridentini Concilij, declaratáque nullitate professionis liberè, & licitè nubere. Ad tollendum tamen, seu vincendum scrupulum, ac dubium de validitate voti, quã forsan autumnare quis potest ob solemnizatam professionem & votũ virginitatis publicè emissum, consultius erit, ac securius à Romano Pontifice huiusmodi voti dispensationem petere, *ibid. artic. 4.* de quo Nauar. *lib. 3. consil. 25. num. 4 titulo de Regularibus* Ad quod faciunt tradita à Sanchez *libr. 5. decalog. capit. 3. à numer. 20. vsque ad 24.*

57. Professio ante completum annũ probationis facta absquè dubio est ipso
Trid. sess. 25. ca. 15. de regul. iure nulla, vt ex verbis Tridentini satis constat, ac ideò non est necessarium, vt per sententiam iudicis eius nullitas declaretur, ibid. artic. 5 de quo Beia resp. casuum p. 4. casu 7. Sanchez de matrimonio libr. 2. disp. 24. num. 6. & libr. 7. disp 37. num. 45. & 46. quos refert Barbosa in remissionibus ad Tridentinum dict. cap. 15. de Regularibus num. 9. Vide eundem Sanchez lib. 5. decalogi capit. 4. num. 8. & 9. vbi latè per totum caput rem tractat.

58 Professio emissa cum pacto, seu conditione expressa de acquirendo bona liberè, & vt propria retinendo, etiã inuito prælato, est nulla: quia tale pactum est contra substãtiam Religionis, seu voti paupertatis, vitiátque professionem, ex glossa cap. 2. & cap. cùm ad monasterium, de statu monachor & videtur probari à contrario sensu in cap. dudum, vers. insuper, de conuers. coniugat. Secus si paciscatur, vt sibi liceat habere aliquid pro suis necessitatibus ad nutum prælati, tunc enim censetur habere tanquam obediẽtiarius, ac ideo non vitiat professionem, ibid art. 6. de quo Couar. in 4. 2. p. cap. 3. §. 1. num. 18. Salzedo in addit. ad Regulam 521. Bernard. Diaz. Idem docent cum Auctore Menchac. *de success. creatione libr. 3. §. 21. num. 177. Anton. Cucus lib 5. instit. maioral. tit. 1. num. 128. Spino in specul. testament. gloss. 12. princ. num. 12. Gratian regul. 320. nu. 2. Zeual. in pract. q. 85. num. 2. Azor instit. moral. libr. 12. c. 15. q. 9. & alij plures, quos plena manu, & eleganter refert, & sequitur Sanchez ad præcepta lib. 5. cap. 5. à num. 91.*

59. Iure communi ad professionem faciendam requiritur consensus prelati, & maioris partis Conuentus, in quo nouitius educatus est, cap. insinuante 9. qui clerici vel vouẽtes, cap porrectum 13. de regularibus vbi gloss. verb. non faciat, ibi, ab Abbate & fratribus: quo consensu deficiente, licèt non sit ipso iure nulla professio, erit tamen nulla declaranda, si constiterit maiorem partem Conuentus iustè non consensisse, & hoc etiam si recipiens ad professionem sit Generalis Ordinis, nam obligatio inter Conuentum, & professum debet esse reciproca, quod si ex altera parte deficiat, deficit etiã talis obligatio, ibid. art. 7. de quo Bart. in l. 1 §. plures num. 7. de exercitoria. Nauar. lib. 1. consil. 9. à num. 19. titulo de constit. & lib. 3. con-

3.consil.62 sis de regularibus. Idem notant Cucus lib.3.instit.moral.tit.1. numer.56.Spino de testament. glossa 11.à numer.2. Azorius tom.1. moral. libr. 12.capitul.20.quæst.ult. Menoch.libr. 9.præsumptione 83.numer.9.& sequentibus, Lessius lib.1.de iustitia capit.41. numer.61. Sanchez libr.5. ad præcepta cap.4.num.65.

Propugnatur senten-tia Auctoris. Suprà dictam tamen sententiam Auctoris immeritò improbat idem Sanchez dicto 4.numer.66 & sequentibus. Nam Auctor non asserit, professionem à solo Abbate receptam inconsulto omninò Conuentu non esse ipso iure nullam, vt sibi Sancius persuadet, esset enim turpis lapsus in re notissima, sed cautè scripsit: Si iustè maiorem partem Conuentus suum denegasse consensum constiterit, eam esse irritam declarandam: contingere namque potest, quòd iniustè maior pars conuentus non consentiat professioni, quo non obstante, si ipso iure eam irritam esse concederemus, id certè cederet in magnum nouitij præiudicium, ideoq; Auctor ad obuiandum tali malo, & ad consulendum bono nouitij consultò dixit, non esse talem professionem ipso iure nullam, sed probata, & manifestata rei veritate, nempè legitimo dissensu conuentus fore irritam declarandam, idq; ex mente, & ex dictis verbis Auctoris manifestè deducitur.

Confirmatur, quia quamuis omnes concedant, professionem inconsulto Conuentu esse omninò irritam, ex defectu consensus illius, adhuc nō potest dici ipso iure nulla. Non enim in toto iure Canonico scriptum reperi, quòd professio sic emissa irritetur cum clausula irritante, quæ clausula licèt non sit necessaria, quando lex præcipit formā, & dat simul potestatem ad efficiendum actum seruata ea forma, illa enim non seruata statim is actus corruit, & ipso facto nullus redditur, eo quòd excedit potestatem datam, & sine potestate sit, vt resoluit Suarez libr.5. de legibus cap.31.numer.9. At quando supponitur potestas, & præcipitur forma, vt in nostro casu, si non addatur speciale verbū irritans, omissio illius formæ non censetur irritare actum, vt ex Glossa in Clementina 1.verb.iubentes, de iure patronat. & Felin. cum alijs in capit. ex parte, de constit. limitat.2. & alijs adductis probat idem Suarez ibidem num.10. & fortassis vt ipse addit, ita factum esse in cap.nouit, de his, quæ fiunt à prælato sine consens.capit. 2 ubi expressè irritantur institutiones, seu destitutiones Abbatū ab Episcopis factæ sine suorum fratrū consilio, & assensu: quam clausulam appositam esse ibi, ipse Suarez ibid.c. 32.n.4.dicit cum glossa, ad denotandū illas irritationes reddere actus ipso iure nullos, qui fortasse non essent, si talis clausula irritans non adderetur. Ex quibus deducitur, quòd cùm in nostro casu ad Abbatem tota potestas pertineat, cap. nullam 18. quæst.2. vbi gloss. verb.tota, explicat, ita pertinere ad Abbatem, vt non ad monachos pertineat, idémque significari videtur, cap ad Apostolicam, de Regularibus, ibi, Abbate per se, vel per alium recipienti: ex quibus iuribus sunt qui existiment, Abbatem non teneri consilium Fratrum sequi, sed satis esse illud audire, vt ex multis probat præcitatus Sanchez de matrimon lib.1 d sp 34.num 24 & dicto cap.4.ad præcepta num.64. vbi ait, hanc partem sustinere Abbatem dicto cap. ad Apostolicam, num.11. & 12. Felin cap.quoniam, numer.3. de simonia, Boerium decis.260.numer.29. Syluest. verb religio,3.quæst.13. & alios ibi citatos: ex his, inquam, sequitur omissionem talis formæ, nempè consilij conuētus non vitiare actum professionis eo inconsulto factæ.

Concesso autem, quòd opposita sententia sit verior, ac probabilior, nempè exigi consensum maioris partis Conuētus, quę est nostri Auctoris, ex suprà traditis saltem probatur, eo consensu deficiente professionem non esse ipso iure nullam, sed tantùm vt irritam declarandam, quando scilicet constiterit, iustè maiorem partem Conuentus dissensisse, vt limitat Auctor. Dato, autem & non concesso, quòd sit ipso iure nulla, adhuc expectanda est sententia decla-

 rato-

ratoria defectus consensus ex parte Cōuentus. Nam sicut irritatio pœnalis à lege imposita non incurritur ante sententiam declaratoriam, etiam si ipso iure lata sit, vt in lege pœnali docet cū communi Sanchez vbi suprà dicto numer. 24. ita pari ratione videtur dicendum in nostro casu, nempè talem professionis nullitatem nō induci ipso iure, sed expectandum esse sententiam declaratoriam talis defectus, nempè iusti dissensus maioris partis Capituli: fieri enim potest, quòd iniustè denegatus sit consensus ex odio, vel ex alia simili passione, & donec constet de iustitia dissensus, ac denegationis suffragiorum, nulla ratio suadet, imò ipsa æquitas, & iustitiæ rectitudo vrget, vt professio ista non irritetur; vt in simili innuitur in cap. quia propter, de elect. vbi glossa verb. sanior, notat circa formam electionis, de qua ibi, quod quædā sunt ita obseruanda, vt si contra factum fuerit, electio aliquando est irrita, vt in c. Ecclesia vestra, & cap. in Genesi, eodē titulo, aliquando est irritanda, vt in c. post petitam, & capit. Cumana, eodem titulo, in vtroque tamen casu non valet electio, ecce quomodo in isto textu, & in citatis ad idem datur electio, quæ quamuis sit ex se inualida, adhuc ex causa aliquando est irritanda, aliquando verò est ipso iure irrita. Vnde in nostra Seraphica Religione statuto cauetur: *Quòd si tertia pars Conuentus non fuerit pro nouitio suffragata, vtpotè si inter triginta Fratres decem nouitio refragentur, eius receptio pro suspecta habeatur, & Minister Prouincialis certior fiat. Minister verò habita ratione zeli, & qualitate suffragiorum (vt iura disponunt) secundum Deum prouideat.* Et tam in facti contingentia vidi in hoc insigni Salmanticensi cœnobio admissū fuisse ad professionem à P. Prouinciali quendam nouitium, cui tertia pars suffragiorum Capituli refragata est, qualificatis prius votis, qui pro eo, & contra eum publicè & verbaliter ante secretū scrutiniū per albos, & nigros calculos factum, suffragati, vel refragati sunt, quod est idem, quod dicitur in dict. c.

In Statutis Segouiens. c. 1. de nouitiorum votis fol. 13.

quia propter (quod in fauorem talis receptionis adductum est) ibi: vt is collatione habita eligatur, in quē omnes, vel maior & sanior pars capituli consentit: ex quo dicta electio, seu receptio per maiorem & saniorèm partem Fratrum ad professionem facta, legitima & sufficiens declarata est ad eum effectum, & virtute illius nouitius religionem solemniter professus est. Vnde si ante talem declarationem, seu dispensationem factam à Prouinciali de facto admitteretur ad professionem, adhuc professio nō erat ipso iure nulla, sed vel annullāda, vel confirmanda foret (vt existimo) pēsata prius conditione suffragiorum, & habita ratione zeli, & qualitate suffragantium, vt dicitur in dicto statuto Ordinis. Ad quod vide Barbosa in collectanea ad decretal. dict. c. quia propter nu. 27. vbi ad finem asserit, quòd in electione à duabus partibus facta, licèt nō fiat collatio meriti, & zeli, *c. si quando, de elect. in 6. Abb. dict. c. quia, n. 10. vers. nam maioritas, Franc. Mar. decis. 924. ante nu. 6. lib. 1. nihilominus fit numeris, licèt non ad numerum. Vide etiam Perez l. 3. gloss. 3. post princ. tit. 3. lib. 1. ordinament. Surd. cons. 188. n. 3. Abb. consil. 25. n. 4. lib. 2. Piranda tom. 2. qu. 23. ar. 27. quos refert idem Barbosa d. n. 27.*

Ad rem igitur deueniendo, ex dictis libenter concedit Suarez in casu dicti c. nouit, idem esse dicendum, in quo irritationem illam fuisse pœnalem probat in d. numer. 4. ex integra, ex qua cōstat, in odium, & pœnam inobediētiæ, & transgressionis latam fuisse, ac proinde non incurri ante sententiam declaratoriam. Quod pari ratione potest applicari nostro casui, & dicto capitul. porrectum, ex cuius integra constat, aliquam culpam interuenisse ex parte admissorum ad religionem, id enim innuunt illa verba: alij quoque in tua absentia in Sacerdotum manibus monachos se fieri deuouentes, iam facti, ad vomitū redierūt: nota verbū, ad vomitum, quod culpam demonstrat. Ex quo fit, irritationem præfatæ professionis emissæ inconsulto conuentu, sub latam in dict. c. porrectum, esse pœnalem, ac

per consequens non induci ante sententiam declaratoriam talis defectus. Idque in terminis nostri casus maximè habebit locum, si Abbas ex malitia, inconsultis Fratribus, ad professionem, & monachatum nouitium admisit, tunc enim in pœnam delicti professio ab eo data nulla declaranda est, ne ex culpa sua commodum reportet. Huic sententiæ ante Auctorem adhæsit doctissimus Nauarrus *libr. 2. consil. 9. à nu. 19. de constitutionibus, & lib. 3. consil. 62. de Regular.* & P. Miranda eam probabilem innuit, dicendo contrariam esse probabiliorem *tom. 1. manual. quæst. 16. art. 2. ad finem.*

60. Monachus professus ad aliam Religionem translatus tenetur in eadem nouo profiteri præmisso nouitiatus anno, frequenter enim religio, ad quam translatio fit, strictioris obseruantiæ est, ad quam professio prioris non extenditur, aliter enim in alterius potestatem non transiret, nisi per nouam professionem auctoritate Papæ à priori potestate liberaretur. ibid. art. 8. de quo Nauar. lib. 3. consil. 3. tit. de Regular. Idem docet Sanchez plures alios alios referens ad præcepta *lib. 5. cap. 4 num. 12. & 13.*

61. Attento iure communi non est irrita professio morbo Gallico, vel aliæ contagiosa infirmitate laborantis, nisi statuto Apostolico, vel à Papa confirmato annulletur. Ex concessione tamen Leonis X. facta Minoribus apud Bullarium, grauissimis, & scandalosis delictis notati, & diffamati, fraudulenterque, ac dolosè ad professionem admissi, vtpote qui interrogatione super his præmissa tacuerunt, à religione expelli possunt, probata prius prædicta infamia, & vehementi suspicione, etiam si talia delicta in iudicium non sint deducta. *ibidem articul. 9.* de quo Nauarr. *libr. 4. consil. 5. titul. de Regularibus Sa in aphorismis verb. religio, numer. 34. Portel in addit. ad dubia, verb. eijcere ab ordinenum 10.*

Bullar. Bull. Leon. X.

Sententia & doctrina Auctoris illustratur, & tuetur.

Pro quo, & sententia Auctoris illustranda, & tuenda aduerte, quod idem Portel citato loco addit ad dubia, insurgit contra eundem nostrum Auctorem, arguitque contra ipsum ex traditis ab eodem, to m. 3. qu. 11. art. 2. ad finem, vbi resoluit ex sententia Nauarri, quòd licèt non possit expelli à religione descendens ex Iudæis ex vi statuti non confirmati à Papa prohibentis eius ingressum, & admissionem ad habitum regularem, optimo tamen iure, posset expelli ex defectu consensus religionis, quæ si sciret talem religiosum huiusmodi macula generis esse infectum, non vtique eum admitteret ad professioné, ac proinde ipsam professioné posse annullari ex tali defectu cósésus. Quod, inquit, potest applicari ad rem, de qua agimus, nam etiá si non extet statutum confirmatum à Papa annullans professioné factam ab infecto morbo Gallico, adhuc præmissa interrogatione, & protestatione super eo, si postea inueniatur quis tali morbo laborans poterit expelli, & annullari eius professio ex defectu consensus Cóuentus, seu religionis, quæ expressè per interrogationem, & protestationem extortam à nouitio protestata est, nolle eú ad professionem aliter admittere. Hæc Portel contra nos.

Sed huic obstantiæ facile fit satis, distinguendo, nam in d. qu. t. art. 2. loquitur Auctor de professione facta per cósensum conditionalem, si non descendisset ex infidelibus, quod est idem, ac fieri sub protestatione: dispositio autē conditionalis non existente conditione nihil operatur, c. si pro te, de rescriptis lib. 6. cap. præterea el secundo, de appellat. At in dicto art. 9. non fuit facta professio ab infecto morbo contagioso sub conditione, seu protestatione expressa, si eo infectus non esset, sed tātùm de illo interrogatus simpliciter fuit nouitius, vt constabit attentè legenti, interrogatio verò simplex non induicit, seu induit naturam protestationis expressæ, sed tantùm tacitæ, quæ protestatio expressa omninò requiritur ad annullandam professionem nouitij, qui fuit ad religionem admissus cum defectu occulto, aliàs non admittendus, vt in terminis tenet noster Auctor tom 4. addit. sūma c 64. n. 11. Ex quo fit, quòd si professio emissa fuit sub tali conditione, seu protestatione, ut præcipitur fieri 7. apud

In Statut. Segouien. c. 1. de recept. Nouitio. fol. 7.

apud Minores per statutũ generale Toletanum in Generali Congregatione Segouiensi sub Reuerendissimo Patre Fratre Benigno à Genoua confirmatũ, & approbatum, extra dubium est, huiusmodi professionem esse omninò nullã, & irritam ex defectu consensus religionis, quæ aliter nollet admittere ad suam Societatem, & Fraternitatem expressè protestata est. Et in his terminis dictũ, & instantiam doctissimi Portel habere locum non inficior: at noster Auctor non loquitur, nisi de eo, qui fuit admissus ad professionem sub interrogatione, seu protestatione expressa, an esset aliqua infirmitate contagiosa infectus, qui licèt grauis culpæ reus sit celando, ac negando veritatem in re graui, non propterea videtur spoliãdus habitu Regulari, vt ipse Auctor expressè contra Nauarrum tenet dict. art. 9. §. verum est tamen, & sequitur Sanchez infrà citandus num. 58. vbi addit, apud Societatẽ Iesu hanc esse sufficientem causam expellendi ligatum solis simplicibus votis post biennium emissis: secus si præuia tali protestatione professionem emisisset, sic enim nulla, & irrita omninò iudicanda est, vt in dicto statuto Segouiensi expressè declaratur, de quo Cordub in regul. capit. 2. quæst. 21. puncto 4. Pro quorũ confirmatione faciũt tradita à Sanchez de matrim. lib. 10 disp. 9. num. 20. vbi resoluit non esse irritam professionem quamuis ex dolo, & errore causa finalis fiat, aliàs minimè facienda, & probat ex cap finali 20. qu. 3. vbi habetur, professionem dolo monachorum factam esse validam, at in doli pœnam priuandos esse successione hereditatis ipsius professi, & ex capit. ex parte el 2 de conuers. coniug. vbi indistinctè dicitur, validam fuisse professionem mulieris, quæ falso existimans posse à viro leproso recedere, ingressa est monasterium ante consummationem matrimonij; redditque rationem; constituendo differentiam inter votum simplex, & professionem solemnem: nam votum simplex comparatur sponsalibus, quæ non ob solum errorem personæ, sed ob plures alios errores irrita sunt. At professio comparatur matrimonio, quod non irritatur ex quocunque errore dante causam contractui, modo non sit error personæ, vel conditionis: cùm enim sit status omninò fixus, & indissolubilis, voluntas eligit illum absolutè, & nulla apposita conditione, secundùm modum congruentem statui permanenti, cui valdè congruit non dependere ab accidentalibus, nisi tantùm ab his, quæ sunt de substantia ipsius status, aliàs ex huiusmodi dependentia sequeretur, multas professiones, & pleraque matrimonia censenda esse irrita, quod cederet in graue damnum, & scandalum Reipublicæ. Quod minimè contingit ex eo, quòd sponsalia, & votum simplex, tanquam status non fixus, & dissolubilis ex tali dependentia irritentur. Hæc Sanchez d. numer. 20. vbi latè & perdoctè id probat. Quod maximè facit ad rem, de qua agimus, & in terminis expressè idem firmat ipse Sanchez *ad præcepta libr. 5. capit. 4 numer. 57. & seqq.* Vide P. Villalobos 2. *part. summæ tract. 35. diffic. 10. numer. 6. § fin.*

62. Adhuc post annum probationis expletum licet superiori differre professionem Nouitij, iusta aliqua ad id existente causa, nonobstante Tridentino decreto, nam Congregatio Cardinalium auctoritate Pij V. declarauit præfatum decretum Concilij tantùm procedere in nouitijs, qui elapso anno probationis habiles inuenti fuerint, non verò in inhabilibus, quorum professio vsque ad sex menses potest prolongari, dummodo intra id temporis spes habeatur, quod efficientur habiles, ita refert Paraf. libr. 6. priuileg. fol. 130. part. 2. Quod in Nouitijs Fratrum tantùm procedit, nam in Monialibus diutius licèt professionem differre. ibid. artic. 10. Vide suprà numer 43. 44. & 56. De quo Nauar lib. 3. consil. 28. de Regular. P. Villalob. 2. p. summæ tract. 35. diffic. 15. numer. 6 vbi resoluit, nouitium peracto anno probationis quatuor, vel sex mensibus ante annum 16 expletum, posse post eum completum admitti ad professionem, etiam si extra Conuentum, vel à Conuentu egressus sit per id

Trid. sess. 25. ca. 16. de reg.

temporis, nempè illis quatuor, vel sex mensibus ante 16. annum ætatis expletum, & Sanch. lib. 5. ad præcepta cap. 4. num. 34. amplius addit, quòd si expleto anno Nouitiatus ille deseruisset Religionem, non egeret postea ad illam rediens nouo nouitiatu ad profitendum, nisi conditio personæ, aut Religionis sit ita mutata, vt non censeantur eius difficultates moraliter exploratæ, & citat pro hac sentẽtia Lapum Franc. D. Anton. Angelum Syluest. Tabien. Arm. Greg. Lopez idem tenentes, idem scribit d. c. 4. num. 21.

63. Professio necessariò emittenda est in manibus prælati potentis incorporare religioni d. c. porrectum, &c. ad Apostolicam, de Regular. ac proinde non valet, si fiat in manibus Episcopi, cùm non habeat potestatem incorporandi, seu admittendi ad Religionẽ exemptam à sua iurisdictione. ibid art. 11. *Idem docent Abbas in capit. porrectum, num. 12. de Regular. Nauar. consil. 9. in antiquis, à num. 1. de Regularib. & consil. 40. à num. 2. vsque ad 6. in nouis, Azor tom. 1 inst. moral. lib. 12. capit. 5. quæst. 4 Cucus lib. 3. institut. maior. tit. 1. numer. 62. & citato nostro Auctore, & alijs pluribus resoluit Sanchez lib. 5. decal. cap. 4. numer. 62. & nu. 74. tametsi* Innocent. in d. c. porrectum, num. 5. Hostiens. num. 14. Ioannes Andreas, num. 4. Anchar. num. 7. doceant posse Monachum profiteri in manibus Episcopi, moti ex c. si vir. 27. q. 2. cui non malè satisfacit Auctor hic d. art. 11.

64. Receptus ad professionem ab Inferiore non habente ad id facultatem à superiore, non est validè professus ante ratihabitionem ipsius superioris, nec erit votum solemne dirimens matrimonium. Idem iudicium est de receptione ad habitum sine licentia, & auctoritate Prouincialis, à cuius ratihabitionis tempore incipit annus probationis. ibid. ar. 12. de quo Cardin. in capit. insinuante, qui clerici, vel vouentes, Innocent. in cap. porrectum, extrà de Regularibus, num. 5. vbi Hostiens. & Ioan. Andr. nu. 4. Idem docent Syluest. verb. Religio 3. quæst. 16. & qu. 18. d. 2 Nauar. libr. 3. cons. 6. num. 7. de regularibus in 1. editio & in 2. cons. 40 num. 7. Anton Cucus *lib. 3. inst. maior tit. 1. n. 56. & 77. Azor libr. 12. inst. moral. capit. 5. quæst 7 & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch. d. cap. 4. num. 80.*

65. Validè professio fit per procuratorem ad id specialiter depotatum, qui ad hoc non poterit alium substituere, sicut de matrimonio definitur in capit. finali, de procuratoribus l. 6. Quòd si ante emissam professionem reuocetur procuratio, non valebit postea facta professio, etiam ignorante procuratore talem reuocationem, ibid. art. 13. de quo glossa in cap. qui ad agendum, de procurat. lib. 6. Idem docent Syluest. verb. Religio 3. quæst. 15. Anton. Cucus lib. 3 inst. maior. tit. 1. num. 76 Azor tom. 1. inst. moral. cap. 5. quæst. 5. Sanchez d. libr. 5. cap. 3. à num. 7.

66. Professio facta ab excommunicato valet, vt supponitur, cap. cum illorum, de sentent. excommun. quidquid sit de peccato eum scienter recipiẽtis, nisi fiat per rescriptũ Papæ. Tunc enim professio virtute talis rescripti facta est inualida, sicut ipsum rescriptum impetratum ab excommunicato irritum, ac nullius valoris est c. 1. de rescr. in 6. accessorium enim sequitur naturam principalis. Hoc tamen est limitandum, nisi in rescripto concedatur absolutio ab omni censura ad effectum professionis emittendæ, & rescripti illius validè obtinendi, vt concedi solet, nam eo casu valida erit professio, sicut validum est rescriptum ibid. art. 14. de quo Abb. *in c. cum illorum, n. 4. vers. 5. de sent. excomm. vbi Innocent. verb. prælatus. Felin. ver. nota n. 2. & 3. Rebuf. in c. postulasti, notab. 1. n. 16. de clerico excomm. minist. Idem docent Sanch. ad præcepta lib. 5. c. 4. n. 36. 37. & 38. Ludouic. Gom. c. 1. nu. 32. de rescript in 6. Nauar. lib. 3. consil. 26. n. 1. de Regul. in 1. edit. & in 2. editi. cons. 3. n. 1. & comment. 4. de Regul. n. 25.* Couar. 4. decret. 2. p. 6. n. 3. & cap. alma mat. 1. p. §. 1. n. 9. Henriquez de excommunic. lib. 3. c. 7. nu. 7. Azor inst. moral. capit. 3. qu. 9. & alij plures, quos plena manu refert idem Sanchez ibid.

67 Pro-

67. Professus ex metu sufficiente ad irritandum, de quo in cap. 1. de his quæ vi, metusve, qui semper protestatus est nolle esse monachum, nec tacite professionem ratificare censetur, etiam si per longi temporis spatium, seu per multos annos habitum gestauerit, faciens actus professiorum, ac etiam si fructus beneficij Regularis perceperit cum Fratribus vitam agens, ac Fratrem se nominans, quia semper præsumitur in sua nolitione perseuerare, qui pluries eam protestatus est: secus si nullam fecit protestationem, nam tunc tales actus professorum signa fortassis sunt tacitæ professionis. Erit autem metus iustus, seu sufficiens ad irritādam professionem, si duræ conditionis pater professi iurauit, filium minorem septemdecim annis futurum esse Monachum, siue velit, siuè nolit, alioqui ipsum in carcerem detrudendum facere: vel si à pueritia parentes illi suaserunt, vt Monachus fieret, præcipiendo famulis, & ancillis, vt eū reluctantem Monachatum verberarēt, *ibid. art. 5. de quo Rebuf. conf. 69 p. 125. col. 1. DD. in cap. ex parte, de Regularibus, Barba. conf. 60 num. 8. volum. 1. Idem colligitur ex traditis à Sanchez lib 4. Decalogi cap. 3. num. 13. & pracipuè num. 55. vbi in terminis supradicta protestationis, idem resoluit, quod Auctor & lib. 5 cap. 3. numer. 14. & 18. vbi reso uit, ex eisdem causis, ex quibus* professio expressa redditur irrita, à fortiori irrita redditur professio tacita.

Trid. sess. 25. ca 19. de Reg. 68. Ex Decreto Tridentini Concilij nullateer professus debet intra quinquennium reclamare quo elapso ad allegandam quamcunque causam nullitatis admittitur. Sed hoc debet intelligi, vt non admittatur ad allegandū quamcunque causam annullantem professionem, non tamen est repellendus allegans causas, quibus intra quinquennium non reclamauit. Deficiente itaq; reclamatione intra quinquennium, si co elapso non ratificet professionem, non fiet rata, nec valida in foro conscientiæ, etiā si extra id tempus fictis iniciatur, ac proinde actui reclamationi locus erit, in foro tamē solū pro professo ha-

Con-f. R. denci.

bendus est, ibid. artic. 16. de quo Nauar. *in c. statuimus, & comment. 4. de Regular. n. 37. n. 71. & 72. Azor in st. Moral. 1. p. l. 12. c. 4. q. 10. §. postremò, Portel verb. Professionis nulla reclamatio n. 44. P. Villalob. statim citandus, num. 4. Espino in Spec. testam gloss. 12. princip. à numer. 62. Beia Respons. casuum p. 4. casu 18. & alij relati à Barbosa in remissionib. ad Trident. d. c. 19. de Regul. n. 5.* vbi resoluit, præfatum Decretū Tridentinū non procedere, quando illud quinquennium semper currisset tempore inhabili, vt potè vel durante pupillari ætate, aut durāte metu, & eius causa, aut verò durante aliqua causa nullitatis irremissibilis alicuius inhabilitatis personalis. Vide Addit sum. *tom. 4. c. 65. nu. 2. & Sanch. libr. 7. de matrim. disp. 37. per totum, dub. 1. nu. 33. & 34* & resoluit P. Villalob. *2. p sum. tract. 31. diff 25. nu. 8.*

69. Imò cessante scādalo, & præiudicio tertij, qui certò scit nullitatē suæ professionis, potest in foro conscientiæ ante reclamationem demisso habitu è carcere fugere, nec deducere causas nullitatis corā superiore, & Ordinario. Ex quo fit, quòd nec ad Monasteriū redire tenetur, nec apostata iudicandus est, non obstante dicto Decreto Concilij, in quo oppositum exprimi videtur, dummodò ex iusta causa id faciat, scilicet, quia commodè nō potuit accedere ad reclamandum, nec nisi demisso habitu causas nullitatis proponere corā prælato, & Ordinario. Imò etiam qui temerè habitum demisit, eo reassumpto adhuc de bono, & æquo audiri debet, ne inuitus cogatur per totā vitā seruire Religioni, vel Religio eū fortè ineptū, & inhabilem sustinere. Qui etiam vt minor, & læsus per vim, aut metū restitui potest quoad ipsum quinquennium iam lapsum, ibid. art. 17. de quo Nauar. in c. statuimus, n. 7. Menoch. de testam. 1. p. §. 10. n. 45. § 3. pondero, Couar. lib. 1. variarum, c. 5. nu. 5. & 6. & in regula, possessor, 3 p § 3. nu 3. vbi ait, beneficium restitutionis ad reclamandum, etiam extra quinquennium competere sic professo, durante ignorantia probabili, vel impedimento reclamandi.

Vide *Addit. summa tom.4.cap.65.numer.6.& Azor d.quæst.10.§. ad extremum, in fine. Idem docent Nauar. consil.21.num.5.& consil.89.num.6.& 7. de regular.lib.3.& d.comment.4. num. penult. Henriquez lib.11. de matrim. cap.6.in commen.fin.& capit.8.num.9. quos refert, & sequitur P. Villalob. vbi suprà num.5.8.& 9. & resoluit etiam Portel* suprà num 45.

70. Professus nulliter ob non seruatam formam in informatione præscriptam à Sixto V. potest etiam post quinquennium reclamare, nam ex eius constitutione constat, non induci tacitam professionem, nisi in receptione seruata fuerit præfata forma. Sed hoc debet intelligi in professo ante constitutionē Clementis VIII. qui annō Domini 1602. abstulit huiusmodi impedimentum irritans professionem sine præuia informatione. ibid. in fine, & add. sum. vbi proximè, n.8. Idem docet post Sanch d.num.23. & nostrum Auctorem, P. Villalobos vbi suprà, num.8.

71. Hodie vt quis possit audiri post quinquennium debet impetrare rescriptum à Papa, sine quo nec superior, nec Episcopus possunt audire reclamātem, seu allegantē causas nullitatis suæ professionis, quod est petere à sua Sanctitate restitutionem quinquennij, alias censebuntur contra fre dicto Decreto Tridentino. Ita testatur vidisse in facti contingentia, putatque esse in praxi, Portel *verb. professionis nulla reclamatio, num.44.§ circa quod.*

72. Ad probandam præfatam ignorantiam, vel impedimentum reclamandi intra quinquennium non sufficit iuramentum ipsius ignorantis, vel impediti, licèt in alijs causis sufficiat, quia transacto quinquennio ius præsumit scientiam habere talis decreti. Addit. summæ *vbi supra num.6.* de quo Menoch *de arbitrar. libr.2. centur.2. casu 186. num.7. & de recuperand. possess. remedio 1e, numer* 38 Idem docent Sanchez *vbi supr. num.14. Portel suprà numer.49* & videtur sentire P. Villalob. *vbi sup. nu. 3 circa finem.*

73. Minor ætate, qui in foro conscientiæ suæ professionis nullitatem sciuit, nec illam ratā fecit intra quinquennium, transacto illo adhuc in foro exteriori potest reclamare, allegando iustæ ignorantiæ causam. Quod si sub iuramento interrogetur, an ignoranter iis, quo poterat intra quinquennium reclamare, licitè poterit iurare, se ignorasse, intelligens apud se habuisse ignorantiam, & non scientiam, cum quā ratificauerit professionem suam, quam præsumit Concilium ratificasse intra quinquennium, ex quo præcipit, vt non audiatur post illud elapsum. Sicut qui rogatur à iudice sub iuramento iuridico, an transierit per locum, vbi iacebat homo occisus, vt inde iudex inferat, an sit talis criminis reus, nec ne, potest vti que licitè iurare nullo modò transisse, etiam si à parte rei per talem locum ipse transierit, intelligens intra se, non transisse culpabiliter, sed innocenter, *ibid. nu.7.* de quo Sanchez *lib.7 de matrimon disp.37 num.18.* Idem docet Portel *vbi suprà num.50.*

74. Perpetuò inhabiles ad profitendum non comprehenduntur in dicto Decreto Tridentino, quia isti ratione inhabilitatis nunquam præsumuntur tacitè professi, siquidem durante illa nunquam potuerunt expressam professionē facere, ideòque quocunque tempore illis licèt reclamare. Idem iudicium est de habentibus impedimentum temporale, seu ad tempus irritans professionem, durante tali impedimento intra quinquennium. Vnde professi per metum, vel defectum ætatis, durantibus his impedimentis intra quinquennium non præsumuntur tacitam professionē emisisse, quia durantibus ipsis non potuerunt expressè profiteri, vt etiam de nulliter professis ante constitutionem Clementis VIII. ex defectu informationis iuxta formam præscriptam à Sixto V. faciēda, diximus suprà num 70. & per consequens in vtroque casu datur locus reclamationi, etiam post quinquenniū. *Ibid. nu.8* de quo Sanchez *d. 8 a disp 37. n 32. Nauar. lib.3. consil.5 n 1. & consil.5. n.2. in fine tit de regularibus, in 1. editione.* Idem docent Portel *vbi sup. numer. 51.* P. Villalob. *d. num.8.*

75. Pro-

75. Professus absque legitima ætate, vel sine prauia informatione, iuxta constitutionem Sixti V. vel ex metu in culpabili ex parte sua, non tenetur ad ratificandam professionem, sed potest in Religione persistere, vsquequo cōmoda occasio egrediendi se offerat, quamuis enim peccet non ratificata professione suffragando in Capitulo sicut professus, ac alios actus professorum exercendo, alimentáque percipiendo à Monasterio, adhuc non est ob hanc culpam compellendus ad profitendum inuoluntarius, seu inuitus; adeò, quòd etiam ex culpa sua nulliter professus, quia scilicet, ficto animo professus est, adhuc non tenetur verè profiteri. Nemo enim, etiam propter grauissimam culpam compellendus est ad Religionis statum altissimum vouendum, sed tantùm admonendus est, ac exhortandus, vt professionem de nouo emittat, quod si id renuat, nec à Religione velit exire, data opportunitate, compellendus est ad profitendum, vel exeundum à Monasterio, ibidem art. 9. de quo Sanchez vbi suprà num 38. Henriquez libr. 11. de matrim. cap. 11. nu. 11. littera V. Idem ferè docet P. Villalobos vbi sup. num 6. qui addit num 7. In dubio intentionis de ratificanda professione intra quinquennium, eo transacto præsumi illam ratificasse, in dubio enim in fauorem Religionis, quæ possidet, præsumendum est, vt tradit Nauarr. *lib. 3. cons. 13. num. 10. de Regular.*

76. Ratificans professionem irritam causa metus, vel ex defectu ætatis, non indiget alio anno probationis, quia nec Concilium Tridentinum, nec ius irritat, nisi tantùm professionem, & non receptionem habitus. Imò & aliqui probabiliter sentiunt, adhuc annó probationis pro nullo dato, non opus esse de nouo incipere nouitiatum, quia iam expertus est Religionis asperitates in dicto anno, & Monasterium expertum est talis professi conditionem, & habilitatem, maximè cùm iure antiquo hic non requirebatur annus nouitiatus, vt deducitur ex capit. significatum, c. cùm virum, & melius ex cap. porrectum, de Regular. & ex capit. 1. eodem titul. in 6.

Trid. sess. 25. ca. 15. de regul.

Sed hoc in foro tantùm interiori, & nō in exteriori habet locum, ibid. art. 11. & 12. De quo Sanchez vbi sup. disp. 37. numer. 43. 27. & 48. qui lib. 5. ad præcepta, cap. 4. numer. 14. iterum idem constāter sustinet, etiam in casu nullæ probationis annuæ, & professionis, vbi etiam addit, ad maiorem cōscientiæ securitatem, & ad vitandas opiniones, quòd potest talis Religiosus detegere superiori sub sigillo confessionis vitiū suæ professionis, & nouitiatus, petēdo, vt ipsum denuò admittat ad Nouitiatū peragendum inter reliquos professos, eorum habitu retento. Et ad supplendum consensum Conuentus necessariū illi admissioni, poterit superior illius suffragia petere, tacito nomine professi, & explicata prioris professionis nullitate. Vel tandem potest secretò impetrari Pontificis dispensatio, supplendo eum Nouitiatum, & idē ferè resoluunt Portel vbi sup. num. 52. P. Villal. d. trac. 35. diffic. 24. numer. 5. 6. & 8. qui etiam num. 4. cum Nau. Graffis, & Sanc. tenet non esse necessarium consensum Monasterij ad ratificandam professionem nullam ex defectu ætatis, vel anni integri probationis, sed sufficere consensum ratificantis eam professionem.

77. Puella educata in Monasterio honestatis causa, posteaque persuasu Abbatissæ Monialis facta, si extra Monasterium in loco tuto constituta, corā Commissario ad id deputato cum iuramento affirmauit, nunquam suæ intentionis fuisse Monialem fieri, standum est huic confessioni, licèt antea coram prælato, vel Ordinario in Monasterio constituta confessa sit se esse professā, quia illa confessio facta fuit in loco libero extra Monasterium, iuxta terminos, cap. cùm locum, de sponsalib. coram iudice, & cum iuramento, quod loco torturæ spiritualis habetur, confessioni autem factæ per torturam standum est l. si postulauerit 27. §. sed & si negauerint, ff. ad l. Iuliam de adulter. alia verò fuit facta in loco non tuto, & ob timorem reuerentialem Abbatissæ cupientis succedere in bona eiusdem puellæ per professionem. Neque illi obstat tempore opportunó non fuisse

protestatam, sufficit enim quòd pater eius pro ea fuerit protestatus, quod mul tùm ad hoc facit. *Ibidem dicta qu.17. art. 18* de quo Nauar. *lib. 2. cons. 1. tit. de confessi, & in Manual. cap. 22. n. 51. Panorm. cap. per tuas, num. 11. de probation.*

78. An autem metus reuerentialis annullet professionem, controuersum est inter Doctores. Auctor in d. qu. 17. art. 15. Videtur innuere, solum metum reuerentialem parentum annullare, & ad alios consanguineos id non extēdit. At in dict. art. 18. proximè citato absolutè videtur oppositum affirmare, dum resoluit, non valere professionem factā à puella educata in Monasterio ob timorem reuerentialem Abbatissæ, & citat textum cum glossa *in c. præsens 20. quæst. 3. vbi in simili professione inuita cuiusdam Monachi id expressè decidit Nicolaus Papa. Vtraque opinio est probabilis: de quo Nauar. libr. 1. cons. 3. nu. 6. titul. de renunciatione, & lib. 4. consil. 26. n. 4. tit. de Sponsalibus, & in Manu. c. 22. n. 51. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 6. n. 17. Henriq. 2. p. l. 11. c. 9. n. 5. Farin.* tom. 4. fol. 106. col. 1. qui refert quandā declarationem Cardinalium, quā per latam sententiam Romæ declaratum est, fuisse nullam professionem cuiusdā fœminæ factam ob solum metum reuerentialem. Mihi quidem (liceat inter tātos viros proferre quod sentio) videtur, pensandam esse prudenter qualitatem metus, nam si cadens in constātem virum, seu grauis metus est, sicut annullat contractum naturalem, quia tollit consensum liberum, vt communis Doctorum tenet, ita & professionem, cap. 1. & capit. cum dilectus, de his, quæ vi, metùs ve causa, cuius quidem genus quod dam contractus est inter Religionem, & profitentem. Secus si non est grauis metus, nec cadens in constantem virū, iuxta capit. final. qui clerici, vel vouentes, quod prudentis viri arbitrio iudicādum relinqui debet, minor enim metus sufficiens erit ad annullandam professionem fœminæ, quàm viri, & sic de cęteris intra sphæram grauis metus, vt benè notat Portel verb. professio nulla ex natura contractus, num. 12. per totū. *De quo etiam Sayro decis. 91. de Regularibus. Aloys. Ricci. in Collect. decis. p. 4. colle. 931. propè finem, relatis à Barbosa in Remiss. ad Trident. d. c. 19. de Regularibus, n. 4. qui professionem ob metum reuerentialem parentum factam valere, negat. Idem docet traditis multis Sanchez lib. 4. Decal. c. 3. n. 26. & lib. 4. de matrimon. disput. 6. à numer. 1. vsque ad 35.* & loquens de metu leui, asserit non irritare professionem d. capit. 3. nu. 24 & idem tenet Azor lib. 11. inst. moral. capit. 15. quæst. 7. tom 1.

Refertur sententia Auctoris

79. Licèt in Concilio Tridentino excommunicentur cogentes quamcunque aliquam fęminam ad ingrediendū Monasterium, aut habitum suscipiēdū, vel professionem faciendam, prterquā in casibus iure expressis, qui que consilium, auxilium, vel fauorem dederint, vel scientes eam non sponte ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo mo do eidem actui præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint, eam tamen censuram non incurrunt cogentes puellam minorem ingredi Monasterium, vt ibi honestè educetur vsq; ad ætatem nubendi, non verò vt ad suscipiēdum habitum Religionis, ac professionem emittendam cogatur, quidquid in oppositum dicant aliqui, ibid. artic. 19. & nos suprà hac resolutione, *num. 31. De quo Suarez tom. 5. de censuris disp. 23. sect. 7. num. 9. Sanchez in præcepta Decalog. lib. 4. cap. 3 num. 13. Zerola in praxi Episcop. 2. part. verb. Moniales versic. 13. pag. 73. Nauar. l. 5. consil. 56. num. 3. titul. de sent. excommunicat. quos pro opposita opinione citat Barbosa in remission. ad Tridentinum dict. cap. 18. de Regularibus, nu. 5.* Sed Sanchez ibi absolutè non tenet oppositam sententiam, sed eam limitat cū nostro Auctore, tom. 2. summæ capit. 8. num. 10. quando scilicet, coactio illa est in ordine ad suscipiendum postea Religionis habitum, siue suasionibus Monialium, siue alia ratione, non autem quando nullo modo hoc intenditur. Vnde incurret cogens ad solum ingressum, ha- Sess. 25. c. 18 de Regul.

habitu retento, animo principali, vt postea habitum sumat: vel post ingressum liberum cogens ad suscipiendum habitum: vel post hunc sponte susceptum cogens ad professionem, & idem tenet sequens Auctorem cum præfata limitatione Portel in addit. ad dubia verb. Moniales, num. 14

Ampliatur, & elucidatur doctrina Auctoris.

80. An auté metus reuerentialis parentum incussus ex eo, quòd manifestat puellæ statum Monachalem illi conuenire ob iustas causas, v. g. non sufficientis dotis pro matrimonio, & similium, inducat dictam excommunicationem illum incutientibus? maius dubium est. Portel in addit. ad dubia verb. Moniales, num. 12. tenet partem negatiuam, quia, inquit, parentes, vel consanguinei in illo timore incutiendo non se habét actiuè, sed ipsa puella metum concipit ob reuerétiam patris, hancque esse praxim in tota ferè Ecclesia asserit, per quam nemò indicat, parentes, vel consanguineos tale suadentes, & facientes dictam excommunicationem incurrere. Imò etiam (addit idem Portel) si parentes, vel alij importunis precibus suaderent puellæ, vt ingrederetur, vel non ingrederetur, non incurrerét, quia suasio etiam importuna, non est coactio. Quod quidem mihi non displicet, casu quo talis metus reuerentialis incussus non excedat limites simplicis persuasionis, nam si metus grauis sit, & cadens in virum cóstantem iuxta superiùs dicta, n 78 omninò, & absque dubio præfatã excommunicationem incurrere suadétes, seu metum incutientes existimo, vt ex doctrina nostri Auctoris suprà traditis satis constat, & fatetur idem Portel vbi sup. n 13. & expresè tenet Sanchez lib 4. de matrim disp. 7. à n 7. & libr. 6. decalog. c. 4. nu. 8 vbi idem resoluit de metu graui, secus de leui, vt ibidem nu. 4. & 5. tradit.

Trid. sess. 25. ca. 18. de Reg. Bullar. bull. 7. Pij V. nu. 17. & 18.

81. In eodem Tridentino Concilio habetur, quòd Episcopus, vel eius vicarius exploret voluntatem virginis Deo sacrandæ, an coacta, vel seducta sit, ante professioné. Quod declarauit Pius V. apud Bullarium in hunc modum: *Volumus etiam, quod puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactæ, vel seductæ fuerint, examen faciendum, non nisi infra quindecim dies, postquam iuxta Concilium Tridentinum Episcopi, vel eorum vicarij requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis amplius in hoc se illis intromittere non liceat, cuius occasione, nec Episcopus, nec eius Vicarius intra septa monasterij ingrediantur, sed stent ante craté ferream, & interrogationes alias, quam eas, quæ præfatum Concilium Tridentinum iubet eis fieri, omninò prohibemus, ac similiter volumus, quòd puella, seu nouitiæ ipsæ ad alias interrogationes respondere minime teneantur. Hæc Pius V. in præfata bulla. Ad quod etiã facit quædam declaratio Cardinalium apud Marzilla libr. 1 de statu Regulariũ tit. 12. c. 20. super dicto c. 17. de Regularib.* in hunc modũ: Virgines, quibus facienda est professio, si clausura Monialium facta sit, examinãdæ sunt ab Ordinario intra monasteriũ, ad cancellos, seu crates ipsarum Monialium. Ex quarum declarationũ verbis, ibi, stent ante craté ferream, & ibi, ante cancellos, seu crates: colligitur dictas nouitias non posse extrahi à clausura ad talem explorationem voluntatis, idque ad omne dubium vincendum, & ad maiorem cautelam expresse auctoritate Apostolica declaratum, & mandatum est per Nuncium Apostolicum Hispaniæ, cuius bulla extat in Cõuétu Sancti Antonij Salmanticésis. P. Villal 2. p. Summæ tract. 35. diff. 8. n. 3. refert, tria breuia expedita per tres successiuè Apostolicos Nũcios in Hispania, quib. id ipsũ præcipiebãt obseruari ab Ordinarijs, sub grauibus pœnis excõicationis, interdicti ab ingressu Ecclesiæ, ac quingérorũ aureorũ soluẽdorũ. Vide Sãch. ad præc. l. 4. c. 18. n. 34. ad fin. & l. 5. n. 84. vbi addit, non reddi irritam professionem ex defectu huius examinis, quidquid sit de peccato eam sic admittentis ad professionem.

82. An aũt examinãdæ sint dictæ nouitię, semel ante ingresũ Religionis, & iterũ ante emissioné promissionis, res dubia est? Auctor to. 3 q. 12. at. 3. exponés dictũ decretũ Trid. asserit, duo præcepta distincta in eo contineri, primũ, quod

quòd puella non recipiat habitum Regulare, nisi sit maior duodecim annis: secundum, quòd ista maior duodecim annis, antequam eum suscipiat, examinetur ab Episcopo: quę nimirum dispositio, inquit, non est vsu recepta, nam puellæ, quæ suscipiunt Religionis habitum, siue sint minores, siue maiores duodecim annis, semel tantùm ante professionem examinantur ab Episcopis, & nūquam ante susceptum habitum. Quæ sententia vsu, & communi praxi Ecclesiæ confirmata est, & tenenda, quamuis Concilium Tridentinum videatur innuere, bis fore examinandas, quia quantum ad hoc non sint receptum tale decretum, saltem in Hispania, vt benè aduertit Portel *verb. Nouitia, numer. 3. de quo P. Miranda late in tract. de Monialibus. quæst. 8. art. 4. Zerola in praxi Episcop. 1. p. verb. Moniales, pag. 232. & 258. Azor instit. moral. 1. p. lib. 12. c. 1. quæst. 2. Sanchez in præcepta decalog. libr. 5. cap. 4. numer. 84. F. Ioannes de la Cruz de statu Relig. lib. 1. c. 8. in fine, ex quibus P. Miranda, & Sanchez idem* docent in nostris terminis, & sequitur P. Villalobos vbi proximè nu. 2.

83. Non obstante Regula Ordinis Minimorum requirente decem, & octo annos ad professionem, facta ante dictā ætatem valet, completo tamen decimo sexto ætatis anno, & probationis tempore iuxta Concilij Tridentini decretum, etiam si in dicta Regula, vel statuto Ordinis auctoritate Papæ etiam condito irritarentur professiones factę ante dictum decimumoctauum ætatis annum, quia statutum contra ius commune, vel Concilium generale non valet. Dato autem, quòd valeat, & confirmetur per aliud decretum eiusdem Concilij, quo diffinitur, non esse suæ intentionis amouere ab eorum instituto, & obseruantia eos, qui sub arctiori Regula, vel statutis viuunt, adhuc professiones præfatæ ante dictam ætatem celebratæ valent, quia licèt statutum, & Regula id prohibeat, non tamen irritat, si quidem multa prohibentur, quæ tamen facta tenent, vt vulgatum iuris est. Vnde decretum eiusdē Concilij, quo præcipitur, vt post decimum sextum ætatis annum completum, & finitum probationis annum statim ad professionem admittantur nouitij, aut expellantur, fallit in præfato Ordine Minimorum, in quo vsque ad decimum octauum potest dilatari professio iuxta eorum Regulam, quæ causa sufficiens, & iusta videtur ad differendam professionem. *ibid. art. 20.* Idem docet, & tuetur Sanchez *ad præcepta lib. 5. cap. 4. num. 6.* referens, & citans nostrum Auctorem, & recedens à Nauarro.

Trid. sess. 25. c. 15. de Reg.

Trid. d. sess. c. 22. de Reg.

Trid. d. sess. 25. c. 16. de Regul.

84. Filius de facto ingrediens Religionem relictis parentibus in maxima, & extrema necessitate, licèt mortaliter profitendo peccet, eius tamen professio valet, quia nullum extat ius professionem talem impediens. Nec constitutio Sixti V. irritans professionem eorum, qui debitis obnoxij sunt, obstat, quia non loquitur de grauatis debito naturali, quale est istud erga parentes, sed de grauatis debito ciuili supra vires facultatum suarum, vt patet ex tenore dictæ constitutionis. *tomo. 3. quæst. 13. artic. 5. de quo D. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4. ad primum, & q. 189. art. 6. Sylvest. verb. Religio, 2. q. 7. Nauar. libr. 3. consil. 26. titul. de Regularibus. Angelus verb. Religio, numer. 11. Azor 1. p. libr. 12. c. 1. q. 8. Lessius de iust. lib. 2. c. 41. n. 34. Sanchez ad præcepta lib. 4. c. 20. nu. 10. & sequentibus, vbi latè per totum* caput, & luculenter quæstionem resoluit, & nos latius dicemus infrà resolut. 108. num. 1. & 2.

85. Professio simoniacè facta valida quidem est, licèt iniusta, quia mutatio status de sęculari in Regularem nō impeditur per simoniam, sicut nec per excommunicationem, cap. de Regularib. c. dilectus el 2. c. quoniam, de simonia, vbi monachi per simoniam recepti ad arctiora monasteria in pœnam criminis transferri iubentur, locòque, quem adepti sunt taliter, omninò priuantur, ac suspenduntur ab executione ordinū sacrorum, si fortè clerici sacris constituti sunt. Verum est tamen, quod per talem simoniacam professionem non acquiritur ius ad victum, seu portionē

vi-

victualem, quã in communi percipiunt alij monachi, aut Canonici Regulares professi, quę cum sit ad instar cuiusdam beneficij Regularis impeditur per simoniam, vel excommunicationem, donec subsequatur absolutio, & dispensatio tom. 3. quæst. 63. artic. 3. de quo Nauar. in capit. non dicatis, numer. 67. & comment. 4. de Regular. num. 25. Idem docet post nostrũ Auctorem Sanchez lib. 5. decalog. capit. 4. num. 39.

86. Fœmina fingens se esse virum, professionemque emittens in monasterio virorum intendens se obligare per tria vota essentialia, verè professa, ac Religiosa iudicanda est, reponique debet à prælato apud monasterium Monialium sub habitu fęmineo Regulari, & clausura. Secus, si post fictionem virilis sexus, fictè, & fraudulenter professionem emisit, quia eo casu in foro cõscientiæ nulliter professa habenda est, manetque excommunicatione Papæ reseruata ligata, eo quòd temerè intrauit monasterium virorum contra prohibitiones, seu constitutiones Apostolicas. Idem pariter dicẽdum est, si professionem fecit tempore, quo vigebat constitutio Sixti V. annullans professiones sine præuia informatione factas, quia ea non potuit ritè ac rectè fieri cum tali fictione, & mendacio grauissimo habitus, & sexus virilis. *Addit. Summæ tom. 4 cap. 64. numer. 11. de quo D. Antonin 3. p. tit. 16 c. 3 §. 1. Syluest Religio. 1. titul. 3 quæst 9. Angel verb. professio §. 3. Comitol libr. 2. respons moral. quæst. 8.*

At Sanchez lib. 5. ad precepta, cap 4. num. 40. tenet talem professionem factam à viro, mentito sexu in monasterio monialium, vel factam à femina in monasterio virorum esse omninò irritam, ex defectu consensus, saltem ex parte admittentis ad Religionem, seu professionem, qui vtique si sciret talem defectum, illum non admitteret, sed ex dicendis infrà n. 87. & ex dictis supr. n. 61. hoc debet limitari.

Portel in Addit. ad additiones dubiorum verb. professio hermaphrod tæ num 3. in fine, refert quendam casum singularem cuiusdam hermaphroditæ, qui tempore nouitiatus fœmineum tantùm sexum habebat, & post professionem duobus annis, humeros supponens cuidam graui oneri, erupit in illa sexus masculinus, sicque inuenta fuit hermaphrodita; & tandem concludit, talem professionem esse omninò validam, nõ obstante eruptione subsequenti sexus masculini, addit tamen, quod si sexus masculinus præualeat, extrahi debet omninò à monasterio Monialium: secus si præualeat sexus fęmineus: si verò æquè præualeat vterque sexus, etiam extrahenda est à clausura Monialium, ne incitata à concupiscentia carnis periclitetur castitas ipsarum Monacharum. Et eadem ratione nõ est etiam transferenda ad monasterium virorum ob idẽ periculum, occasiones enim peccandi omninò amputendæ sunt vt ibidem optimè probat idem Portel num. 7. Vide P. Villalob 2. p. summ. tract. 35. dific. 7. num. 19. vbi resoluit, hermaproditam vtroque sexu parem nullo modo posse esse Monachum, aut Monialem, ex Nauarro, & Henriquez, & addit quòd licèt præualente altero sexu, valida esset professio in monasterio virorum, vel mulierum, adhuc excludendus foret ob scandalum: quod posse fieri à prælatis superioribus Ordinis absque auctoritate Papæ, casu quo in professione hunc defectum subticuit, tenet noster Auctor in Summa 2. p. cap 6. ad finem, assentit Sanchez vbi supra num 41. additque, quòd in dubio vter sexus prædominetur, & consultis medicis adhuc res sit dubia, censendus est ac si vterque sexus sit æqualis, ac proinde fore irritã professionem huius in vtrouis monasterio factam concludit.

87. Valida est professio illius, qui cũ defectu occulto admissus est ad Religionem, qui si sciretur, nullo modo illo notatus admitteretur dummodò nõ præcesserit expressa protestatio, quòd inuento tali defectu, eo ipso expellatur à Religione, sitque statutum à Papa confirmatum annullans talem professionem, tunc enim tam ex defectu cõsensus Religionis, quàm ex statuto annullante professionem, nulla omnino erit, Ibidem dicto capit 64. Addit num 12. & nos diximus suprà hac resolut num. 61. de

61. de quo Sanchez *lib. 10. de matrimon. disp. 11. num. 4. & disput. 9. num 20. Sylvest verb Religio, 3. num 12. Manar. commentar. 2. de Regularibus num.* 3. Idem ferè videtur sentire idem Sanchez *lib 5. decalog. c. 4 num. 57.*

De professis post constitutionem Sixti V.

88. Non omnes criminosi sunt ad professionem inhabiles, sed hi tantùm, qui temerè à superioribus admittuntur, nulla præhabita diligentia, & examine super eo. Vnde si forma præscripta à Sixto V. fuerit in eorum receptione, & ante professionem diligenter adhibita, & informatio bona fide, & modo ordinario sine fraudeq; facta, & approbata, professio eorundem tenebit, etiam si post ipsam constiterit de huiusmodi impedimento: ac proinde causæ ipsorum ad iudices sæculares non pertinent, cõstitutio enim præfata Sixti non absolutè inhabilitat omnes criminosos, sed tantùm temerè (id est, nulla præhabita diligentia) admissos, quæ cùm sit lex pœnalis, & à regulis iuris exhorbitans, restringenda est, vt communis Doctorum *in capit. 1. de rescriptis, tenet. Tom. 3. qu. 54. artic.* 1. Idem docent Portel *verb. Nouitius, num 6 & 12. vsque ad* 18. *& in addit. num. 4. &* 5. P. Villalob. *2. p. Summa tract. 35. diff. 10. num. 11 Sanchez libr. 4. decalog. c. 16. num* 39. & nos diximus suprà *num* 4.

89. Rursus non omnes debitis, & ratiocinijs obnoxij ad Religionem inhabiles iudicandi sunt, sed tãtùm, qui ingenti ære alieno supra vires facultatũ suarum sunt grauati. Quòd autem sit ingens æs alienum in hac materia arbitrio boni, & prudentis iudicis relinquitur, qui potiùs in fauorem Religionis debet arbitrari, pensata qualitate debitoris, & creditoris. Quantum autem ad ratiocinijs obligatos, illi tantùm inhabiles iudicãdi sunt, quibus ex huiusmodi causa lis, vel molestia sit illata, vel inferenda verosimiliter timeatur, non timore leui fundato in aliqua leui suspicione: quod tunc fieri speratur, quando manifestum est, dictos ratiocinijs obnoxios teneri de dolo, vt de his, qui volunt sacris initiari, disponit ius in cap. tantis 18 dist. secus si non sit manifestum. Vnde facta diligenti inquisitione, & informatione de his, sic admissi verè professi iudicandi sunt, nec à Religione exire, aut expelli possunt, vel habitu Regulari spoliari, nec admittentes incidunt in dictarum Constitutionum pœnas. *Ibidem art. 2.* & nos ex parte diximus *suprà num. 10.* de quo Portel *d. ti. verb. Nouitius, num. 19 & 20. & in addit. ad dubia num.* 11. Sanchez *lib. 4. decalog. cap. 19. nu. 21.* qui idem docent.

90 Vnde etiam fit, quòd iudices Ecclesiastici non possunt procedere contra clericos criminosos, vel debitis, & ratiocinijs obnoxios professos in aliqua Religione, nisi eorum delictum ante susceptionem habitus fuer t deductũ ad eorum forum per viam accusationis, aut inquisitionis, ac proinde si eorũ fiat accurata, & diligens inquisitio, post sunt ad Religionem admitti, validèque professionem emittere: Iudices verò de facto contra eos procedentes incidunt in excommunicationem ipso facto, si Ecclesiastici sint, laici autem in excommunicationem in Cœna Domini, vt colligitur ex mente eiusdem Sixti V. in sua secunda constitutione, *ibid. art. 3.* Idem ferè videntur sentire Sanchez *d. cap. 19 num. 29. & dict. cap. 16 n.* 39. Portel & noster P. Villalob. *locis citatis suprà.*

91. Pœnæ appositæ à Sixto V. in dicta constitutione contra superiores admittentes ad habitum, & professionem maiores sexdecim annis criminosos, & debitis, vel ratiocinijs impeditos, non comprehendunt, nisi tantùm temerè tales admittentes, id est absque vlla inquisitione, vel informatione. Vnde si recipiant immunes ab his impedimentis, & habiles ad profitendum, etiam sine debita, & sufficienti informatione in dicta constitutione præscripta, non incurrunt dictas pœnas, finis enim legis præcipientis talem fieri informationẽ

præ-

præuiam est, vt non admittantur, nisi tantùm habiles, ipsa verò informatio est quid accessorium, seu requisitum ad consequendum talem finem, quo consecuto, vt principaliter intento, non oportet, quòd accessorium omittatur. Quòd autem iste sit finis prætensus à Sixto V. patet ex procemio dictæ constitutionis, iuxta quam intelligenda, & limitanda est constitutio Clementis VIII. quæ fuit expedita ad declarationem, & robur Sixtianæ bullæ, nam constitutio declarans, & roborans aliam, explicanda & limitanda est iuxta terminos constitutionis declaratæ, & roboratæ, vt habetur. *Authentica constitutio, quæ innuitur §. vnde vers. in illis, col. las. 3. Auctor. Ibid. art. 4.* de quo Portel *verb. Nouitij informationes num 6.* & noster Villalob. *dicto num. 11.* qui idem fere sentiunt.

91. Religiosi professi tam post promulgationem primæ, quàm secundæ constitutionis Sixti V. nullo ex dictis impedimentis ibidem appositis irretiti sunt verè & propriè professi in foro interiori, & exteriori, etiam si de eorum minoribus, & vita, deque alijs contentis in præfatis cōstitutionibus nulla penitus facta fuerit inquisitio, seu informatio, nam receptio, & professio istorum non fuit à Pontifice irritata, seu annullata, sicut fuit professio eorum, qui aliquo ex dictis impedimentis ligati sunt, quidquid sit de peccato hoc præceptum Apostolicum non adimplentium, vtque constat ex tenore primæ constitutionis, secundum quam debet intelligi, & limitari secunda, vt suprà diximus de constitutione Clementis VIII. respectu bullæ Sixti V. quam declarauit, & ita senserunt, ac scripserunt viri doctissimi vtriusque iuris periti, & grauissimi Religiosi apud Salmanticenses. *Ibidem artic. 9.* Vide Portel *vbi suprà num. 18 & 11.*

93. Imò etiam si dictorum Religiosorum professio in dictis constitutionibus annullaretur (quod firmissimè negamus) adhuc verè esse Religiosos professos, saltem in foro animæ, constanter asserimus, ac affirmamus. Vnde petere apud tribunalia Ecclesiastica, vel secularia irritas declarari huiusmodi professiones non solùm est contra honestatem, sed etiam contra conscientiam, quia actus, in quo prætermittitur solemnitas iuris positiui valet in foro animæ, modò adsit consensus de iure naturali requisitus, ex communi doctrina tradita à Felino in cap. 1. de constitut. num. 11. & 39. quod habere locum in constitutionibus etiam habentibus decretum irritans, maximè quando sunt fundatæ in præsumptione, quales sunt istæ, tenet Abbas in cap. 1. in fine, de restitut. integrum, per textum ibi in cap. quia propter, de elect. vbi valet electio in foro conscientiæ, nō obstante, quòd irritatur, eo quòd non fuit seruata forma ibi præscripta, dummodò interueniant in ea requisita de iure naturali. Ibidem articul. 6. Vbi ad calcem refert, seu transcribit litteram, & tenorem dictarum constitutionum Sixti V. Gregorij XIV. & Clementis VIII. Vbi circa Bullam vltimam eiusdem Clementis VIII. aduertere oportet, quòd in ea, casus expressi in constitutionibus Sixti V. in quibus professio receptorum sine præfata forma nulla declaratur, ad terminos iuris communis, & sacrorum Canonum redacti sunt, perinde, ac si præfatæ constitutiones in illa parte editæ non fuissent, & per consequens professio illorum, in qua hodie seruata non fuerit forma assignata à Sixto V. est valida, si nullo ex impedimentis, quæ assignat, fuerint ligati. Imò, si qui ante promulgationem constitutionis Clementis aliquo ex dictis defectibus impediti, ad Religionem admissi inuenti fuerunt, & post promulgationem eiusdem professionem emiserunt, validè professi iudicandi erunt, attenta mente, & volūtate Pontificis declarantis se reducere decreta à Sixto V. edita ad terminos iuris, ac sacrorū Canonū, perinde ac si in ea parte edita nō fuisset, sine ceptio n. habitus tractu tēporis cōualescit, argumēto l. si codicillos, C. de testam. manumissis, pœnæ tamen contra admittentes, non seruata præfata forma, à Clemente VIII. non tolluntur, vt patet ex littera, & tenore suæ bullæ, quando scilicet, admit-

mittuntur certè inhabiles, non verò habiles, vt supra iam resoluimus, ibidem §. circa quam, in fine bullæ vltimæ Clementis VIII.

Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matrim. Neque supradictis obstat, quòd decretum Concilij Tridentini irritans matrimonium clandestinum etiam fundatur in præsumptione propter fraudes solitas euenire in clandestinis desponsationibus, nihilominus tamen etiam cessante hac præsumptione, præfatum matrimonium clandestinum est nullum etiam in foro conscientiæ. Nam respondetur, quòd in tali matrimonio non solum annullatur contractus, sed etiam inhabiles redduntur personæ ad sic clandestinè contrahendum; at in nostro casu solùm inhabiles redduntur ad profitendum in Religione criminosi, illegitimi, ære alieno onusti, &c. non verò sine prævia super his informatione admissi sine talibus impedimentis, tunc enim veritas præualet præsumptioni, in qua fundata erat lex. Nec tandem dicta solemnitas informationis dicenda est substantialis ex eo, quòd Pontifex procedit in secunda constitutione irritando (quod nos etiam negamus) nam iuxta Tridentinum Concilium in matrimonio vltra duos testes etiam requiritur assistentia parochi, quo non assistente matrimonium est nullum, & tamen nemo est, qui affirmare audeat, quòd assistentia parochi, & testium sit forma substantialis ipsius matrimonij, ergo à simili idem dicendum videtur in solemnitate informationis requisita à Sixto V. dato enim, quòd sine illa irritetur professio (quod nos iterum firmiter negamus) adhuc non probat, esse formam substantialem professionis, *Ibidem §. primum argumentum, & §. necessitas.* de quo Bortel. *vbi supra verb. Nouitius, num. 6. &* verb. *professio nulla, num. 19. §. de hoc, & §. seq.* Sanchez, & P. Villalob. *locis sup. citatis.*

Trid. sess. 24. c. 1. de matrim.

RETRACTATIO I.

De datis, & receptis vltra victum, & vestitū pro Nouitia.

24 DEcretum Tridentini prohibens dari, sub pœna anathematis dari, aut recipi aliquid vltra victum, & vestitum nouitiæ, comprehendit etiam mutuum, & commodatum, verba enim Concilij, quocunque prætextu, generaliter loqui videntur, innuuntque, pensata attentè legis mente, quòd licet ex parte dantis adsit securitas ad recuperandam dotem sic datam, ex parte tamē monasterij recipientis tollitur, quodāmodo libertas ad admittendam, vel nō admittendam nouitiam ad professionē, quæ aliàs fortè indigna iudicatur. Ita Auctor tom. 3. Summæ capit. 144. num. 6 vbi se corrigit de eo, quod olim senserat, tom. 2. quæst. 48. art. 5. de quo Vasq. de partitionibus capit. 16. num 32. Stephan. Gratian. discept. forens. capit. 363. num. 18. & 19. ad quod etiam facit quædam bulla Gregorij X. apud Bullarium. Idem expressè tenet P. Villalobos 2. p. summæ tract. 35. diff. 19. num. 4 & tanquam tutius tradit P. Miranda tom. 2. quæst. 8. de Monialibus artic. 9. quamuis omninò illicitum illi non videtur id commodatum recipere præstita sufficienti cautione, sed meliùs Suarez tom. 3. de religione, tract. 7. lib. 5. cap. 9. numer. 16. talem mutuationem omninò reprobat, tanquam scrupulosam, & ab intentione Concilij alienam.

Trid. sess. 24. ca 16. de Regul.

Bulla. 2. Greg. X.

RE-

RETRACTATIO II.

De Nouitijs gestantibus habitum indistinctum a professis.

95. NOuitium Sacerdotem ob honorem Sacerdotij habitu professorum indutum, ac illum deferentem per annum, & tres dies, videntibus prælatis non censeri tacitè professum, iuxta cap. constitutionem, cap. 1 de Regular. in 6. & Clement. eos, eodem titul. tenet Auctor tom 4. summæ capit. 64. num. 1. vbi se corrigens exponit, quod olim senserat tom. 3. quæst. 17. artic. 2. quia, inquit, habitus indistinctus à professis, qui ingestat, nunquam illi conceditur ad ius, sed ad honorem, & reuerentiæ sacerdotalis dignitatis intuitu, absque vllo prorsus consensu ex parte Ordinis, vel intentione ex parte Nouitij ad talem professionem tacitam emittendam: actus autem agentium non operantur, nec se extendunt vltra voluntatem, seu intentionem eorum iuxta *lib. non omnes ff. de rebus creditis, & capitul. vit. mum, de præbendis, vide suprà n. 1.53. De quo Nauar. libr. 3 consil. 41. in fine de Regularibus, & comment. 4. de Regularibus, numer. 73. & 74. Sanchez libr. 5. Decalogi capit. 2. à numer. 14 præcipuè numer. 31. P. Miranda in explicat. Regulæ ad capitul. 1. Regulæ capit 46. & tom 1. Manual quæstion.* quæstion 24. articul 9. & 10. Portel verb. Professio quotuplex numer. 4. circa finem, vbi adducit, & consulit, quòd non concedatur talis habitus indistinctus nouitio, etiam sacerdoti, vel viro aliàs præstantissimo, vt vitentur lites.

RESOLVTIO CII.

De Obedientia.

1. OBedientia est virtus moralis promptam reddens voluntatem ad implendum voluntatem præcipientis. Est autem duplex. Primò sumitur largo modo pro executione cuiuscunque, quod potest cadere sub præcepto ex quacunque intentione. Alio modo sumitur propriè secundum quod respicit intentionem formalem, rationemque præcepti, sicque est virtus specialis habens pro formali obiecto præceptum superioris, etiam tacitum, vt est voluntas eius nota, *tom. 3. quæst. 19. art. 1. de quo D. Thom. 2. 2. qu. 104. art. 2. vbi Caietanus: Vide de hac materia Nauar. in summa cap. 23. n. 35. Valentia 2. 2. q. 3. disp. 7. puncto 1. column. 2. & disp. 10. q. 4. puncto 3. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 13. qu. 6. Lessium de iust. lib. 2. cap. 46. dub. 3. num. 23. Sanchez libr. 6. decalog. cap. 1. à num. 1.*

2. Possunt prælati legem ponere actibus interioribus subditorum quatenus subsunt exterioribus, aliàs minimè: subditi verò tenentur obedire, v. g. si præcipiant, vt celebrans applicet missam pro eorum intentione. ibid. art. 2. de quo D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. & q. 91. art. 4. Idem docent Azor dict. cap. 13. q. 4. Sanchez d. c. 1 num 6. in fine, & capit. 2. num. 6. Portel verb. Obedientia num. 1.

3. Religiosus applicans missam pro sua particulari intentione contra intentionem prælati manet applicata pro intentione subditi, quidquid sit de eiusdem peccato, quia ibi prælatus non est minister missæ, sed subditus celebrans, ac proinde eius applicatio præualet intentioni, & præcepto superioris. Ita Suarez de Eucharistia disp. 79. sect. 9. nu. 1. §. alij nihilominus. Auctor 1. p. summæ

verb.

verb. Missa num. 10. tenet, quòd potest prælatus, antequam missa celebretur, irritare intentionem subditi, suæ contrariam, licèt non possit eam applicare pro aliquo particulari Portel verb. Obedientia num. 1. sequitur sententiam Suarez, quæ mihi certa omninò videtur, Sanchez d. cap. 2. num. 6. ait, subditum iussum facere sacrũ pro aliquo teneri habere intentionem applicandi illi sacrificium, sed expressè non declarat, an si de facto applicet pro alio, maneat applicatum: id tamen, meo videri, supponere videtur.

4. Subditi tenentur obedire suis prælatis in omnibus pertinentibus ad eorũ superioritatem, quæ non sint contraria præcepto Dei, aut alterius superioris, vel saluti animæ, seu etiam quæ nõ sint extra Regularis obseruãtiæ metas. Nolentes autem obedire ex contemptu, scienter, & sine rationabili causa in re graui peccant mortaliter: imò & in leuibus, quando non obediunt, nolentes subiectionẽ præstare superioribus, hoc enim includit manifestum prælati præcipientis cõtemptum, quod semper est mortale. *ibid. art. 3. de quo D. Thom. in 2. dist. 44 qu. 2. artic. 3. & 2. 2. qu. 104. art. 5. Caietan. verb. inobedientia, Nauar. cap. 23. num. 37. aliàs 39. in summa Latina, & comment. 4. de Regular. num. 23. Idẽ docent noster Seraphicus Doctor sanctus Bonauentura in 2. dist. 44. art. 3. qu. 2. Durand. qu. 4. artic. 4. Richard. art. 3. qu. 2. ad primum, Glossa in c. relatum, verb. sis electis, ne clerici, vel monachi, & cap. integritat, verb. voti, 32. q. 1. & cap. gesta, verb. crescere dist. 74. c. bi Turrecremata in fine, D. Antonin. 3. p. tit. 16. capit. 1. §. 9. Syluest. verb. Religio 6. qu. 6. Soto de iust. libr. 7. quæst. 3. art. 2 dub. 2. Cordub. in regul. cap. 10. quæst. 1. puncto 6. Lessius lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 9. numer. 76. & alij quam plures,* quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez lib. 6. decalog. capit. 2. num. 15. & seqq.

5. In qualicunque dubio, siue illud sit practicum, siue speculatiuum, rationabile, aut irrationabile, tenentur subditus obedire prælato, nisi inde periculũ, aut præiudicium graue spirituale, aut temporale in persona, rebus, vel honore sibi, vel alteri immineat, tunc enim licitè potest non obedire, quousque de tali dubio sit sufficienter edoctus, vel de absẽtia talis periculi, seu præiudicij certior factus, ibid. art. 4. de quo Cordub. *lib. 5. qu. conscient. q. 6. & 8. colum. 5. Soto de tegen. secret. memb. 3. qu. 2 col. 5. Idem docent Molina tom. 1. de iust. disp. 113. colum penult. §. illud circa rẽ, Sayro in claus regia sacerd. libr. 1. c. 13. nu. 39. Salas 1. 2. qu. 21 tract. 8 disp. vni ca sect. 26. nu. 168. Ludouic. Lopez 1. p. instructor. c. 56. Henriquez lib. 14. de irregul. cap. 3. num. 3 comment. litera X.* Lessius de iust. libr. 2. cap 41. dub. 9. nu. 77. quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez dict. lib. 6. cap. 3. n 12. & 14. Idem tenet noster Portel in addit. ad dubia num 2. 3 & 5.

Peccat mortaliter subditus obediẽs præcepto superioris in his, quæ scit, vel valde probabiliter dubitat esse peccatum mortale, certus interim, quòd abstinens se à tali re præcepta non peccabit, v. g. Religioso Minoritæ præcipit prælatus pecuniam accipere, dubitat ipse subditus probabiliter, se peccare mortaliter, quia scilicet super eo prælatus ille dispensare non potest, peccat mortaliter obediendo, nam nemini licet se exponere periculo, aut dubio peccati mortalis sine rationabili causa vrgente, quicũque sit, qui illud præcipiat. *ibid. art. 5.* de quo Cordub. *libr. 3. quæst. 3. proposit. 2. & qu. 7. proposit. vnica* Idem docent Salas *1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. num. 156. Cordub. loco proximè citato quæst. 7. propos. vnic.* quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez *d. c. 3. num. 14.*

7. Stante verò ex vtraque parte æquali dubio, & periculo peccati, in cuius alterum necessariò incidẽdum est, deposita conscientia obediendum est, quia sic obediendo subditus non peccat, ex eo quòd in dubijs tenetur stare iudicio superiorum cum tuta conscientia, vt declarauit Leo X. pro Minoritis, & in quodã nostri Ordinis statuto ha-

habetur *ibid. ar. 6. de quo D. Bonauent. in 2. dist. 39. art. 1. quæst. 3. ad vltimũ, D. Thom. in 4. dist. 19. quæst. 4. Syluest. verb. Obedientia, & verb. conscientia q. 2. Cardub. lib. 3. quæst. 1. & quæst. 6. statim in princip. Idem tenet Gloss. in cap. dilecta, in fine, de maiorit. & obedient. & c. ex tenore, verb mandato, de sentent. ex commun. & cap. quid culpatur, verb. iniquitas 23. quæst. 1. & c. iterum, verb. formidat. dist. 13. Nauar. cap. si quis autẽ, num. 114. de pœnit. dist. 7. & in summa cap. 23. num. 37. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 2. cap. 19. quæst. 9. Ledesm. tom. 2. summæ, tract. 3. cap. 13. concl. 19. quos, & alios plures cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez. dict. cap. 3. nu. 3. & seqq. idemq́; sentire videtur Portel* vbi supra num 5. 6. & 7.

8. Non possunt religiosi à suis prelatis constringi, vt de Hispania ad Indos pro conuersione infidelium proficiscãtur, nisi priùs ipsi consentiant, vt vsus tenet apud Prædicatores, nã apud nos Minores ex Regula non possumus cogi ad eundum, vel commorandum inter infideles, idque declaratur in quodam Ordinis statuto. Aliud est inter Iesuitas, qui ad id, & ad alias similes peregrinationes longinquas peragẽdas speciali voto in professione adstringuntur. *ibid. artic. 7. de quo Soto de tegen. secret. memb. 3. quæst. 2. concl. 2. Ludouic. Lopez c. 2. de obligat. erga prox. p. 149. & 1. p. instructor. c. 59. column. 1. §. & an prælati Ordinum. Idem docent Cordub. in regul. cap. 12. q. 1 Leonard. lib. 2. de iust. cap 41. dub. 9. num. 77. D. Bonauent. in dict. capit. 12. regulæ B. P. N. Francisci, quos cũ nostro Auctore refert,* & sequitur Sanch. l. 6. decal. c. 2. nu. 47.

9. Prælati non possunt per obedientiam indicere suis subditis ad acceptandum Episcopatum, ille enim status est maioris perfectionis, exceditque votum, seu obseruantiam promissam, benè tamen ad id possunt à summo Pontifice compelli, vtpote cui cura vniuersalis Ecclesiæ incumbit ibid. artic. 8. & tom. 2. qu. 55 art. 2. vbi refertur quondam indultum Alexandri III. super hoc concessum Fratribus Minoribus. Idem docent Ludouic. Lopez 1. p. instructor. cap. 56. colum. 2. Lessius dict. dub. 9. numer. 16. Valentia secunda secundæ disp. 10. quæst. 3. puncto 3. col. 5. concl. 6. quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez dicto cap. 2. n. 49. vbi addit nu. 51. non posse Prælatum regularem cogere suos subditos ad acceptanda beneficia secularia, vel etiam regularia alterius Ordinis: quia id est prçter regulam, nec ordinatur ad commune bonum religionis, aut sui monasterij; secus si sit beneficium consuetum regi per religiosos suæ religionis, vel monasterij, vt benè docent Nauar. *comment. 4. de Regularib. nu. 2.* & noster Auctor *tom. 1. qu. 34. art. 8.* & nos diximus suprà *resolut. 15. nu. 11.*

RESOLVTIO CIII.

De Oblationibus.

1. Episcopis non licet sibi, aut clericis applicare oblationes factas religiosis apud suas Ecclesias, easque recipere impedientes excommunicatum ipso facto à Bonifacio VIII. apud Bullarium. tom. 3. quæst. 20. art. 1. vide suprà resol. 18. num. 13. Bullar. Bull. IX. Bonif. 8.

2. Habito respectu ad virtutem religionis, quæ Dei reuerentiam pro obiecto habet, certæ veritatis est, sacras oblationes, ac sacrificia reliquis eleemosynis longè præstare. At si ad virtutem charitatis, seu misericordiæ attendamus (quæ alijs semper succurrere satagit) certissimum etiam est, quòd necessitatis pondus, vnde virtus, & præcipuè pietas incrementum suscipit, aliquando possit efficere, vt ad diuinum cultũ sit multò præstantius, ac optatius opem ferre miseris, quàm oblationes, & sacrificia facere, pensatis circũstantijs loci temporis & necessitatum. Ideoque vbi diuinus cultus satis celebris est,

consultius erit egenorum calamitates subleuare. *ibid. art. 2.* de quo D. Thom. 2.2.q.87 *art.2. ad secundum*, vbi Aragon *art.3.* vide Panormitan. *in cap. final. de verborum significat. Syluest. verb. decima q.2.n 4.* vbi circa consuetudinem faciendi oblationes in Ecclesia multa notatu digna tradit.

RESOLVTIO CIV.

De Oblatis, seu Donatis Regularium.

1. OBlati, seu Conuersi apud regulares dicuntur, qui se, suaque perpetuò offerunt, donantque monasterio, sed non profitentur regulam, nec suscipiunt habitum Ordinis, ac proinde nō sunt verè religiosi. *tom 3. quæst. 21. art. 1.* de quo Nauar. *lib 3. consil 49 tit de Regularibus, Syluest. verb. oblatus.* Vide ad idem Sanchez *lib. 7. decalog. cap. 8. num. 42. & 43.* vbi resoluit, hos Conuersos, seu Oblatos posse testari, etsi omnia bona prorsus religioni obtulerint.

2. Vnde Donati sancti Benedicti emittentes solemniter tria vota essentialia in manu prælati secundùm regulam Monachalem à Sede Apostolica approbatam sunt verè religiosi, eorumq; professio dirimit matrimonium, ac fruuntur omnibus priuilegijs concessis dictæ religioni. *t. 3. qu. 78. art. 2.* vide quæ ad hoc tradit Sanchez *lib. 5 decal c. 5 n. 15. & lib. 2. de matrim. disp. 18 à nu. 2.*

3. Prædicti oblati licèt se, suaq; offerant monasterio, possunt tamen ad aliam transire arctiorem Religionem, etiam inuito superiore, iuxta capit. licet de Regularibus, non enim sūç intentionis fuit taliter se obligare, quin ad meliorem frugem anhelare non possint, quidquid aliqui in oppositum contendant. dict. quæst. 21. art. 2. de quo Gregor. Lopez in l. 9. titulo 17. p. 1. verb. religiosos Idem tenent Abb. in cap. non est, nu 3. de regul. cum Glossa ibi, quamuis de hoc aliquantulum dubitet in cap. quod à te, num. 5. de clerico coniugato, Barbatia cap. in præsentia, n. 18. de probat. vbi Berolus nu 55. Mantica num. 8. Felin. num 4. in fine, quos, & alios cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez lib. 6. decalog. cap. 7. nu. 9.

4. Rursum possunt absolui à suis prælatis, sicut alij religiosi, cùm sint personæ Ecclesiasticæ, gaudeantque priuilegijs Ordinis, cui donantur, ex concessione Eugenij IV. *ibid art. 3.* & nos diximus *resol. 3. à nu. 1 & num. 26.*

5. Oblati in habitu regulari, aut clericali incedentes, qui se, suaque Ecclesiæ sæculari, vel monasterio obtulerūt, honestè viuentes sub obedientia superioris, ac diuinis obsequijs insistentes, etiam dum cum vxoribus habitant, gaudent priuilegio Canonis ad instar acolythorum, & clericorum coniugatorū, decens enim est, vt eorum gaudeat priuilegio, quorum vitam, & religionem sequuntur. *ibid. art. 4.* de quo Hostiens. *in cap. non est dubium, de sentent. excommun.* B. Capistran. *de excommunic. § 13. extrà de conuers.*

RESOLVTIO CV.

De Officijs Ordinis.

1. APud Minores de Obseruantia nō possunt eligi in prælatos descendentes ex Iudæis, Hæreticis, ac Sarracenis, quorum corpora, ossa, vel statua combusta sunt, illique condemnati, declaratique sunt hæretici, seu apostatæ à fide vsque ad quartam generationem inclusiuè, ipsosque temerè in prælatos eligentes incidunt in excommunicationem, manentque priuati suis officijs, & inhabiles ad alia in posterum obtinenda. Ita decreuit Paulus IV. & confirmauit Gregorius XIII apud Bullarium. Quæ constitutio non comprehendit omnes descendentes ex genere

Bullar. bull. 2. Pauli 4 & bulla 36. Greg. 13.

ma

maculato hæresi, seu tantùm eos, qui originem trahunt ab his, qui in sua hæretica prauitate pertinaciter decedentes, tanquam hæretici ignis conbustioni, seu pœnæ traditi sunt, iuxta veriorem, & magis piam sententiam, cui assensum dederunt doctissimi viri apud scholã Salmanticensem, & Generalis Ordinis F. Franciscus Zamora, qui præfatam bullam impetrauit, cùm Procuratoris Curiæ munere fungeretur apud eundem. Paulum IV. ita declarauit. Idque probatur argumento cap. statutum, de Hæreticis libr. 6. vbi Pontifex postquam determinat Hæreticos, & eorum filios nõ esse admittendos ad beneficia Ecclesiastica, seu publica officia, addit, hoc procedere in illis, qui tales esse, seu decidisse probantur, non autem de his, quos emendatos esse constiterit, reincorporatósque Ecclesiæ vnitati, & pœnitentiam pro culpa recepisse: ergo à simili idem dicendum videtur in nostro casu, scilicet quòd tantùm excludendi sunt à prælationibus, & officijs per dictam Bullam Pauli IV. descendentes à Iudæis, vel, Mauris, qui in sua hæretica prauitate persistentes ab hac vita decesserunt, ac tanquam Hæretici condemnati, combustique fuerunt. *tomo 1. quæst. 14. articul. 1. & 2. de quo Nararr. lib. 5. consi. 1. titulo de Iudæis, & Sarracenis pag. 482. in 1. editione, & titulo de Hæreticis, lib. 5. consil. 22. in 2. edit. Portel verb. electio, num. 11. qui expressè tenet cum nostro Auctore. Idem ferè videtur sentire Auila de censuris p. 7. disput. 4. dub. 3. dum ait, ex iuris æquitate dictas cõstitutiones Apostolicas* non habere locum in descendentibus ex Hæreticis, Iudæis, vel Mauris, qui sponte propria, nulloque metu coacti conuersi sunt, quod etiam tradit Sanchez libr. 2. decalog. capitul. 27. num. 2. & 3. & agens de filijs Hæreticorum, qui Ecclesiæ reincorporati sunt, num. 21. & sequentibus, vbi resoluit filios, & nepotes eorum, qui catholici obeunt, ac traduntur brachio seculari comburendi, eo quòd relapsi sunt, incurrere pœnas hæreticorum, & citat Glossam in d. capit. statutum, verb. reincorporatos, qui textus petit parentes hæreticos reincorporari Ecclesiæ, paratos pœnitentiam iniunctam subire. Quod iuxta communem loquendi modum intelligitur de reincorporatione per absolutionem solemnem, ac iuridicam, qua ad pœnitentiam implendam iuridicè admittuntur, & pro hac sententia adducit Simancas, Rojas, Pes... uila, Suarez, Molina, & alios pl...

2. Religiosus, cuius tritaua fuit pœnę ignis tradita ob crimen hæresis, non potest esse prælatus in nostro Ordine Minorum, si pro certo habeatur ab illa descendere post hæresim commissam, & electores admittentes incurrunt pœnas suprà pósitas in bulla Pauli IV. secus si notorium est, fuisse conceptum ante patratum crimen, tunc enim non comprehendi in dicta constitutione, nec incurrere pœnas in illa constitutas tam electum, quàm electores communis opinio, & in praxi sæpe sæpiùs seruata tenet, argumento dicti c. statutum, de Hæreticis, in 6. Ex quo inferunt Doctores ad incurrendas pœnas iuris contra descendentes ab hæreticis positas opus esse, vt nati sint post hæresim commissam, & non sufficit ante ipsum crimen ab eis descendere.

Imò probabiliter sentiunt aliqui, etiam quando adest dubium, vel ignorantia, an præfatus Religiosus descendat à tali tritaua antè, vel post commissum crimen, electores non incurrere pœnas contra illos latas, si simplicitate animi talem Religiosum in prælatum elegerint, putantes id sibi licere in tali dubio, nam dictæ pœnæ solùm feruntur contra temerè, & cum præsumptione, seu audacia eligentes, verba enim dictæ bullæ, audeant, vel præsumant, id denotant: quando autem dubium est facti, an scilicet, quis sit verè excommunicatus, vel irregularis, negatiua pars tanquam mitior est amplectenda, odia namque sunt restringenda, fauores autem ampliandi, ad quod facit c. 2 de filijs presbyteror vbi nemo præsumitur ex sacerdote genitus, etiam si probetur, seu constet esse sacerdotis filium, quia fieri potuit, natum fuisse antequàm pater sacris initia-

retur: ita similiter non præsumitur quis in dicta constitutione comprehensus ex eo, quòd probetur eius tritauam fuisse crematã, cùm potuerit ab illa descendere ante commissum crimen, sed vt repellatur, debet probari post patrationẽ hæresis natum fuisse. ibid. artic. 3. Vide Sanchez d. cap. 27. à numer. 9. vbi hanc quæstionem latissimè pro vtraque parte disputat, & tandem nu. 14. opinioni magis piæ adhæret, pro qua citat Nauarrum, Iulium Clarum, Antoniũ Gomez, & alios ferè innumeros, idque expresse habetur *in capit. non imputantur, et cap. iam itaque 1. q. 4 cap. quaris 129. de consecrat. distinct.* 4. qui textus sunt desumpti ex magno Augustino epistol. 75. ad Auxentium, & epistol. 13. ad Bonifacium.

D. Aug. Episc. 75. & Episc. 13.

Licèt tamen hæc opinio attento rigore iuris cõmunis (iuxta quod dicta constitutio Pauli IV. interpretanda venit) vera, & probabilis iudicetur à viris doctissimis, & talis Religiosus possit per eam eligi, ac prælaturam tuta conscientia acceptare, non tamen conuenit, nec decens est tali infamiæ labe notatum eligi ratione boni regiminis, & ob decorem Religionis: nam vilibus, & infamibus, maximè si notoriè tales sunt, portæ dignitatum debent recludi, vt *in c. inter dilectos, de excessibus prælatorum habetur. ibid art. 3 de quo suprà de nouitijs, nu. 12. Gomez in l. 9. Tauri, nu. 51. Couarr. 2. variar. cap. 8. nu. 5. vers. quarto solet, & in 4. 2. p. cap. 8. §. 3. nu. 1. Idẽ tradit Portel vbi suprà, & verb. Nouitius, num. 28. & in addit. ad dub. nu. 20. qui adhæret nostro Auctori. Ad quod* etiam vide Sanchez dict. lib. 2. cap. 28. num. 4. vbi tradit ex sententia cap. 2 §. hæretici, de hæret. in 6. & ex Couar. Castro, Antonio Gomez, Simancas, Azeuedo, Hériquez, & alijs pluribus, filios hæreticicorum esse infames, ac proinde inhabiles ad officia, & beneficia, licèt ipse oppositum teneat, ibid. n. 5.

3. Adhuc tamẽ præfatus Religiosus non tenetur credere, habere suam originem à tali tritaua combusta post cõmissum crimen, sicut filius non tenetur credere matri dicenti esse conceptum ex adulterio, vt notatur in l. miles, §. de fũcto, ff. ad l. Iuliã de adulterijs, & si cõuicta sit de adulterio, optimè. n. stat cũ hoc, quod natus fuerit ex proprio marito: sic similiter et si dicta tritaua fuisset tanquã hæretica combusta, benè potuit talis Religiosus ab ea descendere ante cõmissum crimen, & in dubio non tenetur se iudicare inhabilem, & incapacẽ, si quidem est in possessione capacitatis, nec est illa spoliandus, nisi oppositum manifestè probetur, licèt. n. speculatiuè dubitet, an cõprehendatur in dicta constitutione, practicè tamen potest credere non esse comprehẽsum ad effectum acceptandi tale officium: nam benè stare potest cum dubio speculatiuo certitudo practica, argumento c. inquisitioni, de sentent. excommun. Auct. ibid. art. 4. de quo Syluest. verb. dubium q. 4. Soto de iust. qu. 5 art. 4 & in 4. dist. 27. qu. 1. artic. 3. Cordub lib. 3. qu. 8. Veracruz in speculo coniugat 5. p art. 18.

4. Nouiter conuersi ex Iudæis, Mauris, vel Hæreticis à prælationibus, & officijs et excluduntur apud Minores, per dictas bullas Pauli & Pij IV. & Greg. XIII. vt aliqui conijciunt ex verbis illis Pauli IV. in sua cõstitutione: qui olim Iudæi, seu hæretici fuerint; aduerbium enim, olim, denotat, inquiunt, etiã post multũ tẽporis conuersos esse repellendos. Nouiter tñ conuersi ex Gentilitate non comprehenduntur in dictis bullis, quia in eis nulla fit mentio de Neophytis Gentium, & lex exorbitans, & pœnalis non extenditur de vno ad aliũ casũ, nec de persona ad personã, ex similitudine rationis. De alijs verò Christianos nouos appellat, certi iuris est, non comprehendi in dictis constitutionibus, si eorum maiores extra quartam generationẽ fidẽ susceperunt, nam Pontifices ibi se restringunt ad prædictum tantùm gradum, nec extendendæ sunt ad c ollaterales, quia de descendẽtibus per rectam lineam tantùm in illis fit mentio. ibid. art. 5. & 6 de quo Couar. in Clement. si furiosus, 1. p. §. 2. n. 8. col. 6. Nauar. lib. 5. conf. 2 2. nu 1. de hæreticis in 2. edit. Idem docent Otalora de nobilit 2. p. tertiæ partis principalis toto c.

to c.7. Salzedo in pract. Bernard. Diaz c.22. nu.8. Suarez tom.5. disp.43. sect. 3.nu.8. Spino speculo testam. Glossa 3. principali, n.48. Auila de censuris p.7. disput 4.dub.4.quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez d.c.28.à nu.11.& resoluit etiam P. Miranda to. 2.manual.q.1 art. 1.conclus 4. & 5. qui quidem Sanchez nu.16. addit, posse testes iurare, promouendum ad ordines, aut ad officia, vel beneficia esse Christianum veteranum, & si à Iudæis, vel Mauris, vel ab Hæreticis descendat, quando non est Neophytus ex Iudæis, vel Mauris, sed ab infantia baptizatus, & quando non est filius, aut nepos per viam masculinam, aut filius tantum per viam maternam eorum, qui tanquam hæretici sunt damnati, vel tales notoriè fuere, nec sunt Ecclesiæ reconciliati: & filij geniti sunt post id parentum delictum: dummodò tamen non adsit speciale statutum legitimum, & confirmatum à Papa arcens omninò descendentes à Iudæis, Sarracenis, aut Hæreticis quocunque modo, & in quocũque gradu, tunc enim tenentur testes deponere iuxta iudicis interrogationem, & declarare quod in rei veritate scierint, & huic sententiæ subscribit Portel in addit.ad dubia verb. Nouitius, nu.27.

5 Descendentes ex dicto genere maculato intra quartum gradum, quorum progenitores condemnati sunt ob crimen hæresis, reconciliari tamẽ sunt Ecclesiæ, nõ sunt priuati dictis officijs, nec ad illa inhabiles per dictas bullas, quia verba illa Pauli IV. condemnati, ac eorum corpora igni tradita, denotant, & declarant duo simul esse necessaria, scilicet quòd sint condemnati vt hæretici, & simul eorum corpora, ossa, vel statuæ concremata, dictio enim, ac, non est disiunctiua, sed copulatiua, vnde non sufficit condemnatio sola, si non fuerint igni traditi, iuxta dispositionem dicti capit. statutum, de hæreticis, in 6. Auct. ibid art.7. de quo Nauar. in c. statuimus, 19.q 3.nu.44. Idem tradit Sanchez d. lib.2 c.27. nu 26. in fine, vbi sic intelligit dictum cap. statutum, nimirum vt ea verba intelligantur copulatiuè, id est quando parentes con-

Comp Roderici.

demnati sunt, & traditi simul brachio sæculari ad comburendum, ad quod citat Molina tom.3.de iust.1.p.disp.658. num.19.in fine. Azeuedo, quanuis non ita clara, in t.3.tit.3.lib.8.nouæ recopilat.num.28.

6. Licèt Pontifices in dictis suis Cõstitutionibus expressè declarent supradictos descendentes ex hæreticis condemnatis, & combustis vsque ad quartam generationem inclusiuè ipso iure esse priuatos officijs, & dignitatibus, & inhabiles ad illa, consuetudo tamen, quæ est optima legum interpres, interpretatur quòd non sint priuati, nisi post latam iudicis sententiam, sicque dum tolerantur ab Ecclesia, eorum gesta, & acta valent, argumento l. Barbarius Philippus, ff de offic. Prætoris, peccant tamen mortaliter sua officia exercentes, extra casum necessitatis: vnde vel debent renunciare, si possunt commodè sine præiudicio suæ famæ, vel petere occultam dispensationem, quam citiùs potuerint. Verum est tamen, quòd electi tamum ad dicta officia ante eorum possessionem, & suæ inhabilitatis conscij tenentur omninò renunciare, quia ex eo nullum infamiæ periculum illis potest superuenire. Vnde fit, quòd Fratres non tenentur statim recedere ab obedientia dictorum prælatorum, etiã si sciant ipsos esse comprehensos in dictis constitutionibus, sed debent expectare sẽtẽtiam declaratoriam suæ inhabilitatis à superiore, aliàs vnicuique liceret suo prælato ad libitũ non obedire, ob similẽ causã, quod maximã cõfusionẽ pareret in Religione. *ibid. art.* 8. *&* 9 de quo Cordub. *lib.1.q.36.c.2.pag.* 290. *Aragon 2.2.q.11.ar.3.pag.347. Soto lib.1.de iust.q.6.art.4.& lib.5.q.6.art.2. Castro de lege pœnali, c.15. Syluest. verb. pœna, num 28. Nauar. in Manual. capit. 23.nu 63.& c.27.num.5.& 239.*

7. Prædicti descendentes ab hæreticis combustis, & condemnatis si validè professi sunt apud nos Minores ante cõstitutionem Clementis VII. quam Paulus, & Pius IV. innouarunt, in qua eo- Bullar.
rum professio annullabatur, scilicet ab bull. 12.
anno 1550. die 10. Octobris vsque ad Iulij 3.
24. Aprilis anni 1558. quo temporis

spatio Iulij III de qua in Bullario, qui moderauit Bullam Clementis VII. & ab anno 1571. vsque ad annum 1573. quo temporis durauit constitutio Pij V. qui moderauit cõstitutionem Pauli IV. & eam tantùm extendit ad dictos descendentes ex genere maculato vsq; ad secundam generationem ex parte patris, & vsque ad primam ex parte matris quantum ad annullationem professionis; hi; inquam, validè professi optimo iure possũt esse definitores, Discreti Capitulares, Magistri Nouitiorum, Vicarij Conuentuum, Confessores Monialium, Prædicatoresque Conuentuales institui, quia huiusmodi officia non habent annexam iurisdictionem Ordinariam prohibitam exerceri à talibus personis in præfatis Constitutionibus: leges autem poenales tanquam odiosæ debent restringi ad ea, de quibus expressè loquuntur. Imò & possunt eligi Custodes ad Capitulum generalem, hi enim non habent aliqualem iurisdictionem, nec in potentia, vt suprà resoluimus de Custodibus num. 3. & quantũ ad institutionem Prædicatorum, quam diximus, non obstat hoc specialiter dictis Fratribus maculatis esse interdictũ in dictis Bullis, quia quantum ad hoc nunquam fuere à Patribus Ordinis receptæ, & Pius IV. apud Bullarium dedit facultatem, vt possint institui Prædicatores. *ibid. art. 11. & 12.*

Bullar. orac. 1. Pij IV.

Idem quoad institutionem prædicatorum præfatam docet Nauar. *in man. c. 23. num. 41.* quem refert, & sequitur P. Miranda *d. qu. 1. art. 8.*

8. Prælati admittentes ad officia, & prælationes prædictos Fratres comprehensos in dictis constitutionibus temerè, & intrepidè, quos de hac macula infamatos sciunt, ipso facto excommunicati existunt per dictas Bullas, sed non statim censentur priuati suis officijs, & inhabiles ad ea ante sententiam declaratoriam sui criminis. Vnde eligentes descendentes ex genere maculato, infamia tamen combustionis propter hæresim minimè infecto; nec peccant, nec incurrunt dictas poenas, quia non temerè faciunt eligendo iuxta opinionem certiorem, & magis conformẽ iuri communi, de quo suprà *ibid. art. 16.* de quo Cordub. *lib. 1. qu. 36.* Nauarr. *in manual. c. 13. nu. 63.* Soto *de iust. lib. 1. q. 6. art. 4.* Idem docent P. Miranda *d. qu. 1. art. 6. & 7.* Portel *verb. electio, num. 11.*

9. Dictæ constitutiones non cõprehendunt Moniales descendentes ex dicto genere maculato, etiam infamia combustionis infecto, nec admittentes eas ad prælationes, & alia officia incidunt in prædictas pœnas, nam lex odiosa loquens de viris non extenditur ad fœminas, & in dictis Bullis tantum fit mentio de Fratribus, sic declarante Pio IV. quoad Moniales ordinis D. Hieronymi apud eius Compendium verb. statutum pag. 317 qui confirmauit Bullam Alexãdri VI. apud idem Compend. d. verb. statutum, §. 1. & 2. decernentis, vt Fratres descẽdẽtes ex Iudæis, vel Sarracenis intra quartum gradum in dicto ordine S. Hieronymi nõ possint recipi ad habitum sine licentia Capituli generalis, nec sic professi ad officia, & dignitates, nec etiam ad sacros ordines promoueri: *ibid. art. 13. & 14.* Idem docent noster P. Miranda *tract. de Monialibus quæst. 6. art. 2. & 3.* Portel. *verb. Abbatissa, num. 6.* & nos suprà diximus *resolut. 2. num 8.*

Comp. verb. statut §. 1. & 2.

10. Non est priuandus religiosus sua prælatione, seu officio, nisi ob aliquod delictum adeò graue, vt iudicio bonorum, & grauium religiosorum sit tali pœna priuationis dignum, licèt non sit in iure expressum. *tom. 2. quæst. 25 art. 2.* de quo Abbt *in c. tua, de pænit. & in l. 1. numer. 2. de indicijs.* Rebuff. *in pract. benef 3. p. de modo amittendi beneficia.* vide quæ super hoc diximus *resolut. 48. numer. 14.*

11. Apud nos Minores qui procurãt prælationes, & officia per intercessionẽ sæcularium per se, vel per alios priuantur voce actiua, & passiua, & fiunt inhabiles ad alia in posterum obtinenda, ac excommunicantur per Bullas Pij V. & Gregorij XIII. Pro Prædicatoribus verò sunt aliæ similes pœnæ appositæ ab eodem Gregorio XIII. & Clemente VIII. tom. 2. quest 57. art. 2 de quo vide Portel verb. officia Ordinis num 1. & 2. Quas constitutiones quantum ad Mi-

nores

nores innouauit D. Paulus V. vt in superioribus diximus de electione praelator. nu. 46. & nouissimè nunc etiam ad complices & simpliciter scientes, & non reuelantes, supradictas poenas contra procurantes saecularium fauores, aut emendicata suffragia extendit sacra Cõgregatio Regularium per suum decretũ à sanctissimo D. N. Vrbano Papa VIII. confirmatum sub datis Romae die 21. mensis Septembris anni 1624. vt testatur P. F. Ioannes Etin Niño, in suis Aphorismis *super c. 6. num. 49. fol. 86.* de quo latè Portel *in addit. ad dub. verb. officia Ordinis à num. 7.*

RESOLVTIO CVI.

De Ordinibus sacris.

1. ORdo ex magistro sententiarũ, est sacramentum, quo potestas spiritualis significatur, & traditur in ordine ad sacrosanctum Christi Corpus cõsecrandum. Triplex verò est ordo sacer, scilicet, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. De quatuor verò ordinibus minoribus etiam aliqua dicemus. *tom. 3. q. 23. art. 1. de quo Magist. in 4. dist. 24. vbi D. Thom. Scotus, D. Bonauent. Sotus q. 1. Valdens tom. 2. de Sacramentis à c. 116. F. Bartholomeus à Ledesma in summar. de Sacramẽtis tit. de Ordine, F. Petrus à Ledesma 1. p. sum. de hoc Sacram. c. 1. Toletum in summa ad finẽ de Sacramẽto Ordinis*, P. *Vidalob 1. p. sum. tract. 11. diffi. 1. à n. 1.*

2. Abbates Regulares possunt intra sua monasteria ordines minores conferre suis subditis Monachis, c. Abbates, de priu. leg. in 6. capit. quoniam 69. dist. & ex concessione Innocẽtij VIII. non tamẽ alijs intra fines alicuius Diœcesis consistentibus, etiam si nullius Diœcesis, vel exempti esse dicantur, ex decreto Tridentini Concilij. Vnde non possunt ordinare suos Nouitios intra annum probationis, cùm non sint propriè sui subditi Regulares, ex quadã constitutione Pij V. *ibidem art. 2.* de quo Nauar. *capit. 27. numer. 158.* & nos diximus suprà *de Abbatibus, numer. 4. & 5.*

In Bull. 5. Innoc. 8.

Trid. sess. 25 ca. 10. de resid. praelat.

3. Hoc priuilegio conferendi ordines minores non gaudent Priores Ordinum Militarium per communicationem, quia & si habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, id tamen nunquam fuit in vsu apud illos. Possunt tamen iuxta probabilem quorundam sententiam litteras dimissorias clericis saecularibus sibi subditis concedere. *tom. 1. quaest. 36. artic. 6.* de quo Francus *in cap. 3. §. final. de tempor. ordinan.* Mandos. *regul. 24.* & nos diximus suprà *resolut. 2. num. 25. & 26.* cum P. Villalobos *dict. tract. 11. diffi. 9. num. 4.*

4. Religiosi Societatis Iesu post biennium emittentes tria vota simplicia ad ordines minores admittendi sunt, sicut alij Religiosi absq; titulo beneficij, vel patrimonij, non obstante decreto Tridentino, sunt enim verè Religiosi, licèt reuocabiliter. Et ad omne dubium tollendum sic declarauit Gregorius XIII. apud Compend. Societat. titul. ordo §. 2. ibid. art. 3. dict. quaest. 23. de quo Garcia de beneficijs 2 part. c. 5. numer. 13. Idem docent P. Miranda tom. 1. quaest. 39. articul. 5. P. Villalob. sup. diffic. 15. num. 13.

Trid. sess. 21. c. 2. de reform.

Comp. Societ. tit. ordo §. 2.

5. Priuilegium Eugenij IV. pro Monachis S. Benedicti, vt vna die possint recipere omnes ordines sacros, reuocatum est per Tridentinum Concilium. Verum est tamen quòd possunt licitè eadem die recipere ordines minores, & Subdiaconatum, vbi talis viget consuetudo, quam Concilium non tollit. *ibidem art. 4.* de quo Nauar. *cap. 25. num. 7. & cap. 27. num. 241. Henriquez in summa lib. 6. cap. 10. §. 3. littera Q. & lib. 13. cap. 36. in fine, Valer Reginald. in praxi fori poeniten. lib 30. tract. 2. nu. 189.* Idem docent P. Villalobos *dict. tract. 11. diffic. 12. num 7.*

Trid. sess. 23. ca. 13. de refor.

6. Imò nec Episcopus potest super hoc dispensare, nempe quòd duo sacri

ordines eodem die alicui conferantur, iuxta c. dilectus filius, de temp. ordin. etiam grauissima, & vrgente causa intercedente, nisi ad id habeat specialem à Sede Apostolica facultatem. tom. 3. q. 24. art. 5. de quo Syluest. verb. Ordo, §. 7. & noster Villalobos d. n. 7. vbi docet posse duos ordines maiores simul conferri, vbi talis consuetudo viget.

Comp. Mend. tit. Ord. sacri §. final. Trid. sess. 23. c. 8. de refor. & sess. 25 c. 12. de Reg. Bull. Bul. 25. Greg. XIII.

7. Religiosos extra tempora ordinari posse, concessit Eugenius IV. in proximè citato priuilegio pro Benedictinis, & Alexander VI. pro ordine S. Hieronymi apud Compendium Mendicantium, dummodò fiat tribus Dominicis, vel festis continuis, vel interpolatis Quo fruuntur Mendicantes, & aliæ Religiones communicãtes in priuilegijs. Nec id est reuocatum per Tridẽtinum Concilium, nec per Gregorium XIII. aut Sixtum V. confirmantes priuilegia regularium, quæ non sunt contra Concilium, nec per aliam constitutionem eiusdem Sixti V. cõtra malè promotos, quia postea ad tollendum omne dubium id de nouo concessit Patribus Iesuitis Gregorius XIII. apud Bullarium, & per communicationem idem habẽt alij Mendicantes, maximè Fratres Minores, quorum priuilegia confirmauit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & de nouo concessit Clemens VIII. & Paulus V. per suam Bullã datam Romæ Kalendis Decembris anni 1609. etiam concessa alijs ordinibus per viam communicationis, quæ confirmatio ex certa scientia habet vim innouandi concessiones, & indulta à Sede Apostolica reuocata. ibid. d. qu 23. articul. 5. Idem tenent F. Ioannes à Cruce de stat. relig. lib. 2. cap. 3 dub. 3. concl. 3. §. tandem, fol. 118. & cap. 8. dub. 1. Portel verb. Ordines sacri, num. 4. vbi refert, ac vidisse testatur quoddam aliud simile priuilegium Clementis VIII. concessum Congregationi S. Ioannis Euangelistæ in Portugallia anno Domini 1596. die 23. Nouembris & nouissimè idem resoluit cũ nostro Auctore P. Villalobos *supr diff. 13. nu. 6.*

8. Religiosi non possunt ordinari ante legitimam ætatem virtute suorum antiquorum priuilegiorum, quæ quantum ad hoc expressè derogata sunt à Concilio Tridentino in illis verbis, priuilegijs quibuscunque quoad hoc penitus exclusis. Nec priuilegium post dictum Concilium concessum Religiosis, vt in minore ætate ad presbyteratum possint ascendere, valet, est enim reuocatum per constitutionem Sixti V. contra malè promotos: nec in foro conscientiæ vti potest tali indulto vigore viuæ vocis oraculi Pij V. quo conceditur nobis Minoribus, vt possimus vti in foro conscientię omnibus gratijs concessis per antecessores, etiam derogatis per Concilium Tridentinum, quia post Pium V. Sixtus V. & Clemens VIII. declarauerunt, quòd quantum ad hoc Concilij Tridentini decretum obseruaretur, non obstantibus quibuscunque, & idem Clemens VIII. & D. Paulus V. in confirmatione nostrorum priuilegiorum semper exceperunt: dummodo non sint contraria decretis Tridentini Concilij. *ibid. art. 6.* Idem docent Henriq. *in summ. libr.* 10. c. 19. §. 2. *Gutier. lib. canonic. c. 26. à num. 8. P. Mirand. tom. 1. q. 39 art. 1. Portel verb. Ordines sacri, nu. 1.* noster Villalobos *d. tract. 11. diffic. 11 num 8.*

Trid. sess. 23. cap. 12. de refor.

In Bull. orac. 15. Pij V.

Pro quo aduertere oportet, quòd pro ximè à nobis dicta non opponuntur resolutis infra de priuilegijs, nu. 17. quia ibi generaliter dicimus, esse reualidata priuilegia Regularium per præfatum viuæ vocis oraculum Pij V. in foro conscientiæ tantùm: hic verò specialiter agimus de priuilegio suscipiendi ordines ante legitimam ætatem, quod quantum ad hoc Sixtus V. & Clemens VIII. præceperunt obseruari præfatum Tridentinum decretum, non obstantibus quibuscunque. Vnde quoad alia bene possumus vti nostris priuilegijs contra dictum Concilium in foro conscientię tantùm: sicque debent concordari resoluta ab Auctore d art 6. cum resolutis tom. 1. q. 8. artic. 10. cessabitque scrupulus Portel, eiusque argumentum ad hominem contra ipsum Auctorem in suis dubijs Regularibus verb. priuilegij cessatio per non vsum n. 64. eius tamen opinio mihi omninò non displicet, eo quòd securior, & magis conformis

mis videtur menti Pontificum, qui post Pium V. omnes semper exceperunt in confirmatione priuilegiorum, Dummodo non sint contraria decretis Tridentini Concilij.

9. Sufficit annus inceptus ad sacros ordines recipiendos, iuxta illud vulgatum: annus inceptus habetur pro completo, l. qua ætate, ff. de testam. Vnde ad subdiaconatum potest quis ascendere post 22. annum inchoatum, & ad Diaconatum post 23. & ad presbyteratum post completum 24. seu 25. inceptum, tum quia hic agitur de fauore, tum quia verba Concilij: *ante vigesimum secundum, &c. id satis indicant. ibid. art. 7. de quo Henriquez d. §. 2. & lib. 11. c. 38. §. 2. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 166. Idem docent Sotus in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. Nau. in manual. c. 25. num. 30. & c. 27. num. 155. Gutier. lib. 1. Canon quæst. 2. nu. mer. 8. P. Miranda d. quæst. 39. artic. 2.* P. Villalob dict. diffic. 11 nu 2.

10. Regulares recipientes sacros ordines ante legitimam ætatem, vel sine litteris dimissorijs suorum superiorum ipso facto suspensi existunt per Extrauagantem Pij II. apud Bullarium, incipit, cùm ex sacrorum, quæ tam sæculares, quàm Regulares clericos comprehendit, idque Sixtus V. in sua constitutione contra malè promotos satis expressè, & clarè extendit ad regulares, quos etiam voce actiua, & passiua priuat. Eademque pœna suspensionis feriuntur clerici sęculares, qui extra tempora ab Ecclesia statuta ordines recipiunt, ex eodem Pio II. nisi bona fide taliter sacris fuerint insigniti. Pontifex enim contra præsumentes tantum dictam suspensionis pœnã imponit, quod verbum dolum designat, & bonam fidem, probabilemque ignorantiam excludit. *ibid. art. 8. & 11. de quo Cardin. in Clement. 1. qu. 28. de priuilegijs, Nauar. c. 27. n. 155. & in libr. cons. ad tit. de tempor. ordinand. consil 50. fol. 642. Idem resoluit post glossam in cap. vel non est compos. per textum ibi, de tempor. ordin. & Clem. generalem, de ætat. & qualit. ordin. P. Miranda d. quæst. 39. articul. 6. & sequitur P. Villalobos d. diff. 11. numer. 4.*

Bullar. Bull. 8. Pij II.

11. Prælatus Regularis habens facultatem ad dispẽsandum cum subdito ad omnes ordines, habilitans ad minores, & ad subdiaconatum recipiendos, ad omnes sacros ordines dispensasse censetur probabiliter enim sic intendisse facere credendum est, ne exponeret subditum periculo iterum recurrendi ad Papam, si interim moreretur. ibid. art. 10. de quo Nauar. lib. 1. cons. 1. tit. de ętate, & qualit. ordinan. Cuius oppositũ tenet Sanch. lib. 8. de matr. disp. 1. num. 26. & tanquam probabilius (vt inquit) sequitur Portel verb. Ordines sacri nu. 10. sed P. Miranda d. qu. 39. art 8. adhęret cum Nauarro nostræ sententiæ.

12. Regularis ante legitimam ætatem ordinatus fit suspensus, vt deducitur ex c. vel nõ est compos, de tempor. ordin. Item, & irregularis exercendo actus specialiter ordini sacro deputatos, vt cum Sacerdos celebrat, Diaconus cantat Euãgelium, & subdiaconus Epistolam solemniter. Secus si faciat alios actus ad solos sacerdotes pertinẽtes, quales sunt electio actiua, & passiua, statio, aut sessio inter sacerdotes, vel etiam actus aliorum diuinorum Officiorum, qui à laicis solent, aut possũt fieri, peccat tamen exercendo huiusmodi actus, quia suspensi sunt prohibiti. *ibi l. art. 12. de quo Nauar. in manu. c. 17. num. 242. Innoc. & Panor. in c. fin. de excessib. prælator. Idem docent Suar. de censuris disp. 31. sect. 1. à num. 22. P. Miranda d. qu. 39. art. 6. & 9. P. Portel vbi supr. nu. 13. P. Villalob. dict. diffi. 11 nu 6.*

13. Subdiaconus à religione expulsus cũ licentia sui Episcopi ad alios sacros ordines promoueri potest, si nõ est impeditus aliqua irregularitate ab Episcopo nõ dispensabili, nec ante electionem fuit super ea cũm ipso dispensatũ per ordinis priuilegia. Vnde si habet sufficiẽs patrimoniũ ad honestè viuẽdũ, ac idoneus ætate, litteris, & moribus existit, facta priùs fide authentica de alijs ordinib. in Religione ritè susceptis, ad sacerdotiũ ascẽdere nullo iure prohibetur. *ib. a. 13.* de quo Nauar. *l 1 cons. 9. t. de ætat. & qualit. ordinand.* Idẽ post nostrũ Auct. docet Portel *vbi sup. n. 11.*

14. An-

14. Ante legitimam ætatem temerè ordinatus à suspensione absolui prius necesse est, quàm ordinum exercitio se immisceat. Nec sufficit attingere, seu peruenire ad ætatem requisitam, vt fine præfata dispensatione solemniter administret. At si bona fide, & probabili ignorantia ductus ordines suscepit, nec incurrit suspensionem, nec celebrando cum eadē bona fide, & probabili ignorantia irregularitatem. Adueniente tamen mala fide peccabit mortaliter celebrando, sed non fit irregularis, nisi per iudicem iam fuerit suspensus. *Ibid. art. 14. de quo Nauar. in addit. ad consil. tit. de tempor. ordin. cons. 50. Medin. in sum. fol. 45. Cucus l. 4. Maior. inst. tit. 12. num. 18. Idem docent* Suarez *d. disp. 31. num. 26. quem sequitur relato etiam nostro Auct. e P. Villalob. d. diffic. 11. num. 7. P. Mirand d. artic. 6. & agens de absolutione suspensionis prius facienda, artic. 10. Aduerte etiam cum* eodem Suarez vbi sup. disp. 23. sect. 3. num. 4. quem sequitur Portel vbi suprà num. 12. quòd iste talis ante ætatem ordinatus incurrit duas suspensiones, vnā ob delictum, alteram verò ob defectū ætatis, ac proinde absolutus à prima, non censetur absolutus ab alia, nec potest ministrare donec attingat legitimam ætatem.

Trid. sess. 23. c. 8. de Reform. Trident. sup. c. 10. 15. Regulares ordinandi tenentur præsentare Episcopis litteras dimissorias suorum Prouincialium, qui sunt verè ordinarij respectu sibi subditorum, ac proinde cum ipsorum testimonio de moribus, probitate, & sufficientia rectè possunt ab ipsis Episcopis ordinari, iuxta Trident. Concilio. Idque ex alio decreto eiusdem Concilij confirmatur, in quo à contrario sensu diffinitur, Abbates exemptos posse dare litteras dimissorias suis subditis Regularibus, prohibet enim ne eas concedant clericis sæcularibus: ergo id concedere videtur quoad clericos Regulares sibi subditos. Et ita declaratum fuisse à Clem. VIII. scilicet non esse sublatam præfatam facultatē dandi dimissorias à prælatis Regularibus per Trid. Concil. refertur in libro priuilegiorum monasterij de Alcobaca apud Portugalliam *p. 56. tom. 1. quæst. 17. art. 5.* de quo Nauar. *libr. 1. consil. 21. titul. de tempor. ordin. &* *Henriq. libr. 7. de indulgent. cap. 27.* Idem tradunt cum communi P. Miranda *d. quæst. 39. art. 3.* P. Villalobos *d. tract. 11. diffic. 9. num. 7.*

16. Priores Ordinum Militariū habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, & Abbates similes posse dare Reuerendas, seu dimissorias clericis sæcularibus sibi subditis, quidam probabiliter sentiunt. *Tom. 1. qu. 36. artic. 6* & nos diximus *sup. num. 3.* & latiùs *resolut. 1. num. 25 & 26.* de quo Azor *inst. moral. 1. p. lib. 12. c. 20. quæst. 7. vers. cæterum, Zerol. in praxi Episcop. 1. p. vlt. Abbas p. 10. Thom Valasc. tom. 1. allegat. 3. n. 6 Cened. ad Decret. coll. 103.*

17. Præsentati verò Religiosi cum dictis dimissorijs examinandi sunt ab Episcopis antequam ordinentur, ex Trident. Decreto, in quo penitus excludūtur, & reuocātur quoad hoc priuilegia Regularium in contrarium. Ibid. d. qu. 18. art. 6. Vide infrà num. 14. Idem docent P. Mirand. d. qu. 39. art 4. P. Villalob. sup. diffic. 14. nu. 5. qui bene addūt, posse Episcopos super hoc omnimodā fidem dare seu stare prælatis testātibus in suis litteris dimissorijs de sufficientia suorum subditorum ordinādorum. Trid. sess. 23. ca. 12. de refor.

18. Religiosi possunt à quocunque Catholico Episcopo ordinari, ex concessione Clement. IV. & Alexand. IV. apud Bullarium. Nec hoc est reuocatū per Trident. Concil. cuius decretum de non ordinando, nisi à proprio Episcopo non extenditur ad Regulares, ex declaratione Pij V. Episcopis tamen non licet ordinare dictos Religiosos sine litteris, & licentia suorum superiorum, nulla alia adhibita diligentia, nisi super idoneitate, & litteratura eorum: idque sufficere colligitur ex alio decreto eiusdem Concilij, in quo agitur de examine morum, & probitatis ordinandorum, quæ in dictis litteris à superioribus commendari, & de eis testificari sufficit, ibid. tom 3. qu. 14. art. 1 de quo Capuccin in addit ad Comp. Mend. titul ordines sacri p. 283. littera, C. Cenedo ad decretum collect. 15 & Bullar. aull. 11. Alex. 4. Trid. sess. 23. c. 8. Trid. d. sess. 23. c. 7.

ad

ad decretales collect. 56. nu. 5. & collect. 77. num. 2. Sanchez in præcep. Decalogi, libr. 2. c. 18 num. 15. Portel vbi supra numer. 3. & noster Villalob. dict. tract. 11. diffic. 9. num. 7. qui idem ferè docent.

19. Alieno Episcopo non licet ordinare Religiosos in suis monasterijs, nisi de licentia expressa Episcopi, in cuius Diœcesi Pontificalia vult exercere, ex decreto Tridentino, per quod priuilegia in contrarium abrogantur. Quod non solum ad Religiosos eiusdem monasterij, sed etiam ad forenses alterius Diœcesis ordinandos extenditur, qui admittendi sunt, si per litteras dimissorias suorum superiorum de eorum idoneitate, & facultate ad ordines recipiendos ipsi Episcopo ordinatori constet. *Ibid. artic. 2. de quo Nauar. de sent. excommun. consil. 69. Gutier. Canon. lib. 1. c. 29. num. 26. Flamin. de resignat. lib. 1. qu. 17. num. 17. Zerol. in prax. Episcop. 1. p. verb. Archiepisc. num. 2. p. 16. & 2. p. verb. Episcopus, p. 45. Idem docent Portel vbi supr. num. 3. & P. Villalob. d. diffic. 9. num. 9. vbi refert quasdam declarationes Cardinalium* circa supradicta.

Trid. sess. 6. ca. 5. de reform. Trid. sess. 23. ca. 11. 13. & 14. de Refor.

20. Decretum Tridentinum de non ordinando, nisi seruatis temporum interstitijs, etiam in Regularibus locum habere, indubitati iuris est, sed eorum dispensatio ad Episcopum ordinantē, non verò ad superiores Regulares pertinet, ex Cardinalium declaratione. Vnde Domini Episcopi rogati in dimissorijs à dictis prælatis, vt in interstitijs cū suis subditis dispensent, absq; alia vtilitatis, seu necessitatis Ecclesiæ inquisitione id debent sufficiens ad dispensandum iudicare. *Ibidem art. 3. de quo Prosper August. in addit. ad quaranta in Summa Bullarij verb. Ordo propè finem, p. 395. Aloys. Ricci. Neapo. Archiep. decis. 81. Barbosa in remiss. ad Trid. c. 11. nu. 5. vbi circa hæc refert eandem Cardinalium declarationem. Idem doceat Portel sup. num. 5. P. Villalob. d. tract. 11. diffic. 12. num. 4. & seqq.* vbi nu. 8. refert quoddam priuilegium concessum Societati, cuius etiam meminit noster Auctor tom. 2. quæst. 23. art. 5. nempè vt possint Religiosi promoueri ad sacros ordines, etiam presbyteratus absque vlla functione in ipsis ordinibus, aut obseruatione interstitiorum. Quo priuilegio frui possunt aliæ Religiones communicantes, non obstante prohibitione communicationis huius gratię expressè facta à Gregorio XIII. in dicta constitutione, vt probat latè Auct. d. art. 6. circa finem. Sed P. Villalobos sentit in hoc debere Religiosos se conformare consuetudini propter constitutiones cōtra malè promotos. Quod quidem mihi tutius, ac consultius videtur, licitum tamen & tutū erit vti dicto priuilegio, quod non est reuocatum, sed potiùs confirmatum, vt latè probat Auctor vbi proximè. De quo aliquid diximus resolut. 1. num. 22. & 23.

21. Ad dispēsandum in interstitijs ordinum minorum quæcunque causa sufficit, cùm id iudicio Episcopi remittat Concilium. Ad dispensandum verò in interstitijs ordinum sacrorum omninò requiritur, quòd adsit necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, ex eodē Concilio, quod iudicio Episcopi relinquitur quoad ascensum à subdiaconatu ad Diaconatum. Pro quo aduerte, quòd in Episcopatibus, vbi vigebat consuetudo cōferendi ordines minores simul cum subdiaconatu, possunt nunc post Concilium absque dispensatione in diebus Dominicis, vel festiuis conferri. Ibid. art. 4. de quo Nauar. in Manu c. 25. numer. 71. Armilla verb. Ordo § 6. Idem docent Portel suprà numer. 5. P. Villalob. d. diffic. 12. n. 3. vsque ad 7.

Trid. d. c. 11. Trident. d. c. 13.

22. In interstitio anni requisito ad ascendendum à Diaconatu ad presbyteratum non licet Episcopo dispensare, nisi necessitas simul, & Ecclesiæ vtilitas concurrat, nā verba Concilij coniunctiua: Nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, ac necessitatem; id apertè insinuant. Ibidem art. 6. de quo Nauar. vbi suprà. Idem docet P. Villalob. dict. num. 3.

Trid. d. c. 14.

23. Tunc autem erit vtilitas Ecclesiæ sufficiens iudicanda ad dispensandum, quando pauci ministri existunt, tunc

tunc verò aderit necessitas, quando nō solùm habentur pauci Ecclesiæ ministri, sed etiam quando deficiunt idonei, & non idonei. Rursum hæc necessitas, & vtilitas moraliter debent pensari, non enim in puncto indiuisibili consistunt, sed recipere debent eam latitudinem, quæ in alijs rebus moralibus ad arbitrium boni viri attēdi solet. Quod & prælati Regulares debent pensare, & obseruare, quando ab Episcopis dispensationes interstitiorū pro suis subditis petunt, vt potè qui sciunt, & cognoscunt tanquam patres monasteriorum, an sit illis vtile, aut necesse aliquos sacris initiari. *Ibidem art.* 7. de quo Syluest. *verb Ordo* 3. §. 10. *in fine*, D. Antonin. 3. *p. titul.* 14. *de tempor. & loco ordin.* §. 18. Idem docent Portel *dict. num.* 5 P. Villalobos *dict. num.* 3.

24. In Religiosis non requiritur tanta litterarum peritia, quanta in clericis sæcularibus, nam Religiosi, regulariter loquendo, non ordinantur ad curam animarum habendam, sicut clerici. Vnde bene possunt Domini Episcopi sacris initiare monachos ritè legentes, & cantantes, dummodo sciant, & intelligant necessaria, & essentialia, quæ cōmuniter scire solent sacerdotes celebrantes, præsertim cùm à suis superioribus idonei iudicantur, quorum testimonio non minus stari debet, quam Episcoporum, quando in suis dimissorijs testificantur de idoneitate, & sufficientia suorum subditorum ordinandorum apud alienum Episcopum. Idque sufficere iuxta decretum Tridentinum de examine ordinandorum, satis probabile iudicant plures, *tom.* 1. *quæst.* 24. *art.* 7. de quo Syluest. *verb. clericus* 2. *numer.* 1. vbi Angel *num.* 2. *Soto in* 4. *dist.* 25. *qu.* 1. *art vltimo*. Idem docent Portel *addit. ad dubia verb. ordines sacri num.* 1. P. Villalob. 1. *tom. Summa tract.* 11. *difficult.* 11. *num.* 5. Trid. sess. 23. c. 7. & 11. de Reform.

25. Qui sciens se fecisse professionem irritam permittit se ipsum sacris initiari, reus est peccati mortalis, quia facit contra ius commune recipiendo sacra sine titulo patrimonij, vel Religionis, tom. 4 addit. Summæ cap. 61. nu. 10. & prçterea manet suspensus ex sententia Sayri libr. 4. de censuris cap. 13. num. 14. & tradit Portel in dubijs dict. verb. ordines sacri num. 8.

26. An autem prælati Regulares possint absoluere à suspensione contracta ob susceptionem ordinum ante legitimam ætatem, vel absque licentia, vel per saltum, ac etiam dispensare cū suis subditis in irregularitate contracta ob ministrationem in aliquo ordine, durante suspensione, res est controuersa inter Doctores. Auctor noster tom. 1. quæst. 20. art. 14 ad finem tenet, posse Prouinciales absoluere subditum à suspensione à diuinis contracta ob delictum occultum, dummodo non sit Papę reseruata iuxta facultatem concessam Episcopis à Tridentino Concilio, & communicatam dictis prælatis Regularibus per Pium V. Quòd autem hæc suspensio non sit reseruata, patet, quia neque in Concilio Tridētino, nec in alio iure (quod sciam) reperitur talis reseruatio. Neque obstat, quod Sixtus V. in sua Constitutione contra malè promotos reuocauit priuilegia Regularium ad absoluendum subditos sic malè promotos, quia postea reualidata fuit per Clementem VIII. confirmātem nostra priuilegia ex certa scientia, quæ forma cōfirmationis reualidat inualida, & reuocata per suos antecessores, vt sæpè iam diximus, & dicemus infrà de priuilegijs num. 9. Vnde videtur omninò dicendum posse saltem Prouinciales, & forte prælatos locales absoluere suos subditos sic suspensos, & consequenter cum eis dispensare in irregularitate ob id contracta. Huic sententiæ annuit Portel verb. Ordinis sacri suspensio n. 14. qui latè dubium tractat, & soluit argumenta in oppositum, vbi videre poteris ad longum. Idem sentire videtur Suarez de censuris disput 31. sect 1. n. 32. dum ait, huiusmodi suspensionem tolli posse ab Episcopo post sufficientē punitionem, & emendationem, Episcopis autem sunt similes prælati Regulares iurisdictione Episcopali pollentes, & possunt circa sibi subditos, quidquid Episcopi erga suos. Idem tenent Henriquez to 2 l 14. c. 10 n 3. *Beia in respons. moral.* 4. *p. casu* 37. § *ad auertendum*. Doctrina Auctor. ampliatur, & illustratur. Trid. sess. 24 c. 6. de Reform.

27. Qui

27. Qui post factam diligentem inquisitionem ad vincendum dubiũ, quod habet de ætate legitima ordines suscipit, non incurrit suspensionem positam à Pio II. contra promotos sine dicta legitima ætate, quia ista solùm comprehendit eos, qui temerè, & cum præsumptione sic ordinantur. Secus si cum tali dubio suscepit ordines, putans se peccare mortaliter, tunc enim absque dubio incurrit suspensionem, & ministrãdo in ordine suscepto fit irregularis, *tom. 3. addit. Summæ cap. 25. numer. 7. Idem docent Sanchez de matrim. libr. 2. d sp. 41. nu. 38. Portel in addit. ad dubia verb Ordines sacri num. 2. & innuere videtur P. Villalobos tract. 11. diffic. 11. nu. 16. & nos ex parte diximus suprà num. 10.*

De Ornamentis Ecclesiasticis, vide suprà de monast. regul. num. 1.
De Oraculis viuæ vocis, vide infrà de priuilegijs, à num. 30.

RESOLVTIO CVII.

De Pactis Regulariũ.

1. PRælatus successor tenetur ex contractu sui prædecessoris, vt colligitur ex cap. dilecti filij, de foro competent. & tradunt communiter Doctores. Vnde Papa, qui est supremus prælatus, seruat contractum sui prædecessoris, saltem ex æquitate, & vrbanitate. Tom. 3. quæst. 26. artic. 1. de quo Abb. in dicto c. dilecti numer. 2. & in cap. 1. vbi Bald. & Cardinal. notab 2. de probat. Cynus in l. digna vox, vbi Bald. & Castrens. C. de legibus, Roman. consf. 116. col. 2. Oldrad consf. 94. in fine. Idem docet cum nostro Auctore Sanchez lib. 7. decalog. cap. 31 nu. 41. & nos diximus resolut. 35 num. 1.

2. Fide iussores in solidum obligati cum Monacho cum iuramento obligantur in fauorem ipsius monachi, etiam si res gesta sit sine licentia prælati, nõ obstante quòd obligatio quoad monachũ non teneat, vt in simili contractu cuiusdam minoris decisum fuit in Rota Placentina, tum ratione iuramenti, quod firmat contractum, tum etiam quia fideiussores se obligarũt vt principales, & in solidũ, vt hodie fieri solet, ac proinde veluti principales iudicandi sunt, *ibid. art. 2. de quo Mandosius de ætate minor. q. 133. Alexand. consil. 39. col. penult. vers 3. principaliter, volum. 4 & cons. 38. colum penult. Iason consil. 58. lib. 3.*

3. Prælatus potest obligari monacho sibi subdito ex pacto inter ipsos inito, ex iure naturali: sicut inter seruum, & dominum potest interuenire simile pactum obligans ipsum dominum, l. naturaliter 13. l. si quod dominus, 64. ff de condict. indebiti. Nec poterit tale pactum reuocari per prælatum concedentem aliquod, v g. peculium dicto monacho cum pacto, & lege aliquid oneris adimplendi, in quo fecit impensas sua industria quæsitas, nisi ad taliter reuocãdum iusta aliqua, & rationabilis causa adsit: sine ea tamen reuocans tenetur in conscientia præstare summam promissam, ad quod etiam obligatur eius successor. Vnde monacho licebit opponere querelã prælato sine dicta iusta causa reuocanti. *tom 3. qu. 29. artic. 9. de quo Manar. in cap. non dicatis, n. 42. & libr. 3. consil 20. nu. 12 13. & 14. in 1. edition. & in 2. consil. 14 n. 12. 13 & 14. de statu monachorum, quidquid contradicat Sanchez lib. 7. decalog. cap. 29. num. 125. vbi à nu. 110. latè rem tractat.*

4. Alexander IV. apud Bullarium decreuit, conuentiones, & pacta in præiudicium Ordinis Minorum facta absque licentia, & assensu Generalis, vel Prouincialium, quæcunque illa sint, omninò irrita esse, & nullius existere firmitatis An autem pacta, & conuentiones facta super iuribus Parochialibus, seu quarta funeralium à prælatis Conuentualibus cum clericis, & Rectoribus Ecclesiarum Parochialium sint valida, vide suprà de Canonica portione num 9. & 14. 6. secundò respondetur, vbi resoluimus, non valere ex quadam bulla Sixti IV.

RE-

RESOLVTIO CVIII.

De Parentibus Fratrum.

1. Filius ad Religionem confugiens relictis parentibus in magna necessitate constitutis, licèt peccet, post professionem tamen non est adstringendus ad deserendam obedientiam debitam prælato, pro eorum subleuandis necessitatibus, nisi sit extrema, & non sit alius, qui subueniat, tunc enim ad id tenetur modis omnibus possibilibus, & suo statui mags accommodis, licentia priùs ad id humiliter petita, etiam non obtenta. *tomo 2. quæst. 57. articul. 3. & 4. de quo Nauar. in summa capitul. 14. numer. 14. Cordub. super Regul. capitul. 2. quæst. 6. Medina in Summa libr. 1 capitul. 14. Vide Lessium de iustitia libr. 2. capitul. 41. dub. 3. à numer. 34. Sanchez. libr. 4. decalogi capitul. 20. numero. 10. qui idem ferè docent.*

2. Non qualis qualis necessitas parentum liberat filium à voto Religionis emisso, vel sufficit, vt non possit licitè ingredi, sed debet esse vrgens, & magna velut si ingresso filio Religionem, eius parentes ad mendicandum, vel seruiendum contra sui status decorem adstringerentur *tomo, 3. q. 13. art. 5. Idem docent D. Antonin. citato Ioan. de Neapoli 3. p. tit. 16. cap. 2. §. 1. Angel. verb. religiosus nu. 11. Syluest. verb. religio 2. quæst. 7. Cordub in Summa quæst. 141. articul. 1. & super Regul. B. Franc. capit. 2. quæst. 8 art. 1. initio, Parassel. in priuileg. Minimorum cap. 41. Sanchez prædictos referens libr. 4. ad* præcepta capit. 20. num. 3. & 4. vbi latè, & eruditè satis rem tractat, addens num. 5. id extendi etiam ad parentum necessitatem probabiliter euenturam. Item num. 7. ait, idem esse dicendum, etiam si tempore nouitiatus filij dicta magna necessitas parentum accidat, ad quam subueniendam teneri à religione egredi affirmat, & num. 8. docet consequenter, teneri non ingredi etiam voto facto religionis, donec ea parentum necessitas cesset, de quo vide supra de nouit. profes. num. 84.

3. Quid si è conuerso filij in maxima necessitate sint, eritne integrum parentibus Religionem ingredi, derelictis ipsis filijs, vel tenebuntur iam professi egredi ad illis subueniendum? Sanchez lib. 4. ad præcepta cap. 20. num. 34. affirmat non licere parentibus religionem ingredi omissa filiorum cura, idest non prouidendo priùs qualiter educari valeant. Nam, inquit, parentibus tanquã habentibus rationem principij per se conuenit filiorum cura, & subuenire illis, non tantùm ad tempus, sed per totum vitæ curriculum. Ex quo deducit, non licere parentibus ingredi, quãuis filij non sint in magna necessitate, sed tantùm careant rebus ad educationem necessarijs, Quòd si voto Religionis adstricti sint parentes, illud exequi non possunt, nisi priùs prouideant educationi, & necessitati filiorum. Quòd si pater relictis filijs absque prædicta cura iniquè ad religionem transeat, adhuc professio ab eo emissa erit valida, quia nullo Iure illa irritatur. Idémque addit, dicendum esse de alijs ascendentibus, vt auis, & proauis, quando descẽdentes parentibus orbati sunt.

4. An autem pro succurrenda graui sororum necessitate idem liceat? Sanchez ibidem numer. 29. & sequentibus existimat, esse iustam differendi ingressus causam, & si votum Religionis adsit, & illi voto tempus præfixũ sit, quando magna sororum viget necessitas, & impudicitiæ periculum imminet ratione paupertatis. At citra id periculum, aut ratione subueniendi fratribus, aut alijs fœminis consanguineis (quæ sorores non sint) patientibus idem periculum, non audet id asserere, nec ego audeo: quia aliarum consanguinearum cura non ita incumbit iuuenti illi, sicut Ampliatur Auctoris doctrina.

ciæ sororum. Nec item respectu fratrum, qui sibi multò faciliùs, & cum minore periculo, quàm fœminæ prospicere possunt. Quod limitandum iudico, nisi fratres ita minoris ætatis sint, & omnibus destituti, vt nullum aliud subsidium habeant, præter talem vouentē fratrem maiorem, qui loco parentum sit, tunc enim charitas, & tam propinquæ consanguinitatis ratio, seu naturæ obligatio ad illis subueniendum postposito voto, & religione vrget maximè, cuius ingressum suspendere poterit, donec fratres pronectæ ætatis sint, & fratris maioris cura, & opera non egeant, vt ipse Sanchez sentire videtur num. 31. id limitans ad magnam fratrū necessitatem, cuius subsidio vouens necessarius esset in sęculo, & quando tempus non est præfixum voto implendo.

5. Parentes Fratrum in Purgatorio existentes habent indulgentiam plenariam concessam à Calixto III. & Clemente VIII. apud Bullarium, quā consequuntur, etiam si ipsi Fratres iam defuncti sęculo sint. Imò dicti parentes adhuc superstites in hac vita illam possunt lucrari, si semel complaceant de filiorum Monachatu, & professione, in Purgatorio verò existētes per modum suffragij. Quæ indulgentia non est sublata per Paulum V. in sua generali reuocatione indulgentiarum, quia non fuit directè concessa Fratribus, sed intuitu Fratrum *tom. 3. qu. 21 artic. 2. & in Addit. Summa. tom. 3 cap. 11 numes. 1. de quo vide suprà de indulgentijs num. 45. §. his in confirmationem, & num. 55.*

Bull. bul. 8. Cle. 8.

RESOLVTIO CIX.

De Parochis, & Parochianis.

1 Religiosi etiam non Mendicantes in partibus Indiarum de licentia Capituli Prouincialis possunt Parochi officiū exercere intra, & extra monasteria in locis assignatis per Ministros Regis Hispaniæ, nulla Ordinarij licentia requisita, ibique exequi omnia prædictum officium concernentia, scilicet sacramenta ministrare, Euāgelium prædicare, mortuos cū eleuatione crucis sepelire, etiam transeundo per terminos alienæ parochiæ Clericorum, habere scholas ad docendum pueros, & tandem colligere oblationes factas à fidelibus in eorum Ecclesijs. Ita concessit Pius V. ad instantiam Philippi II. Hispaniarum Regis, & habetur in Bullario. Pro quo aduerte, quod Ministri assignati pro populis Indorum debent esse periti in lingua, & idiomate illius gentis, aliàs non reputantur habiles ad curam animarum per se ipsos exercendam, ex Concilio Tridentino. tom. 1. q. 35 artic. 1. de quo infrà de Sacrament. ministran. latiùs dicemus num 10. & 11. & tradit Portel verb. Sacramentorum administratio nu. 1. & 2.

Bull. bull. 4. Pij 5. & bull. 19. Innoc. 4. & bul. 2. Nicolai 5.

Trid. sess. 7. ca. 3. de reform.

Bull. bul. 2. Adria. 6.

2. Reges Hispaniarum possunt assignare ministros pro populis Indorum sine licentia Episcoporum virtute bullæ Adriani VI & Pij V. quia prouideant vt delegati Papæ mandantis, vt destinent viros timentes Deum, doctos, peritos, & expertos ad instruendum Indos in fide Catholica. Facta autem hac assignatione populorum simul cum licentia Capituli Prouincialis possunt Religiosi assignati sacramēta ministrare Indis absque alio consensu Episcoporum. Quod etiam committi potest Fratribus alterius Prouinciæ virtute eiusdem Breuis Pauli III ibid. art. 2. vsque ad artic. 4. Idem ferè docet Portel in addit. ad dubia verb. matrimonium numer. 9. vbi ad finem addit, Sixtum V. idem concessisse, & extendisse indultū Pij V. ad Minoritas in Brasilia, ac in India Orientali (vt arbitratur) degentes. Ad quod etiam vide Sanchez *lib. 3. de matrimon. disp. 31. nu. 18.*

3. Dicti Religiosi assignati verè non sunt Parochi curati, hanc enim curam semper renuerunt accipere, seu exercere, fugientes graue onus suis humeris imponere: imò nec Papa eos creat Cu-

ra-

ratos, sed tantùm concedit, vt officium parochi exerceant, sicuti antea consueuerant facere rogati ab Episcopis. Verùm licèt ex charitate cœperint sacramenta Indis ministrare, post acceptatã tamen hanc Papæ commissionem, tenétur ex iustitia facere omnia, quæ Curati de officio facere tenentur. Ex quo fit, quòd Episcopi semper manent veri pastores populorum Fratribus assignatorum, possúntque in illis suam ordinariã iurisdictionem exercere, quæ per dictũ Breue illis non tollitur. Sed hoc taliter fieri debet, quòd non perturbentur Fratres in conuersione, & manutenentia Indorum iuxta priuilegium Apostolicum. *ibid. artic.* 5. Idem ferè tradit P. Miranda *tom. 1. Manual. quæst. 42. art. 6. & quæst. 43. artic.* 5. & faciunt tradita à Sanchez *dict. lib. 3. disp. 26 num. 7. & Portel vbi proximè num. 8.*

4. Episcopi post intimationem Breuis Pij V. non possunt auferre à Fratribus pópulos assignatos tempore datæ ipsius Breuis. Vnde si de facto auferant, tutò possunt Religiosi ibidem officiũ parochi exercere, id enim faciunt auctoritate Papę mandantis, ne vbi Fratres conuersioni Indorum assistunt, Episcopi aliquid innouare valeant. Idem que erit dicendum, si Episcopus ignoret, vel ei non fuisset Breue Apostolicũ intimatum, quia ligat à tempore datæ, sententia autem lata contra priuilegiũ Papæ non valet capit. ex parte, iuncta Glossa, de verborum signif. & cõfirmat indultum Alexandri IV. factum Prędicatoribus. *ibid. art. 6.* de quo Panormitan. *in cap. nisi specialis, de officio delegati.* Idem tradit P. Miranda *dict. art. 5. dicto vltimo.*

5. Licentia data à Parocho, vt à quocunque Sacerdote liceat recipere Eucharistiam, comprehendit Religiosos ex identitate rationis, imò ex maiori ratione, quia vt in plurimum sunt magis idonei ad id munus peragendum. Deinde, quia in generali concessione veniunt ea, quæ specialiter quis esset concessurus, si ab eo peterentur, vt noti iuris est, neque obstat ratio maioris prohibitionis circa administrationem sacramẽtorum in Religiosis, quàm in clericis sæcularibus, ex Clementina Religiosi, de priuilegijs, quæ in nostro casu cessat, cum adsit generalis licentia parochi ad ea ministranda, & ad tollendũ omne dubium ita declarauit Eugenius IV. apud Bullarium. *tom. 1. quæst. 56. art.* 2. Idem docet P. Miranda *dict. quæst.* 42. *art.* 2. Bullar. bull. 14. Sixti 4.

6. Religiosi liberè possunt parochianos ad Diuina in suis Ecclesijs admittere, saluo tamen iure parochiali quoad oblationes, decimas, & primitias. Nec Parochis licet hoc impedire, compellẽdo Parochianos in suis Ecclesijs missas audire, ex indulto Alexandri IV. & declaratione Gregorij IX. & Sixti IV. apud bullarium. tom. 3. qu. 28. art. 1. de quo Syluest. verb. Parochia, nu 1. Idem docet Azor tom. 1. instit. moral. libr. 7. c. 6. quæst. 4. 5. & 7. citans Nauar. in Manual c. 21. nu. 5. quos refert, & sequitur Portel in addit ad dubia verb. Missa, n. 1. & 2. & hoc non obstantibus capit. vt Dominicis, de parochis, & Extrauag. vices illius, de treuga, & pace, necnon Tridentino decreto. nu. 45. Bullar. bull. 2. & 3. Alex. 4. Trid. sess. 24. c. 4. de reform.

7. Religiosi non possunt cum cruce intrare Parochias ad leuanda corpora defunctorum apud suas Ecclesias sepelienda, nisi præmonito priùs, & requisito Parocho, cuius recusatione non obstãte id possint facere sine eiusdem Parochi, vel Ordinarij præiudicio, nisi super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione (quæ sufficit esse 40 annorum) ipsis Religiosis suffragetur, ex Leone X. in Concilio Lateranensi. Ibidem articul. 2. Ad quod vide P. Villalobos 2. part. Summæ tract. 31. diff. 5. numr. 3.

8. Episcopus potest præficere Ecclesiæ Parochiali sęculari Monachum de licentia sui. Abbatis, seu Prælati. *Ibidem articul.* 3. de quo Couar. *de testam.* §. 2. *nu.* 2 *Syluest. verb. Religio* 7. §. 8. *&* 9. & nos diximos suprà *de beneficijs nu.* 7. *&* 9. *& iterum nummer.* 57. *&* 58.

RE-

RESOLVTIO CX.

De Paupertate, & peculio Religiosorum.

1. PAupertas alia est necessaria, cum scilicet, qui inuiti temporalibus bonis carent: alia est voluntaria, quæ à profitentium voluntate proficiscitur, vt fit à Religiosis, præcipuè à Minoribus, qui altissimam paupertatem in cōmuni, & in particulari per suam Regulam profitentur, quæ etiam dicitur Euāgelica, quā quis relictis omnibus Christum Dominū sequitur, iuxta illud Matthæi 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Paupertas igitur requisita ad constituendum verum Religiosum est renunciatio omnium rerum possessarum, & omnis iuris possidendi per votum solemne facta in Religione approbata, in manibus prælati potentis ad eam admittere secundùm regulam Ordinis à Sede Apostolica approbatā, vt in cap. 1. de voto, lib 6. habetur tom. 3. q. 29. art. 1. & 2. de quo D. Th. 2. 2. qu. 186. art 3. & 6. Vide Nau. comm 1. n. 19. vers 23. de Regul. Azor tom 1. inst. moral. lib. 12. c. 12. q 8. Lessium de iust. cap. 41. dub. 5 nu. 21 in fine. Sanchez libr. 7. decal. c. 18 nu. 23. vbi resoluunt, votum paupertatis solemne impedire dominij acquisitionem, reddens incapacem vouentem illius acquirendi, at votum simplex tantùm impedire eam dominij acquisitionem, absque eo quòd reddat incapacem vouentem ad acquirendum.

2. Nulli Religioso, etiam Canonico Regulari licet habere aliquod dominium, vel ius in pecunia, vel in re pretio æstimabili, nec possessionem eiusdem sibi, vel nomine suo. Vnde quidquid acquirit monachus, acquirit quoad dominium soli Deo, & Domino nostro Iesu Christo (cui etiam acquiruntur omnia bona Ecclesiastica, seu Ecclesiæ, & Deo oblata) ius autem administrandi supremum, & generale acquiritur Summo Pontifici, & Ecclesiæ Romanæ vniuersali, ius verò priuatum, seu particulare acquiritur Religioni, seu monasterio capaci huiusmodi iuris, alioquin si est incapax, remanet apud Papam, & solus vsus, & administratio facti conceditur ei, vt nobis Minoribus de Obseruantia conceditur à Nicolao III. in cap. exiit. §. porrò, & §. ad hæc et §. præterea, de verborum significatione. Vnde ius, quod habent Monasteria ad bona temporalia, est tantùm administratoriū sibi ab Ecclesia concessum, *Ibid. art. 4. & 5. de quo Innocent. in cap. cum super, de causa possess. Nauar. de redditibus Ecclesiast. monit. 10. quæst. 2. Idem tradunt Nauar. comment. 2. de Regular. num. 3. Maioris in 4. dist. 38. qu. 13. col. 1. §. sed quia, Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. capit. 10. quæst. 5. quos refert, quamuis non sequatur Sanchez. libr. 7. Decalog. capitul. 18. numero 9.* vbi per numeros seqq. plura tradit circa paupertatem Fratrum Minorum Idem tradit P. Miranda tom. 1 quæst. 28. art. 5.

3. Religiosus factus ex causa per dispensationem non Religiosus ad vxorem ducendam, ex eadem causa ad habendum proprium licitè poterit dispēsari, vt si occurrat casus, in quo omninò opus sit, quòd Papa dispenset cum Monacho ad succedendum in regnum, & vxorem ducendam (vt aliquoties fuisse per Martinum V. & Eugenium IV. dispensatum fertur) causa enim tunc militans vt possit vxorem ducere, eadem militat, vt possit habere regnum, & pro prium. *Ibid. art 6. de quo Nauar in cap. non dicatis 12. quæst 1. numer. 17. Cordub. lib. 1. quæst. 24. ad finem. Idem docent Vazquez 1. 2. quæst. 95. artic. 4. disp. 165. capit. 9. num. 104 Azor tomo 1. inst. moral. cap. 7 quæst 2. quos refert, & sequitur Sanchez. l. 5. Decalog. c 2. num. 9. P. Miranda d. qu. 28. art. 3.*

4. Licita est concessio facta à Generali Ordinis de consensu Monasterij cuidam monacho ad habendam Ecclesiam ipsi Monasterio vnitam cum horto, & alijs ad vitam, & victum ipsius

ipsius Monachi, ea lege vt soluat certos redditus, & celebret certum numerum missarum, ac faciat quædam alia pia, dummodò ad id iusta aliqua sit causa, hoc enim non est habere proprium, sed tantùm habere quoddam peculium de superioris licentia pro sibi iniuncta administratione, quod in iure permittitur Religioso, c. 2. de statu monachorũ, nec in Tridentino Concilio id prohibetur, iuxta communem Doctorum explanationem. Vnde non potest sine iusta causa prædicta concessio reuocari: *Ibidem* 8. *& 9. de quo Nauar. c. non dicatis, nu.* 42. *& 48. & in cap. nullam 18. q. 2. à n.* 3. *Bena Respons. casuum 3. p. casu 36. fol. 380. & 4. p. casu 17. fol. 418. & casu 32. fol. 458. F. Ioannes de la Cruz latè de stat. Religio. l. 1. c. 3. Reginald. in praxi fori Pænitent. l. 18. nu. 397. cum seqq. Vide suprà de pactis, num. 3.* Idem in nostris terminis docet P. Miranda dicta qu. 28. art. 7. vbi concl. 2. reuocationem debere fieri ex causa tandem cum Nau. docet. Consule ad idem Sanch. l. 7. Decalog. c. 19. à nu. 14. qui tenet, non peccare prælatum, etiam si absque iusta causa reuocat.

Trid. sess. 25. c. 2. de reform.

5. Religiosis non licet habere peculium, nisi de licentia prælati ad certos vsus expendendum, nullo tamen modò quoad ius, & verum dominium, aut proprietatē ad instar sæcularium; imo nec ad vsumfructum, vel administrationē, aut commendam nomine suo, ex dicto Decreto Tridentino. Vnde procuratores, seu æconomi bonorum Conuentus, seu alij quicunque administratores ea expendentes in alios vsus, quàm à superiore deputata sunt in notabili quantitate, etiam in vsus licitos sui, vel alterius Fratris, mortalis culpæ rei sunt, adeò quòd nec prælato Conuentus licet eadem bona ad libitum in quoslibet vsus expendere, extra eos, in quos destinata sunt, nisi vbi consuetudo aliquid modicum permiserit expendere, vel donare, Ibid. artic. 10. de quo D. Thom. 2. 2. quæst. 32 art. 8. Nauar. in d. c. nullam n. 6. Fr. Ioan. de la Cruz vbi suprà dub. 2. Syluest. verb. Religio 6. num. 7. versic. Tertium, Corduba tractat. casuum conscient. q. 54. vide sup. *de Monialibus, n.* 7. *Idem docent idem Nauar. comment.* 2. *num.* 15. *& 18. de Regular. & lib. 3. cons. 10. num. 6. de Regular. in 1. edit. & in 2. cons. 14. numer. 6. de statu Monach. Graffis 1. part. decis. lib. 3. cap. 5. nu. 13. Saa in Summa verb. Religio, nu. 48. Vega 2. tom. summæ capit. 86. casu 5. quos, & alios cum nostro Auctore refert*, & sequitur Sanchez libr. 7. Decalog. c. 22. n. 11. & seqq. vbi resoluit dictum Decretum Tridentinum nil noui inducere, sed confirmari in eo ius antiquum in capit. Monachi, & cap. cùm ad Monasterium, de statu Monach. quæ Regularibus peculia permittebant ex Abbatis permissu, & ad eius nutum reuocabilia.

6. Religiosus dispendens rem notabilis quantitatis ex deputatis ad proprios vsus sine licētia prælati, voti paupertatis transgressor est. Extra claustrũ tamen existens licitè potest facere moderatam eleemosynam ex assignatis ad sui sustentationem. Rursum nec pecuniam ad certos vsus à prælato sibi deputatam potest in alios expendere, maximè si sit Frater Minorita de Obseruantia, cui non licet expendere concessã ad suas necessitates præsentes, vel eminentes in alios vsus, ad quos ytrosimiliter existimat non esse dandam licentiam à prælato, etiam si expendat nomine dantis, & de ipsius expressa, vel præsumpta voluntate, ibid. § tertia conclusio, & §. quarta conclusio. Idem docet Mēdoca in suis quodlibetis q. 8 concl. 3. in fine, quem cum nostro Auctore refert, et sequitur Sāch. l. 7. Dec. c. 19 n. 68.

7. Minoritis prohibetur peculiũ ex vi Regulæ, dicitur namque in ea, cap. 4. Præcipio firmiter Fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam. Aliud autem est, recipere pecuniam, aliud verò recurrere ad pecuniam. De licentia prælati quando res in propria specie inueniri non potest, recurrere valent Fratres ad pecuniam pro necessitatibus suis, quin transgressores sint regulæ. Videantur quæ dicit Corduba quæst. 6. introductoria, & c. 10. q. 3. conclus. 4. Quanda in addit. ad

dict.

dist. 38. de voto, proposit. 4. & 27. D. Bonauent. in *Apologetico, qu. 13. & super regulam, c. 4. & in q. super regul. qu. 25. cuius sunt sequentia verba: Cum iterum regula dicat, quòd nec per vos, nec per alios, debeatis recipere denarios, vel pecuniam, videmini per contrarium hoc facere, tam petendo pecuniam, tam reponendo, quàm etiam dispensando, quia & si personaliter eam non contrectatis, tamen per alios eam seruari, & recipi facitis, et distribui sicut vultis, et tamen subiicitur sicut per praeceptum, vt non habeatis super hoc potestatem dispensandi nescio quomodo hanc transgressionem excusare potestis? Si autem non posset hoc praeceptũ seruari, non debuistis vouere, & potius esset à regula recedendum, quàm laqueus esset vouentibus, cum seruari non posset. Respondeo. Multa putantur mala quandiu non intelliguntur, quae intellecta, rationabilia, & iusta videntur. Sic & in ista quaestione apparet. Regula prohibet, nec per nos, nec per interpositam personã, nos recipere pecuniam, vt nostra sit, & nos Domini, & possessores pecuniae simus, quasi rei propriae. Sed concedit, vt per amicos spirituales, qui pro Deo nos spiritualiter diligunt, id est, castè & iustè, necessaria procuremus, quae tali modo vtraq; congruè obseruantur, quòd ea, quae sine pecunia non possunt procurari, aut per ipsos procurentur, qui Fratribus dant eleemosynã, aut per eorum nuncios, vt cùm aliquis procurat Fratribus librũ scribi, vel vestẽ fieri, vel domũ, vel aliud suis laboribus, & expensis, aut si Fratres ista procurant, illi soluunt pecuniã illis qui Fratribus commodauerunt, vnde ista sunt procuranda, vt cùm Fratres faciũt librum scribi, alius soluat expensas per se, vel per nunciũ suum, aut si aliqui volunt dare Fratribus eleemosynam pecuniae, possunt committere alicui, qui nomine suo eam seruet, pro vtilitate tamẽ Fratrum, et vice illorum, qui sibi commiserunt pecuniam, procurent de Fratribus, secundũ quod dixerit, secundum quod à* Fratrib. instruitur, per se, vel per alios, qui aptiùs ea promouent, quae sibi fuerunt commissa. Et per omnes istos non recipiunt Fratres pecuniam, sed illi per se, pro illis qui sibi commiserunt pecuniam, conuertunt eam in vtilitatem Fratrũ, vicè illorum gerentes in eo, quod seruant, & distribuunt ipsam pecuniã, quae adhuc illorum est, qui dederunt, etiam si nesciant eam adhuc seruari, gerentes autem vicem Fratrũ in eo, quòd eorum vtilitatem promouent de pecunia illorum. Fratres enim quandiù pecunia non est redacta in rem aliam, quâ eis vti licet, non habent eam pro sua, sed illius qui deposuit eam, licèt sciant eam pro sua vtilitate ibi repositam. Sicut cum Dominus committit seruo suo pecuniam suam, vt mihi inde emat tunicam, interim est Domini, sed empta tunica, mea erit. Secundùm hanc viam, & cautelam Fratres & per amicos speciales, & quoslibet procuratores, & mediatores procurant necessaria, nec tamẽ recipiunt pecuniam per illos procuratores, sed illi seruant illam nomine dãtium, & vice ipsorum vertũt eam in vtilitatem Fratrum, vt Dominiũ pecuniae non transeat in proprietatem Fratrum. Vnde conditor Regulae magis intendit Fratribus praecludere viam auaritiae in possessione pecuniae, per quam omnis Religio suffocatur, quam obstruere eis opportunitatem necessaria procurãdi. Sedes etiam Apostolica, cuius acta toti Ecclesiae dijudicanda exponuntur, & veneranda: ipsam regulam confirmando, non approbasset, si in ea aliquid incongruum, & inobseruabile prospexisset. Ideo vouentibus eã non est laqueus perplexitatis, licèt indigeant diligẽti cautela, ne offendant contra eam, qui debent aliqua necessaria per pecuniam procurare, quae tamen cautela magni est meriti, quanuis illi tutiùs ambulet, qui se subtrahunt à talibus negotijs, qui ad ea ex officio non coguntur. Haec Seraphicus Doctor, & c. 4. Regul. inquit: Sicut nullus dat aliquid nisi intendat se priuare dominio eius, quod dat, & ipsum transferre in alium: sic nec recipit propriè aliquid secundùm quod receptio opponitur donationi nisi qui rei domi-

nium acquirit. Nec Summi Pontifices Nicolaus III. & Clemens V. aliud dicunt, quam D. Bonauétura dixerat, nec noua addunt præcepta Fratribus, ac propterea in suis expositionibus nō dicūt, Præcipimus, mandamus, prohibemus, sed, dicimus, declaramus, & qui declarat nihil de nouo inducit, vt habes à Rosella verb. lex, §. 12. ratio est à glossa in c. statuto, de decimis in 6. quia si lex, aut regula volebant id, quod dixit declarās, nihil ipse de nouo addidit: si volebant aliud, ipse declarans nihil fecit addendo. Diffinitum namque puta homo, nō habet aliam interpretationem, nisi propriam diffinitionem, ideò diffiniens nihil facit, nisi dicere clariùs, quod diffinitum obscuriùs: si addidit, nihil fecit, quod pertineat ad diffinitum, dicitur enim in regula iuris 61. lib. 6. Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum. Notanda sunt verba Auctoris 10. 2. qu. 10. art. 8. Omnes summopere prçcedere debemus fragilitati humanç cōpati, quod non facit Collector in explicationibus, quas ad reliqua priuilegia concernentia nostram Regulam adducit, alia via diuersa progrediens, zelo scilicet obseruantiæ dictæ regulæ, quē ego in hoc non sequor: licèt enim debeam esse zelator regulæ respectu eorum, qui eam ad litteram cum omnibus suis declarationibus volunt obseruare, respectu tamen eorū qui non simili spiritu aguntur, zelator sum suarum animarum, & sic omnibus modis possibilibus eos à varijs obligationibus, & præceptis liberabo, vt iugum Christi Domini suaue, magis suaue ipsis reddatur. Et licèt mihi aliqui zelatores dicant quòd per suam viam (scilicet dicendo quòd sint præcepta & obligant sub mortali) euitantur multæ relaxationes & peccata: ipsis tamē respondeo, quòd hæc causa non est sufficiens ad ponendum præceptū, vbi re vera nullū est. Vnde multo melius est dicere clarè veritatē, affirmando nullū esse præceptū, licèt ex tali dicto aliqua relaxatio oriatur, quàm dicere esse præceptum, vbi re vera nullū est, non enim vult Deus quòd sua Ecclesia, quæ est columna & fundamentum veritatis, mendacijs præsertim in spiritualibus regatur, prout traditur in iure, & tractant Diuus Thomas, & Couarruuias. Hæc Auctor.

Notanda verba Auctoris.

8. Possunt syndici Minorum dare licentiam religioso imprimēti libros, vt de lucro impressionis, prædicationum, extra missarum, &c. Aliquid dent parentibus de regul. pauperibus, vel personis bene meritis iur. D. Th. de Religione, talis enim syndicus, cum 2. 2. q. 43. sit procurator Papæ habet potestatem art. ad 2. alienandi, etiam in vtilitatem Ordinis. Couar. in dare verò tunc illis personis redundat regul. pec saltem indirectè in vtilitatem ordinis. catum 1. *Auctor to. 2. q. 27. ar. 6. & in addit. ad sum. p.* num. 4. *to. 3. c. 158. n. 10. aliàs in vlt. impress. verb.* vers. 1. *Enagenar c. 190. n. 10. Portel v. Syndicus, nu. 6. P. Villal. 2. p. sum. tract. 35. diffic. 32. per totam, & præcipuè n. 3. Sanch. de matr. t. 1. l. 6. disp. 9. n. 7. & 2. t. ad præcepta deo. l. 7. c. 19. n. 37. cū Nau. Lud. Lopez, & aliis.*

9. Retinere aliquid notabile animo illud occultandi prælato apertè est transgressio voti paupertatis, si ob id facit, quia sibi auferendum putat: secus si occultat, quia præsumit a prælato reprehendendum fore, eo quòd eo inconsulto rem tenet, dummodo animo paratus sit illam tradere, nec contra eius voluntatem retinere. Idem indicium est de eo, qui recipit, vel acquirit rem notabilem sine superioris licentia, ibidem d. quæst. 29. art. 10. §. 4. concl. & §. 6. concl. de quo Nauar. in c. non dicatis nu. 5. & 16. Syluest. verb. religio 6. q. 7. dict. 1. Idem docent D. Bonauentura in speculo disciplinæ ad nouitios p. 1 cap. 4. paulò ante finem, aliàs tom. 7. in nouis. D. Antonin. 3. *p. tit. 16 c. 1. §. 14. notab. 1. & 2. Cordub in regul c. 7 qu. 4 puncto 2. Lessius lib 2. de iust. c. 4 dub. 5 n. 25. & capitul 41. dub. 9. numer. 79. vers. 8. quos*, & alios plures cum nostro Auctore hic refert & sequitur Sanchez *d. capitul. 19. numer. 60. & 61.* & agens de licentia requisita ad aliquid accipiendum, *ibid à numer. 4.*

10. Licitū tamen est Monacho recipere rem, et mediocris valoris, vel eā tradere alicui Fratri, aut cum illo commutare, vel etiam extraneo, dummodo promptum habeat animū illā tradendi prælato, quoties ipse voluerit, de eius con-

consensu saltem præsumpto habens certitudinem, vel probabilitatem, nisi aliunc præcepto obedientiæ sit prohibitum. *Ibid.§.7.conclus. Idem ferè docent Nauar. comment.2. num.20. de Regul. Lessius lib.2.de iust.cap.41.dub.9.numer.80.Rebel.de iust.p.1.lib.3. quæst. 15.sect.3.numer.22 quos,& alios refert Sanchez dict.cap.19.num.13. vbi late, qui num.15 id limitat, quando probabiliter creditur prælatum per virtualem voluntatem actu velle, & si mallet* licentiam peti, aliquantulum tamen inuitus, eo quòd non petatur.

11. Quantitatem requisitam ad constituendum furtum culpæ mortalis, requiri etiam ad peccatum proprietatis in religione probabilius, & verius iudicatur. Quam quantitatem aliqui ad quatuor Iulios, seu argenteos, vel Regales Hispanos extendunt, idque probabilius existimo, considerata horum temporũ abundantia numeratæ pecuniæ. *ib d. in concl.8. de quo Cord. de casibus qu. 109 puncto 2. & oto lib. 5. de iust qu.3. art.3. Idem docent Cord. ba in summa q. 109. Nauar. lib. consil.5 n. 8. de Regular. in 1. edit. & in 2. consil.3. num 18. de statu Monach. Grassis decis.1.p.lib.1. cap. 5.num.49. Rebellus lib.3. de iustit.1.p. qu.15.sect.3.num.23. Azor tom.1. inst.* moral.lib.12. cap.12. quæst.6. quos refert,& sequitur Sanchez lib.7. decal.c. 21.à num.ſt.

12. Religioso licitum esse accipere, vel retinere rem sibi necessariã de bonis destinatis vsui religiosorum, quam prælatus rogatus deneganit, probabile quidam existimant, hic enim non est actus proprietatis, sed sibi applicare quod prælatus ex instituto, & ordinis statuto tanquam bonus, & fidelis dispensator tenebatur concedere. ibid. §. aduertere. Idem videtur sentire Sanchez d.c. 21.num 31. dum ait, prodigos à monasterio subtrahere ad proprios religiosi vsus, etiam si sit ad notabilem quantitatem non esse mortale.

13. [illegible] non potest licitè dare licentiam subdito expendendi [illegible] ad [illegible] destinatas in quoscunque vsus, nec subdito licet tali facultate vti, adeò quod etiam superior simul cum Capitulo non potest dictam licentiam facere, vt scilicet subditus expendat pecunias in ludos, luxus, & similia. *ibid. art.11 de quo Nauar. cap. non dicatis, numer.53.vsque ad 55 corol.12. Syluest. verb. Religio 6.qu.7.§.7. Caiet. in summa verb. furtum. Idem docent Mendoza in suis quodlibet quæst.8.cap.6. Nauar. lib.3. de restit.c.1.in noua edit.3.p.dub. 1.nu.268.corol.3.quos refert,& sequitur Sanchez d.lib.7.cap.19.num.23.& 24. qui subdit nu. 22. præcedente prælatum* sic expendentem in vsus vanos peccare contra votum paupertatis.

14. Non dicitur subditus expendere contra voluntatem prælati, quando probabiliter credit, quòd ægrè ferret, ita expensum esse: contingere enim potest, quòd displicentia illa prælati non tam proueniat ex re expensa accepta, vel retenta, quàm ex modo clandestino illam expendendi, aut retinendi, ex quo multæ acceptiones modestæ monachorum possunt excusari à peccato, dum præ verecundia, aut alio simili respectu rem recipiunt, vel expendunt inconsultis prælatis, ibid §. denique, de quo Caiet. suprà, & Nauar. citato loco, nu.52. Idem docent Mendoza d.qu.8. post 7.conclus. Nauar. loquens de monialibus comment 2. num.20. de Regular. Grassis 1.p.decis.lib.3.cap.5.nu 34. quos refert, & sequitur Sanchez dict. cap.19.num.13 & 15.

15. Moniales primæ regulæ S. Claræ possunt nunc post Tridentinum Concilium habere possessiones, & bona immobilia in communi, ex decreto eiusdem Concilij. Imò tam istæ, quàm aliæ sanctimoniales de superioris licentia licitè possunt vel certis moderatis redditibus vitalitijs ad suas priuatas necessitates, & pias causas, quia sic vsus obtinuit, & est conforme Trid. Concil. *ibid. artic.12 & 14.* idem docet Sanchez *d.lib.7.cap.21 n.2.& c.23 nu.1. post Nauar. de redditibus Ecclesiasticis, q.1. num. 100 in 1. edit & in nouissima qu.1, monitio 52. n. 2. & nos diximus suprà resolut. 7. num. [illegible] resolut. 8 num. 2.* Trid. sess. 25.c.3.de Regul.

16. Peccat mortaliter contra votũ paupertatis Religiosus recipiens stipendium pro Missis, vel prædicationibus contra statutum sui Ordinis, etiam si non obliget ad peccatum, quia dũ quis vouet paupertatem, non est capax dominij; nec alicuius actus dominij, & consequenter eodem actu vouit non modò abstinere à pecunia recipienda absolutè, sed ab hoc genere, seu modo recipiendi pro missis, & sermonibus. ibid. artic. 13. de quo Nauara libr. 3. de rest. cap. 1. 3. q. dub. 2. nu. 157. & 170. in noua edit. Idem docet traditis multis, & citato nostro Auctore Sanchez libr. 7. decalog. cap. 28. à num 6. vbi nu. 15. & 16. Idem resoluit, quando pactum initur cum aliquo, vt stipẽdium det alteri pro missis dicendis: secus si liberè largiatur eleemosynam, & liberaliter etiam promittat sacerdos sacra facere, *vt ibidem tradit num 7.*

17. Paupertas artissima Fratrum Minorum, quæ abdicat proprietatem omnium rerum in particulari, & in communi propter Deum est meritoria, & sancta, quam Christus Dominus viam perfectionis ostendens verbo docuit, & exemplo firmauit, vt declarauit Nicolaus III. in c. exijt, & Clemens V. in c. exiui de paradiso, vnde proprietas bonorum mobilium, & monasteriorũ Ordinis Seraphici residet penes Apostolicam Sedem, manente vsu simplici apud Fratres, ex concessione, & declaratione Martini IV. & V. Sixti IV. & aliorum Pontificum tom. 3. qu. 30. art. 1. De quo Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 32. quæst. 5. & 6. vbi qu. 12. latè agit de paupertate Fratrum Minorum, ac concordare nititur constitutiones Ioannis XXII. cum c. exijt, & c. exiui Nicolai III. & Clementis V. circa paupertatem Christi Domini, & Apostolorum, quos ex sacris litteris constat aliquando habuisse proprium in communi; aliquando verò non habuisse pro temporum diuersitate, vt perfectis, & minus perfectis viam perfectionis ostẽderet. Vnde Fratres Minores, eo ipso, quòd nihil in communi, nec priuatim possidẽt magis à temporariis bonis remotos perfectiori vitæ studere, definit Nicolaus III. At verò Ioannes XXII. oppositum videtur definire voluisse, in eo quòd tradit Prædicatores, & Minores in artissima viuere paupertate, nec proprietatem rerum in communi quicquam de perfectione vitæ Christianæ detrahere. Vide ad hoc Sanch lib. 7. decalog. c. 18. num. 15. & seqq. vbi num. 22. agit de dicta constitutione Ioan XXII. concluditque eum nihil tanquam certum statuisse in illa, sed solùm disputando in eam partem magis inclinasse.

In Bull. Bull. 1. Martini IV.

18. Pœna proprietarij, quæ aliquando exprimitur in constitutionibus Ordinis, est priuatio actuum legitimorũ, & canonicæ sepulturæ, ex decreto Trident. sess 25. c. 2. in fine de Regul. & c. Monachi, cũ alijs, de stat. Monach. pro laicis verò Fratribus est priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, ac visitationum in iudicio vltra negationem Ecclesiasticæ sepulturæ. Super quo vnaquæque religio consultat suas constitutiones. *ibid. art. 2.* de quo infrà *de sepulturis, num. 1. & Syluest. verb. Religio 3t. quæst. 7. num. 13.* Idem docet Sanchez *lib. 7. cap. 20 à num. 11.* Trid. sess. 25. c. 2. de Regul.

19. Cum Fratribus Minoribus continentualibus legitima ex causa fuisse dispensatum à Sede Apostolica, vt bona in communi, & redditus annuales licitè habere possint, nemini fas est dubitare, vt patet ex dispensatione Martini IV. & V & aliorum plurimorum Pontificum, quorum indulta non est, cur censeantur subreptitia, cùm in eis causa vera, & legitima proposita inueniatur, quin & dispensatio Sixti IV. fuit motu proprio facta Vnde errant manifestè asserentes, professores regulæ B. P. N. Francisci iuxta Ecclesiæ dispensationem per summos Pontifices factã in esse in statu damnationis, ex hoc namque sequeretur Ecclesiam errare posse in his, quæ ad animæ salutem spectant, quod plusquam absurdum (ne dicam temerarium, & erroneum) videtur. *ibid. art. 4.* de quo Rodulphus *libr. 2. Historia Seraphica c. 149. p. 2. Nauar. comment. 3. de Regul nu. 17.* In Bull. Bull. 1. Sixti. IV.

De pœnis vide suprà *de Correctione Fratrum quoad prælat. resolut. 48.*

RE-

RESOLVTIO CXI.

De Peste, seu Epidemia.

1. PEstis est idem quod Epidemia, de quo supra diximus de clausura Monialium, num. 36. quo loci resoluimus tempore pestis posse Moniales à clausura exire, dummodo sit vera, & probata pestis, quando scilicet aer est corruptus, & multi moriuntur tom. 3. quæst. 3 1. art. 1.

2. Prælati locales, vt Guardiani, & similes cùm sint Curati suorum Fratrũ, tenentur sibi præparare antidota præseruatiua, & alia remedia ad euitandũ infectionem pestis, aliaque conducentia ad leuandos Fratres infirmos opere complere, vt & vitam suam tueri, & muneri suo valeant satisfacere, remouentes omnia impedimenta, quibus ipsi possint ab executione sui officij arceri. Vnde non est licitum ipsos inseruire sæcularibus contagio pestis infectis, nec illis sacramenta ministrare, ne deficiãt in his, quæ ex sui officij iure, & iustitia facere tenentur, propter id, quod supererogatorium tantùm est, & debitum Charitati. *ibid. art. 2.* de quo Bañez 2.2. *quæst. 25. & quæst. 32. art. 7. dubio vlt. & quæst. 33. art. 3. concl. 4 in corollario* vide ad hoc Sanchez *lib. 6. decalog. c. 2. à nu. 54. vbi num. 55.* docet cum nostro Auctore non licere prælato conuentus fugere tempore pestis, deserto monasterio.

3. Licèt valde honestum, & laudabile sit vitam propriam pro salute proximi exponere, cùm sit opus summæ Charitatis, ad id tamen non omnes tenentur, maximè qui ex instituto suæ regulæ soli contemplatiuæ vitæ vacant, non habentes pro obiecto exercitium operum pietatis, hi namque nunquam ad id adstringi possunt, quidquid eis præcipiatur, cùm tale præceptum nec ad obseruantiam regulæ, nec ad generale communitatis bonum spectet: sed illi tantum ad illud tenentur, qui ex officio, vel ex voto suæ professionis ministrant infirmis, hi enim non solùm ex debito Charitatis, sed etiam ex iustitia tempore pestis obligantur assistere, & huiusmodi ministerium extra monasterium exercere: nã intra illud, deficiente prælato, semper tenẽtur Fratres suis consubditis infirmis ministrare, maximè nos Minores, qui ad id ex præcepto regulæ obligamur, specialiter verò qui ad id muneris fuerint per obedientiam deputati. *ibid. artic. 3.* de quo D. Thom. *opusc. 18. c. 15 in princip. Caiet. 2. 2. quæst. 26. art. 5. Armilla verb. Episcopus num. 6.* idem latè tradit Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 2. num. 56. vsque ad 59.*

4. Fratres Mendicantes, quibus ex Instituto incumbit actiuæ vitæ vacare, salutique animarum assistere tanquam Episcoporum coadiutores (vt de Minoribus, & Prædicatoribus loquens Clemens V. declarauit in c. dudum, de sepulturis) tempore pestis, deficientibus Parochis, vel non sufficientibus numero ob multitudinem populi, moniti ab Episcopo tenentur infirmis ministrare sacramenta; secus facientes mortalis culpæ reatum tanquam transgressores sui instituti se incursuros sciant, idque probabilissimum iudico ex D. Tho. *ibid. art. 4. de quo D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 2. & 9. & q. 187. art. 1. ad tertium, & q. 188. artic. 2. & 4. ad secundum, & art. 5. & opusc. 19. cap. 4.* Bañez 2. 2 *q. 13. art. 3. dubio 3. Idem probat Rutili. de fuga tempore pestis libr. 1. disp. 1. qu. 1. concl. 10. maximè in solut. ad quin ũ, quem cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez vbi suprà numer. 60.* sed id limitat numer. 62. quando deessent alij Sacerdotes, qui Episcopi sumptibus vellent parochis auxilio esse.

5. Prælatus tamen debet prudenter, & circumspectè se gerere in imponẽda obedientia, seu præcepto circa hoc, nã egregiæ conditionis viris, qui aliàs religioni peruitiles, ac necessarij sunt, nõ decet tale ministeriũ præcipere. Qua-

busassociantur.ibid.artic.4. de quo D. Thom.2.2.quæst.10.art.8. Mascard. de Susanis tract.de Indis, & alijs Infidelibus,c.14.qui habetur tom.14. in acta diuersorum DD.1.p. vide apud Bullariũ Nicolai III. & Benedicti XII. bullas, vbi etiam Innocentius IV. multa priuilegia concedit euntibus ad prædicandũ in terris infidelium.

Bullar. bull.2.Nicol.3. & bull.2. Benedicti 12. et bul. 10. Inn.4. Bullar. bull.7. Pij 5. n.1. Bull.38. Greg.13.

9. Declaratio Pij V. de qua in Bullar. quòd possint Mendicantes etiam contradicente Episcopo (ipso tamen non prædicante) in suis Ecclesijs prædicare,non obstante decreto Tridentino,iã reuocata est per Gregorium XIII.& ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini redacta. Vnde nec etiam in plateis communibus, ac locis publicis licet Regularibus contradicente Episcopo prædicare. In Ecclesijs autem parochialibus,nisi de Curatorum, seu Parochorum beneplacito,& assensu,nisi Episcopus,vel prælatus superior eosdem Fratres prædicare mandauerit, ibidem art.5.vide suprà n.2. Idem docent P.Miranda dicta quæst.50.art.4.concl.2.vbi refert priuilegia Alexandri,Clementis,& Sixti IV. in Compend verb. prædicatores,§.4. & 5. quibus Regulares cum licentia Legati Apostolici,vel Episcopi possunt prædicare in Ecclesijs parochialibus,etiam absque consẽsu parochorum. Sed id à nobis Minoribus non debet fieri, nec decet, & P. Villalob.suprà num.2.resoluit,non posse ab Episcopo prohiberi huiusmodi prædicatio, ex suprà citato priuilegio Pauli III. confirmato per Gregorium XIII.

10.Prædicatores in Ordine Minorũ, & Prædicatorum non habent immediatè à Papa potestatem, seu iurisdictioné ad prædicandum ex Clementina, Dudum,sed tantùm quandam approbationem, quam semper ab Episcopis mendicari(apud quos residet munus prædicandi ex Tridentino Concilio) Pontifices voluerunt. Vnde sicut ab ipsis Episcopis dimanat talis potestas, ita potest ex causa legitima ab eisdem reuocari,vel suspendi. ibid. artic.6. de quo Portel verb prædicatores,numer.8. vbi refert quandam declarationem in Cardinalium circa hoc,quæ talis est: Congregatio censuit, *hos, & quoscunque alios (intellige prædicatores) ab antecessore suo approbatos à prædicatione poterit suspendere Episcopus. Attendant tamen Episcopi, propter quas causas id impetrent. Volumus namque quod si illicitè suspenderint ad ius lis deferatur, & interim cessent.* Sic ibi *Vide apud Villalob suprà numer.3. aliam similem declarationem* Cardinalium, vbi etiam refert quandã aliam ex Marzilla lib.1.tit.4.capit 3. in hunc modum: Si præsentatus fuerit prædicator idoneus Ordinario iuxta hoc decretum, non est ei deneganda licentia.

Trid. sess. 24.dict.c.4.

11. Prælati Ecclesiarum, seu alij quicunque impedientes, nè parochiani audiant prædicationes Regularium,incurrunt excommunicationem ipso facto, ex Bonifacio IX. *ibidem artic.7. de quo Cordub.in addit.ad Compendium, titulo Prædicatores §.3. P. Mirand.suprà art.8.Suarez de Relig. tomo 1.lib.2.c.16.num.7.1 Zerola verb.prædicatio §.4. & p.2.verb.parochia,pag.82. Vbi dicit sacram Congregationem disposuisse,non posse Ordinarium mulctis,et pœnis cogere ire ad audiendum sacram concionem,* & Missam in Ecclesia parochiali. Sic refert Barbosa in remiss.ad Trident. de quo vide Henriquez 7.de indulg capit.25.num.7.

12. Ex decreto Tridentino prædicatores errores, aut scandala disseminantes per Episcopum à prædicatione interdicantur; si autem hæreses prædicauerint,contra eos,etiam quomodolibet exemptos tanquam Sedis Apostolicæ delegatus secundùm iuris dispositionem, & loci consuetudinem procedat,cauendo tamen, ne falsis informationibus, vel aliàs calumniosè aliquis eorum vexetur. Sed hoc iam sancto fidei Tribunali reseruatũ esse omnibus notum est, ibidem art.8 de quo Portel verb. prædicatores numer.11. P. Miranda suprà art.7.

Trid.sess.5.c.2.§. si verò.

13. In eodem Concilio præcipitur Episcopis,ne permittant Regulares extra Ordinis obedientiã viuentes in sua dioe-

Trid. d c. 2.§. caueant prætarea.

diœcesi prædicare quorumlibet priuilegiorum prætextu, nisi ipsis noti sint, moribusque ac doctrina probati, donec ab ipsis Episcopis super ea re sancta Sedes Apostolica consulatur. Idem possunt præfati Episcopi circa expulsos à Religione pro suis culpis impediendo eos à prędicandi officio, vel etiam castigando quo sciuerint prædicationem exercere, cùm à Sede Apostolica hoc officium illis sit interdictum, ex decreto Clementis IV. & aliorum Pontificum apud Bullarium ibid. artic. 9. de quo P. Miranda suprà art. 7. ad finem.

Bull. Eul. 14. Sixti 4. vbi nu. 24. refertur bull. Clem. 4. bul 8. Inno. 4. bul. 8. Alex. 4. & bul. 27. eiusdem.

14. Prædicantes miracula falsa, aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra Scriptura non constant, aut reuelationes antequam Sedis Apostolicæ examini subdantur, vel ab Episcopo (si adsit periculum in mora) cum tribus, vel quatuor grauibus viris in huiusmodi re exercitatis examinentur, vltra pœnas à iure constitutas, excommunicationem Papę reseruatam incurrunt, & à prædicationis officio perpetuò interdicitur, ex Leone X. in Concilio Lateranensi. *Ibid. art.* 1c. Idem tradunt P. Miranda *art.* 7. Portel suprà *num.* 14.

15. Quæstores eleemosynarũ (Quęstuarij vulgò nuncupati) cuiuscunque conditionis existant, nec per se, nec per alium prædicare præsumant: & contra facientes ab Episcopis, & Ordinarijs locorum, priuilegijs quibuscunq; non obstantibus opportunis remedijs arceantur. Ita diffiniuur in Tridentino Concilio. Sed hoc non extenditur ad Religiosos Mendicantes quæstuantes, & prædicantes, ex declaratione Pij V. apud Bullarium. *Ibid. art.* 11. & tom. 2. quæst. 57. artic. 7. & nos suprà diximus resolut. 49. numer. 5. vbi refertur bulla eiusdem Pij V. reuocantis omnes, & quascunque indulgentias quęstuarias, quæ extat in Bullario.

Trid. sess. 5. c. 2. in fine. Bull. bull. 7. Pij 5. nu. 25. Bull. 14. Pij 5. Bul. Ora. 44. Leo. 10.

16. Leo X. apud Bullarium concessit Fratribus Minoribus actu prædicantibus, vt officium de vno die in alium recitandum possint trãsferre, vt studio, & consolationi spirituali fidelium sint expeditiores *ibid. art.* 18. de quo suprà diximus *officium* 24 *nu.* 5. Et tradit P. Miranda suprà *art.* 11.

Bul. Ora. 57. Leon. 10.

17. Regulares actu prædicantes possunt sine scrupulo, & seruato ieiunio anticipare, & retardare horas comestionis, & serotinę collationis iuxta suam collationem, ex concessione Leonis X. apud Bullarium. Quod debet intelligi, etiam nulla vrgente necessitate ob suam tantùm consolationem, aliàs nullum contineret priuilegium talis concessio: nam si ob id impediuntur ab studio, & prædicatione, possunt vtique anticipare, vel retardare horas comestionis, & collationis omni secluso priuilegio, cùm in eo casu à ieiunio excusentur, iuxta communem Doctorum. *ibid. art.* 13. de quo Nauar. *in Manual. c.* 21. *nu.* 16. *& cap.* 25. *nu.* 201. & nos diximus suprà *de ieiunio num.* 2.

18. Clemens VIII. præcepit prælatis superioribus Ordinis Minorum de Obseruantia in virtute sanctæ obedientiæ, & sub sua indignatione, vt ipsi opportunè prouideant, ne ad monasteria Monialium sub eorum cura degentium aliquis concionaturus accedat, nisi sit ab ipsis superioribus approbatus, & missus, idque sub censuris, & alijs ad arbitrium suum pœnis prohibeant, super quo amplam, & plenam illis facultatẽ tribuit Pontifex. Qua concessione possunt vti per communicationem omnes aliæ Ordinis Prouinciæ, & Conuentus, licèt pro Prouincijs tantùm Portugalliæ sit facta. Pro quo aduerte, non posse dare huiusmodi prædicandi licentiam apud dictas Moniales Confessores, seu Vicarios illarum, vel Abbatissas, nec etiam Guardianos locorum, vbi sunt sita earum monasteria, sed tantùm superiores ipsarum Monialiũ, qui sunt Prouinciales, vt benè notat Portel in addit. ad dubia Regularia, verb. Prædicatores num. 14.

Bull. bull. 16. Clement. 8.

19. Prædicator, etiam Minorita instante Prætore, seu Correctore ciuitatis, in executionem Tridentini decreti, quo præcipitur, omnibus diebus Dominicis, & Festis saltem solemnibus populo prædicari, licitè potest concionari, etiam contradicente Vicario foraneo Episcopi, quia in sua Regula tantũ prohibetur Fratribus Minoribus prędicare contradicente Episcopo, Vicarius

Trid. sess. 14. c. 4 de Reform.

au-

ratos, sed tantùm concedit, vt officium parochi exerceant, sicuti antea consueuerant facere rogati ab Episcopis. Verùm licèt ex charitate cœperint sacramenta Indis ministrare, post acceptatã tamen hanc Papæ commissionem, tenetur ex iustitia facere omnia, quæ Curati de officio facere tenentur. Ex quo fit, quòd Episcopi semper manent veri pastores populorum Fratribus assignatorum, possúntque in illis suam ordinariã iurisdictionem exercere, quæ per dictũ Breue illis non tollitur. Sed hoc taliter fieri debet, quòd non perturbentur Fratres in conuersione, & manutenentia Indorum iuxta priuilegium Apostolicum. *ibid. artic.* 5. Idem ferè tradit P. Miranda *tom.* 1. *Manual. quæst.* 42. *art.* 6. *& quæst.* 43. *artic.* 5. & faciunt tradita à Sanchez *dict. lib.* 3. *disp.* 26 *num.* 7. *& Portel vbi proximè num.* 8.

4. Episcopi post intimationem Breuis Pij V. non possunt auferre à Fratribus populos assignatos tempore datæ ipsius Breuis. Vnde si de facto auferant, tutò possunt Religiosi ibidem officiũ parochi exercere, id enim faciunt auctoritate Papæ mandantis, ne vbi Fratres conuersioni Indorum assistunt, Episcopi aliquid innouare valeant. Idem que erit dicendum, si Episcopus ignoret, vel ei non fuisset Breue Apostolicũ intimatum, quia ligat à tempore datæ, sententia autem lata contra priuilegiũ Papæ non valet capit. ex parte, iuncta Glossa, de verborum signif. & cõfirmat indultum Alexandri IV. factum Prædicatoribus. *ibid. art.* 6. de quo Panormitan. *in cap. nisi specialis, de officio delegati.* Idem tradit P. Miranda *dict. art.* 5. *dicto vltimo.*

5. Licentia data à Parocho, vt à quocunque Sacerdote liceat recipere Eucharistiam, comprehendit Religiosos ex identitate rationis, imò ex maiori ratione, quia vt in plurimum sunt magis idonei ad id munus peragendum. Deinde, quia in generali concessione veniunt ea, quæ specialiter quis esset concessurus, si ab eo peterentur, vt noti iuris est, neque obstat ratio maioris prohibitionis circa administrationem sacramẽtorum in Religiosis, quàm in clericis sæcularibus, ex Clementina Religiosi, de priuilegijs, quæ in nostro casu cessat, cum adsit generalis licentia parochi ad ea ministranda, & ad tollendũ omne dubium ita declarauit Eugenius IV. apud Bullarium. *tom.* 1. *quæst.* 56. *art.* 2. Bullar. Idem docet P. Miranda *dict. quæst.* bull. 14. 42. *art.* 2. Sixti 4.

6. Religiosi liberè possunt parochianos ad Diuina in suis Ecclesijs admittere, saluo tamen iure parochiali quoad oblationes, decimas, & primitias. Nec Parochis licet hoc impedire, compellẽdo Parochianos in suis Ecclesijs missas audire, ex indulto Alexandri IV. & declaratione Gregorij IX. & Sixti IV. apud Bullarium. tom. 3. qu. 28. art. 1. de quo Syluest. verb. Parochia, nu 1. Idem docet Azor tom. 1. instit. moral. lib. 7. c. 6. quæst. 4. 5. & 6. citans Nauar. in Manual c. 21. nu. 5. quos refert, & sequitur Portel in addit ad dubia verb. Missa, n. 1. & 2. & hoc non obstantibus capit. vt Dominicis, de parochis, & Extrauag. vices illius, de treuga, & pace, necnon Tridentino decreto. nu. 45. Bullar. & bull. 2. & 3. Alex. 4. Trid. sess. 24. c. 4. de reform.

7. Religiosi non possunt cum cruce intrare Parochias ad leuanda corpora defunctorum apud suas Ecclesias sepelienda, nisi præmonito priùs, & requisito Parocho, cuius recusatione non obstante id possunt facere sine eiusdem Parochi, vel Ordinarij præiudicio, nisi super hoc antiqua consuetudo, quæ sit in viridi obseruantia, & cum pacifica possessione (quæ sufficit esse 40 annorum) ipsis Religiosis suffragetur, ex Leone X. in Concilio Lateranensi. Ibidem articul. 2. Ad quod vide P. Villalobos 2. part. Summæ tract. 31. diff. 5. num. 3.

8. Episcopus potest præficere Ecclesiæ Parochiali sæculari Monachum de licentia sui Abbatis, seu Prælati. *Ibidem articul.* 3. de quo Couar. *de testam.* §. 2. *nu.* 2 *Syluest. verb. Religio* 7. §. 8. *&* 9. & nos diximus supra *de beneficijs nu.* 7. *&* 9. *& iterum numer.* 57. *&* 58.

RESOLVTIO CX.

De Paupertate, & peculio Religiosorum.

1. PAupertas alia est necessaria, coru scilicet, qui inuiti temporalibus bonis carent: alia est voluntaria, quæ à profitentium voluntate proficiscitur, vt fit à Religiosis, præcipuè à Minoribus, qui altissimam paupertatem in cōmuni, & in particulari per suam Regulam profitentur, quæ etiam dicitur Euāgelica, quā quis relictis omnibus Christum Dominū sequitur, iuxta illud Matthæi 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Paupertas igitur requisita ad constituendum verum Religiosum est renunciatio omnium rerum possessarum, & omnis iuris possidendi per votum solemne facta in Religione approbata, in manibus prælati potentis ad eam admittere secundùm regulam Ordinis à Sede Apostolica approbatā, vt in cap. 1. de voto, lib 6. habetur tom. 3. q. 29. art. 1. & 2. de quo D. Th. 2. 2. qu. 186. art 3. & 6. Vide Nau. comm 1. n. 19. vers 23. de Regul. Azor tom 1. inst. moral. lib. 12. c. 12. q 8. Lessium de iust. cap. 41. dub. 5. nu 21 in fine. Sanchez libr. 7. decal. c. 18 nu. 23. vbi resoluunt, votum paupertatis solemne impedire dominij acquisitionem, reddens incapacem vouentem illius acquirendi, at votum simplex tantùm impedire eam dominij acquisitionem, absque eo quòd reddat incapacem vouentem ad acquirendum.

2. Nulli Religioso, etiam Canonico Regulari licet habere aliquod dominium, vel ius in pecunia, vel in re pretio æstimabili, nec possessionem eiusdem sibi, vel nomine suo. Vnde quidquid acquirit monachus, acquirit quoad dominium soli Deo, & Domino nostro Iesu Christo (cui etiam acquiruntur omnia bona Ecclesiastica, siue Ecclesiæ, & Deo oblata) ius autem administrandi supremum, & generale acquiritur Summo Pontifici, & Ecclesiæ Romanæ vniuersali, ius verò priuatum, seu particulare acquiritur Religioni, seu monasterio capaci huiusmodi iuris, alioquin si est incapax, remanet apud Papam, & solus vsus, & administratio facti conceditur ei, vt nobis Minoribus de Obseruantia conceditur à Nicolao III. in cap. exiit. §. porrò, & §. ad hæc et §. præterea, de verborum significatione. Vnde ius, quod habent Monasteria ad bona temporalia, est tantùm administratorium sibi ab Ecclesia concessum. *Ibid. art. 4. & 5. de quo Innocent. in cap. cùm super, de causa posses. Nauar. de redditibus Ecclesiast. monit. 10. quæst. 2. Idem tradunt Nauar. comment. 2. de Regular. num. 3. Maioris in 4. dist. 38. qu. 13. col. 1. §. sed quia, Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. capit. 10. quæst. 5. quos refert, quamuis non sequatur Sanchez. libr. 7. Decalog. capitul. 18. numero 9.* vbi per numeros seqq. plura tradit circa paupertatem Fratrum Minorum Idem tradit P. Miranda tom. 1 quæst. 28. art. 5.

3. Religiosus factus ex causa per dispensationem non Religiosus ad vxorem ducendam, ex eadem causa ad habendum proprium licitè poterit dispēsari, vt si occurrat casus, in quo omninò opus sit, quòd Papa dispenset cum Monacho ad succedendum in regnum, & vxorem ducendam (vt aliquoties fuisse per Martinum V. & Eugenium IV. dispensatum fertur) causa enim tunc militans vt possit vxorem ducere, eadem militat, vt possit habere regnum, & proprium. *Ibid. art 6. de quo Nauar in cap. non dicatis 12. quæst 1. numer. 17. Cordub. lib. 1. quæst. 24. ad finem. Idem docent Vazquez 1. 2. quæst. 95. artic. 4. disp. 165. capit. 9. num. 104 Azor tomo 1. inst. moral. cap. 7 quæst 2. quos refert, & sequitur Sanchez l. 5. Decalog. c 2. num. 9. P. Miranda d. qu. 28. art. 3.*

4. Licita est concessio facta à Generali Ordinis de consensu Monasterij cuidam monacho ad habendam Ecclesiam ipsi Monasterio vnitam cum hortu, & alijs ad vitam, & victum ipsius

ipsius Monachi, ea lege vt soluat certos redditus, & celebret certum numerum missarum, ac faciat quaedam alia pia, dummodò id iusta aliqua fit causa, hoc enim non est habere proprium, sed tantùm habere quoddam peculium de superioris licentia pro sibi iniuncta administratione, quod in iure permittitur Religioso, c. 2. de statu monachorũ, nec in Tridentino Concilio id prohibetur, iuxta communem Doctorum explanationem. Vnde non potest sine iusta causa praedicta concessio reuocari. *Ibidem*, 8. & 9. *de quo Nauar. c. non dicatis, nu. 42. & 48. & in cap. nullam 18. q. 2. à n. 3. Beia Respons. casuum 3. p. casu 36. fol. 380. & 4. p. casu 17. fol. 418. & casu 32. fol. 458. F. Ioannes de la Cruz latè de stat. Religio. l. 1. c. 3. Reginald. in praxi fori Paenitent. l. 18. nu. 397. cum seqq. Vide suprà de pactis, num. 3.* Idem in nostris terminis docet P. Miranda dicta qu. 28. art. 7. vbi concl. 2. reuocationem debere fieri ex causa tandem cum Nau. docet. Consule ad idem Sanch. l. 7. Decalog. c. 19. à nu. 124. qui tenet, non peccare praelatum, etiam si absque iusta causa reuocat.

Trid. sess. 25. c. 2. de reform.

5. Religiosis non licet habere peculium, nisi de licentia praelati ad certos vsus expendendum, nullo tamen modò quoad ius, & verum dominium, aut proprietatē ad instar saecularium; imo nec ad vsumfructum, vel administrationē, aut commendam nomine suo, ex dicto Decreto Tridentino. Vnde procuratores, seu oeconomi bonorum Conuentus, seu alij quicunque administratores ea expendentes in alios vsus, quàm à superiore deputata sunt in notabili quantitate, etiam in vsus licitos sui, vel alterius Fratris, mortaliter culpae rei sunt, adeò quòd nec praelato Conuentus licet eadem bona ad libitum in quoscunque vsus expendere, extra eos, in quos destinata sunt, nisi vbi consuetudo aliquid modicum permiserit expendere, vel donare, Ibid. artic. 10. de quo D. Thom. 2. 2. quaest. 32. art. 8. Nauar. in d. c. nullam n. 6. Fr. Ioan. de la Cruz vbi suprà dub. 2. Syluest. verb. Religio 6. num. 7. versic. Tertium, Corduba tractat. casuum conscient. q. 54. vide sup. *de Monialibus, n. 7. Idem docent idem Nauar. comment. 2. num. 15. & 18. de Regular. & lib. 3. cons. 10. num. 6. de Regular. in 1. edit. & in 2. cons. 14. numer. 6. de statu Monach. Graffis 1. part. decis. lib. 3. cap. 5. nu. 13. Sa in Summa verb. Religio, nu. 48. Vega 2. tom. summae capit. 86. casu 5. quos, & alios cum nost. Auctore refert*, & sequitur Sanchez libr. 7. Decalog. c. 22. n. 11. & seqq. vbi resoluit dictum Decretum Tridētinum nil noui inducere, sed confirmari in eo ius antiquum in capit. Monachi, & cap. cùm ad Monasterium, de statu Monachi quae Regularibus peculia permittebant ex Abbatis permissu, & ad eius nutum reuocabilia.

6. Religiosus dispendens rem notabilis quantitatis ex deputatis ad proprios vsus sine licētia praelati, voti paupertatis transgressor est. Extra claustrũ tamen existens licitè potest facere moderatam eleemosynam ex assignatis ad sui sustentationem. Rursum nec pecuniam ad certos vsus à praelato sibi deputatam potest in alios expendere, maximè si sit Frater Minorita de Obseruantia, cui non licet expendere concessa ad suas necessitates praesentes, vel eminentes in alios vsus, ad quos verosimiliter existimat non esse dandam licentiam à praelato, etiam si expendat nomine dantis, & de ipsius expressa, vel praesumpta voluntate, ibid § tertia conclusio, & §. quarta conclusio. Idem docet Mēdoca in suis quodlibetis q. 8 concl. 3. in fine, quem cum nostro Auctore refert, et sequitur Sach. l. 7. Dec. c. 19 n. 66.

7. Minoritis prohibetur peculiũ ex vi Regulae, dicitur namque in ea, cap. 4. Praecipio firmiter Fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam. Aliud autem est, recipere pecuniam, aliud verò recurrere ad pecuniam. De licentia praelati quando res in propria specie inueniri non potest, recurrere valent Fratres ad pecuniam pro necessitatibus suis, quin transgressores sint regulae. Videantur quae dicit Corduba quaest. 6. introductoria, & c. 10. q. 3. conclus. 4. Quanda in addit. ad

dict.

dist. 38. de voto, proposit. 4. & 27. D. Bonauent. in Apologetico, qu. 13. & super regulam, c. 4. & in q. super regul. qu. 25. cuius sunt sequentia verba: Cum iterum regula dicat, quòd nec per vos, nec per alios, debeatis recipere denarios, vel pecuniam, videmini per contrarium hoc facere, tam petendo pecuniam, tam reponendo, quàm etiam dispensando, quia & si personaliter eam non contrectatis, tamen per alios eam seruari, & recipi facitis, et distribui sicut vultis, et tamen prohibetur sicut per praeceptum, vt non habeatis super hoc potestatē dispensandi nescio quomodo hanc transgressionem excusare potestis? Si autem non posset hoc praeceptū seruari, non debuistis vouere, & potius esset à regula recedendum, quàm laqueus esset vouentibus, cum seruari non posset. Respondeo. Multa putantur mala quamdiu non intelliguntur, quae intellecta, rationabilia, & iusta videntur. Sic & in ista quaestione apparet. Regula prohibet, ne per nos, nec per interpositam personā, nos recipere pecuniam, vt nostra sit, & nos Domini, & possessores pecuniae simus, quasi rei propriae. Sed concedit, vt per amicos spirituales, qui pro Deo nos spiritualiter diligunt, id est, castè & iustè, necessaria procuremus, quae tali modo vtroque congruè obseruantur, quòd ea, quae sine pecunia non possunt procurari, aut per ipsos procurentur, qui Fratribus dant eleemosynā, aut per eorum nuncios, vt cùm aliquis procurat Fratribus librū scribi, vel vestē fieri, vel domū, vel aliud suis laboribus, & expensis, aut si Fratres ista procurant, illi soluunt pecuniā illis qui Fratribus commodauerunt, vnde ista sunt procuranda, vt cùm Fratres faciūt librum scribi, alius soluat expensas per se, vel per nunciū suum, aut si aliqui volunt dare Fratribus eleemosynam pecuniae, possunt committere alicui, qui nomine suo eam seruet, pro vtilitate tamē Fratrum, & vice illorum, qui sibi commiserunt pecuniam, procuret ea de Fratribus, secundū quod voluerit, secundùm quod à Fratrib. instruitur, per se, vel per alios, qui aptiùs ea promouent, quae sibi fuerunt commissa. Et per omnes istos non recipiunt Fratres pecuniam, sed illi per se, pro illis qui sibi commiserunt pecuniam, conuertunt eam in vtilitatem Fratrū, vicē illorum gerentes in eo, quod seruant, & distribuunt ipsam pecuniā, quae adhuc illorum est, qui dederunt, etiam si nesciant eam adhuc seruari, gerentes autem vicem Fratrū in eo, quòd eorum vtilitatem promouent de pecunia illorum. Fratres enim quandiu pecunia non est redacta in rem aliam, quā eis vti licet, non habent eam pro sua, sed illius qui deposuit eam, licèt sciant eam pro sua vtilitate ibi repositam. Sicut cum Dominus committit seruo suo pecuniam suam, vt mihi inde emat tunicam, interim est Domini, sed empta tunica, mea erit. Secundùm hanc viam, & cautelam Fratres & per amicos speciales, & quoslibet procuratores, & mediatores procurant necessaria, nec tamē recipiunt pecuniam per illos procuratores, sed illi seruant illam nomine dātium, & vice ipsorum vertūt eam in vtilitatem Fratrum, vt Dominiū pecuniae non transeat in proprietatem Fratrum. Vnde conditor Regulae magis intendit Fratribus praecludere viam auaritiae in possessione pecuniae, per quam omnis Religio suffocatur, quam obstruere eis opportunitatem necessaria procurādi. Sedes etiam Apostolica, cuius acta toti Ecclesiae diiudicanda exponuntur, & veneranda: ipsam regulam confirmando, non approbasset, si in ea aliquid incongruum, & inobseruabile prospexisset. Ideo vouentibus eā non est laqueus perplexitatis, licèt indigeant diligēti cautela, ne offendant contra eam, qui debent aliqua necessaria per pecuniam procurare, quae tamen cautela magni est meriti, quamuis illi tutiùs ambulent, qui se subtrahunt à talibus negotijs, qui ad ea ex officio non coguntur. Haec Seraphicus Doctor, & c. 4. Regul. inquit: Sicut nullus dat aliquid nisi intendat se priuare dominio eius, quod dat, & ipsum transferre in alium: sic nec recipit propriè aliquid secundùm quod receptio opponitur donationi nisi qui rei domi-

nium acquirit. Nec Summi Pontifices Nicolaus III. & Clemens V. aliud dicunt, quam D. Bonauētura dixerat, nec noua addunt præcepta Fratribus, ac propterea in suis expositionibus nō dicūt, Præcipimus, mandamus, prohibemus, sed, dicimus, declaramus, & qui declarat nihil de nouo inducit, vt habes à Rosella verb. lex, §. 12. ratio est à glossa in c. statuto, de decimis in 6. quia si lex, aut regula volebant id, quod dixit declarās, nihil ipse de nouo addidit: si volebant aliud, ipse declarans nihil fecit addendo. Diffinitum namque puta homo, nō habet aliam interpretationem, nisi propriam diffinicionem, ideò diffiniens nihil facit, nisi dicere clariùs, quod diffinitum obscuriùs: si addidit, nihil fecit, quod pertineat ad diffinitum, dicitur enim in regula iuris 61. libr. 6. Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum. Notanda sunt verba Auctoris 10. 1. qu. 10. art. 8. Omnes summopere præcedere debemus fragilitati humanę cōpati, quod non facit Collector in explicationibus, quas ad reliqua priuilegia concernentia nostram Regulam adducit, alia via diuersa progrediens, zelo scilicet obseruantiæ dictæ regulæ, quē ego in hoc non sequor: licèt enim debeam esse zelator regulæ respectu eorum, qui eam ad litteram cum omnibus suis declarationibus volunt obseruare, respectu tamen eorū qui non simili spiritu aguntur, zelator sum suarum animarum, & sic omnibus modis possibilibus eos à varijs obligationibus, & præceptis liberabo, vt iugum Christi Domini suaue, magis suaue ipsis reddatur. Et licèt mihi aliqui zelatores dicant quòd per suam viam (scilicet dicendo quòd sint præcepta & obligant sub mortali) euitantur multæ relaxationes & peccata: ipsis tamē respondeo, quòd hæc causa non est sufficiens ad ponendum præceptū, vbi re vera nullū est. Vnde multo melius est dicere clarè veritatē, affirmando nullū esse præceptū, licèt ex tali dicto aliqua relaxatio oriatur, quàm dicere esse præceptum, vbi re vera nullū est, non enim vult Deus quòd sua Ecclesia, quæ est columna & fundamentum

Notanda verba Auctoris.

veritatis, mendacijs præsertim in spiritualibus regatur, prout traditur in iure, & tractant Diuus Thomas, & Couarruuias. Hæc Auctor.

8. Possunt syndici Minorum dare licentiam religioso imprimēti libros, vt de lucro impressionis, prædicationum, missarum, &c. Aliquid dent parentibus pauperibus, vel personis bene meritis de Religione, talis enim syndicus, cum sit procurator Papæ habet potestatem alienandi, etiam in vtilitatem Ordinis: dare verò tunc illis personis redundat saltem indirectè in vtilitatem ordinis. Auctor to. 1. q. 27. ar. 6. & in addit. ad sum. to. 3. c. 158. n. 10. alids in vlt. impres. verb. Enagenar c. 190. n. 10. Portel v. Syndicus, nu. 6. P. Villal. 2. p. sum. tract. 35. diffic. 32. per totam, & præcipuè n. 3. Sanch. de matr. t. 1. l. 6. disp. 4 n. 7. & 2. t. ad præcepta dec. l. 7. c. 19. n. 37. cū Nau. Lud. Lopez, & aliis.

c. qui scandalizauerit, extra de regul. iur. D. Th. 2. 2. q 43. art. ad 2. Couar. in regul. peccatum 1. p. num. 4. vers. 1.

9. Retinere aliquid notabile animo illud occultandi prælato aperte est transgressio voti paupertatis, si ob id facit, quia sibi auferendum putat: secus si occultat, quia præsumit a prælato reprehendendum fore, eo quòd eo inconsulto rem tenet, dummodo animo paratus sit illam tradere, nec contra eius voluntatem retinere. Idem iudicium est de eo, qui recipit, vel acquirit rem notabilem sine superioris licentia, ibidem d. quæst. 29. art. 10. §. 4. concl. & §. 6. concl. de quo Nauar. in c. non dicatis nu. 5. & 16. Syluest. verb. religio 6. q. 7. dict. 1. Idem docent D. Bonauentura in speculo disciplinæ ad nouitios p. 1 cap. 4. paulò ante finem, aliàs tom. 7. in nouis. D. Antonin 3. p. tit. 16 c. 1. §. 14. notab. 1. & 2. Cordub in regul c. 7 qu. 4 puncto 2. Lessius lib 2. de iust. c. 4 dub. 5 n. 29. & capitul 41. dub. 9. numer. 79. vers. 8. quos, & alios plures cum nostro Auctore hic refert & sequitur Sanchez d. capitul. 19. numer. 60. & 61. & agens de licentia requisita ad aliquid accipiendum, ibid à numer. 4.

10. Licitū tamen est Monacho recipere rem, et mediocris valoris, vel eā tradere alicui Fratri, aut cum illo commutare, vel etiam extraneo, dummodo promptum habeat animū illā tradendi prælato, quoties ipse voluerit, de eius

con-

consensu saltem præsumpto habens certitudinem, vel probabilitatem, nisi aliunde præcepto obedientiæ sit prohibitum. *Ibid.§.7.conclus. Idem ferè docent Nauar.comment.2.num.20. de Regul. Lessius lib.2.de iust.cap.41.dub.9 numer.80. Rebel.de iust.p.1.lib.3. quæst. 15.sect.3.numer.22 quos, & alios refert Sanchez dict.cap.19.num.13. ubi late, qui num.15 id limitat, quando probabiliter creditur prælatum per virtualem voluntatem actu velle, & si mallet* licentiam peti, aliquantulum tamen iniustus, eo quòd non petatur.

11. Quantitatem requisitam ad constituendum furtum culpæ mortalis, requiri etiam ad peccatum proprietatis in religione probabilius, & verius iudicatur. Quam quantitatem aliqui ad quatuor Iulios, seu argenteos, vel Regales Hispanos extendunt, idque probabilius existimo, considerata horum temporũ abundantia numeratæ pecuniæ. *ib. d. m concl.8. de quo Cord. de casibus qu.109 puncto 2. et oto libr.1. de iust qu.3. art.3 Idem docent Cord. ba in summa q.109. Nauar.lib. cons.75.n. 8. de Regular. in 1. edit & in 2.cons.3.num.18. de statu Monach. Graffis decis.1.p.lib.2. cap. 5.num.49. Rebellis libr.3 de iustit.1.p. qu.15.sect.3.num.22. Azor tom.1.instit.* moral.lib.12. cap.13. quæst.6. quos refert, & sequitur Sanchez lib.7. decal.c. 21.à num.ft.

12. Religioso licitum esse accipere, vel retinere rem sibi necessariã de bonis destinatis usui religiosorum, quam prælatus rogatus denegavit, probabile quidam existimant, hic enim non est actus proprietatis, sed sibi applicare quod prælatus ex iustitia, & ordinis statuto tanquam bonus, & fidelis dispensator tenebatur concedere. ibid §. advertere Idem videtur sentire Sanchez d.c. 21.num 31, dum ait, prodigo à monasterio subtracta ad proprios religiosi usus, etiamsi sit ad notabilem quantitatem non esse mortale.

13. Habere non potest, licitè dare licentiam subdito expendendi vel sibi ad tenendum destinatas in quolibet usus, nec subdito licet tali facultate uti, adeò quod etiam superior simul cum Capitulo non potest dictam licentiam facere, ut scilicet subditus expendat pecunias in ludos, luxus, & similia. *ibid. art.11. de quo Nauar. cap. non dicatis, numer.53. usque ad 55 corol.12. Syluest. verb. Religio 6.qu.7.§.7. Caiet. in summa verb. furtum, Idem docent Mendoza in suis quodlibet quæst.8.cap.6. Nauar. lib.3. de restit.c.1. in noua edit. 3.p. dub. 1.nu.268. corol.3. quos refert, & sequitur Sanchez d.lib.7.cap.19.num.23. & 24. qui subdit nu. 22. præcedenti prælatum* sic expendentem in usus vanos peccare contra votum paupertatis.

14. Non dicitur subditus expendere contra voluntatem prælati, quando probabiliter credit, quòd ægrè ferret, ita expensum esse: contingere enim potest, quòd displicentia illa prælati non tam proueniat ex re expensa accepta, vel retenta, quàm ex modo clandestino illam expendendi, aut retinendi, ex quo multæ acceptiones modestæ monachorum possim excusari à peccato, dum præ verecundia, aut alio simili respectu rem recipiunt, vel expendunt in consultis prælatis, ibid §. denique, de quo Caiet. suprà, & Nauar. citato loco, nu.52. Idem docent Mendoza d.qu.8. post 7.conclus. Nauar. loquens de monialibus comment 2. num.20. de Regul. Graffis 1.p. decis. lib.3.cap.5.nu.34. quos refert, & sequitur Sanchez dict. cap.19.num.13 & 15.

15. Moniales primæ regulæ S. Claræ possunt nunc post Tridentinum Concilium habere possessiones, & bona immobilia in communi, ex decreto eiusdem Concilij. Imò tam istæ, quàm aliæ sanctimoniales de superioris licentia licitè possunt vel certis moderatis redditibus vitalitijs ad suas priuatas necessitates, & pias causas, quia sic usus obtinuit, & est conforme Trid. Concil. *ibid. artic.12 & 14. idem docet Sanchez d.lib.7.cap.21.n.2. & c.23 nu.1. post Nauar. de redditibus Ecclesiasticis, q.1. num. 100. in 1. edit. & in monitione qu.3. monitio 7.a. n.5. & nos diximus supra resolut.22. num.19. & resolut. 18 num. 2.* Trid.sess. 25.c.3.de Regul.

16. Peccat mortaliter contra votū paupertatis Religiosus recipiens stipendium pro Missis, vel prædicationibus contra statutum sui Ordinis, etiam si non obliget ad peccatum, quia dū quis vouet paupertatem, non est capax dominij, nec alicuius actus dominij, & consequenter eodem actu vouit non modò abstinere à pecunia recipienda absolutè, sed ab hoc genere, seu modo recipiendi pro missis, & sermonibus. ibid. artic. 15. de quo Nauara libr. 3. de rest. cap. 1. 3. q. dub. 2. nu. 157. & 170. in noua edit. Idem docet traditis multis, & citato nostro Auctore Sanchez libr. 7. decalog. cap. 28. à num 6. vbi nu. 15. & 16. idem resoluit, quando pactum initur cum aliquo, vt stipēdium det alteri pro missis dicendis: secus si liberè largiatur eleemosynam, & liberaliter etiam promittat sacerdos sacra facere, vt *ibidem traditur num 7.*

17. Paupertas altissima Fratrum Minorum, quæ abdicat proprietatem omnium rerum in particulari, & in communi propter Deum est meritoria, & sancta, quam Christus Dominus viam perfectionis ostendens verbo docuit, & exemplo firmauit, vt declarauit Nicolaus III. in c. exijt, & Clemens V. in c. exiui de paradiso, vnde proprietas bonorum mobilium, & monasteriorū Ordinis Seraphici residet penes Apostolicam Sedem, manente vsu simplici apud Fratres, ex concessione, & declaratione Martini IV. & V. Sixti IV. & aliorum Pontificum tom. 3. qu. 30. art. 1. De quo Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 32. quæst. 5. & 6. vbi qu. 1 . latè agit de paupertate Fratrum Minorum, ac concordare nititur constitutiones Ioannis XXII. cum c. exijt, & c. exiui Nicolai III. & Clementis V. circa paupertatem Christi Domini, & Apostolorum, quos ex sacris litteris constet aliquando habuisse proprium in communi; aliquando verò non habuisse pro temporum diuersitate, vt perfectis, & minus perfectis viam perfectionis ostēderet. Vnde Fratres Minores, eo ipso, quòd nihil in communi, nec priuatim possidēt magis à temporarijs bonis remotos perfectiori vitæ studere, definit Nicolaus III. At verò Ioannes XXII. oppositum videtur definire voluisse, in eo quòd tradit Prædicatores, & Minores in arctissima viuere paupertate, nec proprietatem rerum in communi quicquam de perfectione vitæ Christianæ, detrahere. Vide ad hoc Sanch lib. 7. decalog. c. 18. num. 15. & seqq. vbi num. 22. agit de dicta constitutione Ioan. XXII. concluditque eum nihil tanquam certum statuisse in illa, sed solùm disputando in eam partem magis inclinasse.

In Bull. Bull. 1. Martini IV.

18. Pœna proprietarij, quæ aliquando exprimitur in constitutionibus Ordinis, est priuatio actuum legitimorū, & canonicæ sepulturæ, ex decreto Trident. sess. 25. c. 2. in fine de Regul. & c. Monachi, cū alijs, de stat. Monach. pro laicis verò Fratribus est priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, ac visitationum in iudicio vltra negationem Ecclesiasticæ sepulturæ. Super quo vnaquæque religio consultat suas constitutiones. *ibid. art. 2.* de quo infrà *de sepulturis, num. 1. & Sylvest. verb. Religio 16. quæst. 7. num. 13.* Idem docet Sanchez *lib. 7. cap. 20 à num. 1 1.* Trid. sess. 25. c. 2. de Regul.

19. Cum Fratribus Minoribus conuentualibus legitima ex causa fuisse dispensatum à Sede Apostolica, vt bona in communi, & redditus annuales licitè habere possint, nemini fas est dubitare, vt patet ex dispensatione Martini IV. & V. & aliorum plurimorum Pontificum, quorum indulta non est, cur censeantur subreptitia, cùm in eis causa vera, & legitima proposita inueniatur, quin & dispensatio Sixti IV. fuit motu proprio facta Vnde errant manifestè asserentes, professores regulæ B. P. N. Francisci iuxta Ecclesiæ dispensationem per summos Pontifices factam esse in statu damnationis, ex hoc namque sequeretur Ecclesiam errare posse in his, quæ ad animæ salutem spectant, quod plusquam absurdum (ne dicam temerarium, & erroneum) videtur. *ibid. art. 4.* de quo Rodulphus *libr 2. Historia Seraphica c. 149. p. 2. Nauar. comment. 3. de Regul nu. 17.* In Bull. Bull. 1. Sixti. IV.

De pœnis vide suprà *de Correctione Fratrum quoad pœnas, resolut. 48.*

RE-

RESOLVTIO CXI.

De Peste, seu Epidemia.

1. PEstis est idem quod Epidemia, de quo suprà diximus de clausura Monialium, num. 36. quo loci resoluimus tempore pestis posse Moniales à clausura exire, dummodo sit vera, & probata pestis, quando scilicet aer est corruptus, & multi moriuntur tom. 3. quæst. 31. art. 1.

2. Prælati locales, vt Guardiani, & similes cùm sint Curati suorum Fratrũ, tenentur sibi præparare antidota præseruatiua, & alia remedia ad euitandũ infectionem pestis, aliaque conducentia ad leuandos Fratres infirmos opere complere, vt & vitam suam tueri, & muneri suo valeant satisfacere, remouentes omnia impedimenta, quibus ipsi possint ab executione sui officij arceri. Vnde non est licitum ipsos inseruire sæcularibus contagio pestis infectis, nec illis sacramenta ministrare, ne deficiant in his, quæ ex sui officij iure, & iustitia facere tenentur, propter id, quod supererogatorium tantùm est, & debitum Charitati. *ibid. art. 2.* de quo Bañez 2. 2. *quæst. 25. & quæst. 32. art 7. dubio vlt. & quæst. 33. art. 3. concl 4 in corollario* vide ad hoc Sanchez *lib. 6. decalog. c. 2. à nu. 54. vbi num.* 55. docet cum nostro Auctore non licere prælato conuentus fugere tempore pestis, deserto monasterio.

3. Licèt valde honestum, & laudabile sit vitam propriam pro salute proximi exponere, cùm sit opus summæ Charitatis, ad id tamen non omnes tenentur, maximè qui ex instituto suæ regulæ soli contemplatiuæ vitæ vacant, non habentes pro obiecto exercitium operum pietatis, hi namque nunquam ad id adstringi possunt; quidquid eis præcipiatur, cùm tale præceptum nec ad obseruantiam regulæ, nec ad generale communitatis bonum spectet: sed illi tantum ad illud tenentur, qui ex officio, vel ex voto suæ professionis ministrant infirmis, hi enim non solùm ex debito Charitatis, sed etiam ex iustitia tempore pestis obligantur assistere, & huiusmodi ministerium extra monasterium exercere: nã intra illud, deficiente prælato, semper tenẽtur Fratres suis consubditis infirmis ministrare, maximè nos Minores, qui ad id ex præcepto regulæ obligamur, specialiter verò qui ad id muneris fuerint per obedientiam deputati. *ibid. artic.* 3. de quo D. Thom. *opusc. 18. c. 15 in princip. Caiet. 2. 2. quæst. 26. art. 5. Armilla verb. Episcopus num. 6.* idem latè tradit Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 2. num. 56. vsque ad 59.*

4. Fratres Mendicantes, quibus ex Instituto incumbit actiuæ vitæ vacare, salutique animarum assistere tanquam Episcoporum coadiutores (vt de Minoribus, & Prædicatoribus loquens Clemens V. declarauit in c. dudum, de sepulturis) tempore pestis, deficientibus Parochis, vel non sufficientibus numero ob multitudinem populi, moniti ab Episcopo tenentur infirmis ministrare sacramenta; secus facientes mortalis culpæ reatum tanquam transgressores sui instituti se incursuros sciant, idque probabilissimum iudico ex D. Tho. *ibid. art. 4. de quo D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 2. & 9. & q. 187. art. 1. ad tertium, & q. 188. artic. 2. & 4. ad secundum, & art. 5. & opusc. 19. cap. 4. Bañez 2. 2 q. 13. art. 3. dubio 3. Idem probat Rutili. de fuga tempore pestis libr. 1. disp. 1. qu. 1. concl. 10. maximè in solut. ad quin ũ, quem cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez vbi suprà numer. 60.* sed id limitat numer. 62. quando deessent alij Sacerdotes, qui Episcopi sumptibus vellent parochis auxilio esse.

5. Prælatus tamen debet prudenter, & circumspectè se gerere in imponẽda obedientia, seu præcepto circa hoc, nã egregiæ conditionis viris, qui aliàs religioni perutiles, ac necessarij sunt, nõ debet tale ministerium præcipere. Qua-

propter prælatus cum periculo vitæ suæ non tenetur subditum peste infectum inuisere, vel alium quemcunque existentibus alijs, qui id valeant perficere, & libenter se offerunt ministrare, ne fortè in tam graui necessitate deficiat in Conuentu præfectus, & corruente eius regimine non sit qui necessaria ministret infirmis. *ibid. art. 5.* quidquid dicat Nauar. *c. 14. nu. 10. in fine*, Idem docet post Rutilium proximè citatum, & nostrum Auctorem Sanchez; *vbi suprà num. 57. & 62.*

Vnde Parochus, seu curatus tempore pestis non potest licitè relinquere suas oues, vt alienis alterius oppidi, seu parochiæ succurrat, & ministret in spiritualibus, & corporalibus, & hoc enim esset manifesto periculo se exponere, causamque dare, vt propriæ oues deficiant, ac pereant. *ibid. in fine*. Idem docere videtur Sanchez *vbi suprà nu. 55.*

RESOLVTIO CXII.

De Prædicatoribus.

1. QVamuis prædicatio verbi Dei sit proprium Episcoporum munus ex Tridentino Concilio, ex commissione tamen Sedis Apostolicæ, vel etiam ex proprio instituto potest idipsum Religiosis conuenire. Vnde benè affirmare ausi sũt quidam, quod proprius actus Fratrum Prædicatorum, & aliorum Religiosorum non est prædicare, sed subuenire Episcopis in Prædicationis ministerio, quibus non incumbit prædicare, nisi ministerialiter. *tom. 3. quæst. 31. articul. 4. ad secundum argumentum, de quo Caiet. 2. 2. quæst. 186. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. à num. 118. Fr. Ioan. Crusius de statu Relig. libr. 1. cap. 7. dub. 2. Stephan. Gratian. disscept. forem. cap. 393. à num. 9.* Trid. sess. 5. ca 2. & sess. 24. cap. 4.

2. Nemini licet sine superiorum facultate prædicare, vt constat ex multis quæ vero, Conciliorum decretis, præcipuè ex Tridentinò, vbi præcipitur, quòd Regulares non prædicent in Ecclesijs suorum Ordinum sine superiorum suorum licentia, & benedictione Episcopi, in Ecclesijs vero quæ suorum Ordinum non sunt, vltra licentiam suorum superiorũ etiam requiritur Episcopi licentia. Et iuxta aliud decretum eiusdem Concilij etiam in suis Ecclesijs prædicare non licet ipso Episcopo contradicente, quod iuxta terminos Clementinæ dudum, de sepulturis, debet intelligi, quando scilicet Episcopus vult prædicare, aut corã se prædicari solemniter facit, & ita declaratum est in quodam Capitulo Generali nostri Ordinis tom. 3. quæst. 32. artic. 1. & nos dicemus infrà latius nu. 9. de quo Castro de iusta Hæret. punit. capitul. 2. & 3. verb. Prædicare, Brucard. lib. 1. Decretorum c. 97. vsque 99. Simãcas de instit. Catholicis ti. 49. August. de Ancona de potest. Ecclesiæ quæst. 64. Brunus lib. 6. de Hæreticis cap. 4. Henriquez in summa 1. p. lib. 7. cap. 28. Zerola in praxi Episcop. 1. p. verb. Prædicatio §. 9. quos duos posteriores refert Barbosa in remis. ad dictum c. 4. num. 9. Vide P. Miranda tom. 1. q. 50. artic. 2. vbi resoluit probabile esse, quòd prædicatores Regulares, etiam iuxta Concil. Trident. non debent ab Episcopis examinari, quia in superiori eiusdem decreto tantùm requiritur ipsorum licentia ad prædicandum extra suas Ecclesias, & nullum fit verbum de examine, vt patebit legenti textum Concilij. Neque oppositum, inquit, tenere Nauar. in manuali c. 25. nu. 141. & 143. Trid. sess. 5. c. 2. §. si Trid. sess. 24. c. 4. de reform. Ordin. Toletan. fol. 20.

3. Regulares absque licentia Episcopi prædicantes in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt à suis superioribus Regularibus, non verò ab Episcopo puniendi sunt, ex declaratione Cardinalium relata in Bullario apud Clementẽ VIII. in principio, vbi refert quandam declarationem Cardinalium, §. *Congregatio item*. Idem docet Portel *verb. Prædicatores, num. 1.*

4. Parochum, seu Curatum posse dare licentiam viro docto, & noto, etiam Regulari, vt bis, vel ter concionetur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione, probabiliter opinantur aliqui viri do-

docti. Imò & Cócionatores semel approbati in vno Episcopatu possunt itinerantes prædicare vbi voluerint, non contradicente Parocho, & non adstante proprio Episcopo loci, ex concessione Gregorij XIII. facta Societati, qua per communicationem frui possunt Mẽdicantes, & alij communicantes in priuilegijs Societatis. *ibid. in fine*. De quo Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 26. iuxta fin. & Pegna in directer inquisit. pag. 179. nu. 8.* impres. Venetiæ. Idem docent P. Miranda *tom. 1. q. 50. art. 4.* P. Villalob. *2. p. Summæ tract. 35. diff. 5. num. 2.* *Portel verb. Prædicatores nu. 16.* *Crux libr. 1. cap. 6. dub. 2. concl. 3.*

Bull. bull. 14. Alex. 4. & bull. 4. Gregor. 9. nu. 6. & bulla 2. Mart. 4. & bulla 14. Sixti 4. n. 5. Ordin. Toletan. c. 5. de modo exterius côuer sandi fol. 38.

5. Apud nos Minores, Prouinciales cum diffinitoribus capitulariter cógregati prædicatores instituere possũt ex Alex. IV. & Gregor. IX. Idem concessit Prædicatoribus Martinus IV. & Sixtus IV. vt habetur in Bullario, statuto tamẽ Ordinis prohibetur, ne instituãtur prędicatores generales, *tom. 1. qu. 23. art. 3.*

6. Clemens V. in Concilio Vienẽsi, & refertur in Clementina, 1. §. 1. de priuilegijs, inhibet Religiosis in virtute sãctæ obedientiæ, & sub maledictionis æternæ interminatione, ne in sermonibus, seu Prędicationibus ad populũ detrahant Ecclesiarum prælatis, & id ipsum in Concilio Lateranensi sub Leone X. omnibus & singulis tam sęcularibus, quàm Regularibus prædicatoribus præcipitur. Quod debet intelligi de detractione nominatim, vel per circũlocutionem, quæ vicem habeat proprij nominis, nam in genere benè licet pręlatorum vitia arguere, dummodò metas iustæ reprehensionis, & redargutionis vitiorum prædicatores non excedant. ibid. artic. 2. de quo Glossa verb. detrahere, in dict. Clement. 1. Idem docent Simanc. de Catholic. instit. tit. 49. de prædicatoribus num. 9. & 10. P. Miranda suprà art. 6. conclus. 3. Portel vbi supra num. 3 qui idem docet, extendẽs dictam prohibitionem ad detrahentes in concionibus Regularium prælatis. De quo tamen multum dubito, quia in dict. Clement. 1. tãtùm fit sermo de Episcopis, quos vocat Ecclesiarum prælato, prælati autem Regulares esto sint æquè prælati Ecclesiastici, propriè non dicuntur Ecclesiarum prælati, sed Episcopi, qui in iure hoc titulo solent insigniri, & manifestè colligitur ex tenore verborũ, quib. vtitur dicta Clemẽtina.

7. Prædicatores Euangelici ad exẽplum Christi Domini, & Apostolorum palàm, & non in occulto sermocinandi sunt, maximè apud infideles. Quapropter Episcopi nullo modo consentiant oportet, verbum Dei in cubilibus secretis prædicari, ne inde aliquis audiat ea, quæ non decent sanam doctrinam prædicare *ibid. artic. 3.* de quo Michael Aninion *de vnitate ouilis, & pastoris, cap. 29. nu. 13.*

8. Licitè posse Prædicatores Euangelicos apud Indos, & alios Infideles militibus associari, sunt qui intrepidè affirment, non vt cogantur ad fidem suscipiendam, sed vt Euangelij prædicatio non impediatur, nouiterque cõuersi à manibus infidelium defendantur, ac vt eximant eos (si opus fuerit) à potestate Principis Pagani ipsos à fide susceptæ auellere nitentis, ex quo alij Pagani tali fauore, & auxilio allecti meliùs in fide instruãtur, ianuámque baptismi optatiùs, & faciliùs ingrediantur. Hoc tamen licèt speculatiuè specimen veri habere videatur, in praxi sequi minimè gentium decet, tum quia Christus Dominus, & Apostoli nõ potentia, & strepitu armorum, & militum, sed in persuasione spiritus, & suaui virtute Euangelicæ veritatis pugnabant aduersùs Principes, & Potestates huius sæculi, sicque suauiter omnia disponendo omnia ad Deum traxerunt, mundúmque vniuersum conuerterunt; nemo namq; per vim, seu inuoluntarius compellendus est ad finem, sed voluntarius tantũ admittitur, cap. ad fidem 23. qu. 5. cap. maiores, §. item quæritur, de baptismo, c. sicut Iudæi, de Iudæis, vbi omnes: tũ etiam quia ipsi milites associantes prædicatores suis furtis, rapinis, & facinoribus maioris sunt impedimenti, quàm adiumenti ad conuersionem infideliũ, faciũtque verbum Dei blasphemari, doctrinámque sanctam Euangelij à paganis sperni, qui Religiosos prædicantes ob id reputant similes illis, quibus

busassociamur. ibid. artic. 4. de quo D. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 8. Mascard. de Sulanis tract. de Indis, & alijs Infidelibus, c. 14. qui habetur tom. 14. in acta diuersorum DD. 1. p. vide apud Bullariũ Nicolai III. & Benedicti XII. bullas, vbi etiam Innocentius IV. multa priuilegia concedit euntibus ad prędicandũ in terris infidelium.

Bullar. bull 2. Nicol. 3. & bull. 2. Benedicti 12. et bul. 20. Inn. 4. Bullar. bull. 7. Pij 5. n. 1. Bull. 38. Greg. 13.

9. Declaratio Pij V. de qua in Bullar. quòd possunt Mendicantes etiam contradicente Episcopo (ipso tamen non prædicante) in suis Ecclesijs prædicare, non obstante decreto Tridentino, iã reuocata est per Gregorium XIII. & ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini redacta. Vnde nec etiam in plateis communibus, ac locis publicis licet Regularibus contradicente Episcopo prædicare. In Ecclesijs autem parochialibus, nisi de Curatorum, seu Parochorum beneplacito, & assensu, nisi Episcopus, vel prælatus superior eosdem Fratres prædicare mandauerit, ibidem art. 5. vide suprà n. 2. Idem docent P. Miranda dicta quæst. 50. art. 4. concl. 2. vbi refert priuilegia Alexandri, Clementis, & Sixti IV. in Compend verb. prædicatores, §. 4. & 5. quibus Regulares cum licentia Legati Apostolici, vel Episcopi possint prædicare in Ecclesijs parochialibus, etiam absque consensu parochorum. Sed id à nobis Minoribus non debet fieri, nec decet, & P. Villalob. suprà num. 2. resoluit, non posse ab Episcopo prohiberi huiusmodi prædicatio, ex suprà citato priuilegio Pauli III. confirmato per Gregorium XIII.

10. Prædicatores in Ordine Minorũ, & Prædicatorum non habent immediatè à Papa potestatem, seu iurisdictioné ad prædicandum ex Clementina, Dudum, sed tantùm quandam approbationem, quam semper ab Episcopis mendicari (apud quos residet munus prædicandi ex Tridentino Concilio) Pontifices voluerunt. Vnde sicut ab ipsis Episcopis dimanat talis potestas, ita potest ex causa legitima ab eisdem reuocari, vel suspendi. Ibid. artic. 6. de quo Portel verb prædicatores, numer. 8. vbi refert quandam declaratione in Cardinalium circa hoc, quæ talis est: Congregatio censuit, *hos, & quoscunque alios (intellige prædicatores) ab antecessore suo approbatos à prædicatione poterit suspendere Episcopus. Attendant tamen Episcopi, propter quas causas id impetrent. Volumus namque quod si illicitè suspenderint ad nos lis deferatur, & interim cessent. Sic ibi Vide apud Villalob. suprà numer. 3. aliam similem declarationem* Cardinalium, vbi etiam refert quandã aliam ex Marzilla lib. 1. tit. 4. capit 3. in hũc modum: Si præsentatus fuerit prędicator idoneus Ordinario iuxta hoc decretum, non est ei deneganda licentia.

Trid. sess. 24. dict. c. 4.

11. Prælati Ecclesiarum, seu alij quicunque impedientes, nè parochiani audiant prædicationes Regularium, incurrunt excommunicationem ipso facto, ex Bonifacio IX. *ibidem artic. 7. de quo Cordub. in addit. ad Compendium, titulo Prædicatores §. 3. P. Mirand. suprà art. 8. Suarez de Relig. tomo 1. libr. 2. c. 16. num. 7. 1 Zerc. verb. prædicatio §. 4. & p. 2. verb. parochia, pag. 82. Vbi dicit sacram Congregationem disposuisse, non posse Ordinarium mulctis, et pœnis cogere ire ad audiendum sacram concionem,* & Missam in Ecclesia parochiali. Sic refert Barbosa in remis. ad Trident. de quo vide Henriquez 7. de indulg capit. 25. num. 7.

12. Ex decreto Tridentino prædicatores errores, aut scandala disseminantes per Episcopum à prædicatione interdicantur; si autem hæreses prædicauerint, contra eos, etiam quomodolibet exemptos tanquam Sedis Apostolicæ delegatus secundùm iuris dispositionem, & loci consuetudinem procedat, curando tamen, ne falsis informationibus, vel aliàs calumniosè aliquis eorum vexetur. Sed hoc iam sancto fidei Tribunali reseruatũ esse omnibus notum est, ibidem art. 8 de quo Portel verb. prædicatores numer. 12. P. Miranda suprà art. 7.

Trid. sess. 5. c. 2. §. si verò.

13. In eodem Concilio præcipitur Episcopis, ne permittant Regulares extra Ordinis obedientiã viuentes in sua

Trid. d. c. 2. §. caueant prætera.

dicer-

diœcesi prædicare quorumlibet priuilegiorum prætextu, nisi ipsis noti sint, moribusque ac doctrina probati, donec ab ipsis Episcopis super ea re sancta Sedes Apostolica consulatur. Idem possunt præfati Episcopi circa expulsos à Religione pro suis culpis impediendo eos à prędicandi officio, vel etiam castigando quos sciuerint prædicationem exercere, cùm à Sede Apostolica hoc officium illis sit interdictum, ex decreto Clementis IV. & aliorum Pontificum apud Bullarium. ibid. artic. 9. de quo P. Miranda suprà art. 7. ad finem.

Bull. Eul. 14. Sixti 4. vbi nu. 24. refertur bull. Clem. 4. bul 8. Inno. 4. bul. 8. Alex. 4. & bul. 27. eiusdem

14. Prædicantes miracula falsa, aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra Scriptura non constant, aut reuelationes antequam Sedis Apostolicæ examini subdantur, vel ab Episcopo (si adsit periculum in mora) cum tribus, vel quatuor grauibus viris in huiusmodi re exercitatis examinentur, vltra pœnas à iure constitutas, excommunicationem Papę reseruatam incurrunt, & à prædicationis officio perpetuò interdicuntur, ex Leone X. in Concilio Lateranensi. *Ibid. art.* 10. Idem tradunt P. Miranda *art.* 7. Portel suprà *num.* 14.

Trid. sess. 5. c. 2. in fine. Bull. bull. 7. Pij 5. nu. 25. Bull. 14. Pij 5. Bul. Cra. 44. Leo. 10

15. Quæstores eleemosynarũ (Quęstuarij vulgò nuncupati) cuiuscunque conditionis existant, nec per se, nec per alium prædicare præsumant: & contra facientes ab Episcopis, & Ordinarijs locorum, priuilegijs quibuscunq; non obstantibus opportunis remedijs arceantur. Ita diffinitur in Tridentino Concilio. Sed hoc non extenditur ad Religiosos Mendicantes quæstuantes, & prædicantes, ex declaratione Pij V. apud Bullarium. Ibid art. 11. & tom. 2. quæst. 57. artic. 7. & nos suprà diximus resolut. 49. numer. 5 vbi refertur bulla eiusdem Pij V. reuocantis omnes, & quascunque indulgentias quęstuarias, quæ extat in Bullario.

Bul. Ora. 57. Leon. 10.

16. Leo X. apud Bullarium concessit Fratribus Minoribus actu prædicantibus, vt officium de vno die in alium recitandum possint trãsferre, vt studio, & consolationi spirituali fidelium sint expeditiores *ibid. art.* 15. de quo suprà diximus *resol.* 24 *nu.* 5. Et tradit P. Miranda suprà *art.* 13.

17. Regulares actu prædicantes possunt sine scrupulo, & seruato ieiunio anticipare, & retardare horas comestionis, & serotinę collationis iuxta suam collationem, ex concessione Leonis X. apud Bullarium. Quod debet intelligi, etiam nulla vrgente necessitate ob suam tantùm consolationem, aliàs nullum contineret priuilegium talis concessio: nam si ob id impediuntur ab studio, & prædicatione, possunt vtique anticipare, vel retardare horas comestionis, & collationis omni secluso priuilegio, cùm in eo casu à ieiunio excusentur, iuxta communem Doctorum. *ibid. art.* 13. de quo Nauar. *in Manual. c.* 21. *nu.* 16. *& cap.* 25. *nu.* 201. & nos diximus suprà *de ieiunio num.* 2.

Bull. bull. 16. Clement. 8.

18. Clemens VIII. præcepit prælatis superioribus Ordinis Minorum de Obseruantia in virtute sanctæ obedientiæ, & sub sua indignatione, vt ipsi opportunè prouideant, ne ad monasteria Monialium sub eorum cura degentium aliquis concionaturus accedat, nisi sit ab ipsis superioribus approbatus, & missus, idque sub censuris, & alijs ad arbitrium suum pœnis prohibeant, super quo amplam, & plenam illis facultatẽ tribuit Pontifex. Qua concessione possunt vti per communicationem omnes aliæ Ordinis Prouinciæ, & Conuentus, licèt pro Prouintijs tantùm Portugalliæ sit facta. Pro quo aduerte, non posse dare huiusmodi prædicandi licentiam apud dictas Moniales Confessores, seu Vicarios illarum, vel Abbatissas, nec etiam Guardianos locorum, vbi sunt sita earum monasteria, sed tantùm superiores ipsarum Monialiũ, qui sunt Prouinciales, vt benè notat Portel in addit. ad dubia Regularia, verb. Prædicatores num. 10.

Trid. sess. 14. c. 4 de Reform.

19. Prædicator, etiam Minorita instante Prætore, seu Correctore ciuitatis, in executionem Tridentini decreti, quo præcipitur, omnibus diebus Dominicis. & Festis saltem solemnibus populo prædicari; licitè potest concionari, etiam contradicente Vicario foraneo Episcopi, quia in sua Regula tantũ prohibetur Fratribus Minoribus prędicare contradicente Episcopo, Vicarius

au-

autem foraneus non est Episcopus, nec habet iurisdictionem quasi Episcopalē delegatam. *tom.2.quæst.62.art.19.* & nos suprà diximus *de exemptione Regularium, nu.12.* de quo Bobadilla *in politic. lib.2. cap.18.nu.194. littera k.*

1. Prædicatores Regulares possunt concedere in concionibus suis auditoribus certas indulgentias, de quibus suprà de indulgentijs numero 58. debent tamen expressè illas concedere nomine suæ Sanctitatis, aliàs à fidelibus non lucrari innuit Collector *in Compendio titulo indulgentiæ quoad sæculares §.5. tom.2. qu 95. artic.1.* de quo P. Miranda *vbi suprà art.10.* Portel *suprà num.15.*

De pœnis quas incurrunt prædicatores audentes prædicare ad populū, Beatam Virginem Mariam fuisse conceptam in labe originalis culpæ, vide suprà *de Conceptione Virginis, numer.1.2. & 3.*

RESOLVTIO CXIII.

De Permutationibus.

1. MOnachos in diuersis Cœnobijs professos pro iure Monachatus, etiam de suorum Abbatum venia, seu licentia in nullam permutationis pactionem vltrò, citròque inter se faciendæ, regulariter loquendo, posse cōuenire, tenent plures: quia hoc voto paupertatis repugnare videtur. Rursū, quia æqui, iustique ratio non patitur, vt hoc animo migrantes Monachi, adipiscendi scilicet, ex causa permutationis alio in cœnobio beneficij, vllum ex dicta causa apud aliud Monasterium adipisci valeant beneficium, argumento c. cùm singula, de præbendis libr.6. semper tamen excipitur Romani Pontificis potestas, qui huiusmodi permutationes iusta ad id suadente causa potest permittere, tom.3. quæst.33. art.1. de quo Rufin. tract. de beneficijs cap.36. num. 9. Bellamera de permutationibus 2.p. quæst.11.n.2. Idem ferè tradit Sanchez *lib.7. decalog. cap.29. nu.31.*

2. Cùm in statutis nomine emptionis veniat permutatio, capit. primo, de his quæ fiunt à prælato, non est dubiū, quin Regulares vendere prohibiti, permutare etiam prohibeantur propter dominium quod in permutatione, sicut in venditione transfertur. ibid. artic.2. Ad quod vide Sanchez *libr.7. decalog capit. 19. num 67.*

3. Qui dat fundum monasterio per contractum permutationis, vel aliter sub pacto, quòd alatur in vita, habebit huiusmodi alimenta, etiam si fundus casu fortuito pereat, quia eius proprietas transiuit in dictum monasterium, propter damnum cedit ipsi, & non alteri *ibi.* de quo Syluest. *verb. permutatio, in fine.*

RESOLVTIO CXIV.

De Prælatis Regularibus.

1. REgimen Monarchicum ab initio mundi post diluuium habuit initium, & inter omnia regimina principatum tenet, quo Ecclesia Dei vtitur, & Religiones gubernātur, habens vnaquæque vnum Generalem prælatum, à quo inferiores dependent. *tom 3. quæst. 34. art.1.* de quo D. Thom. *de Regimine Principum lib.1. cap 2. Castaneus de gloria mundi 2.p. cons.35 in princip. Bart. in tract. de Regimine ciuitatum.*

2. Senes sapientia, & experientia ornati licèt aptiores vt plurimum sint ad gubernandum, non sunt tamē eligendi in prælatos superiores adeò prouecti ætate, vt nō valeant pondus diei, & æstus portare, & super gregem suum diu, noctuque vt speculatores vigilare, deficientes propter eorum sēnium infirmitates in necessarijs ad suum munus exercendum: sed, alij debent assumi

qui mediæ ætatis sunt, quinquagesimum scilicet annum attingentes, qui & viribus corporis ad gubernandum polleat, & peritiam agendorum habeant, nisi virtus, aut nobilitas suppleat ætatem. *ibidem articul.* 2. de quo Menchaca *libr. 1. controuerf. illust. cap. 44. numer. 13.* Heredia *de iudic quæst. 6 fol. 36.*

3. Literati illiteratis præferendi sūt ad regimen, seu munus Generalatus, & Prouincialatus, quod simile est Episcopali dignitate, ad quam requirit scientiam, seu gradum Doctoris, seu Magistri, vel Licenciati in Theologia, vel iure Canonico Tridentinum Concilium, licèt non sit necessariò præferendus Theologus Iurisperito, sicut ad munus Episcopale, vt tenent grauissimi Theologi, quia præcipuum munus Episcoporum est prædicare, vt in dicto Concilio habetur, non sic in Generalatu. At vbi concurrunt minus literati, & docti cū alijs non tanta scientia pollentibus, sed astutia, & sagacitate præstantioribus, præferendi sunt isti minus literati, cùm habeant aliqualem, licèt non tantam scientiam, quæ simul cum sagacitate, & astutia (quæ sæpe sæpiùs experientia cōparatur) est accommodatior ad gubernandum. Secus si sint omninò illiterati, & idiotæ. *ibid. art.* 3. de quo D. Thom. *vbi sup. cap.* 19. D. Chrysost. *in epist. vlt. ad Corinth. serm.* 19.

Trid. d. sess 5. c. 2. de refor

4 Generalium, & Prouincialium Secretarij oportet quòd sint doctissimi, & in causis Regularium maximè versati, vt prælati cum ipsis negotia communicata faciliùs, & suauiùs expediant, nam qui coadiutorem sibi ad gubernandum assumit, debet esse illi in sciētia, prudentia, & virtute æqualis, vt dicūt Iurisc. *ibi.* a. 4. de quo Bart *in l. 3. p text. ibi, C. de prop. agent. in rebus l.* 12.

5. Prælati proprij commodi obliti bonum commune Religionis semper affectare tenentur, pro Regulari obseruantia vitam (si opus fuerit) in periculo constituentes, & iustitiam semper præ oculis habentes, ipsa enim est pax Religionis, intamentum obseruantiæ Regularis, immunitas communitatis, nutrimentum spirituale Monachorum, gaudium, silentium, securitas in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. *ibid. art.* 5. de quo Soto *lib. 1. de iust. qu. 5. art. 2.*

6. Fortitudinis virtus in prælatis maximè est necessaria, iustitia enim sine fortitudine terga nonnunquam vertit, atque eos deserit, quos tueri deberet, sicut fortitudo sine iustitia iniquitatis fomes est. Ad quam pertinet virtute, & valore irrumpere iniquitates non extimescendo faciem potentum, innocentes contra malignantes validos protegere, eorum necessitatibus annuere, ius suum vnicuique tribuere, & tandem cum aliquibus aliquando delicta prudenter dissimulare, ne inde maiora incommoda, grauioraque mala suscitentur: quapropter delicta magnorum, & potentum quandoque celare, impunitaque relinquere oportet. *ibid. art. 6.* de quo Plat. *de statu Relig. c.* 8 cap. 8. D. Anton. 4. *p. titul. 14. cap. 2.* Azeuedo *l. 1. nu. 22. tit. 9. lib. 3. Recop.*

7. Vnde in prælatis nec nimia pietas, & misericordia, nec nimia iustitia, & seueritas debet inesse, sed miscenda est lenitas misericordiæ cum seueritate iustitiæ, & rigor iustitiæ cum oleo misericordiæ, faciendo quoddam ex vtroque temperamētum, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, nec nimia benignitate soluātur, dicit enim D. Gregorius relatus in c. disciplina dist. 45. loquens de prælatis: Disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse Rectoribus debet, & iustè consolans misericordia, & piè sæuiens disciplina. Vt in plurimùm tamen in pietatem, & benignitatem debent esse procliuiores prælati, maximè in paruis, & vulgaribus culpis, nam in grauibus, & enormibus multo rigore, ac seueritate procedere oportet, vt in dicta de ipsis assumpta sit alijs in exemplum, ibid. ar. 7. de quo Palat. Rubius in allegat. hæresis, §. 1. ad finem. Simancas lib. 1. de Republica, cap. 17 n. 2 p. 381.

D. Greg. l. 20. Moral. c. 6. p. 4.

8. Caueant autem maximè prælati superiores, à muneribus, & donis accepiendis, sunt enim suę Religionis reformatores, ac officiorum munerūque dispensatores, seu prouisores. Qua-

pro-

propter Visitatores, seu Commissarij missi à Generalibus debent seuerè castigare de hoc crimine conuictos, procedendo vsque ad priuationem officiorũ (si id delicti grauitas, & circunstantiæ postulent) iuxta iuris rigorem olim disponentis, vt in ciuilibus pœna priuationis officij plecterentur, & triplum pro accepto munere restituerẽt; in Criminalibus verò confiscatio bonorum, exilium, & infamia cum flagellatione irrogabatur, quin & Imperatores Valentinianus, & Valens eos viuos cõcremari lege præceperunt, *Auth. vt iudices sine quoque suffragio fiant*, §. *si quis autem*. *Auctor ibid. art.* 8. de quo Menoch. *de arbitrarijs libr.* 2. *centur.* 4. *casu* 343. Iulius Clar. *in Pract.* §. *fin. quæst.* 73. *nu.* 2.

De pœnis contra subornantes in electionibus Regularium vide *tom.* 3 *q.* 56. *art.* 1. & nos diximus suprà *de electione prælatorum, nu.* 44.

9. Munus prælatorum est expurgare suam Congregationem à vitijs, & peccatis, vt boni quietè ad opus suum exire, & ad operationem suam vsque ad vesperam mortis, & beatã illam spem consequi valeãt, & ne morbidæ, & scabiosæ oues inficiant sanas, modicum enim fermenti totam massam corrumpit, teste Apostolo. Prius tamen correctio fraterna commendata in Tridentino Concilio debet præcedere, à qua dolor, & verecundia peccatorum aliquando originatur, quæ à Sacris Canonibus prò non parua pœna reputatur. *ibid. art.* 9. de quo D. Hieron. relatus *in c. resecan de* 24. *q.* 3. Auilos *in Directorio iudicum* 2. *p. n.* 10. *&* 15.

1. Cor. 5. Trid. sess. 13. c. 1. de Regul.

10. Iuuenes præ cæteris à prælatis multò rigore coercendi sunt, nimia enim licentia in iuuenili ætate constitutis concessa graue damnum Religioni solet adducere, & eorum bona educatio, & instructio est fundamentum, & causa profectus virtutum, & bonorum morum. Vnde Magistri nouitiorum debent à prælatis in hoc, verbo, & opere foueri, ne iuuenes maiorum fauoribus elati relaxentur, & postmodum prælati effecti lacte relaxationis, & libertatis alios enutriant in obseruantiæ Regularis perniciem. *ibidem artitul.* 10. de quo Simancas *de Republica, lib.* 2.

11. Ex Tridentino Decreto omnes Regulares vtriusque sexus ad Regula, quam professi sunt, præscriptum tenentur vitam instituere, & componere, maximè quæ ad vota obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac aliorum præceptorum in regula contentorum obseruantiam, necnon ad communem victũ, victum, & vestitum pertinent. Super quibus Concilium monet superiores, vt omnem curam, ac diligentiã adhibeat in Capitulis, & in eorũ visitationibus. Hoc tamen debet intelligi, non vt status Religionum ad primã omninò formam reducatur, præsertim si iure communi, aut auctoritate Apostolica relaxata, vel mutata sit, sed tantum vt tria substantialia vota seruentur, & vt nullus Religiosus habeat proprium quoad dominium, nec quoad vsum aliter, quã Regula permittit, vt ex eodem Concilio satis colligitur: quoad alia verò sufficit reformare ad præscriptum eorum, qui à sapientibus, & timoratis Religiosis satis iudicantur reformati, pensatis circunstantijs temporis, loci, ac personarum, alijsque necessitatibus. Hæc autem componere, & instituere pertinet ad prælatos, qui tenentur sibi subditos de victu, & vestitu, & alijs necessarijs prouidere, ne ex defectu panis quotidiani cogãtur procurare illa contra votum paupertatis, & suã regulam: secus facientes, exhibendo se negligẽtes circa ea, quæ pertinent ad obseruantiam Regularem, & reformationem, ac prouisionem subditorum grauis culpæ rei iudicandi sunt, sanguinem autem eorũ de manibus ipsorum prælatorum requiret Dominus, vt ait Ezechiel. Ne igitur excusentur prælati ex penuria, & defectu eleemosynarum, præcipit idẽ Concilium, vt in Monasterijs is tantùm numerus Religiosorum constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex reddi tibus proprijs, vel ex consuetis eleemosynis omnimodè possit sustentari. *tom.* 2. *q.* 3 *art.* 73 *&* 4. de quo Nauar *in c nul lam*, 1 8. *quæst.* 2 *nu.* 7 *&* 32. *vsque ad* 34. Vide Sanchez *lib* 7. *Decalog capit.* 23 *à num.* 1.

Trid. sess. 25. c. 1. de Regul.

Trid. vbi supr, ca 2. de Reg.

Ezec. 3.

Trid. sup. c 3 de Regul.

12. Superiores Regularium habent iuris-

iurisdictionem ordinariam in suas Moniales, vt apud nos Minores habent Ministri Prouinciales in Moniales S. Claræ, licet enim hæc potestas sit ex priuilegio, & commissione Apostolica Vrbani IV. & Iulij II. cùm sit priuilegiũ perpetuum, confert ordinariam auctoritatem, ac ideò optimo iure possunt dicti prælati cõstituere Commissarios pro ipsis Monialibus visitandis ex vi suæ potestatis, seu commissionis, quamuis id non sit specialiter ipsis concessum. *tom. 1. quæst. 17. art. 8. & 10.* de quo Collector *in Compend. Mend. tit. Moniales, §. 11.*

In Bull. Bul 8. Iulij II.

13. Nec hæc auctoritas ordinaria sit per Moniales sublata est per Tridentinum Concilium, imò per ipsum confirmantur omnia priuilegia eidem non cõtraria, & specialiter in quodam decreto habetur, Moniales, quæ à Regularibus reguntur, sub eorum cura, & custodia esse relinquendas. Quod etiam extenditur ad Moniales Conceptionis, nam ex sua regula confirmata per Iuliũ II. tenentur subesse gubernationi Fratrum Minorum. Vnde Leo X. post vnionem ordinis, & translationem sigilli, & ministeriatus generalis ad obseruantes, præcepit, vt omnes Moniales subditæ ipsis Fratribus subijciantur statutis in Capitulis Generalibus, aut Prouincialibus factis. *ibid. art. 9.* Ad quod vide quæ tradit Sanchez *lib. 6. decalog. cap. 1. à num. 13.* Henriquez *lib. 6. de panit. cap. 5. num. 4 in commen. littera Q.*

Trid. sess. 25. c. 10. de reg. ibi d. c. 9. de Reg. In Bull. Bul. 19. & 21 Leo X.

14. Item iurisdictio prælatorum super nouitios est ordinaria, quia manat ex priuilegio perpetuo concesso à Papa. Idemque dicendum est de iurisdictione quoad sæculares, quam habent prælati apud Indias Occidentales ex priuilegio Adriani VI. quam possunt communicare, seu committere suis Fratribus, vt expressè declarat ipse Pontifex, quæ cõmissio non expirat per mortem prælatorum committentium, quia fuit facta auctoritate Papæ, seu Sedis Apostolicæ, quæ semper durat in priuilegio perpetuo. *ibid. art. 11.* de quo Bart. *in l. pluribus ff de procurat. gloss. in capit. final. de offic. ordinarij, ibi: Cùm concessum sit in priuilegium perpetuum* Nauar. *cap. 27. num. 42.* Syluest. *verb. gratia, & verb. Indulgentia, p. 7.*

15. Commissio facta religioso à suo Prouinciali ad dispensandum cũ coniugatis impeditis ad petendum debitũ ob incestum, vel ob votum simplex castitatis, non expirat mortuo ipso committête, vel finito eius officio, quia fuit facta nomine, & auctoritate Papæ, scilicet Pij V. apud Bullarium. Nec dicta facultas potest ab eo auferri, nisi ex iusta causa, aliàs peccabit superior tollẽs, factum tamen tenebit. ibid. §. ex quo infertur, de quo Panorm. in c. cùm ad hoc, de cleric. non residente. Syluest. verb. priuilegium. §. 3. Idem in nostris terminis docet Portel verb. confessor erga sæculares num. 35. ad quod etiam tradit multa in addit. ad dubia verb. cõfessor dispensans à numer. 7. Vide Sanchez lib. 4. decalog. capit. 43. à num. 10. vbi latè agit de hoc priuilegio, & num. 17. addit, posse Regulares ea facultate dispensandi vti extra Sacramentum cõfessionis, & latè etiam rem tractat *libr. 8. de matrimon. disp. 16. à num. 5.*

Bull. oraculo, & 12. Pij V.

De iurisdictione prælatorum generalium, seu regularium, vide supra, *de generalibus Ordinum.*

De potestate ad absoluendum vide suprà *de absolutione quoad Fratres, & de confessoribus quoad dispensandum, & resolutione de dispensationibus, per totum.*

RESOLVTIO CXV.

De Præscriptionibus.

1. PRæscriptio est exceptio, quæ datur à iure propter lapsum temporis à lege diffiniti. Differt autem ab vsucapione, nam ista est acquisitio dominij per vsum, & per possessionem: præscriptio verò est exceptio, quæ oritur ab ipsa vsucapione, hoc est ab ipsa do-

dominij acquisitione, ac à longa possessione per tempus à lege diffinitum. *tom. 3. quæst. 35. art. 1. de quo Couar. in regula possessor, 1. part. in principio n. 1. Alciat. in l. si quis, C. de pactis, & lib. 4. dispar. cap. vltimo, Parlador, quotidianarum, cap. 1. §. 1. num. 4. 5. & 6. vide Auctores infrà citandos num. 3. & Reginal. tom. 1. fori pœnit. lib. 10. à num. 291.*

2. Contra Ecclesiam Romanam non nisi centenaria currit præscriptio, c. ad audientiam, capit. cùm à vobis, de præscript. quod debet intelligi in rebus spectantibus principaliter, & non secũdariò ad illam. Contra alias Ecclesias inferiores sufficit quadraginta annorũ spatium, cap. de quarta, cap. ad aures, de præscript. At ex priuilegio Eugenij IV. pro Cõgregatione S. Benedicti in Portugallia cõtra Regulares, & eorum Ecclesias, ac bona non currit præscriptio, nisi post lapsum sexaginta annorũ. Imò ex alio priuilegio eiusdẽ Eugenij IV. facto pro monasterio S. Pauli extra muros Romæ Ordinis S. Benedicti, non minus quàm centum annorum decursus requiritur ad instar Ecclesiæ Romanæ. Quo magno priuilegio gaudent Mendicantes, & aliæ Religiones per cõmunicationem. *ibid art. 2.* Idem tradit Portel *verb. præscribere nu. 2.*

In Bull. Bul. 17. Eug. IV. nu. 15.

3. Monasterium, si sine sui negligentia præscriptio completa est, & legitimo impedimento detẽtum fuit, potest petere restitutionem in integrum vsq; ad quatuor annos sequentes, incipientes à die scientiæ post cessationem impedimenti, vt communis Doctorum tenet per textum in c. 1. de restit. in integrum lib. 6. Imò ex quodam magno priuilegio Ioannis XXIII. pro Congregatione Montis Oliueti, de quo apud Cõpend. Societ. non est opus pro huiusmo di læsione restitutionem petere, quia acta in contrarium sunt ipso iure nulla: cui extat aliud simile indultum Eugenij IV. pro Congregatione S. Benedicti in Portugallia, ibid. art 3. & tom. 3. quæst 56. art 2. Ad quod vide Couar. regula possessor. 3. p. §. 3. Molina lib. 2. de iust. qui latè disp. 88. per totam, Lessium d. iust. lib. 2. c. 6. dub 9. & seqq. Reginald. tom. 1. fori pœnit. lib. 10. n. 301.

Cõmp. Societ. priuilegia, §. 6.

4. Canonico iure attẽtò crimina nõ præscribuntur, glos. in capit. admonere 33. dist. bene tamen de iure ciuili accusatio criminalis præscribitur per spatiũ viginti annorum, per quod tẽporis excluditur agens l. querela, ad l. Corneliam, de falsis, l. 1. tit. 28. part. 5. Itẽ post annum præscribitur actio iniuriarum l. si non cõuitij, verb. Si autem in rixam, C. de iniurijs, l. 22. tit. 9. part. 6. Sicque potest præscribi tempus ad accusandũ, vel denunciandum, per quod fiat exclusio ab accusatione, vel denunciatione, vt determinat Capella Tholosana to. 2. quæst. 5. articul. 11. de quo Capella Tholos. decis. 140. & 188. & nos diximus suprà de inquisitione num 9 vide ad hoc Iulium Clarum in pract. quæst. 51. n. 4. Portel verb. præscriptio quoad crimina à num. 2.

5. Non est alienum à iure laicos posse præscribere ius spirituale percipiendi decimas, sicut etiam ex titulo per certi temporis lapsum possunt retinere exemptionem non soluendi decimas ex suis agris proprijs, sed facere integrè fructus eorum suos, vt deducitur ex cap. ad Apostolicæ, cap. prohibemus. c. ad hæc, & alijs, de decimis. Et ita refert Vrbanum, & Gregorium Pontifices dedisse laicis ius accipiendi decimas ab alijs, idemque priuilegium à Sede Apostolica fuit concessum Regi Catholico Fernando pro Regno Granatæ. tomo 2 quæst. 44. articul. 3. de quo Couar. lib. 1. variar. capit. 17. num. 4. Balbo 1. part. præscript. 5. p. princip. quæst. 7. numer. 21. D. Thom. 2. 2. quęst. 77. art. 3. Vide quæ diximus suprà resolut. 50. num 2.

6. Præscriptio exemptionis debet probari, & pendente probatione nullo modo in iure suæ præscriptionis turbari debet is, qui se ita defendit. Vnde si non exhibet saltem priuilegium, quod causam præbeat præscribendi, Episcopus, vel alius, à cuius iurisdictione vult se eximere, iure suo vti potest c. cùm personæ, de priuilegijs, libr. 6. Auctor tomo 2. quæst. 63 articul 7. de quo Panormitan in capitul. 1. vt lite pendente, § quod si tale.

RESOLVTIO CXVI.

De Priuilegijs.

1. PRiuilegium est singulare, seu priuatum ius contra, vel præter ius commune indultum, cap. Abbate, de verbor. signific. c. priuilegia 3. dist. Vnde semper contra ius commune aliquid operatur. Quòd si aliquando aliquid in dulget in iure communi cōtentum, adhuc censetur retinere nomen priuilegij, quia declarat, & faciliùs, seu expressiùs concedit quod apud ius commune non tam apertè concedebatur, qualia sunt multa priuilegia à regularibus impetra ta. *tom. 1. q. 7. art. 1.* de quo Abb *in c. 1. n. 3. de commodat. Barbatia tract. de commodato in principio.* De hac materia vide Nauar. *in man. c. 25. à nu. 89. & in enchirid. de oratione c. 3. n. 53. & c. 19. n. 84.* D. Antonin. *1. p. tit. 19 c. 1.* Panorm. *in cap. olim, de verbor. significat. à n. 7. & in c. 1. de rescriptis, à n. 4.* vbi Decius, Hostiensis, & Felin. *nu. 4.* & latè tradit Suarez *libr. 8. de legibus capit. 1. per totum, Portel verb. priuilegium à num. 4.*

2. Priuilegium aliud est reale, seu locale: aliud personale. Reale conceditur directè alicui rei, loco, vel officio, seu dignitati, aut respectu eorū, & hoc est perpetuum, quia semper durat res, vel locus, quibus conceditur, vt Ecclesia, Monasterium, prędia, & bona Ecclesiæ, vel Monasterij, officium, seu munus Episcopi, vel Vicarij Generalis, quæ omnia cùm sint perpetua, & firma, priuilegia illis concessa dicenda sunt etiam realia, perpetua, & firma. Aliud priuilegium est personale, quod datur intuitu personæ, ac personę directè conceditur, & hoc personā sequitur, & non extenditur ad aliam personam, seu extinguitur cum persona, cap. priuilegiū, de regul. iur. lib. 6. Rursum priuilegiū reale diuiditur in generale, & speciale. Generale dicitur, quod pluribus, vel omnibus conceditur, vt omni religioni, vel omni loco: vel plures, aut omnes articulos complectitur, prout sumitur ex c. veniens, de præscript. c. ex tua, de filijs præsbyter. Speciale est, quod vni tantùm loco, vel Monasterio cōceditur, quod alteri iuxta ius commune non communicatur. Iterum, priuilegiū personale aliud est generale, quod pluribus personis super pluribus articulis conceditur. Aliud speciale, quòd vni tantùm personæ super aliqua re tantùm conceditur. *ibid. artic. 2. de quo Ruinus cons. 18. num. 2. Vide Barbosa in l. quid tale, à num. 3. ad 14. ff. soluto matrimon. Zasium in l. maritum, eodem tit. nu. 32. Bartol. in l. 1. ff. de constit. Principum à nu. 2. & quæ latè tradit* Suarez *d. libr. 8. cap. 3. per totum, vbi nu. 5. sumit dictas diuisiones ex c. mandata, de præsumpt. l. priuilegia 157. ff. de reg. iur. & clariùs ex l. forma, §. quamquam, ff. de censib.*

3. Appellatione priuilegij venit etiam consuetudo immemorialis, c. nouit, iuncta glossa *verb. consuetudo. de iudicijs, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidian. & æstiua, talis enim temporis præscriptio priuilegij vicem ac vim habere dicitur, & pro solemni, quamuis ficto, priuilegio Principis solet æstimari, c. super quibusdam §. præterea, de verb. significatione. Auctor ibid. art. 3. de quo Decius cons. 496. colum. 17. Vide Innoc. in cap. cum contingat, de foro compet. & ibi Abb. à num. 9. et in c. nouit, vbi gloss. de iudic. & glossa in c. super quibusdam, vbi Dec. & Crauet. de verb. signifi & latè tradit Suarez lib. 8. de leg. cap. 7. à n. 5. & præcipuè num. 16. 17. & 18. vbi citat Bald. tit. quæ sint regalia cap. 2. nu. 3. & 4. & resoluit etiam P. Miranda* tom 2 manual. quæst 41 art. 5.

4. Maremagnum est quædam compilatio multorum priuilegiorū ibi mixtim, confuseque contentorum, quod peractum est per diuersos Pontifices pro diuersis religionibus, & temporibus colligentes in vnum priuilegia prædecessorum, & addentes sua, vt fecit Sixtus IV. pro Minoribus, ibid. ar 4. de quo vide P. Mirand q 42, art. 2 to. 2.

5. Scriptura, seu Bullatio non est de essentia priuilegij ex sententia Canonistarum, & sumitur ex cap. institutionis 25. qu. 2. vbi gloss. notat, & ex Clement. dudum, de sepult. vbi etiã gloss. & DD. quia tamen sine litteris authenticis non potest priuilegium probari, ideò ad faciendam fidẽ in iudicio omninò necessaria est dicta scriptura. Quapropter Leo X. apud bullarium concessit Fratribus Minoribus, vt possint in foro conscientiæ vti omnibus concessis à Sede Apostolica, siue per Bullas, aut breuia, aut viuæ vocis oracula, prout in libris ordinis reperiuntur, ac si omnia specificè fuissent tũc expressa, quæ omnia prò maiori conscientiarum securitate de nouo concessit, Ideò verò Pontifex declarat viuæ vocis oracula valere in foro conscientiæ tantùm, quia licèt ipsa in se valeant, si probentur, illis tamen vti in foro exteriori non posse declarauit, ad vitandas fraudes, & dolos in illis forsitan contingentes. Præterea Iulius II. & idem Leo X. concesserunt, vt omnia priuilegia facta ordinibus Mendicantibus, & illis, qui suis gaudent priuilegijs per se, vel per communicationem, siue sint facta in forma breuis, siue per supplicationes expedita, in quibus placuit, vt signatura sola sufficeret, eandem omninò vim, & efficaciam habeant, tam in iudicio, quàm extra iudicium, ac haberent si plumbeo sigillo essent consignata. *ibid. art. 5. de quo Medices de legibus, & statutis 3. p. quæstio. 11. Idem docent Innocent. in cap. constitutum, de rescript. num. 2. Panorm. in c. nostra eod. tit. Nauar. cons. 1. de priuil. Felin. in rubric. de constitut. num. 5. Decius nu. 26. Syluest. verb. priuilegium n. 14. & latè tradit Suarez d. lib. 8. c. 2. à numer. 2. vbi numer. 6. explicat, qualiter* debeant intelligi dicta indulta Apostolica Leonis X. & Iulij II.

Bullar. orac. 4. & 22. Leo X.

In Bull. bull. 22. Iulij II.

6. Priuilegium in fauorem priuilegiati merum priuilegium continens, nec respiciens præiudicium alterius, vt suum effectum operetur, sufficit sola scientia ipsius priuilegiati, statimq; ligat ignorantes adhoc, vt ipsi priuilegiato ius quæsitum esse dicatur, vt tenet communis Doctorum. At vt omnem suum effectum producat non ligat ante illius notitiam, in cuius fauorem est impetratum, seu ante ipsius priuilegij promulgationem *ibid. art. 6. de quo Bart. in l. omnes populi, quæst. 15. p. princip. num. 17. ff. de iust. & iure, & idem cum communi in l. penult. C. de Decurion. lib. 10. & in l. Titio, ff. de furtis. Idem docent Suar. d. c. 2. nu. 6. P. Miranda d. qu. 41. art. 6. citans Syluest. verb. priuilegium quæst. 16.*

De confirmatione, innouatione, & vsu priuilegiorum.

7. Priuilegia Fratrum Minorum de Obseruantia à pluribus Pontificibus sunt confirmata: Ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis. Primus est Paulus II. qui cum clausula, Ex certa scientia, tantùm confirmat. Secundus est Sixtus IV. qui vltra clausulam; Ex certa scientia, addit etiam, ex motu proprio; innouàtque omnia, & singula Ordinis priuilegia. Tertius est Leo X qui etiam Motu proprio, & ex certa scientia, confirmat, & innouat, ac communicat dictis Fratribus omnia priuilegia aliorum Ordinum Mendicantium. Quartus est Clemens VII qui vltra clausulas, Motu proprio, & ex certa scientia, addit, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine. Quintus est Iulius III. qui omnia priuilegia, etiã per viam communicationis, & extensionis alijs Ordinibus concessa pro nostro Ordine confirmat, & innouat, Ex certa sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, sed limitat, dicens: Quatenus sunt in viridi vsu. Sextus est Paulus IV. dicens: Ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, & innouamus, etiam per modum communicationis, & extensionis. Septimus est Pius IV. qui easdem similiter clausulas, Ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis exprimit, addens etiam. Per modum cõmunicationis, &c. Octauus est Gregor. XIII. ponens eadẽ

In Bull. bul. vnica Pauli 2. Bull. 14. Sixti 4. n. 39. Bull. 8. Leo x. Bullar. 2. Clem. 7. Bulla. 2. Iul. 1 Bul. la. 1. Paul. 4. Bulla. 2. Pij. 4. Bull. 1. Greg 13. Bull. 14. Sixti V. n. 1. Bull. 1. Cle. 8.

omninò clausulas, sed limitat: Quatenus sunt in vsu, & sacris Canonibus, ac decretis Tridentini Concilij non aduersantur. Nonus est Sixtus V. qui similiter etiam confirmat, subiacet tamen illa verba: Quatenus sunt in vsu. Decimus est Clemens VIII. qui ponit clausulam, Ex certa scientia, tantùm, & limitat, in omnibus, in quibus decretis Tridentini Concilij non aduersantur, & saluis etiam decretis in fauorem Fratrum Reformatorum concessis. Hę omnes confirmationes priuilegiorum nostrorum, in quibus ferè omnibus fit mẽtio, & extensio ad Ordinẽ Sanctæ Claræ, & Tertium de Pœnitentia, extant apud Bullarium Bullis suprà citatis in margine, quarum aliquæ referuntur. to. 1. qu 8. art. 1.

Tandem Paulus V. eadem priuilegia nobis confirmauit anno Domini 1609. Sed expressè non posuit clausulam, Ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, dicit tamen se confirmare cum eisdem clausulis, decretis, declarationibus, & formis contentis in Bulla Cõfirmatòria Clementis VIII. ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso ibi insereremur: vna autem ex principalibus clausulis dicti Clementis est, confirmare ex certa sciẽtia, abstinuit tamẽ ipse Paulus V. à clausula, quatenus sunt in vsu, cuius confirmatoriam bullam vidi sub sigillo authentico apud Conuẽtum Sancti Antonij Salmanticensis, in cuius archiuo extat.

Bull. bull. 1. Pen 12. Bull 2. Ioan. 23. Bull. 33. Sixti 4. n. 37 & 38. Bull. 34. Sixti 4. n. 33. Bull. 37. Sixt. 4. Bull 48. Sixti 4. Bull. 3. Innoc 8. Bull. 9.

8. Aliorum Religionum bullas confirmatorias suorum priuilegiorum prolixum esset ad longum recensere, aliquas tamen, licèt mixtim, ex Bullario adducam.

Prima est, Benedicti XII. qua confirmantur priuilegia Congregationis Sancti Benedicti Vallisoleti in forma communi. Secunda est, Ioannis XXIII. pro Cisterciensibus, qui confirmat etiam in forma communi. Tertia est, Sixti IV. pro Pręedicatoribus, cui eorum priuilegia confirmat Motu proprio, & ex certa scientia. Quarta est, eiusdem Sixti IV. pro Ordine Sancti Augustini, qui confirmat Motu proprio, & ex certa scientia. Quinta est, pro Carmelitis eiusdem Sixti IV. Motu proprio, & ex certa scientia. Sexta est, eiusdem Sixti IV. pro Ordine Sanctissimæ Trinitatis in forma communi. Septima est Innocentij VIII. pro Prædicatoribus facta in forma communi. Octaua est, Iulij II. pro Augustinensibus in forma communi. Nona est, Leonis X. pro Minimis in forma communi. Decima est, Adriani VI. pro Trinitarijs, qui litteras Leonis X. expeditas cũ clausula, ex certa scientia, pro eodem Ordine confirmat. Vndecima est, Clementis VII. pro Ordine Sancti Iacobi de la Spacha in forma communi, qui Quatenus sunt in vsu, cõfirmat priuilegia. Duodecima est, Pauli IV. pro Minoribus Conuentualibus in forma communi. Tertiadecima est, Iulij III. pro Prædicatoribus cum clausula, ex certa scientia. Decimaquarta est, eiusdem Iulij III. pro Minimis in forma communi. Decimaquinta est, Pij IV. pro Societate Iesu, confirmat ex certa scientia. Decimasexta est, Pij V. pro Ordinibus Mendicantibus Motu proprio expedita Decimaseptima est, pro Ordine Sancti Ioannis Ierosolymitani facta ab eodem Pio V. ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine. Decimaoctaua est, eiusdem Pij V. pro Societate Cruce signatorum in forma communi, Quatenus priuilegia sunt in vsu, & decretis Tridentinis non repugnant. Decimanona est Gregorij XIII pro Cisterciẽsibus Motu proprio, & ex certa scientia confirmantis, etiã si in vsu esse desierint priuilegia, dummodò non sint contraria Tridentino Concilio. Vigesima est eiusdem Gregorij XIII. pro Cõgregatione Sancti Hieronymi Iesuatorum ex certa scientia, dummodò priuilegia sint in vsu, & Tridentino Concilio non opposita. Vigesimaprima est eiusdẽ Gregorij XIII. pro Militia, & Hospitali Sancti Ioannis Ierosolymitani Motu proprio, & ex certa scientia expedita. Vigesima secũda est eiusdem Gregorij XIII. pro Præmonstratensibus in forma communi, quatenus priuilegia sint in vsu, nec reuocata, aut Tridentino Concilio non contraria. Vigesima tertia eiusdem Gregorij XIII. pro Societate Iesu Motu pro-

Iulij 2. Bull. 41. Leo X. Bull. 4. Adr. 6. Bull. 9. Clem. 7. Bull. 5. Paul. 4. Bull. 3. Iul. 3. Bull. 6. Iul. 3. Bul. 5. Pij 4. Bull. 7. Pij 5. Bul. 28. Pij 5. Bull. 10. Greg. 13. n. 3. & 9. Bul. 13. Greg. 13. Bull. 14. Greg. 13. Bull. 15.

Greg. 13. Bull. 23.

Greg. 13. Bull. 30. Greg. 13. Bull. 3. Sixti 5. Bull. 18. Sixti 5. n. 3. Bull. 20. Sixti 5. Bull. 21. Sixti 5. Bull 2. Greg. 14. Bulla 3. Greg. 14. Bull. 19. Clem. 8. Bull. 20. Clem 8. Bull. 21. & 22. Clem 8. Bull. 22. Clem. 8.

prio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine. Vigesima quarta est, eiusdem Gregorij pro Trinitarijs in forma cõmuni, quatenus priuilegia sunt in vsu, & decretis Tridentini Concilij non repugnant. Vigesima quinta est, Sixti V. in qua confirmantur Ordo, & priuilegia Fratrum Minorum Conuentualium Reformatorum in forma communi. Vigesima sexta est, eiusdem Sixti V. pro Militia Sancti Ioãnis Ierosolymitani, confirmantur eius priuilegia ex certa scientia, & de mera liberalitate, & Apostolicæ potestatis plenitudine. Vigesima septima est, eiusdẽ Sixti pro Ordine Carthusiensi, confirmantur eius priuilegia ex certa sciẽtia, Tridentino Concilio non repugnantia. Vigesima octaua est eiusdem Sixti pro Congregatione Sãcti Benedicti in Portugallia ex certa scientia. Vigesima nona est, Gregorij XIV. pro Societate Iesu, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine expedita. Trigesima est, eiusdẽ Gregorij pro Congregatione S. Bernardi Hispaniç, confirmatur eius priuilegia, ex certa scientia, quatenus sunt in vsu, & Tridentino Concilio non repugnãt. Trigesima prima est, Clementis VIII. pro Ordine Sancti Hieronymi Hispaniarum, confirmat priuilegia, Motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicç potestatis plenitudine quatenus sunt in vsu, & Tridentino nõ aduersantur. Trigesima secunda est, eiusdem Clementis pro Ordine Præmonstratensi cõfirmãs ex certa scientia, priuilegia non reuocata, quatenus sunt in vsu, & Tridentino nõ repugnant. Trigesima tertia est, eiusdem Clementis pro Congregatione Sancti Benedicti Vallisoleti ex certa scientia, quatenus priuilegia sunt in vsu, & non reuocata, decretisque Trident. Concil. non contraria. Trigesima quarta est, eiusdem Clementis pro tota Cõgregatione Benedictina facta in forma cõmuni. Hæc apud Bullariũ habentur, quorum quædã referuntur d. art. 1.

9. Ad horum igitur priuilegiorum intelligentiam, & effectus ex eis productos penetrandos scire oportet, quòd cõfirmatio priuilegiorum (idem dic de innouatione) duobus modis solet fieri: ex certa scientia, & in forma communi, vt satis colligitur ex cap. postulasti, de rescriptis. Confirmatio ex certa sciẽtia fit, quando Papa dicit se habere claram notitiam priuilegiorum, quæ confirmat: vel quando in bulla inserit tenorem priuilegij confirmati: vel vtitur verbis, ex certa scientia, aut de plenitudine potestatis, vel etiam, non obstantibus reuocationibus Apostolicis. Confirmatio autem in forma communi fit, quando simpliciter confirmat, sine prçuio examine, & notitia rei confirmatç: glossa in cap quia diuersitatem, de concess. præbenda, tria singularia dicit operari confirmationem ex certa scientia. Primum, quòd res confirmata redditur firmioris auctoritatis, & roboris. Secundum, quòd facit validam rem minus validam, seu etiam inualidam, hoc est, habet vim nouæ concessionis, Glossa in c. 1. & capit. veniens, de transactionibus, cap. 2. de pactis. Tertium, quòd nullus inferior à Papa confirmante potest de illa cognoscere. At confirmatio in forma cõmuni parum, aut nihil operatur, quia nullum ius nouum creat, seu confert, nec dat valorem priuilegio inualido, nec tollit cognitionem à iudice inferiori, sed solum roborat, & conseruat rem in statu, in quo erat ante confirmationem, vt ex *d. ci. capitul. quia diuersitatem, colligitur, & ex cap. 1 & cap. examinata, de conceß. præbendæ, sumitur. Ibidem art. 4. de quo Panorm. in cap. adhæc nu. 7. Decius num. 14. de rescriptis, Baptista Sa-lis in summa verb. absolutio fol. 9. col. 2. Idem tradunt Innocent Imola, & Butrius in capit. dudum, de decimis, Bald. in feud. titulo, per quos fiat Inuestitura, capitul. 1. numer. 2. Felin. in c. inter dilectos, de fide instrum. numer. 13. & in c. cum venisset, de testibus numer. 2. Decius in rubric. de confirmat. vtil. vel in vtil. Tuschus verb. confirmatio ex certa scientia, per totum, quibus, & alijs citatis late resoluit Suarez libr. 8 de legibus capitul. 18. à numer. 8. & præcipuè numer. 12. & sequentibus, vide quæ ad hoc diximus resolut. 77. num. 45. §. secundo probatur.*

10. Ex quo veniunt resoluenda plurima, Primum, quòd confirmatis priui-

legijs alicuius Religionis ex certa scientia, censentur etiam confirmata priuilegia ad illius instar alteri Religioni concessa, si talis Religio participans habet communicationem priuilegiorum alijs concessorum, & concedendorum, tunc enim huiusmodi confirmatio censetur quasi noua priuilegiorum concessio, quã quidem alij vocant gratiam. Vnde ea frui possunt Religiones, quibus conceduntur etiam fauores, & gratiæ, sicuti Societati Iesu côceditur. Ex quo fit, quòd si cõfirmatio facta fuit in forma communi, non censentur confirmata priuilegia ad instar vnius Religionis alteri concessa: sicut nec per reuocationẽ priuilegiorum alicuius Ordinis censentur reuocata priuilegia ad instar alterius Ordinis *ibid. artic.* 2. de quo Mandos. *de priuilegijs ad instar qu. 7. art. 2. Suarez de legibus dict. lib. 8. cap. 19 num. 9. & 10. cum sequentibus*, P. Miranda *dict. quæst. 42. art. 5.* sed Suarez id etiam extendit ad confirmationem factam in forma communi.

11. Secundum, quod venit resoluendum est, quòd licèt confirmatio priuilegiorum facta sit ex certa scientia, si additur clausula, quatenus sunt in vsu, vt apponitur in bulla Gregorij XIII. & aliorum Pontificum, non extenditur ad

Bull. bull. 17. Eug. 4. nu. 15. abrogata per contrarium vsum spatio sexaginta annorum præscriptum, iuxta priuilegium Eugenij IV. vel etiam per decursum centum annorum, ex eodem Eugenio IV. de quo suprà de præscriptionibus diximus. Vnde si per huiusmodi temporis præscriptum vsus non inualuit, non obstat dicta clausula, quatenus sunt in vsu, quominus confirmatio præfata, ex certa scientia, habeat suum effectum roborandi, & approbandi

Bull. bull. 11. Eug. 4. dicta priuilegia. Imò idem Eugenius in alio priuilegio concesso Congregationi S. Iustinæ Ordinis sancti Benedicti apud Bullarium, sine restrictione temporis præscripti concedit, vt possint vti suis priuilegijs, etiam si contra illa habuerint contrarium vsum ignoranter, vel scienter obseruatum, sed illa in suo vigore, ac robore permanere vult, & declarat. Dicta autem priuilegia modò innouata sunt quoad nos Minores per Sixtum V. & Clementem VIII. confirmantes, & innouantes nostra priuilegia, etiam per modum communicationis, & extensionis concessa cum clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, abstinentes verò se à dicta clausula limitante, quatenus sunt in vsu. Vnde cùm ab anno Domini 1587. in quo expedita fuit dicta bulla confirmatoria Sixti V. vsque ad annum anteriorem 1561. in quo Paulus IV. confirmauit eadem priuilegia, ex certa scientia, & sine clausula, quatenus sunt in vsu, non decurrerint, nisi viginti sex tantùm anni, non potuit legitima præscriptio contra dicta priuilegia currere. Casu verò quòd essent abrogata per nõ vsum (quod negamus) vix, aut nunquam potest talis non vsus priuilegiorum probari, quia vt in pluri mum apud secretum sacramentale poenitentiæ circa absolutiones, dispensationes, & commutationes votorum ipsis vti solet. *ibid. art. 3. & 4. de quo Cordubam addit. ad Compend. tit. absolutio quoad seculares 1. §. 15. vers. quoad, Collector Comp. Mendic. tit. priuilegia Fratrum, §. 15. Panormitanus in c. cum super, de causa poss. & propr. Idem docet Suarez dict. c. 18 nu. 16. & 17. & citat ad id Mandosium, qui plures alios refert, tract. de priuilegijs ad instar, gloss. 15. in principio.*

12. Ex quo venit tertium resoluendum, scilicet quòd priuilegiũ perditum per non vsum quoad Religionẽ, cui directè est côcessum, non perditur quoad alias Religiones, quibus per extensionem est communicatum. Vnde non potest abrogari nisi per nõ vsum legitimo tempore apud tales Religiones præscriptum, quia tale priuilegium iam factũ est proprium ipsarum Religionum communicantium, ac si eisdem fuisset specialiter concessum per cõfirmationes, & innouationes priuilegiorum suprà relatas. Imò vt talis præscriptio currat, oportet habere scientiam priuilegij, & voluntatem expressam illo non vtendi ad hoc, vt per non vsum deperdatur, capit. si de terra, verb. detrahere noluisti, de præscriptionibus, vbi notãt

DD. ibid. art. 5. de quo Cordub. in addit. ad Compend. dict. §. 15. Panormitan. in c. cùm accessissent, in fine, de cōstit. Syluest. verb. priuilegium, num. 11. Idem post Baldum, Mandosium, Nauarrum, & alios docet Suarez *dict. libr. 8. c. 1 5. num. 5.* & tradit etiam P. Miranda *tom. 2. q. 42. art. 5.*

13. Pro quo aduerte, quòd priuilegium, vel lex imponens pœnam ipso facto non derogatur per contrariam consuetudinem. Exemplum est in pœna excommunicationis ipso facto imposita contra iniicientes in clericum manus violentas: nulla enim consuetudine potest impediri, quin taliter delinquēs statim post percussionem clerici incidat in dictam excommunicationē, quæ secum trahit annexam executionem, c. pastoralis, §. verum, de sentent. excommunic. Idem ius est de excommunicatione lata contra ingredientes clausuram Monialium indebitè. Verùm est tamen, quòd sublata priuilegijs, vel legis principalis vi per contrariam consuetudinem, etiam pœnæ accessoriæ obligatio tollitur, vt sunt plures excommunicationes positæ in aliquibus Extrauagantibus, & alijs constitutionibus Pontificijs, quæ penitus per non vsum abrogatæ sunt. *Ibid. art. 6. de quo Castro de lege pœnali lib. 2. capit. 11. folio 216. vide quæ latè tradit Suarez libr. 7. de legibus capitul. 19. à nu. 2. vbi num. 5. vsque ad 8. limitat nostram sententiam, quando consuetudo contraria est irrationabilis, quia ista non potest abrogare legem, capitul. vltimo, de consuetudine.*

14. Quartum resoluendum est, quòd clausula posita à Gregorio XIII. & alijs Pontificibus in suis priuilegiorum bullis confirmatorijs, scilicet, quatenus decretis Concilij Tridentini non aduersantur; non comprehendit, nec reuocat omnia priuilegia quouis modo contraria ipsi Concilio, sed tantùm ea, quæ expressè in illo reuocantur. Exemplum aptum habemus sessione 23 eiusdem Concilij, vbi vnum absolutè diffinitur sine derogatione priuilegiorum, & alterum cum expressa derogatione eorumdem. Primùm, quòd sacri Ordines non conferantur extra tempora à iure statuta, & quantum ad hoc non reuocat priuilegia Regularium in cōtrarium. Vnde post Tridentini Concilij promulgationem posse Regulares extra tempora ordinari virtute suorum priuilegiorum responsum olim dederunt apud Salmanticenses viri doctissimi, vt nos suprà resoluimus de ordinibus sacris num 7. eo quòd non sunt expressè reuocata quoad hoc præfata sua priuilegia in dicto decreto. Alterum quod diffinitum est, vt vnusquisque à proprio Episcopo ordinetur, nec ab alio promoueri permittatur prætextu cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij: vbi manifestè apparet, quo modo respectu huius secundi decreti horum derogantur priuilegia in contrarium, quod non fit in primo. Neque obstat quoddam decretum eiusdem Concilij, in eo enim solùm reuocantur priuilegia Regularium in contrarium quantū ad decreta illius sessionis de Regularibus, non vero quantum ad decreta aliarum sessionum. Iuxta quam distinctionem debent intelligi plura decreta eiusdem Concilij, qualia sunt, de vsu, & editione librorum sacrorum de licētia superiorum quoad Regulares, & approbatione Ordinarij. Item de lectione sacræ Scripturæ apud monasteria monachorum habenda. Rursum de voce non habenda in actibus Capitularibus, nisi à constituto saltem in ordine subdiaconatus. Tandem de qualitate ordinandorum, & quod non ordinentur, nisi transactis interstitijs, In quibus omnibus decretis cùm non derogentur expressè priuilegia Regularium in contrarium, non impedit, quin possint vti dictis priuilegijs quoad superiora, si fortè illa habent. Ibidem articul. 7. de quo Suarez libr. 8. de legibus cap 18 nu. 17. ad finem, P. Miranda tom. 1. q. 42. art. 3. §. sed alij, qui idem vt probabile tenēt, ac indicant, & sequitur Portel *verb. priuilegij confirmatio num 31.*

15. Decreta Tridentina, in quibus specialiter, & expressè reuocantur priuilegia Regularium, summatim sunt 5 hæc. Primum habetur sess. 5. vbi datur fa-

Trid. sess. 23 c. 8. de reform.

Trid. sess. 23. ca. 11. de regul.

Trid. sess. 4. de vsu sacror. librorum

Trid. sess. 5. ca. 1. de reform.

Trid. sess. 25. de reform.

Trid. sess. 23. ca. 11. de reform.

Trid. sess. 5 ca. 2. de reform.

dict. sess. 5. ca. 2. §. Regula. res verò. sess. 24. c. 4. de Reform sess. 14. cap. 1. sess. 21. de obser. & euitan. in missa sess. 23. ca. 10. de refor.

facultas Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis procedendi contra prædicatores errores, aut scandala seminantes in populo, de quo suprà de Prædicatoribus nu. 11. Secundum habetur in eadem sessione, quòd Regulares non prædicent in suis Ecclesijs, nisi à suis superioribus sint approbati, & cum benedictione Episcopi, & extra suas Ecclesias cum licentia, & approbatione Ordinarij. Imò nec apud suas Ecclesias contradicente Episcopo prædicare posse, habetur in alio decreto eiusdē Concil. de quo suprà de prædicatoribus n. 2. & 8. diximus. Tertiū extat sess. 24. quod

Sess. 23. cap. 12.

Regulares de vno Ordine ad aliū translati sub obedientia sui superioris maneant. Quartum extat sessione 21. decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione missæ, quòd Ordinarij omninò prohibeāt quidquid pro missis nouis datur, & ne cuiuis vago, aut ignoto sacerdoti missas celebrare permittatur, neque in priuatis domibus extra Ecclesiam, vel oratoria ab Ordinario designata, de quo suprà de celebratione missæ nu. 16. & de altaribus num. 3. diximus. Quintum decretum extat sessione 23. vbi interdicitur Abbatibus, & alijs quibuscunque exemptis conferre ordines minores, nisi tantùm suis subditis Regularibus, de quo suprà de Abbatibus num. 4. Sextum extat eadem sessione, quòd nullus, etiam Regularis ante vigesimum secundum annum ad Subdiaconatum, & ante vigesimum tertiū ad Diaconatum, & ante vigesimū quintum ætatis annum ad Presbyteratū pro

Sess. 23. cap. 13.

moueatur, de quo suprà de ordinibus n. 7. & 8. Septimum extat eadem sessione, vbi habetur, ne duo sacri ordines eodem die, etiam Regulari conferantur, nec promoti ad Subdiaconatus ordinem ad altiorem gradum promoueātur, nisi saltem per annum in eo sint cursati, ad arbitrium tamen Episcopi, de quo vbi suprà num. 4. & 5. Octauum ex-

Sess. 23. cap. 15.

tat eadem sessione, vbi interdicitur, ne quis, etiam Regularis possit sæcularium confessiones audire, nisi parochiale habeat beneficium, aut ab Episcopo per examen, aut aliàs idoneus reputatus approbationem obtineat, de quo suprà de Confessarijs quoad præsentationem numero 1. Nonum extat sessione 25. vbi diffinitur, omnia ad Regulares pertinētia in illa sessione posita debere obseruari, priuilegijs quibuscunque non obstantibus, de quo suprà numero 14. Decimum extat eadem sessione, vbi prohibetur, locationes bonorum Ecclesiæ, & solutiones anticipatas fieri. Vndecimum extat eadem sessione, vbi statuitur, quartam funeralem soluendam esse Ecclesijs Cathedralibus, & parochialibus cum conditione posita, de quò suprà *de Canonica portione num. 1. & 2. diximus ibid. art. 3.*

Sess. 25. c. 21. de regul. Sess. 25. c. 11. de reform. sess. 25. c. 13.

16. Quartum resoluo, quòd priuilegia contra sacros Canones extra decreta Tridentina non sunt reuocata per Gregorium XIII. nam clausula: Quatenus decretis Concilij Tridentini, & sacris Canonibus non contradicunt, non intelligitur, nisi de Canonibus, & decretis ipsius Concilij, illa namque copula, &, coniungit verba, sacris Canonibus, cū illis, Decretis Concilij. Quapropter Sixtus V. ad tollendum omne dubium sustulit dicta verba, sacris Canonibus in confirmatione priuilegiorū nostri Ordinis, & idē fecit Gregorius XIV quoad Cistercienses, & idem Gregorius apud Compendium Societatis, titulo, concilium, confirmauit priuilegia eiusdem Societatis sine aliqua limitatione, quo possunt per communicationem frui Mendicantes, & aliæ Religiones communicantes.

Comp. So cietat. tit. cōcilium. Bullar. Orac. 15. Pij 5. fol. 981.

Imò & in foro conscientiæ sunt reualidata priuilegia Regularium per Pium V. viuæ vocis oraculo facto Fratribus Minoribus apud Bullarium, etiā si sint contra Tridentinum Concilium, quod postea non fuit reuocatum per Gregorium XIII. in sua reuocatione generali priuilegiorum Mendicantiū contra idem Concilium à Pio V. concessorum, quia ea tantùm reuocauit in foro exteriori ad vitandas lites, & discordias, de quo suprà de ordinibus sacris num 7. sicut similiter fecit Leo X circa priuilegia Mendicantiū moderata, seu reuocata in Concilio Lateranensi, quæ omnia reualidauit in foro conscientiæ, vt refert Collector Mendicantium ti-

tulo, Concilium, §.7. qui addit, idem esse confirmatum ab eodem Leone X. etiam in foro exteriori pro Prædicatoribus, post dictum Concilium, & melius à Paulo IV. apud Bullariū, expressè reuocando dictum Concilium Lateranense, & alia Concilia: vltrà quòd clausula, Dummodo decretis Tridentini Concilij non sint contraria; fuit apposita à Gregorio XIII. & eius successoribus in suis bullis confirmatorijs ad firmandam regulam in contrarium, scilicet ad reuocanda decreta afterius conclusis Concilij generalis. ibid. art. 9. & 10. Idem sentire videntur Henriquez lib. de pœnitent. tom. 1. cap. 14. ad finem, litera K. Capuccin. ad Compend. 1. p. fol. 86. & non condemnat Portel vbi supr. numer 64. quamuis oppositum tutius putet, & quantum ad dictam clausulam, dummodo sacris Canonibus, & Tridentino, &c. expressè tenet ibid m 65. & tradit etiam P. Miranda dict. art. 3. ad finem. Quibus videtur annuere, licèt postea dubitet, seu potiùs renuat Suarez d. l. lib 8. cap. 19. nu. 5. 6 & 7.

Bullar. bull. 1. Pauli 4.

17. Imò etiam probabile videtur nō adstringi Papam ipsius Concilij Tridētini specialem facere mentionem, quandò in aliquo priuilegio, vel constitutione ipsum reuocare intēdit, verba enim ipsius Concilij declarantis: *Omnia decreta, & constituta in eo ita esse, vt in his salua semper auctoritas Sedis Apostolicæ sit, & esse intelligatur*; id videntur innuere, & ad id apposita. *Vnde cùm Papa sit supra Concilium, & quodcunque ius positiuum possit de plenitudine potestatis reuocare, vt declaratum fuit in Cancellaria Apostolica, & per sacram* Congregationem Concilij, sufficiens videtur ad reuocationem illius, ipsum reuocare voluisse. tom. 3. q. 37. art. 4. de quo Germonius de sacr. immunit. lib. 1. c. 52. num. 1. Vide quæ tradit Suarez d. lib. 8. c. 38. nu. 5.

Trid. sess. 25. ca. 21. de refor.

18. Idem tenet Auctor tom 3. q. 46. art. 15. secunda conclusio. Vbi agens de quodam priuilegio Ioannis XXII. facto Prædicatoribus circa quartam funeralem cōtra dispositionem Clementinæ, Dudum, in Concilio Viennensi editæ, resoluit, quòd in omni materia, si per verba derogatoria etiā generaliter prolata appareat de voluntate potestatē habentis, omnibus generaliter derogare voluisse, illi standum est, argumēto c. nonnulli, de rescriptis, & c. ex parte, de capellis monachorum, ac per consequens dictum priuilegium subsequens derogasse dictæ Clementinæ, Dudum, licèt de ea non sit facta mentio expressa, nam eius notitiam habere præsumebatur Pontifex, tanquam qui habet ius in pectori s scrinio, vt dicitur c. 1. de cōstit. in 6. ideòque illi ex certa scientia derogauit. Neque obstat quòd ex Auctore d. art. 4. qu. 37. §. circa quam, adducit Portel in additionibus ad dubia, verb. Tridentinum Concilium, n. 2. pro opposita sententia, scilicet quòd ad derogationem Concilij Generalis necessariò requiritur, vt de illo fiat expressa mentio in litteris, seu bulla priuilegij, nam ibi vel loquitur ex sententia aliorum, vel fortè iuxta regulas generales iuris, in quibus habetur, quòd ea, quæ maxima consideratione fiunt, & multorum consilio decidūtur (vt fit in Concilijs) specialem, & expressam requirunt de eis fieri mentionem ad eorum derogationem, si enim in generali reuocatione nō veniunt priuilegia inserta in corpore iuris, vt cùm Henriquez ex sententia plurimorum resoluit Auctor tom. 1. qu. 8. art. 7. §. quarto infertur, à fortiori nec venient Concilia generalia, quæ sunt ius commune edita cum maturo totius Ecclesiæ consilio in fauorem, & bonum commune. Vnde statim post dictā communem doctrinā traditam in principio dicti §. circa quam, quasi proferēs suā resolutiuam sententiam, subdit Auctor, propterea in Concilio Tridētino apposita esse dicta verba: Vt in his salua semper auctoritas Sedis Apostolicæ sit, & esse intelligatur, vt non adstringeretur Papa ipsius Concilij specialem facere mentionem, sed sufficere quòd constet de voluntate ipsius volentis renocare de plenitudine potestatis, vel ex certa scientia, quod est idem, cui derogare posse nemini dubitare fas est; argumēto c. innotuit, de electione, & admittit praxis, & stylus Curiæ, & hoc mo

Propugnatur senten. & doctrina Auctoris.

modo debent explicari, & intelligi suprà tradita ab ipso Auctore d. art. 4 §. circa quā, ne sibi oppositus, aut problematicè locutus iudicetur. Quod tamen cōfirmo ex dicta clausula: Dum modo decretis Tridentini Concilij nō sint cōtrarij; solita apponi in bullis confirmatorijs priuilegiorum pro Regularibus, quæ videtur denotare, clausulas generales non obstantium, etiā Concilia generalia, imò & ipsum Conciliū Tridentinum comprehendere, nisi expressè excipiātur, vt expressè excipitur ipsummet Concilium Tridētinum, quidquid de hoc dubitet Sanchez d.c. 19. n. 6. Idē videtur sentire Florez de Mena in suis varijs q. 10. n. 50. vbi docet, intelligi derogatum Tridentino, si ex verbis priuilegij constet, eam fuisse Pontificis mentem: atque in dubio dicit, eam esse præsumendam, eo quòd Tridētini decreta satis notoria sint, cui adhæret etiā Sanch. lib. 8. de Matrim. disp. 35. n. 18. & l. 7. Decal. c. 29. nu. vlt. ad fin. vbi docet, eam regulam, vt desideretur specifica Concilij mentio ad eius derogationē, fallit, quando Pōtifex dispensat in specie, & certò casu contra generalis Concilij prohibitionem, & expressiùs tenet Gratian. *tom. 4. disceptat. capit. 724. nu. 6. & cap. 742. num. 24.*

19. *Clausula generalis, non obstantibus statutis, & consuetudinibus, etiā iuramēto, ac confirmatione Apostolica roboratis, posita in priuilegijs tollit legem iuratam gloss. in capit. cum non deceat, verb. effectus, de electione, libr. 6. Auctor ibid. art. 12. de quo Couar. de testament.* a. p. numer. 19.

20. Clausula solita apponi in priuilegijs: Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascunque censuras, & pœnas Ecclesiasticas compellendo, debet intelligi de contradictoribus de acto tantùm contradicentibus, non verò de iure, glossa in c. pro illorum, verb. contradictores, de prębendis. Verba autem illa: Sciant contēptores, & inobedientes indignationē Petri, & Pauli se incursuros; pœnam arbitrariā tantū designant, seu denot. ibid. artic. 13. de quo Panor. in c. audita, de restit. spoliator. Nau. in c. cū contingat, in septima causa militatis, nu. 3. de Rescriptis, Alciat. in c. quoad sedem, n. 6. de officio ordinarij. Idē docet P. Mirand. to. 2. q. 45. ar. 3.

21. Clausula illa solita apponi in priuilegijs: Omni appellatione remota; debet intelligi de omni appellatione siue friuola, siue legitima, sic dicente Sixto V. in sua Bulla confirmatoria: Quod iudices procedant appellatione quacunque postposita, & apertè confirmatur ex c. pastoralis, de appellat. Ex quo fit, quòd iudex potest ad executionem procedere, non obstante appellatione, nisi hęc facta sit in casu in iure expresso, vel inhibito fiat, vel nisi ex certa scientia Papa commiserit appellationem, poterit tamen supplicari Princeps, qui talē appellationem (si ipsi videbitur) admittere, vel non admittere potest, d. c. pastoralis, l. 1. C. de sent. Præfecti prætorij, Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imperatori offerendis, quo non obstāte adhuc sententia potest executioni mandari, in vtroque enim casu appellatio effectum tantùm deuolutiuum, & nō suspensiuū operatur *Ibid. ar. 14 de quo Innoc. in l. 1. §. finali, ff. à quibus appell. Hr. in c. pastoralis; vbi Innoc. & Hostiens. de offic. del. Bald. in l. 2. C de appell. Idē docet P. Mirand. vbi suprà artic. 2. & nos diximus resolut. 10. num 7. & 17.*

22. Clausula priuilegiorū: inuocato etiam ad hoc auxilio brachij secularis, operatur, vt iudices Ecclesiastici delegati à Papa virtute dictorum priuilegiorum possint per censuras compellere iudicem secularem ad præstandum huiusmodi auxilium, quando opus fuerit, quòd ipse iudex præstare tenetur sine aliqua præuia causæ, super qua agitur, seu processus examinatione. *ibid. ar. 15. de quo Aualos in director. Iudicum Eccles. 2 p. c. 15. n. 32. & c. 13. n. 13. & DD. in c. 1. de officij ordinarij. Idem post Innoc. in c. significasti, n. 3. de offic. delegat. et Nauar. in c. cum contingat, de rescript. remedio 1. tradit P. Miranda vbi suprà art. 4.*

23. Clausula, Supplentes omnem defectum iuris, & facti; posita in Bullis confirmatorijs, Ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, comprehendit non solùm defectum iuris positiui,

sed

sed etiam defectum partis impetrantis, veluti si est excommunicatus, supplet etiam omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum, etiam iuris, & de necessitate, aut aliàs quomodolibet requisitarum forte omissarum, & alios quoscunq; defectus. Ita amplissimè confirmauit Sixtus V. priuilegia Minorum in sua Bulla suprà citata, Motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, per quod manent etiam confirmata priuilegia inualida, & abrogata. Verum est tamen, quòd non supplet Pontifex dolum in impetratione ex parte impetrantis, nisi expressè id exprimat, sicuti fecit Leo X. concedens Fratribus Minoribus vti suis priuilegijs, licèt fuerint impetrata malitiosè, mendaciter, & dolosè tanquam si debitè, ac legitimè impetrata fuissent. ibid artic. 16. de quo Hostiens & DD. in cap. 1 de transact. Idem docet P. Mirãda d. q. 45. a. 5.

24. *Clausula posita in priuilegijs, Quòd præsertium transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem fides adhibeatur, quæ adhiberetur originalibus litteris, si essent exhibita, vel ostensa, hæc inquam, clausula* operatur, ad priuilegij transumpti robur, ac validitatem nullam requiri citationem partis, aut generale edictũ iuxta terminos iuris communis requisita. Iulius II. amplius concessit, quod sufficit transumpta signari, sine manu alicuius prælati, vel notarij publici, sine Generalis Ordinis sigillo disiunctiuè, ac si plumbeum sigillum haberent, quod est magnum priuilegium vsque huc non reuocatum. Et Leo X magis ampliando concessit Minoribus, quòd clausulæ, seu clausulis ex litteris originalibus, vel ex earum transsumptis authenticis de mandato iudicis, coram quo fuerint productæ, per notarium publicum extractis eadem fides adhibeatur in iudicio, quæ toto litterarum tenori adhiberetur. *ibid. art. 17.* de quo Couar. *pract. qq. capitul. 2. vers final* DD. *in authent si quis C. de edendo*, vbi Bartolus.

In Bull. orac. 22. Leo X.

De cessatione, & reuocatione Priuilegiorum.

25. Priuilegium, vel rescriptum Papæ expirat morte ipsius, quando conceditur gratia nomine personæ, dicendo, ad nostrum voluntatis beneplacitum, habetur c. si gratiose, de rescr. in 6. sicut edictum Episcopi, vel communicatio ab homine expirat cum eo. Secus quando concessio gratiæ fit nomine dignitatis, & officij, dicendo, ad beneplacitum Romani Pontificis, aut Sedis Apostolicæ, tunc enim non expirat. Vnde ordinaria iurisdictio concessa à Papa, vel Episcopo non expirat morte concedentis, expirat tamen potestas delegata, vt Visitatoris, vel alterius iudicis delegati, nisi res, seu causa sit incepta, & nondum integra, illam namque potest tunc perducere ad plenum effectum: sicut etiam officium executoris non expirat morte mandantis, c. si super gratia, de officio deleg. lib. 6. etiamsi commissio fiat cum aliquali causæ cognitione, v. g. vt dispenset Episcopus cum consanguineis ad matrimonium contrahendum, nomine Papæ, verificata prius informatione. *tom. 1. qu. 9 art. 1. de quo Couar. lib. 3. var. c. 15. Nauar. c. 27. num 22. & 47. Syluest. verb. gratia, § 12. Armilla §. 5. Vide quæ ad hæc latè tradunt Anton Gabriel lib. 6. tit. de præbend. concl. 1. Nquar. §. in Leuitico notab. 28. num. 28. Perez in lib. 2. Ordin. tit. 2. l. 2. post quos multa ad idem congerit Suarez lib. 8. de legib. c. 31. à nu. 2. vbi num 10. addit, priuilegium Papæ ad beneplacitum suum pro vno anno concessum non extingui, etiam si Papa moriatur intra annum, donec id tempus præfixum finiatur. & citat Gabriel vbi sup. numer. 33. Sanch. lib. 8. de matrimon. disp 28 numer. 51. Henriq. 7. de indulgent. cap. 21. num. 4.*

26. Superiores Ordinum, & capitula

la habentia auctoritatem Apostolicam specialem possunt limitare, vel omninò tollere à Fratribus vsum priuilegiorum Apostolicorum. Ita concessum est Minoribus à Leone X. apud bullarium, & Iesuitis à Gregorio XIII. apud Compend. Societatis tit. gratiarum vsus §. 2. Quod possunt limitare ad vsum vnius, vel alterius priuilegij, seu concessionis, prohibendo vsum reliquorum, dũmodo id, quod tollitur, non sit contra vsum sacrorum Canonum. Idem ius erit in Religionibus non habentibus hanc specialem auctoritatem Apostolicam, quidquid aliqui contradicant, nã secluso præfato priuilegio (quo per communicationem vti possunt aliæ Religiones) adhuc apud superiores cum suis capitulis residet interpretatiua voluntas totius Ordinis, vel Prouinciæ ad renunciandum vsum suorum priuilegiorum, priuilegium enim non confertur in inuitum, ex regula vulgata iuris, quod vsus, & praxis approbat, ac obseruat. ibidem art. 2. Vide quæ ad hoc tradit Suarez d. lib. 8. c. 33 à. num. 4. & in nostris terminis idem docent P. Miranda. *tom. 2. quæst. 43. articul. 4 Portel verb. priuileg. num. 78.*

Bullar. orac. 71. Leon. X. Comp. So ciet. §. 2.

27. Primum priuilegium tollitur, seu reuocatur per posterius de priori faciens mentionem, vt sumitur, c. veniens, de præscript. vbi glos. notat, & ex c. Abbatem, de rescriptis & tradit gloss. vlt. in c. 1. cod. tit. quòd si non faciat mentionem, licèt sit speciale, non ideò derogare censetur priori generali, ratione cuius est iam quæsitum ius tertio, quod non censetur Princeps auferre velle sine illius notitia, gloss. in d. c. veniens, & gloss. in sum 25. quæst. 2. Item mentionem facere debet clausulæ derogatoriæ; & de derogatoriarũ derogatorijs positis in priori priuilegio, nisi priuilegium legis formam, nomine neque teneat, sic enim primum clausula derogatoria minimum tollit, seu reuocat. *ibid artic. 3* de quo Abb *in c. 1. de rescript. & in c. veniens*, vbi gloss. *de præscr. Felin in c. accedentibus, de priuilegijs.* Idem ferè traditis multis docet Suarez *d. lib. 8 c. 39 à num. 5.*

28. Priuilegium speciale derogat generali, si generale contineat ius ad rem, non vero ius in re, siue istud præcedat, siue sequatur, d. c. Abbatem, de rescriptis. Si verò vtrunque priuilegiũ est generale, vel vtrunque speciale, si vtrunque est clausum in corpore iuris, posterius tollit prius. At si prius tantũ est inclusum in corpore iuris, non incluso posteriori, istud posterius derogat priori, licèt de eo non faciat mentionem: quia Princeps concedendo tale priuilegium videtur habere voluntatem tollẽdi legem in contrarium, ac per consequens aliud priuilegium contrarium in corpore iuris insertum. Si verò vtrunque priuilegiũ non est clausum in corpore iuris, esto sint cõtraria, *vnum non tollitur ab alio, sed attenditur primum, c. veniens, de rescriptis, siue vtrumque impetretur ab eodem, siue à diuersis, siue ambo sint specialia seu generalia, siue etiam prius sit generale, & continens ius, nisi de illo facta esset mentio in posteriori priuilegio, ibid. §. sed vt supra dicta, vsque ad finem artic. de quo Bald. in l. item lapilli, col. 2. ff. de rerum diuisio, Abb. in d. c. 1. de rescript. Idem ferè sentire videtur Suarez. vbi sup. n. 6. & 7. vbi probabile censet, posse priuilegio generali tacite derogari per posterius speciale, idq́; tenere ait Sylu. post Hostiens. verb. Priuilegium, quæst. 10. videturque probari in c. dudum, §. nos igitur, & c. quamuis tibi de præbend. in 6.*

29 Priuilegium ad tempus concessum cessat elapso præfixo tempore, ac ipso iure expirat. c. de causis, de officio delegati. Item concessum ex certa causa, illa cessante, cessat, c. cessante, de appellatio. c. suggestum, de decimis. Priuilegium autem consistens in facto tollitur per non vsum decem annorum, l. 1. ff. de nundinis. Contra Ecclesiam tamen non currit præscriptio, nisi spatio quadraginta annorum, iuxta ius commune, & sexaginta, si Ecclesia sit regularium, ex quodam priuilegio Benedictinorum, imò & centum annorum ex alio priuilegio monasterij S. Pauli extra muros Romæ, de quibus suprà de præscriptionibus, n. 2, diximus. Quandu

do verò priuilegium conceditur in liberam voluntatem alicuius, quæ respicit ipsum priuilegium, & non tempus, est perpetuum: vt cùm dicitur, Concedimus tibi hoc, vel illud, quando volueris, vel quando tibi libebit, & similia verba. Tandem priuilegium consistēs in non faciendo tollitur vnico actu cōtrario, nisi fiat protestatio in contrariū. Cōtrauentio autem debet esse directa, quæ fit quando concessum est vnum priuilegium tantùm, & quis facit actum contrarium illo, c. cùm accessissent, de constitutionibus. Aduerte tamen, quòd siue priuilegium consistat in faciendo, siue, non, nunquam perditur, quando capi potest alia coniectura, quæ non sit indicatiua renunciationis ipsius priuilegij. *ibid. art. 4. de quo Bald. in l. omnes, populi, ff. de iurisd. omni iud. & in l. generaliter, C. de Episc. & cler. n. 5. Bart. in l. 1. C. de his, qui spon. mun. & c. l. 10. Bossius in pract. crim. titul. de Princip. & priuilegijs eius, nu. 320. DD. in l. final. de constit. Princip. & in d. cap. cùm accessissent, vbi Panormit. Idem docet quoad priuilegium ad tempus concessum, Suar. d. lib. 8. c. 29. n. 4. & quoad priuilegium, cessante causa, c. 30. à num. 1. 1. vbi dicit communem ex Felino in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. num. 29. Tiraquel. in tract. cessante causa num. 19. & à num. 210. vsque ad 220. & tota limit. 23. Couar. lib. 1. variar. c. 20. Gutier. libr. 2. canonic. c. 15. num. 30. Barbos. in l. 1 ff. soluto matrim. 1. p. à num. 83. & tandem probat ex c. Abbate, in fine, de verb. signific. vbi glossa, & c. generaliter 16. quæst. 1. verb. non diuagantes, & c. tue, de cleric. non resid. & ex l. ex facto, in princip. ff. de vulg. & pupill. An autem necessaria sit causæ cessatio contrariè, & non tantùm negatiuè, vt cesset priuilegium habēs tractum successiuum, etiam quoad futuros effectus, ostendit idem Suarez* ibid. latè à num. 6. & quoad non vsum decem annorum, multa tradit d. libr. 8. cap. 35. à num. 19. & quomodo priuilegium amittatur per vnum actum vtendi illo contrarium, c. 35. à num. 2. & agens de protestatione facienda à priuilegiario, num. 24.

30. Clausulæ solitæ poni in priuilegijs, *Quòd non censeantur reuocata, nisi de eis fiat mentio de verbo ad verbum, sufficienter derogatur, dicendo: Volumus tales litteras haberi pro expressis, ac si de verbo ad verbum insererentur, vel non obstantibus priuilegijs sub quacunque forma verborū concessis, vt habetur in Clem. 1. & 2. de sepulturis, & stylus curiæ obseruat, nam Pontifices non possunt sibi,* aut successoribus ligare manus, vt non valeant abrogare à se, vel à prædecessoribus concessa, nisi litteræ inserantur, cùm id aliquando impossibile iudicetur ob multitudinem, ac ignorantiam tantorum, & peculiariorum priuilegiorum. Aduertere tamen oportet, quod in reuocatione generali priuilegiorum non censentur reuocata priuilegia regularium, quia sunt ob merita concessa, quæ priuilegia ob merita, nunquam in dubio reuocari censentur, etiam per reuocationis verba quantumuis generalia, & geminata. *ibidem articul. 6. de quo Manuel. in regul. cancell. 13. quæst. 8. numer. 6. & regula 11. de reuocation. quæst. 13. numer. 6. & 7. Idem docet Suarez. d. libr. 8. capitul. 38. numero 2. ad quod etiam videri possunt Felin. in capitul. nonnullis, de rescript. à numero 6. Panormitan. in c. cum instantia, de censib. num. 5.*

Aduerte tamen circa suprà tradita, quòd Auctor in fin. dict. articul. 6. dum docet, in generali priuilegiorum reuocatione non censeri reuocata priuilegia regularium, quamuis in ea apponantur verba generalia, & geminata, consequenter loquutus est. Nam id proposuit (licèt transuerso ordine doctrinæ) tanquam regulam vniuersalem in hac materia. In corpore verò articuli accedens ad explanationem cuiusdam indulti facti nobis Minoribus, vt non teneamur ad procurationem legatorum Sedis Apostolicæ, nisi in litteris eorundem legatorum de eo fiat expressa, & specifica mentio de verbo ad verbum, resoluit, illud indultum censeri reuoca- Exponitur ac tuetur Auct. doctrina.

catum, si in litteris legati Apostolici posterioribus habeatur clausula: Quantuis alia habeant priuilegia, quòd de eis sit facienda mentio de verbo ad verbũ quę volumus haberi pro expressis, quod ideo dixit, quia ea verba eundem effectum operantur, ac si de indulto illo fieret expressa, & specifica mentiò, & de verbo ad verbum insereretur, quod sufficere satis ostendimus suprà. Vnde sic explicata, & intellecta sentẽtia Auctoris optimè concordat nec sibi oppositus iudicandus est, quidquid Eusebius Herrera in suis decisionibus moralibus status Religionis decis. 9. §. 6. leui ductus fundamento obloquatur, qui certè si Auctoris sensum introspiceret, eum non insimularet.

31. Non obstantiæ positæ in priuilegijs explicandæ, & limitandæ sunt iuxta terminos concessionis, seu concessionum, quibus apponuntur ad earum bonam executionem, seu expeditionem, vt quando in Bulla Cruciatæ suspendũtur generaliter omnia priuilegia, non censetur suspensa, nisi tantùm similia, seu eadem cum indultis concessis in ipsa Bulla, & impedientia bonam expeditionem ipsius; nõ verò alia diuersa, vel non contenta in Bulla. *ibid. artic. 7.* De quo Syluest. *verb. emptio q. 11.* Idem docet Collect. *quæst. 2. ad Comp. verb. priuilegia fratrum, §. 33* & sequitur P. Miranda *tom. 2. quæst. 45 art. 7.*

32. Regulares possunt vti suis priuilegijs contra inferiores à Papa, non obstante contradictione ipsorum, qui nisi destiterint, excommunicationem incurrunt, & quidquid per eos contra factũ fuerit, irritum, & inane est, ex indulto Julij II. pro Congregatione Montis Oliueti, qui etiam addit, posse tales contradictores tanquam excommunicatos publicari. Item ex Leon. X apud Compend. Soc possunt priuari beneficijs, & dignitatibus Ecclesiasticis. Iuxta quod debet explicari clausula solita apponi in priuilegijs, scilicet: Contradictores quoslibet, & rebelles per quascunque censuras, de quibus videbitur, & pœnas Ecclesiasticas, aliaué opportuna iuris remedia, appellatione postposita cõpescendo. Ex quo fit, quòd iudices non possunt punire contradictores, quando non obediunt priuilegijs, moti aliqua magna, seu quasi extrema necessitate, quia tempore necessitatis non solũ præcepta humana infringi, sed & diuina limitari solent, *c. discipulos, de consecrat. dist. 5. Auctor ibid. art. 8. de quo Rom. in l. si verò, num. 9. §. 2. fallentia 54. ff. soluto matri. Azeued. libr. 1. Noua Compilat. tit. 3. lib. 11. d. 54. col. 21. Idem post glossam communiter receptam in capit. pro illorum V. contradictores, de preb. docent P. Miranda d. qu. 45. art. 3. & alij citati suprà num. 10.*

Comp. Societ. §. 3.

33. Priuilegijs alicuius Religionis, vel Monasterij sublatis non censentur sublata priuilegia alteri concessa ad instar, quia non pendent ab alijs in conseruatione, sed tantũ quoad productionem, iamq; facta sunt propria Religionis, cui ad instar concessa sunt. *ibid. art. 9.* Idem post Bald. *in l. omnia, C. de Episc. & cler. Mandos. de priuileg. ad instar qu. 6. Nauar. comm. de iubileo not. 26. num. 8* docet Suarez *d. lib. 8. c. 15. à num. 5. & c. 17. num. 17.*

34. Regulares irreligiosè viuẽtes possunt vti suis priuilegijs, saltem in foro exteriori, quia regula, cessãte causa cessat effectus; intelligitur qñ causa cessat in cõmuni, nõ verò in particulari persona, vel personis, argumento l. nã ad ea, ff. de legib. Vnde licèt in aliquibus Religiosis cesset ratio priuilegij, q̃ est obmerita, non tñ cessat in alijs Religiosis in cõmuni, quibus merita maximè suffragantur. In foro tñ conscientiæ dicti Religiosi malè viuẽtes in periculo versari considerent *ibid. ar 10. de quo Sylu. tit. priuil. q. 10. Cou. in c. cùm esses, de test. n. 9. et de sponsalibus 2. p. sub § 9. n. 8. Soto lib. 4. de iust. q. 5. ar. 3. col. 3. Idem docet P. Mirand. to. 2. qu. 43. art. 3. ad quod vide quæ tradit Suarez d. lib. 8. cap. 30. à nu. 7.*

35. Scholares Salmantini sæcularibus negotijs insistẽtes, scholas rarò ingrediẽtes, nec studijs incũbẽtes, sed ad libitum consumentes, & dissipantes bona Ecclesiæ illis concessa viuendo luxuriosè non gaudent Eugeniana, quæ fructus beneficij absentibus causa studij concedit: percipientes autem illos

non

non sunt tuti in conscientia, quia in eis cessat causa priuilegij, scilicet studij, sicque ipsum priuilegium cessare consequens est, ibid. in principio, de quo Perez lib. 8. tit. 2. lib. 1. Ordinamen. Idem cum communi Iurisperitorum tradit P. Miranda d. art. 3. in principio.

36. Licèt habens priuilegium non possit illo vti contra pariter in eodem priuilegiatum, l. verum, §. vltimo, cum l. sequenti, ff. de minoribus, is tamē præferendus est alteri, qui priuilegiū actu habet, & practicè in ea re, & specie, de qua agitur, l. vltima, ff. quibus ex causis maiores. Exempli gratia, duo habent priuilegium ad petendam restitutionē, si læsus vterque fuerit, & alter eorum Reipublicæ causa absuit, iste alter contra alium pariter absentem restituendus est in damno, quod patitur, quia pro tunc indiget auxilio restitutionis ad reparationem ipsius damni, sicque habet priuilegium in specie, de qua agitur, & in exercitio, quia læditur, quod priuilegium alter non habet, quia in eadem re, seu causa læsus non inuenitur. Regula igitur, quòd priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra pariter priuilegiatum, debet intelligi, quando ex parte vtriusque concurrit duplex priuilegium, v. g. duo cum suis militibus habet priuilegium Regale, quo possunt cōpellere oppidanos, seu ciues ad eos hospitio excipiendos, non possunt vti hoc priuilegio contra recipiētes in suis domibus Fratres Minores (*Germani vulgò nuncupati*) *qui etiam habent priuilegium Regale tales milites non recipiendi, ibid. art. 11. de quo Bart. in l. vltima ff. quibus ex causis maior. Parlad. libr. 1. quotidian. cap. 17. num. 28. Couar. regula, possessor. 2. p. §. 2. num. 4. Idem estato nostro Auctore, & traditis multis docet* Suarez d. lib. 8. c. 23. à nu. 2. P. Mirand. tom. 2. quæst. 42. art. 7.

37. Priuilegia Regularium quoad absoluendum sæculares à reseruatis Papæ, & dispensandum, seu commutandū eorum vota non suspenduntur per Bullam Cruciatæ, quia in illa non suspenduntur, nisi priuilegia personalia singularibus personis immediatè concessa, non verò realia, qualia sunt, quæ conceduntur Religionibus, ideoq; optimè possunt Religiosi absoluere omnes ad eos accedentes ab omnibus casibus sibi concessis per sua priuilegia, etiam si pœnitentes non habeant Bullam Cruciatæ in locis, vbi publicatur, iuxta sententiā doctissimorum virorum. *tom. 1. quæst. 61. art 14.* & nos suprà resoluimus *de absolutione quoad sæculares, nu. 14.*

Quomodo priuilegia Regularium debeant interpretari, seu declarari, vide suprà *de legibus à nu. 47. vsque ad 63. & de consuetudine à num. 1.*

De communicatione priuilegiorum.

38. Mendicantes habent inter se cōmunicationem priuilegiorum, vt declaratum est per Iulium II. Leonem X Iulium III. Paulum IV. & Pium V. apud Bullarium. Præcipuè inter Fratres Prædicatores, & Minores est amplissima priuilegiorum communicatio, de quibus omnes ferè citati Pontifices in suis Bullis sermonem faciunt. Pro Ordine Prædicatorum extat quædam specialis Bulla Leonis X in qua illi communicat amplissimè motu proprio, ex certa sciētia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes gratias, indulgētias, ac alia quæcunq; priuilegia, & indulta concessa, & concedenda alijs Ordinibus Mendicātibus. Pro Ordine verè B. P N. Frāncisci est alia similis, sed non tam ampla communicatio preuilegiorū cōcessorū Ordinibus Mendicantibus facta per Alexandrum VI. & alia per Leonem X. & alia amplissima per Clementē VII. in qua motu proprio, & ex certa sciētia tribus Ordinibus S. Francisci communicat omnia indulta, gratias, indulgētias, & alia quæcunque priuilegia concessa, & concedenda alijs quibuscunque Ordinibus tam Mendicantibus, quam nō Mēdicantibus, decernens etiam regulam Fratrum Minorum esse obseruabilem, meritoriam, ac fundatam in Euāgelio. Quæ Bulla confirmata est à Paulo IV. Pio IV. Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. &

Bull bull. 9. Iulij 2. nu. 11. & 12. bull. 8. & 18. Leō x bull 2. & 3 Iul. 3. bul. 1. Pa. 4. bull 7. Pij V. nu. 31. & bul. 19. num. 5. bul. 33. Leon x. In Bull. bull 9. Alex 6. bul. 8. Leo. x. bul. 2. Clem 7.

V. & alijs Pontificibus supra relatis, cũ de confirmatione nostrorum priuilegio egimus. Item gaudent priuilegijs Monialium S. Claræ, vt habetur in Comp. Minor. v. communicatio priuilegiorum §. 14. omitto alias duas Bullas communicatorias priuilegiorum inter Minores, & Prædicatores Sixti IV. de quibus in Bullario to. 1. quæst. 55. art. 1. Idem tradit P. Miranda latè tom. 2. q. 46. art. 1. de quo latè Suar. d. lib. 8. capitul. 16. per totum.

Bul. bull. 14. nu. 21. & bul. 20. quæ dicitur aurea nu. 9. Bull. 12. Alex. 6 bul. 19. Iul 2. & bull. 22. bul. 34 Sixti 5. n. 52. bul. 37 Sixti 4. n. 105.

39. Pro Ordine S. Augustini est quędam magna concessio Alexandri V I. apud Bullarium, in qua motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine communicat dicto Ordini omnia, & singula priuilegia omnium Ordinum, & Religionum, quibus sua propria communicata sunt priuilegia. Idem fecit Iulius I I. qui etiam confirmauit communicationem priuilegiorum, quàm Sixtus IV. fecerat inter Augustinienses, & alios Mendicantes, & in alia Bulla declarauit communicationem prædictam cum alijs Ordinibus, & Congregationibus debere intelligi, & ad ea etiam extendi, quæ viuæ vocis oraculo ab illis impetrata sunt, & tam in forma Breuis, quàm per supplicationes expedita sunt, in quibus placuit, vt sola signatura sufficeret. Tàdem pro Ordine Carmelitarum est quędam alia Bulla eiusdem Sixti I V. in qua motu proprio, & ex certa scientia communicat illi omnia indulta, & priuilegia concessa Ordinibus Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum sancti Augustini ac si ipsi Ordini essent specialiter concessa, ibid. art. 1. idem tradit P. Miranda d. q. 46. art. 3 & 4.

Bul. 16. Pij 5.

40. Pro alijs Ordinibus, qui ex priuilegio inter Mendicantes numerantur, idem concessit Pius V. pro Ordine Minimorum, quos declarauit gaudere priuilegijs Mendicantium, eiusdemque Fratres verè esse Mendicantes, ac per consequẽs iste Ordo gaudet priuilegijs concessis, & concedendis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, vt proximè diximus de quatuor Ordinibus Mendicantibus. Idem statuit idem Pius V. pro Ordine seruorũ Beatæ Mariæ, qui postquam numerauit quatuor Ordines Mẽdicantes, videlicet S. Dominici, S. Francisci, S. August. & Carmelitarum, præfatos Seruos B. Mariæ inter eosdem Mendicantes recenset. Idem fecit prædictus Pontifex pro Ordine S. Hieronymi Iesuatorum, & confirmauit Gregor. XIII. qui ambo Pontifices idem decreuerunt pro Societate Iesu, omnibus personis, domibus, ac Collegijs dicti Ordinis priuilegia Mendicantium communicantes, ad beneplacitum tamen & voluntatem Præpositi Generalis, seu deputatarum personarum, & quatenus instituto Societatis non contrariantur, vt aduertit Collector priuilegiorum eiusdem Societatis, ibid. art. 2. 3. 4. & 5. de quo Collector in Compend. §. 4. & 5. Idem tradit P. Miranda d. art. 4.

Bul. 19. Pij 5. Bul. 21. Pij 5. bull. 13. Gr. 13. & bull. 26 Comp. Societ. tit. cõmun. grat. §. 2. bull. bul. 5. eug 4. Cõpen. Men. titu. commun. priuileg. § 34. & 53.

41. Pro Ordinibus non Mendicantibus, seu Monachalibus est etiam amplissima communicatio priuilegiorum. Pro Ordine S. Benedicti vltra concessiones Eugenij IV. Iulij II. & Pij V. est quędam magna concessio Gregorij XIII. in qua illi cõmunicat omnia priuilegia concessa, & concedenda Ordini Cisterciensi, qui quidem Ordo Cistercij cum habeat communicationem priuilegiorum omnium Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, vt statim videbimus, consequenter eodem priuilegio cõmunicationis fruetur præfatus Ordo S. Benedicti. Item est alia bulla amplissima Sixti V. pro Congregatione S. Benedicti in Portugallia, & alia Clementis VIII. pro Congregatione sancti Benedicti Vallisoleti, & alia Leonis X. pro toto Ordine Benedictinorũ, quæ omnes extant in Bullario. Pro Cisterciẽsibus verò est quędam magna ampliatio, & communicatio priuilegiorum facta à Gregorio XIII. tam concessorum, quàm concedendorum omnibus Ordinibus, & Pijs locis, dummodò tamẽ sint in vsu, & Tridentinis decretis nõ aduersentur. Item pro Ordine Carthusiensi extant duæ concessiones Gregorij X I. & Pij II. quos refert Collector Mendicantium, in quibus omnia priuilegia domus Carthusiæ, & aliorum domorũ, ad

Bul. 21. & 23. Sixt. 5. bull. 22. & 23. Clem. 8. & bull. 37. Leon. X.

alias domus Ordinis, etiam in posterum ædificandas extenduntur. Rursum est
Bull. 13. alia Sixti V. In qua confirmat dicta pri-
Cōp.D. uilegia, etiam per modum communica-
Hier. tit. tionis inter se, aut cum alijs quibusuis
extensio Ordinibus. Item pro Ordine D. Hiero-
priu.§.16 nymi in Hispania Pius IV. Pius V. &
Bull. 19. Sixtus V. amplissimam fecerunt commu
Clem.8. nicationem priuilegiorum alijs quibus-
& bull. 7. cunque Ordinibus, & Congregationib.
Iulij 3. tam virorum, quàm mulierum concessorum, vt habetur in Compend. D. Hierony. quam Clemens VIII. cōfirmauit (sicut antea fecerat Iulius III.) quatenus tamen priuilegia sunt in vsu, & decretis Tridentinis, ac Regularibus institutis ipsius Ordinis contraria non existunt, ibid. art. 6. vsque ad 9.

42. Pro Ordine Sanctissimæ Trini-
Bull. 4. tatis Redemptionis Captiuorum est e-
Adr. VI. tiam quædam alia amplissima commu-
num. 3. nicatio priuilegiorum facta per Leonē
Bull. 48. X. & Adrianum VI. qua conceduntur
Sixt. IV. Fratribus, & Monialibus ipsius Ordinis
bul. 29. concessa omnia, & concedentia Fratrib.
Greg. Mendicantibus, & Sixtus IV. antea cō-
XIII. firmauerat donationes Regū factas pro redemptione captiuorum, vt habetur in bullario, quæ omnia confirmata sunt postea per Gregorium XIII. qui extendit dicta priuilegia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum alijs ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, ad Conuentus postea erigendos, & in posterum recipiendos de Apostolicæ potestatis plenitudine, quatenus sunt in vsū, & decretis Tridentinis non aduersantur, ibid. artic. 10. Vide pro Ordinibus non Mendicantib. P. Mirand. d. q. 46. art. 5.

43. Item pro Ordine Crucigerorum
Bull. 28. extat quædam Bulla Pij V. apud Bulla-
Pij V. rium, in qua confirmantur institutum, & priuilegia dictæ Societatis, & alia Gregorij XIV. in qua illi communicantur omnia priuilegia concessa tam Men-
Bull. 19. dicantibus, quàm non Mendicantibus,
Sixt. V. teste Capuccino in addit. ad Compen. Mend. Idem fecit Sixtus V. pro Fratribus ministrantibus infirmis, quorum institutum, & libertatem seu facultatem colligendi eleemosynas pro infirmis cō-

firmauit apud bullarium. Item pro Ordine S. Mariæ à Mercede est etiam quædā concessio Leonis X. & alia Sixti V. qui illi communicat omnia priuilegia cōcessa, & concedenda Mendicantibus Ordinibus, & non Mendicantibus, ibid. art. 11. & 12.

44. Item Ordinis Præmonstratēsis Bull. 15.
priuilegia, etiam per modum commu- & 16. Gr.
nicationis confirmauit Gregorius XIII. XIII. bul.
apud bullarium, quatenus sunt in vsu, & 10. Clem.
non sunt reuocata, nec contraria Tridē- VIII.
tino Concilio, & Clemens VIII. illi cōmunicauit omnia priuilegia Ordinis Cisterciensis cōcessa, & concedenda, & cōsequenter ea, quæ sunt propria Ordinū Mendicantium, & non Mendicantium, quæ dicto Ordini Cisterciensi taliter esse concessa, diximus suprà num. 40. vbi vide ibidem apud bullarium.

45. Item pro Ordine S. Basilij Pro- Bull. 11.
uinciæ Hispaniæ extant apud idem bulla Gr. XIII.
rium duæ Bullæ Gregorij XIII. in qui- nu. 10. &
bus confirmat eius institutum, & com- bull. 12. n.
municat dictæ Congregationi omnia 16.
priuilegia Ordini S. Basilij, & Congregationi montis Cassini, seu S. Iustinæ de Padua Ordinis S. Benedicti concessa, & concedenda, quatenus sunt in vsu & decretis Tridentinis, ac ipsius ordinis S. Basilij non aduersantur institutis. Quod pro expresso haberi debet, etiam si non exprimeretur, vt infrà numer. 53. dicemus.

46. Quantum verò attinet ad Mo- Bull. bull.
niales, Sixtus IV. communicauit soro- 14 Six. IV
ribus S. Claræ, & B. Dominici, earumq; nu. 52. &
monasterijs, procuratoribus, Syndicis, bull. 20.
oblatis, & alijs personis omnia indulta, nu. 4. bul.
gratias, & priuilegia concessa, & conce- 5. Bonif.
denda Fratrum Minorum, & Prædicato VIII. &
rum ordinibus, & personis, domib. pro- bull. 2.
curatoribus, Syndicis, & conuersis, seu Clem. 7.
oblatis, quatenus earum sexui, & statui non contradicunt. Idem, sed magis amplè concessit Bonifacius VIII. & amplissimè Clemens VII. apud Bullarium, addens concessionem, & communicationem omnium concessorum, & concedēdorum quibuscunque ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, sicut Fratribus Minoribus concesserat, ad di-

ctas

ctas Moniales Clarissas se extendere. Idem pariter quantum ad Dominicanas fecit Leo X sed non tam amplè, concedens tantum illis concessa, & concedenda Mendicantibus motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine. Item idem Leo X. extendit dicta priuilegia Monialibus S. Claræ concessa, & concedenda ad Tertiarias Franciscanas in congregatione sub obedietia Fratrum Minorum degentes, quod amplissimè confirmauit Clemens VII. communicans dictis Tertiarijs ordinis de Pœnitentia vtriusque sexus tam in communitate, quàm in suis domibus priuatim degentibus, eorumque personis, domibus, & rebus omnia priuilegia Mendicantibus concessa, & concedenda non solùm ad instar, sed æquè principaliter absque vlla prorsus differentia, ac si dicto Ordini essent specialiter concessa: & Innocentius VIII. multo antea concesserat, vt Tertiarij vtriusque sexus in particulari viuentes fruerentur gratijs, & indultis concessis Tertiarijs in communi viuentibus, quæ omnia confirmata sunt per Paulum IV. Pium IV. Pium V. Gregorium XIII. Sixtum V. Clementem VIII. ac Paulum V. in Bullis suprà citatis, cùm de confirmatione priuilegiorum egimus. Idem tradit P. Miranda *dist. quæst. 46. art. 2.*

Bull. 5. Clem. VII.

Bullar. Bull. 32. Pij V.

Pro quo aduerte, quod non omnes Tertiarij in particulari viuentes gaudent priuilegijs dictorum Fratrum, sed tantùm sorores continentiam virginalem, aut vidualem promittentes, & habitum tertij Ordinis sub obedientia prælatorum Ordinis Minorum gestantes. Cæteri autem, vt coniugati, & alij extra supradictos tantùm habent spiritualia, scilicet indulgentias, ex Leone X. in Concilio Lateranensi, & refertur in bullario, de quo infrà de Tertiarijs iterum redibit sermo.

Bull. 16. & 44. Leon X.

Rursum aduertere oportet, quod Moniales Tertiariæ sub clausura degentes, & ab obedientia prælatorum Ordinis Minorum abstractæ non gaudent dictis priuilegijs, nisi super hec habeant aliquod speciale indultum Apostolicũ, quia in supradictis bullis tantùm con-

Comp. Roderici.

ceduntur priuilegia supra dicta Monialibus præfatis sub obedientia Fratrum Minorum degentibus. *ibidem articul. 13. & 14.* Vide infrà *de Tertiarijs numer. 10.*

47. Eisdem priuilegijs gaudent Moniales Conceptionis sub cura eorundẽ Fratrum Minorum viuentes, ex Leone X. apud Compend. Mendicant. & refertur ex parte in quadam Bulla Gregorij XIII. apud Bullarium. Pro Monialibus verò Cisterciensibus extat apud idem Bullarium quædam Bulla Vrbani IV. qua illis communicat priuilegia ordinis. Quædam ex dictis Bullis referũtur vbi suprà citatis articulis. *ibid. ar. 15.*

Comp. Mend. tit. communi priu. §. 18. Bull. 5. Gregor. XIII. Bull. 1. Vrb. IV.

Pro quo adhuc aduerte, quòd Moniales quæcunque fuerint commissæ regimini, & curæ Fratrum Minorum, etiam si diuersi ordinis, & instituti sunt à Clarissis, & Tertiarijs gaudent priuilegijs dictorum Fratrum Minorum, vt habetur in Compendio Minorum. Vnde Moniales Cõceptionis in Hispania, de quibus proxime diximus, & Moniales S. Ioannis apud insigne oppidum de Estremoz mea patria, quæ Ordinem Militiæ S. Ioannis Ierosolymitani (vulgus appellat de Malta) profitentur, quarum illustre monasterium fundauit Serenissimus Infans Portugalliæ DD. Ludouicus inuictissimi, ac Christianissimi Emanuelis Lusitanorũ Regis filius, quia tamen sub cura, & regimine prælatorũ Prouinciæ Algarbiorum Ordinis Minorum sunt, eorundem priuilegijs fruuntur, quibus etiam gaudebunt aliæ similes (si quæ fuerint) etiam si diuersi instituti, & Ordinis sint. *ibidem articul. 15.* de quo Portel *verb. communicatio priuilegiorum nu. 4.* qui idem docet.

Camp. Minor. verb. commun. priu. §. 14.

48. Ordo Militaris de Auis, & aliæ Militiæ Portugalliæ fruuntur eisdem priuilegijs concessis, & concedendis Ordinibus Militaribus Castellæ, ex concessione Gregorij XIII. relata apud Bullarium, quorum aliqua referuntur. In quadam Bulla Adriani VI. pro eisdẽ Militijs Castellæ.

Bull. 34. Gregor. XIII. Bull. 2. Adr. VI.

49. Fratres sæculares vtriusque sexus (Germani vulgò nuncupati) Ordinis Sanctissimæ Trinitatis de redemptione

Captiuorum, vel scapularium dicti ordinis de manu alicuius prælati deferentes, seu etiam aliqui de bonis suis pro redemptione captiuorum erogantes, gaudent priuilegijs ipsorum Fratrũ quoad indulgentias & peccatorum remissiones, ac participationem suffragiorum ordinis, tamũm, ex Leone X. & Adriano VI. apud Bullarium: sed quoad alia à iurisdictione ordinariorum non sunt exempti, ne eorum iurisdictionem perturbent, & occasionem laxioris vitæ ex dictis priuilegijs summant, contra mentem Concilij Tridentini, Eodem priuilegio gaudent Chordigeri Franciscani, & Corrigiati Augustinenses, ex Leone X. & Sixto V. apud Bullarium, sicut & fratres, seu Germani hospitantes Religiosos in suis domibus, vt suprà de Hospitalibus num. 5. ex parte diximus, vbi de hospitantibus Fratres Minores resoluimus habere multa priuilegia à Regibus Hispaniæ concessa. *ibid. art. 6.*

Bull. 3. & 4. Adr. VI Trid sess. 24. c. 11. de reform. Bull. 44. Leon X. & Bulla 8. Sixt. V.

50. Mendicantes, & qui eorum gaudent priuilegijs communicant etiam in concessis Societati Iesu, non obstante clausula, ne alijs Ordinibus communicentur sua priuilegia, quia Gregorius XIV. absolutè concessit Cisterciensibus, & Crucigeris in Bullis superiùs relatis nu. 40. & 42. vt fruantur omnibus concessis alijs Ordinibus, etiam Societati Iesu, & Pontifices successores sine aliqua limitatione nostra priuilegia, etiam per viam communicationis concessa confirmarunt, vt patet ex superioribus. Verum est tamen, quòd per dictam communicationem priuilegiorũ Societatis factam alijs Ordinibus non communicatur illis restrictio vsus dictorum priuilegiorum per dispensationem, & beneplacitum generalis Prępositi, sicut ipsi Societati concessit Gregorius XIII. in Bulla suprà relata num. 39. quia hæc limitatio facta ad bonum regimen Societatis non extenditur ad alias religiones participantes, in quibus est diuersa regiminis ratio, non enim communicant in pœnis, sed in fauoribus, & priuilegijs: odia namque restringi, fauores conuenit ampliari, vt vulgaris iuris regula habet. Vnde alij religiosi à Iesuitis optimo iure possunt vti dictis priuilegijs per communicationem absque dispensatione, seu beneplacito suorum Generalium. *ibid. art. 17.* de quo Suarez *de legibus libr. 8. cap. 17. à num. 5.* quidquid neget, F. Ioannes Crucius *in epitom. libr. 2 capit. 4. §. secundò sequitur,* Portel *verb. communicatio priuilegiorum num. 5.*

51. Priuilegia, & Indulta concessa vni monasterio Mendicantium fiunt communia omnibus vtriusque sexus monasterijs illius Religionis, & ad instar communicant aliæ religiones participantes. Ita Iulius II. & Leo X. concessit Mendicantibus apud Bullarium, & Compend. Mendicant. tit. communicatio priuilegiorum §. 22. & Pius IV. ordini D. Hieronymi apud eius Compend. tit. extensio priuilegiorum Vnde illud magnum indultum indulgentiæ concessum Conuentui B. Mariæ de Portiuncula apud Assisium omnibus vtriusque sexus monasterijs Ordinis Minorum fit commune. Itaque priuilegia concessa vni, vel pluribus monasterijs, omnibus alijs eiusdem Ordinis fiunt communia, non tamen concessa religiosis priuatis communicantur alijs religiosis ordinis ex declaratione Leonis X. secus tota religionum obseruantia fundiutus euerteretur. Ibid. art. 18.

Bull. 18. Iul. II. Cõp. Mend. tit. commun priuil. §. 22. Comp. D. Hieron. tit. extẽs. priuil.

52. Communicatio dictorum priuilegiorum debet fieri de prælatis generalibus vnius Ordinis ad prælatos generales alterius & de prælatis localibus, & eorum Vicarijs ad prælatos locales, & eorum Vicarios quoad potestatem absoluendi, & dispensandi, & similiter de Congregationibus vnius ad Congregationes alterius Ordinis, & religiosis non prælatis ad religiosos non prælatos, & de festiuitatibus ad festiuitates, ita quòd concessa Congregationibus, vel Fratribus, ac festiuitatibus, v. g. S. Dominici, respectiuè concessa videantur familijs, locis, ac festiuitatibus S. Francisci, & aliorum Sanctorũ Ordinis Minorum, licèt sint in maiori numero, quàm festa Ordinis Prædicatorum sunt. Ita declarauit Iulius II. in bulla suprà relata, & in alia bulla, quòd familia Cismotana apud nos

Bull. 12. Iulij II. Bull. 16. Sixti V.

Mi-

Minores gaudeat concessis familiæ Vltramontanæ. Vnde indulgentia plenaria concessa à Sixto V. visitantibus Ecclesias Fratrum Minorum in festis suorum Sanctorum, eadem censentur concessa, pro Ecclesijs Prædicatorum in festis suorum Sanctorum, & è contra. Idem est quoad suspensionem interdicti, de quo suprà *num. 25. & 26.* dictum est à nobis. *ibid. art. 20.* Vide apud Bullarium duas Bullas Sixti IV.

Bull. 14. & 20. Sixti 4.

53. Religio participans, seu communicans in priuilegijs cum alijs Ordinibus, ac si illi specialiter concessa fuissent, potest vti dictis priuilegijs cõtra illum Ordinem, cui primùm fuerunt concessa, & per quorum communicationem ipsa participiat, quia iam facta sunt propria ipsius religionis communicantis, eademque habet independenter ab alijs, ac si illi specialiter concessa fuissent. Nec obstat regula, quòd priuilegiatus non potest vti suo priuilegio, seu agere contra pariter priuilegiatum, quia hic non militat ex ratione supradicta num. 36. At illi, qui dependenter communicant priuilegia religiosorum, vt sunt familiares, & Donati, ac similes, non possunt vti dictis priuilegijs contra ipsos Religiosos, à quibus ea dependenter habent, non enim æquum est, vt quod in fauorem Religiosorum principaliter fuit concessum, cõtra ipsos, seu in eorum dispendium retorqueatur. Verum est tamẽ, quòd post Tridentinum Concilium dicti familiares, & seruitores priuantur omnibus priuilegijs iurisdictionem Episcopalem perturbantibus, nisi dicamus dicta priuilegia Regularium, etiam si sint contra Tridentinum Concilium esse reualidata in foro conscientiæ per Pium V. vt in superioribus diximus, ac per consequens posse illis frui dictos seruitores, & familiares, saltem in foro conscientiæ, ibid. art 21. de quo vide Cordub in Compend. verb communicatio priuilegiorum, in fine Suarez dicto lib 8. capitul. 23. numer. 4. qui idem docent.

Trid. sess. 24. ca 11. de refor.

Explicatur, & elucidatur doct. Auctoris.

Sed ego adhuc de hoc multum dubito, & non obstante dicto Auctoris existimo, non posse dictos seruitores, & familiares vti dictis priuilegijs cõtra Religiosos, etiam in foro animæ, tum quia hic agitur de foro externo, & nõ interno, tum etiam, quia talis reualidatio priuilegiorum pro foro conscientiæ in fauorem religionum facta fuit, ac proinde non debet contra ipsarum personas, & in earum dispendium pro his, qui ea dependenter, & intuitu religiosorũ participant, retorqueri, iuxta vulgatam iuris regulam 41. in 6. & cap. quid per nouale, iuncta glossa, de verbor. signifi. vt suprà perpendimus, Ita debet intelligi, & explicari sententia Auctoris d. art. 21. Et tenent in nostris ferè terminis P. Miranda tom. 2. q. 46. articu. 9. & Suarez dict. lib. 8 cap. 16. num 11. & 12. & generalius idem docent Panorm. in c. ex parte 15. de foro compet. num. 14. Bartol. in l. donationes 26. C. de donat. inter virum, & vxor. & probari potest ex l si iudex 14 ff de minorib.

54. Priuilegia repugnantia obseruantiæ religionis, cui fit communicatio, non veniunt communicanda, nec illis frui potest talis Ordo participans, etiam si id non exprimatur in bulla excommunicationis, semper enim intelligitur appositum, & expressum, aliàs cederet non in fauorem, sed in odium, nõ in ædificationem, sed in destructionem & dissipationem religionum, quod est maximè alienum à mente Pontificum, ibid. art. 22. Idem docet Suar. d. lib. 8. cap 17. à num 3. idque confirmat bene argumento c. vlt. de obseruat. ieiun.

55. In generali communicatione priuilegiorum non censentur concessa futura priuilegia, seu in posterum cõcedẽda, nisi id apertis verbis exprimat Pontifex in suis litteris: est communis sententia Doctorum, tom 3. q. 51. art. 1. de quo Bald. in l. omnia 35. C. de episc. & cler. Abb. in cap. super specula, nu. 5. de cler. vel monach. Idem docent Suarez lib. 8 de legibus c. 17. num. 16. P. Mirand. d. q 46. art 5.

56. Non communicatur religioni communicanti in priuilegijs alterius Religionis non vsus alicuius priuilegij, maximè si ex ignorantia talis priuilegij huiusmodi non vsus ortũ habuit (vt sæpissimè, ne dicam semper solet

contingere :) sicut è contrario non cõmunicatur vsus priuilegij alteri Religioni, vbi contrarius priuilegij vsus sufficiens ad inducendam præscriptionem viget, *dicta q. 55. art. 19. tom. 1. de quo Panormit. in cap. cum accessissent, de constit. in fine, Sylvest. verb. priuilegium quæst. 11. Idem tradunt Mandos. in tract. de priuilegijs ad instar quæst. 6. Suarez citatis eo, & nostro Auctore dict. cap. 17. num. 17. P. Miranda quæst. 46. art. 8.*

57. Quando communicantur alicui Religioni priuilegia aliarum Religionum, ac quibus illæ vtuntur, potiuntur, & gaudent, illa censentur concessa, & communicata, quæ concessionis tempore erant in vsu, non verò quæ non erant in vsu, vel per non vsum erant amissa, quia horum, tanquam non entium (quorum nullæ sunt qualitates) nulla potuit fieri communicatio. Item per talē clausulam censentur communicata priuilegia per præscriptam consuetudinem acquisita, quæ habet vim priuilegij, l. 1. in fine, ff. de aqua pluuia arcenda, licèt de his nulla apud alias Religiones sit specialis concessio à Sede Apostolica emanata. At non veniunt communicanda consuetudine postea acquirenda in futurum, nisi id specialiter concedatur, *dicta quæst. 51. art. 2 & tom. 1. quæst. 11. art. 8.* de quo Gloss *in l. 2. & Bald in rubr. C. quæ sit long. consuetud. Menoch. de arbitrarijs lib 2. casu 83.*

58. Huiusmodi autem vsus nō requiritur, quòd sit actualis, sed sufficit, quòd sit in potentia, seu quòd dictis priuilegijs vti potuerint tempore concessionis Religiones, cum quibus communicatur in ipsis priuilegijs, quia hæc potentia propinqua actui habetur pro actu, & vix inueniri poterit aliquod priuilegium, quod actualiter sit in vsu apud aliquam Religionem: non tamen sufficit, quòd iste vsus sit in potentia remota, seu possit acquiri in futurum: Iuxta quod suprà diximus posse vti priuilegijs consuetudine acquisitis, non verò in posterum acquirendis. Ibid. art. 3. de eno Bald. consil. 130. Oldrard. consil. 118. vers. quoniam ad inuestigandum, num. 12. Ruin. consil. 8. libr. 5. Idem ferè docet Suarez dict. l. 8. cap. 35. num. 4. & 5. vbi vsum in potentia, quem nos vocamus, dicit vsum merè negatiuum, qui non destruit priuilegium, & ad hoc citat *l. si filius, C. de decurion lib. 10. ibi, & si necessitas non exigit, tamen patria non remittit: vbi Glossa ait; quædam enim habere possumus, & si nobis vtilia non sunt, & notat etiam ibi Bart. & Glossa in cap. vt priuilegia, ver. b. semel in anno, de priuileg. vbi Panormitan. Mandos. de priuileg. ad instar gloss. 11. num. 9. Balbo tractat. de præscript. 4. p. quinta part.* principal. quæst. 4. num. 3.

59. Priuilegium præsumitur esse actu in vsu ad hoc, vt Religio communicans illo frui possit, si apparet fuisse in vsu apud Religionem, cum qua communicat eo tempore, quo concessio facta fuit, quia qui hodie suo vtitur priuilegio, illo vsum fuisse olim præsumitur. Quòd si non apparet nunc in vsu non esse, sed tantùm constat aliquando fuisse in vsu ante concessionem factam Religioni communicanti, in vsu fuisse tempore concessionis etiam præsumitur, cùm de præterito in futurum præsumatur, l. ex persona, C. de probationibus. Si verò apparet, priuilegium nunquam in vsu fuisse, etiam tempore concessionis talis non vsus præsumitur: vnde vt cõmunicans illo vti possit, oportet probare ipsum in vsu fuisse tempore præfatæ cõcessionis, quia vsus, cùm sit quid facti, non præsumitur, nisi probetur. *Ibidem. articul. 4.* de quo Bertrand. *consil. 199. volum. 2. num. 3. in antiquis, Ranena de consuetud. n. 49.* Rochus de Curte *de consuetudine 1. p. num. 19.*

De amissione priuilegiorum in Religionibus.

60. Primò priuilegium ad faciendū aliquid amittitur per non vsum decennij, l. 1. ff. de nundinis, nisi sit Ecclesia, aut monasterium, quæ non perdunt priuilegium, nisi per non vsum quadraginta annorum, iuxta ius commune,

ne, & sexaginta quoad Regulares, ex Eugenio IV. imò & centum ex alio indulto eiusdem Eugenij in superioribus sæpè relato, de præscriptionibus num. 2. vel nisi veniat casus non vtendi priuilegio, Glossa in cap. Abbate S. Siluani, verb. donec, de verbor. signific. vel etiam nisi adsit impedimentum inculpabile non vtendi, l. & Attilicinus, ff. de seruitut. prædior. rusticorum, Glossa in dict. cap. Abbate, verb. donec. Vel nisi priuilegium sit ad exceptionem, vt si concedat, quòd super aliquo faciendo molestia non inferatur, tunc enim priuilegiatus semper poterit ope exceptionis molestiam repellere, quamuis priuilegio per decennium vsus non fuerit, l. purè, §. final. ff. de doli except. vel tandem nisi priuilegium remunerationis gratia sit concessum, quia tunc induit naturam contractus, estque irreuocabile, ex traditis à Doctoribus mox citandis. *Ibid. d. quæst. 51. art. 5. de quo Roman. cons. 436. num. 14. Alexand. cons. 216. col. 1 lib. 1. Mandos. de priuilegijs ad instar glos. 15 num. 20. Idem ferè docent Bart. in d. l. 1. ff. de nundinis, Cynus, Salicetus, & Iason in l. falso, C. de diuers. rescript. Natta cons 636. nu. 37. DD. in cap. accedentibus, de priuil. Bossius de princip. & eius priuilegijs.* Vide ad hoc auctores à nobis citatos suprà, num 29 præcipuè Suarez d. lib. 8. capit. 34 à num. 19. & capit. 35 præcipuè à nu. 11. & 21.

61. Secundò, priuilegium non faciendi ex contrario vsu, seu actu vnico contrario ipsi priuilegio amittitur, & priuilegiatus renunciasse videtur suo priuilegio, glos. in c. ex ore, verb. renunciasse, per textum ibi: de his, quæ fiunt à maior. part. nisi priuilegium habeat effectum successiuum, & reiterabile, vt est exemptio à solutione annua, nam tunc requiritur continuatio plurium actuum contrariorum per triginta, vel quadraginta annos, cap. si de terra, cap. accedentibus, de priuileg. Vel nisi contrauentio fiat per eum, qui priuilegio renunciare non potest, vt per monachū facientem contra priuilegium Religionis, quia tunc non perditur, nisi per lapsum temporis ad præscribendum requisiti. *Ibidem dict. art. 5. de quo Bart. & DD. in l. fin. ff. de constitut. & in capit. cùm accessissent, de constitut. Bald. consil. 337 lib. 4. Iason in l. fin. ff. de constit. Principum, Mandosius vbi suprà num. 22. Idem post multos sextus, & auctores tradit latè Suarez d. c. 35. à num. 2. et præcipuè à numer. 11. & 21.*

62. Priuilegio prohibitiuo continenti decretum irritans nullo temporis spatio per actus contrarios potest renūciari, ex decisione Rotæ, nisi totum cōcernat solum priuilegiati fauorē, tūc enim per actus contrarios illi renunciari potest, tenent plures, ibid. ar. 6. de quo Mādos. de priuilegijs ad instar gloss. 15. n. 3 post alios. Idem post multa ante à se tradita resoluit Suarez *d. c. 35 nu. 23. ad finem.* Rota dec. 263. in antiquis.

63. Sicut consuetudini non censetur derogatū vnico actu contrario, imò nec bina contrauētione, ex glossa communiter approbata in l nemo 123. §. temporaria, ff de regul. iur. ita à fortiori nō censetur derogatum priuilegio non faciendi consuetudine quæsito per vnicū actum, ex communi DD. in capit. accedentibus, de priuilegijs, & in cap. cùm accessissent, de constitutionibus, nisi actus contrauentionis sit collegialiter factus, nam eò casu censetur derogatum consuetudini ex vnico actu, nisi protestatio in forma publica præcesserit. *Ibidem. artic 7. de quo Bart. & Bald. in l. 1. C. de his qui sponte muner. public. l. 10. Mādos. vbi sup. num. 33. Natta cons. 636. l. 3. Idem ferè docet Suarez lib. 7. de legibus c. 20. num. 20. & 21.*

De extensione priuilegiorum.

64. Priuilegia concessa Religioni censentur etiam per extensionem concessa prælatis Religionis, cùm per electionem in prælatos non desinant esse de corpore Capituli, seu cōmunitatis, ibid. art. 8. de quo Bart. in l. quod constat. ff de milit. test. Mandos. vbi suprà gloss. 5. num. 8 & 9. Vide ad hoc Suarez

dict. lib. 8. cap. 9. num. 8. vbi agit, an idē sibimet concedere possit priuilegium, & c. 10. per totum, an priuilegium comprehendat alios extra eos, qui in ipsos exprimuntur, & c. 11. tractat, an priuilegium extendatur ad coniuncta, seu correlatiua.

65. Non tamen concessa Abbatij, ad commendatarium, etiam perpetuum, cui Abbatia est commendata, protrahuntur, quia in eo cessat ratio finalis priuilegij, quod gratia, ac intuitu Ordinis, & Regulæ conceditur, quàm ipse commendatarius non profitetur, ac per consequens, nec priuilegijs Religioni concessis, in qua extat commenda, fruitur. *Ibid. art 9.* de quo Bart. *in d. l. quod constat. de milit. testamen.* Vide adhoc Sanchez *lib. 6 Decalog. cap. 8. num. 84. & quæ diximus resolut. 1. num. 16.*

66. Quando priuilegia, nisi per singulares personas exerceri, & practicari nequeunt, vt sunt apud Religiones concessa pro prædicationibus, confessionibus, sacramentorum administratione, indulgentiarum lucratione, & similibus, quorum exercitium non ad communitatem, sed ad singulares personas pertinet, concessa corpori, seu communitati quorum ipsa communitas collegialiter sumpta non est capax, ad singulos protrahi, & extendi ex præsumpta concedētis mente interpretatur: secus priuilegium frustratorium redderetur, argumento *capit. si sententia, de sentent. excommunicat. lib. 6. & cap. per exemptionem, de priuilegijs, eodem lib. 6. Auctor ibidem art. 10.* de quo D. Thom. *in 4. distin. 25. qu. 2. Ludou. Gomez in regula de idiomat. quæst. 2. num. 4. Alciat. lib. 3. de præsumptionibus, præsumpt. 34.*

67. Priuilegia singularibus personis Religionis cōcessa ad Prouinciales, & Generales eiusdem, etiā si à concedente non exprimatur, extendi certissimi iuris est, nisi aliud ex mente eiusdem concedentis conijciatur, nam in fauorabilibus, & in materia proportionabili Abbas venit appellatione Monachorum ex gloss. in capit. finali, vbi DD. de simonia, nec dicti prælati per adeptionem suorum officiorum desinunt esse Religioni, nec debent esse deterioris conditionis, quàm alij sibi subditi. ibid. artic. 11. de quo Armilla verb. Abbas, Mandos. *vbi suprà glossa 6. num. 29 de priuilegijs ad instar.* Vide ad hoc Sanch. *vbi supr. num. 84.*

68. Priuilegia Religioni, vel eius singularibus personis concessa, ad nouitios non extenduntur, nisi id expresse declaretur, vt solet fieri, quia hi neque verè, neque cum effectu Religiosi dici queunt, *capit. Religioso, § quamuis de sentent. excomm. lib. 6 Auctor ibid. art. 12.* de quo Tiraq. *de vtroque retractu, tit. 1 § 1. glos 8. num. 21. vsque ad 41.* Idem docet Suarez *d. libr. 8. capit. 17. numer. 14. ad finem.*

RESOLVTIO CXVII.

De viuæ vocis Oraculis.

1. Gratia solo viuæ vocis oraculo facta quoad se perfecta est, & valida, sed ad probationem indiget scriptura. Leo X. apud Bullarium concessit Fratribus Minoribus, vt possint secura conscientia vti omnibus concessis à Sede Apostolica, prout in libris Ordinis reperiuntur, quæ omnia de nouo concessit pro maiori securitate. Item etiā concessit, quòd viuæ vocis oracula non sint minoris efficaciæ, & valoris, quàm si per Bullam, aut Breue essent concessa in foro conscientiæ tantùm, tom. 3. quæst. 22. art. 1. & 2. Vide suprà de priuilegijs, num 5. Bullar. orac. 4. & 22. Leon X.

2. Idem Leo X. concessit dictis Fratribus Minoribus, vt non solùm Generalis in Capitulo generali, sed etiam Prouincialis de consensu Capituli Prouincialis possint limitare, vel omninò tollere vsum alicuius viuæ vocis oraculi, quo deinceps non poterunt Fratres vti, ac si per suam Sanctitatem suspensum, aut reuocatum fuerit, *Ibid. artic. 3.* de quo suprà *de priuilegijs, num. 25.* Bullar. orac. 71. Leon X.

RE-

RESOLVTIO CXVIII.

De Processionibus.

Trid. sess. 25 cap. 13. de Reg. 1. Concilium Tridentinum decernit, quòd Regulares compelli possint accedere ad publicas processiones, his tantùm exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt. Aduerte tamen, quòd nisi vocentur, non tenentur ire, nec vocandi sunt, nisi ex causa publica, & magna fiant processiones, ad quas secundùm consuetudinem antiquam locorum soliti sunt Fratres accedere, ex declaratione Pij V. apud Bullarium, quæ quantum adhoc non est reuocata per Gregorium XIII. qui tantū reuocauit concessa à Pio V. contra Cōcilium Tridentinum, non verò contra declarationes eiusdem Concilij, cuiusmodi est ista. (Bull. bull. 17. Pij 5. Bull. 38. Greg. 13.) Nec per excommunicationem possunt compelli ab Episcopis dicti Regulares super eo, nisi ad id existat aliqua declaratio Cardinalium, cui standum est, tom. 3. q. 36. art. 1 & in addit. summæ tom 4. c. 105. num. 1. ad fin. de quo Zar. in praxi Episc. 1. p. vlt. Process. §. 2. P. Villalob. 2. p. sum. tract. 35. diffic. 5. num. 17. Portel vlt. Processiones, num. 2. Quaranta in summa Bullar. vlt. Præcedentia, in fine refert, plurics per sacram Cardinalium Congregationem fuisse decisum non posse compelli per censuras ab Episcopo dictos Regulares ad processiones, & refertur à Barbosa *in Remissionibus ad dictum cap. 13. de Regularibu, num. 5. & resoluit San chez de matrim. lib. 7 disp. 33. num. 23. & nos diximus suprà de excommunicatione, num. 5 & suprà de Episcopis, nu 15.*

2. Pro quo aduertere oportet, quòd Priores, vel Archipresbyteri Ecclesiarum Collegiatarum, aut parochialium in oppidis, vbi non resident Episcopi, non possunt compellere Religiosos ad processiones prædicto modo, vt resoluit Auctor citato loco Addit. summæ *dict. num. 1 ad finem*, de quo P. Villalobos infrà citandus, numer. 4. qui idem docet.

3. Monachi Benedictini, & Cistercienses sunt exempti à præfata lege eūdi ad processiones. Quia in strictiori clausura viuunt, iuxta dictum Decretū Tridentinum. Item Monachi D. Hieronymi in Hispania per Pium V. apud Compend. D. Hieron. (Cōmp. D. Hier.) Item Religiosi Societatis Iesu per Gregorium XIII. apud Compend. Societatis: eadem exemptione gaudent Collegia Mendicantium studijs tantùm, & lectionibus vacantia per quandam Bullam Pij V. apud Bullarium, quæ non est abrogata per Concilium Tridentinum. (tit. processiones. Societat. titul. processif. Bull. Pij V. bull. 7.) Religiosi tandem, quorum Monasteria sunt remota vltra vnum milliare è locis, seu oppidis, vbi facienda est processio, non possunt ad id compelli, ex Leone X. in Cōcilio Lateranensi, quod non est reuocatum à dicto Concilio. Imò ex duplici declaratione, seu decisione Cardinalium sufficit distātia dimidij milliarij, vt non teneantur Regulares accedere ad processiones *ibid. art. 2. Idem testatur Marzilla libr. 1. declarat. Cardin. tit. 12. cap. 14. §. exempti, & refert etiā Barbosa in Remissionibus ad dictum caput. 13. de Regularibus, num. 7. & habetur in Bullario inter viuæ vocis oracula Clementis VIII. §. Congregatio Concilij censuit 3. in ordine, de quo Syluest. verb. Episcopus, num. 9. versic. quoniam po est. Helman c. dilecti, col. penul. verb. circa, de offic. ord. n. Calder. cons. 80. Aloysius Riccius Curiæ Archiep. Neap. decis. 131. vide etiam cap. nimis iniqua, & cap. nimis praua, de excess. prælat. & Gregorius IX. ... Religiosos à grauamine ... prælatis Ecclesiarum, à quibus coguntur ... primò ad Ecclesias suas deferri.* (Bul. apud Clem. 8. in princ.) Vide P. Villalob. 2. p. summæ tract. 35. diffic 5 nu 8 qui rem latè tractat.

4. Monasteria, quorum Religiosi ex legitima præscriptione quadraginta annorum post Tridentinum Concilium non sunt cōsueti accedere ad processiones, non possunt ad id compelli, etiā si nul-

lo ad præscribendum muniantur titulo, quem ad huiusmodi tam longi temporis præscriptionem non requiri, tenet communis Doctorum, dummodò tamen fuerint aliquando vocati, & illi ire renuerint. Quod maiori ratione procedit in Monasterijs existētibus in possessione non eundi ad processiones ante dictum Concilium, iuxta priuilegiū Sixti IV. quo fruebantur, quia tali priuilegio absolutè non derogat Concilium, nec efficaciter illi resistit. Ita resoluit Auctor ex sententia plurimorū in *Addit. summa vbi suprà n. 2. de quo Couar. in regula, possessor, 2. part. §. 5. num. 2. versic. 2. & lib. 1. variarum cap. 17. num. 17. in fine. Innocent. & Abb. in c. si diligenti, nu. 34. de præscript. Idem docet P. Villalobos vbi suprà, quo loci resoluit, Religiosos ad eas tantùm processiones teneri accedere, quibus assistit Episcopus. Itaque in Ecclesijs duntaxat* Cathedralibus, vel in locis, vbi Episcopus adesse contigerit, & non extra illa possunt compelli Prædicatores & Minores Fratres ad processiones, etiam si fiant pro re graui, & publica, & citat Abbatem in c. nimis praua, n. 3. de excess. prælat. & Fuscum in pract. Episc. verb. Processiones §. 1 fol. 139.

In Bull. 14. Sixti 4. n. 33. & bul. 33. nu. 30.

5. Dicti autem Religiosi exempti à lege eundi ad processiones, si spontè accedant ad funeralia, vel ad processiones ob grauem, & publicam necessitatem, aut honorem debitum Principi defuncto, non ideò censentur renunciare suo priuilegio, oportet tamen, quòd de eo fiat protestatio iuridica coram notario, & cum publico instrumento in forma Collegij se accedere, saluo iure sui priuilegij. Vel etiam dic, quòd etiamsi per vnum, vel plures actus contrauenīant suis priuilegijs scienter, vel ignoranter, adhuc non fit præiudicium priuilegio in bonum totius Religionis concesso, ex quodam Indulto pro Canonicis Regularibus Lateranensibus, *ibidem artic. 3 de quo Bart. in l. 2. C. de accusat. in serum. Menoch. consil. 75 num. 70. & 74. lib. 1. & P. Villalobos suprà diffic. 4. nu. 2. in casu simili resoluit. Vide supr. 116. numer. 19 & num. 60.*

6. In processionibus primum locum obtinent cleri sæculares, & inter istos primò Canonici Ecclesiarum Cathedralium, deinde Collegiatarum, Rectores Parochiales, & tādem reliquus clerus. Secundo loco constituuntur Regulares, inter quos primas tenent Canonici Regulares S. Augustini, deinde monachi Benedictini, Cistercienses, & cęteri Monachales iuxta præscriptum suę antiquitatis. Postremo veniunt Fratres Mendicantes, primò Prædicatores, deinde Minores. Eremitæ Sancti Augustini, & tandem Carmelitæ. Inter omnes autem compertum est, quòd nulla facta distinctione antiquitatis, vel Religionis Episcopi, & superiores debent præcedere, deinde Abbates Monasteriorū iuxta antiquitatem suarum Religionū. *tom. 3. q. 37. art. 1.* de quo Nauar. *in c. statuimus, 19. qu. 9. nu. 4.*

7. Præcedētiæ, & maioritates apud Religiones licitæ sunt, expeditque vt seruentur iuxta ordinem, gradum, & dignitatem vniuscuiusque ad instar Angelorum, quorum alij sunt alijs maiores, & excellentiores secundùm suas Hierarchias, & differunt in gradibus, & dignitatibus. Vnde has præcedentias apud Regulares statutis, & consuetudinibus approbatas videmus. *ibid. artic. 2.* de quo Tiraq. *de Prim. in præfatione nu. 13. Lara in l. si quis à liberis, nu. 21. ff. de liberis agnoscendis.*

8. Circa præcedentias inter Regulares in processionibus, & funeribus præcipit Tridentinum Concilium, vt Episcopus amota omni appellatione, & quibuscunque non obstantibus id componat iuxta quòd Episcopus præcipere debet partibus litigantibus, vt vnusquisque sine mora ius suū exhibeat, ad quod non requiruntur exactæ probationes, nec aliqua tela iudiciaria. Quod si non potest in breui de iure partium constare, Religio habens de iure communi præcedentiam, præferenda est habenti illam de priuilegio, vel consuetudine, saluo semper iure alterius partis. Si autem magna seditio orta fuerit, & contentio, nec possit protunc aliter sedari, vtrique contendētes repellantur à processione pro illa vice, omni appellatione

Trid. sess. 25. c. 13. de Reg.

ne remota *Ibid. art. 3.* de quo Innocent. *in c. in præsentia, de prob. Villadiego de legatis 2. p. q. 7. n. 15. Vide Barbosa de offic. & potest. Episc. p. 3. allegat. 78. nu. 26.*

Bull. bull. 2. & 31. Leon X. Bull. 7. Greg. 13.

9. Fratres Minores de Obseruantia præcedunt Fratres Conuentuales eiusdem Ordinis in quibuscunque processionibus, & alij actibus publicis, ex declaratione Leonis X. in Bulla vnionis, quæ habetur in Bullario. Cōstitutio autem Gregorij XIII. vt non secundùm antiquitatem Religionis, sed iuxta fundationem Monasteriorum antiquiorē in locis præcedant inter se Mendicantes, in his Hispaniarum partibus nō est vsu recepta. *ibid art. 4* de quo Capuccinus *tit. processio 2. co. p. 333.* Vide Barbos. *vbi sup. num. 32. 33. & 34.*

10. Iure communi attento Regulares non possunt facere processiones extra suos Conuentus, non enim habent territorium extra illos, & ita praxim obtinere, affirmat Zerola in praxi Episcop. 1. p. tit processiones, fol. 140. versicul. ad quartum. Sed in hoc standum esse consuetudini locorum existimo. In Portugallia vsu receptum est, vt Religiosi faciant processiones extra suos Conuentus absque aliqua Episcopi licentia Addit summæ supr. nu. 5. de quo Portel verb. Processiones, num. 8. & P. Villalob. 2. p. tract 35. diffic. 5. num. 9. Barbosa vbi sup. num. 7. vbi per triginta passus extra ambitum Monasterij id licere, ait, per *cap sicut antiquitus 17. q. 4.*

RESOLVTIO CXIX.

De Procuratoribus Fratrum.

1. Conuentus in pertinentibus separatim ad ipsum potest procuratorem absque vllo prælati consensu cōstituere, Clement. ne in agro, §. si quis autem, vbi glossa verb. Abbate, de statu Monachor. ac per consequens se, & sua bona potest obligare, vel quatenus pertinent ad illum in constitutione sui procuratoris, quem legitimè constitutū non potest Prouincialis reuocare, argumento c. 1. de regul. iur. Ad constituendum autem huiusmodi procuratorem debet Conuentus totus ad sonum campanæ conuocari, congregatisque Fratribus Præsidens debet proponere, & petere à quolibet eorum suffragium, & in instrumento procurationis debent exprimi nomina singulorum, nisi ob multitudinem omnes describi non possint. Hoc tamen non habet locum in procuratore, seu Syndico Fratrum Minorum, qui non constituitur à Conuentu, sed à Papa, seu à Prouinciali nomine Papæ, vt ibidem videbimus. *tom. 3 qu. 38. art. 1. & 2. & tom. 4. Addit. summa, cap. 106. nu. 6. de quo Innocent. in c. edoceri, nu. 6. de rescriptis. Nauar. in cap. non dicatis 12. qu. 2. & in addit. ad libr. 1. cons. tit. de electione, cons. 12. Speculator titulo, de Syndicis. Aretin in cap. de testibus col. 3. de testibus cogend* Idem docet Sanchez *lib. 6. Decalog. cap. 13. nu. 25. ad quod citat cap. olim, de accusat. cap. cum I. & A. de sentent. & re iudicat. & Clem. Religiosus, vbi glos. verb. consorte, de procurator. & tradit ibi Cardin. num. 13. qu. 10. Innocent d. capit. cum I. & A. num. 4. Hostiens. num. 2. Ioan. Andr. num. 2. Abbas num. 19.* Imò & Monachus potest constituere procuratorem ad se defendendum quoties ei integrū est agere, tradit idem Sanchez *d. lib. 6. c. 12. num. 3. & 32.*

De Procuratore, seu Syndico Fratrum Minorum.

1. Apud Minores procurator, seu Syndicus constituitur à Generali, Prouinciali, vel Custode, qui ad id habent facultatē à Martino IV. Martino V. Eugenio IV. & alijs Pōtificibus apud Bullarium. Et ita per ipsorum aliquem nominatus, eo ipso manet institutus Syndicus, seu procurator nomine Papæ, & Bull. 1. Mart. 4 & Bulla 2. Sixti 4. & bulla 4. Iulij 2.

Ec-

Ecclesiæ Romanæ, ad quam pertinent res concessæ Fratribus, & earum dispẽsatio, non verò est procurator, vel administrator ipsorum Fratrum, vt fit apud Religiones possidentes bona in cõmuni, nec potest nominari à Guardiano, nisi ex speciali cõmissione Prouincialis. Est autem huiusmodi Syndici vsus valde vtilis, & aptus pro obseruatione regulæ, & paupertatis, ob idque fuit assignatus à Domino Papa; & fine illo vix posse seruari puritatem Regulæ ob continuas necessitates recurrendi ad pecuniam existimo. Vnde adhuc superstite P.N.B. Francisco vsus illius incepit in Religione, ex Innocentio IV. cõtemporaneo ipsius Seraphici Patris. *tom.3.quæst.39.art.1.& 2.* de quo Compend. Minorum *verb.Procurator.§.3.vbi Collector.§.sciendum*. Vide Cordub. *in regul.capit.4.qu.16.puncto 1.Portel verb. Syndicus num.2.& 4.*

In bull. bull.6.Innoc.4.

3. Præfatus Syndicus sic constitutus à Prouinciali habet facultatem ad recipiendum omnia tam mobilia, quàm immobilia, quorum vsus licitus est Fratribus, & ad conuertenda ea, seu eorum pretium in vtilitatem, seu necessitates ipsorum Fratrum. Item ad agendum in iudicio, seu ad procurandum in omnibus causis pro locis, & rebus ad Romanam Ecclesiam spectantibus, & ipsorum Fratrum vsui concessis, nec non pro immunitatibus, iuribus, ac priuilegijs ipsorum, & suorum Conuentuum. Rursus possunt alienare, permutare, vẽdere, in vsumque Fratrum conuertere, cæteraque agere tanquam veri administratores, & œconomi rerum vsui Fratrum deputatarum nomine ipsius Sedis Apostolicæ, cuius procuratores sunt, & ad quam pertinet earum dominium. Ita cõcesserunt Martinus IV. & Sixtus IV. in Bullis superiùs relatis. Aduerte tamen, quòd licèt dictus Syndicus petere possit nomine Papæ quodcunque ius ad Ordinem pertinens, non potest tamen ipse conueniri in iudicio vt reus pro aliquo Religioso, qui magnis debitis pecuniarijs se innodauit, etiam si talia debita nomine Conuentus cõtraxerit, quia Papa non se constituit dominum rerum, & iurium pertinentium ad Ordinem, vt sentiret commoda, & incommoda, sed tantùm, vt hoc remedio subleuaret summam paupertatem Fratrum incapacium habendi, vel administrandi aliquid. Rursus aduerte, quod non potest etiam Syndicus agere super rebus concessis Fratribus, quarum dominium dantes sibi reseruarunt, aut quarũ vsus non est licitus Fratribus. *ibid.art.3* de quo Collector *citato loco Comp.3.* Idem tradunt Corduba *vbi suprà punct.2.* Portel *num.3.*

4. Non est contra Regulam Fratrum Minorum vti Syndico ad pecuniam deponendam, iuxta Martini V. & Pauli IV. constitutiones, imò nulli Fratrum licet nisi apud ipsum tanquam nomine Papæ constitutum denarios deponere: nam dominium pecuniæ simpliciter oblatæ sine speciali ipsius dominij reseruatione apud dantem minimè remanet, sed transit in dominium Sedis Apostolicæ, iuxta determinationem præfatorum Põtificum iam receptam, etiam à Cismontana familia in Capitulo Generali Romano anno Domini 1600. & consequenter secundùm voluntatẽ Domini Papæ, cuius est talis pecunia, pro necessitatibus tantùm præsentibus, & imminẽtibus recipi, ac consumi potest. Vnde licèt dans reseruet sibi dominiũ pecuniæ oblatæ, ac ideo non transeat in Ecclesiam Romanam, adhuc Fratribus non licet illam consumere nisi iuxta voluntatem, & dispositionem Papæ, qui pro necessitatibus, præsentibus, & eminentibus tantùm vult, vt consumatur, ibid artic.4. de quo Cordub. super Regul 4.quæst.16 pũcto 3. & 4. Ordinatio Toletana titulo, de Syndico, Portel vbi suprà num.4. qui addit cum Collectore in Compend vlt. procurator, §. sciẽdum, quòd Fratrũ Conuẽtus non vtens syndico exponunt se periculo frangendi regulam, ob continuas occurrentes necessitates, quibus vix potest subueniri, nisi recurrendo ad pecuniam

5. Syndici Fratrum Minorum per priuilegium Sancij V. Regis Castellæ confirmatum per suos successores Reges Hispaniarum sunt exempti à contributione vulgò dicta apud Hispanos, Pecho, iuxta quod latæ sunt tres sentẽtiæ

tiæ diffinitiuæ, & prouisiones executoriales, vna in Cancellaria Vallisoletana pro Syndico Conuentus Sancti Fräcisci Taurēsis, alia in Tribunali Granatensi pro Syndico Sancti Frācisci Vvedensis, & altera pro Syndico Conuentus Salmanticensis in Curia Vallisoletana. Plura alia conceduntur in dicto priuilegio Domini Sanctij Regis Fratribus Minoribus Obseruantiæ, ipseque Rex se constituit defensorem ac protectorem Ordinis pro conseruatione suorum priuilegiorum, & inter alia concedit, vt nullum tributum à dictis Fratribus exquiratur respectu eorum, quæ sibi pro rebus necessarijs, ac pro ædificatione, & reparatione suorum Conuentuum adducuntur. Refertur hoc priuilegium ad longum *tom. 3. quæst. 40. art. 1.* Idem priuilegium refert Portel *vbi suprà num. 7. ad finem*, quod addit non esse in vsu in Regno Portugalliæ, nec mirum, quia fuit factum pro sola Castella, nec confirmatum per Leges Lusitaniæ.

6. Item Procuratores, seu Syndici Monialium Sanctæ Claræ & Tertiariorum vtriusque sexus in Congregatione viuentium gaudēt omnibus priuilegijs, immunitatibus, gratijs, & indultis spiritualibus, & temporalibus Syndicis Fratrum Minorum, & procuratoribus Prædicatorum concessis, & concedendis per Sixtum IV. in bulla Aurea suprà relata apud Bullarium. Syndici autem Fratrum Minorum, eorumque substituti, liberi, parentes, fratres, sorores, & vxores eorum lucrantur indulgētias concessas eisdem Fratribus, dicendo in eorum Ecclesijs quinquies Pater noster cum totidem Aue Maria pro statu Ecclesiæ, ex indulto Innocētij VIII. apud Compend. *verb. Procurator. ibid. artic. 3.* Idem tradit Portel *dict. num. 7. §. de priuilegijs, & verb. interdictum num 71.*

Bull bul. 20. Sixt. 4.

Compēd. verb. Procurator §. 12.

7. Imò dicti Syndici Fratrum Minorum in causis tam Ciuilibus, quàm Criminalibus, & mixtis ipsos tangentibus sunt exempti à potestate sęculari, nec possunt conueniri, nisi corā iudice cōseruatore ipsorum Fratrum, ex indulto Clementis VII. apud Bullarium. Sicut etiam familiares sanctæ Inquisitionis in prædictis casibus à iurisdictione sęculari esse exemptos per Apostolica diplomata compertum est. Nec dubitare licet, Summum Pontificem in ordine ad spiritualem finem, in fauorem videlicet Religionis, laicis prædictam exemptionem concedere posse, præcipue illis, qui sunt deputati à Sede Apostolica pro seruitio Fratrum, & nomine ipsius sunt constituti tanquam procuratores rerum, & iurium Ecclesię Romanæ, quorū ipsi Fratres habent vsum, quales sunt dicti Syndici. Vnde sicut quæ Religiosis adhærent, religiosa sūt. l. quæ Religiosis, ff. de re iudicat. & ex tali cohærentia sortiuntur suam naturam, argumento cap. super eo, de parochijs, non est mirum, quòd huiusmodi Syndici Fratrum adhærentes Religiosis, naturam Religiosorum sortiantur, ac immediatè suæ Sanctitati subdantur quoad omnia. Ita tenēt grauissimi Doctores infrà citandi. Neque obstat non vsus huius priuilegij ad inducendam præscriptionem, quia à Clemente VII. vsque ad hunc diem non sunt transacti centum anni requisiti ex priuilegio Eugenij IV. in superioribus relato ad præscribendum contra res, & iura Ordinis Minorum, præterquam quòd hoc indultum, & reliqua nostra priuilegia sunt confirmata à pluribus Pontificibus post dictum Clementem VII. ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quæ confirmatio *ex certa scientia, habet vim nouæ concessionis, vt suprà de priuilegijs num. 9. resoluimus ibid. art. 4. de quo Victoria de potestate Ecclesiæ quæst. 5. vers. 8. Maranta de ordine iudic. 4. p. dist. 1. num. 4. Nauar. in cap. nouit, notab. 5. n. 29. de iudicijs, Suarez libr. 8. de leg. b. c. 18. à num. 12. F. Ioan. Crucius in epitom. libr. 2. capitul. 3. numer. 2. conclusion. 6.* Idem docet in nostris terminis Portel verb. priuilegij confirmatio num. 29. & verb. priuilegij cessatio per non vsum num. 63. & expresse verb. Syndicus nu. 5. § & fortè, in fine, & sentire etiam videtur P. Miranda tom. 2. Manual. quæst. 47. art. 7. concl. 2. dum ait, Papam omnes causas Ecclesiasticas iure aduocare ad se posse, & determinandas, cui voluerit committere, respectu quarum, addit

Bull bull. 2. Clem. 7. Comp.

Mendicātit. Procurat. seu Synd. §. 13.

Roboratur sententia Auctoris.

Bull. bul. 17. Eugen. 4. nu. 15.

addit conclus. 3. integrum esse conseruatoribus Religionum procedere contra laicos.

8. Aliqua est differentia inter Syndicum,& procuratorem, nam procurator aliena negotia mandato sibi à Domino facto gerenda gratuito suscipit. l. 6. hac actione, de negot. gestis, c. Saluator 1. quęst. 3. Syndicus autem, seu actor est, qui instituitur ab vniuersitate, seu à ficto domino ad sui defensionem, ac suorum priuilegiorum, seu immunitatum obseruationem, c. vnico, de Syndico. Vnde Syndicus Fratrum Minorũ propriè debet procurator appellari, quia instituitur à vero domino, qui est Papa, licèt à prçlatis nominetur, ex ea tamen parte, qua est defensor Fratrum, & priuilegiorum Ordinis per viam iuridicam propugnator, seu protector, optimo iure potest Syndicus nuncupari, *ex l. si defensores, ff. de municip. & honoribus. Auct. tom. 3. quęst. 41. art. 1. de quo vide Gulielm. Durand. in speculo iuris li. 1. partic. 3 sub titul. de procuratore, & sub titul. de Syndico, Donel, comment. iuris ciuilis lib. 18. cap. 11. Mantica de tacitis, & ambig. conuent. lib. 7. tit. 1. cum sequentib. Azeued. ad curiam Pisan. li. 24. 18. num. 14. & 43. Auilez. ad c. 21. Pratorum.*

9. Religiosi non possunt esse procuratores, nisi in causa sui monasterij de mandato prçlati, cap. monachi, el 2. 16. quęst. 1. cap. 1. de postulando, & colligitur ex Clementina, Religiosus, de procuratoribus; exceptis Fratribus Minoribus Obseruantię, quibus neque de mãdato superioris licet tale munus exequi cùm illis sit interdictum aliquem in iudicio conuenire, nec suo nomine, nec alieno, ex cap. exijt, & Clem. exiui, de verbor. signific. Vnde eo ipso, quo quis ingreditur, & profitetur in Religione, expirat mandatum à creditore ad conueniendum debitorem, seu officium procurationis, quia sicut Religioso procurationem suscipere non licet, ita susceptã ante professionem retinere prohibetur, ibid. art. 2. & 3. Idem tradunt Guillelm. Reduan de spolijs Ecclesiasticorum q. 2 num. 17. tom. 14 tract Sayro in claui Regia lib. 12. cap. 22 nu. 5. Fulu. Pacian. consil. 162. num. 192. & 193. quibus citatis, & alijs multis congestis idem latè resoluit Sanchez lib. 6. decalog. cap 13. à num. 1. prçcipuè à num. 3 & agens de Fratribus Minoribus num. 11. & de ingresso Religionem post litem contestatam, qui nõ potest causam prosequi, sed reuocandum esse procuratorem, resoluit num. 16. per textum in l. aut religionis, iuncta l. prçcedent ff. de procurat. vbi inter casus, in quibus potest procurator post litem contestatã reuocari, ponitur hic, & docet ibi glos. verb. aut Religionis.

10. Quapropter Clemens VIII. apud Bullarium optimo iure prohibuit Fratribus Minoribus esse procuratores suarum Monialium in temporalibus, in colligendis scilicet redditibus, & alijs negotijs ad monasteria spectantibus tractandis Ad quod vide Sanchez dict. c. 13 num. 20 & 21. Portel verb procurator Monialium num 1. Bull. bul. 15. Cle. 8.

11. Prouincialis potest amouere procuratorem, seu œconomum sęcularem Monialium cõstitutum pro redditibus, iuribus, & causis ipsarum peragendis, etiam si sit const tutus à fundatore monasterij sub conditione, vt si amoueatur ab Abbatissa ipse, vel eius succeßor in officio perpetuę administrationis ipsius monasterij ab ipso fundatore perpetuò conceßo, ipsamet Abbatissa soluat mille ducatos: quia hęc conditio onerosa apposita in fundatione sine consensu, & beneplacito superioris Monialium requisito à iure in cap. prçterea el 2. de iure patronat non valet, pro quo facit quędam bulla Iulij II. suprà relata apud Bullarium. Addit, summę tomo 4. cap. 106. num. 3. de quo Gama 1. p. decis 108. Idem tradit Portel vbi suprà numero 2. Bull. bul. 4. Iul. 2.

De profeßione in Religione vide suprà de nouitijs à nu. 52.

R E-

RESOLVTIO CXX.

De Protectore Ordinis Minorum.

1 Cardinalis Protector in nostra Seraphica Religione licèt sit gubernator, Corrector, & Protector Fratrum ex Regula cap 12. Gregorius tamē IX. relatus à Sixto IV. in bulla infrà mox citanda (qui adhuc in minoribus constitutus hoc officio functus fuerat) determinauit, & declarauit, Fratres in nullo esse subiectos præfato Protectori, nisi duntaxat in casu, quo ipsorum Fratrum communitas, vel generale Capitulum ab vnitate fidei (quod absit) vel ab obedientia Romanæ Ecclesiæ, aut ab obseruantia suæ Regulæ deuiarent, & addit Pontifex, Fratres reccurrentes ad Protectorem tanquam ad prælatum prolicentijs, & alijs consimilibus grauiter esse puniendos, & ipso facto manere suspensos ab actibus legitimis, & ab officijs Ordinis. Quod & approbauit Sixtus IV. apud Bullarium, declarans, quòd nec in dictis tribus casibus habeat auctoritatem Protector, quando nō vniuersi, sed tantùm aliqui Fratrum in quouis numero à fidei vnitate, vel Romanæ Ecclesiæ obedientia, vel obseruatione Regulæ deuiarent, & id ipsum confirmarunt Iulius II. & Gregorius XIII. apud idem Bullarium tom. 3. quæst. 42. art. 1. de quo Cordub. in addit. ad Comp. titul. Protector, & super regul. c. 12. q. 2.

Bull. bul. 5. Sixt. 4.

Bull. 4. Gr. 13. vbi refertur bul. Iul. 2. & Sixt. 4. Bull. 8. Iulij 2.

2. Prouinciales Ministri apud nos Minores habent eandem potestatē circa Moniales sanctæ Claræ eorum curæ cōmissas, quam Vrbanus IV. concessit Protectori Ordinis ex bulla Iulij II. apud Bullarium. Vnde iam tota iurisdictio, quā in ipsas Moniales exercebat prælatus Ordinis Protector, translata est ad prælatos superiores eiusdem Ordinis, ibidem art. 2. & tomo 1. qū. 17. art. 8. & nos diximus suprà de prælatis num. 14.

RESOLVTIO CXXI.

De prouincia, & Prouincialibus.

1 Apud Minores Fratres non potest erigi de nouo Prouincia, aut iam erecta extingui, mutari, diuidi, aut vniri absque speciali Sedis Apostolicæ auctoritate, & quidquid in cōtrarium factum fuerit est irritum, & inane, ex decreto Nicolai IV. apud Bullarium: sicut à simili non potest fieri noua constitutio Sedis Episcopalis, neque diuisio, neque subiectio absque Papæ facultate, cap. Felix 16. quæst. 1. cap. nisi specialis, ca. quod translatione, de officio legati. Auct. tomo 1. quæst. 23. art. 8. & tomo 3. quæst. 42. ar. 1. de quo Syluest. verb. casus, casu 9. & 10. P. Miranda tom. 2. q. 7. art. 11. Si quis verò per personam aliquam extra Ordinē procuret, vt vniatur, aut diuidatur aliqua prouincia, excōmunicatus manet, ac priuatus actibus legitimis per statuta generalia Salmantina anno Domini 1553. teste Portel verb. Prouincia nu. 1.

Bull. bul. 3. Nico. 4.

2. Licèt Generalis de potestatis plenitudine possit incorporare Religiosum vnius prouinciæ in alia eiusdē Ordinis, cùm habeat in omnes sui Ordinis prouincias summam potestatem, eius tamē potestas, & facultas debet iuxta iuris metas regulari, quod enim omnes tāgit, ab omnibus debet approbari, vt est vulgatum in iure, ideòque requiritur cōsensus prouinciæ admittentis, quod & statuta Toletana nostræ Religionis requirūt, ibi tamen permittitur Generali, vt de potestate absoluta possit incorporare pro graui, & notoria causa tomo tertio quæst.

quæst.52.art.23.ad finem. De quo Portel.vbi supra numer.2. An autem possit Generalis transferre Prouincialem de vna in alteram Prouinciam? Negat Pet. Miranda dict.quæst.7.art. 5. nisi de speciali licentia Pontificis, argumento c.1. & 2.de translat.Episcop.

3. Prouincialis non potest omninò eximere Religiosum ab obedientia sui prælati Conuentualis verbigratia Guardiani, nec Generalis potest similiter Guardianum eximere à suo Prouinciali id enim rectæ rationi, & consuetudini refrigerari videtur, benè tamen potest sit quoad aliquid particulare id efficere, tom.13.quæst.23. art.3. de quo Syluest. verb.casus, casu 5.q.1.Pet.Mirand.dict. quæst.7.art.6.

4. Religiosus professus apud Indias Orientales, & incorporatus in quadam Prouincia Hispaniæ virtute cuiusdam specialis indulti Apostolici non potest potest expelli à dicta Prouincia, nec Prouinciali licet per obedientiam eum compellere, vt ad easdem partes orientales iterum se conferat, ex eo solùm, quòd ibi professionem emisit, ibidem §.ex quo infertur.

5. Prouinciales habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos & ita tantum potestatis habent circa ipsos, quantum habent Episcopi erga suos, per quandam glossam singularem ab omnibus receptam in Clementina 1. verb. proprij, de rebus Eccles. non alienand. per sua autem priuilegia multo maiorem habent auctoritatem, & potestatē, de quo iam plura diximus suprà de prælatis, & de absolut. & de dispensat ibid. dict.q.43.art.2.de quo Abb.in cap.1.de rebus Eccles.non alien. Nauar.lib.5.consil.23.de priuileg.P.Mirand.to.2.q.16. art.6.

6. Prouinciales licèt possint suspendere prælatos Conuentuales, v.g Guardianos, aut Priores iusta ad id existente causa, non tamen possunt eos omninò ab officio priuare, nisi causa priuationis ad diffinitorium deferatur, & cōsilio, & assensu Patrum legitima, & iusta cēseatur, vt iustè, ac iuridicè est ornatum in nostra sacra Religione in Constitutionibus Toletanis fol.44. Imò in Religionibus, vbi solent Guardiani, seu prælati locales (& solet fieri apud nos Minores) renunciare in Congregatione intermedia sua officia, non licet eos amouere, nec admittere renunciationem, nisi iusta ad id causa accedat, tomo 3.q.29.art. 9.ad finem, de quo vide Pet. Miranda dic.art.6.

7. Prouincia sancti Ioseph fuit diuisa auctoritate Clementis VIII. anno Domini 1694. & ex de nouo erecta Prouincia sancti Pauli, communicando illi omnes concessiones, indulta, & gratias, & priuilegia Apostolica concessa, & cōcedenda Prouinciæ sancti Ioseph, & vt possit gubernari, & vti cōstitutionibus, & ordinationibus eiusdem Prouinciæ tā quam magis accommodis statui Discalceatorum, non quòd ad id possit adstringi, & obligari, sed tantùm vt non teneatur ad alia Ordinis generalia statuta, sicut non tenetur Prouincia S. Ioseph, & ita debet intelligi prædicta bulla Clemētis VIII. ex sententia, & subscriptione Salmanticensium Iurisperitorum doctissimorum, tomo 3.quæst. 47. art.4.

8. Bulla erectionis Prouinciæ S. Georgij apud Philippinas cum communicatione priuilegiorum aliarum Prouinciarum Indiarum, & cōmissione facta Prouinciali ipsius prouinciæ ad erigendas domus in quibuscunque locis, etiam in Regno Chinæ, habetur in Bullario apud Sixtum V. cuius auctoritate erecta est dicta prouincia.

9. Iulius II. apud idem Bullarium prohibet Fratribus Minoribus se transferre de vna prouincia, seu Custodia in aliam, etiam prætextu litterarum Apostolicarum sine licentia inscriptis Generalis, vel sui prouincialis. Ad quod videatur portel verb. prouincia, num.2.

Bullar. bull.11. Sixti V. bull.6. Iulij 2. Bull. Cle. 8.

10. Clemens VIII. apud idem Bullarium prohibet prælatis Minorum in partibus Indiarum Occidentalium in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna priuationis ab officijs, ne eligant in prouincialem, & ad alia officia, nisi Fratres, qui sunt hij, aut incorporati in illis prouincijs. Super quo consulendæ sunt constitutiones Segouienses, & Portel.

in addit.ad dubia verb.prouinciali,numer.6.

Quomodo eligendi sint prouinciales, vide suprà de electione prælatorũ num.10.& 11.

RESOLVTIO CXXII.

De Purgatorio.

1 PVrgatorium esse post hãc vitam, vbi animæ fidelium in gratia decedentium pęnas de commissis culpis luunt, & ab earum sordibus purgãtur, fides Catholica docet, & ex sacra Scriptura Tobiæ cap 4. & Machabæorum 12.colligitur, licèt id expresse sub nomine purgatorij in ea non inueniatur, tomo 3.quæst 44 art. 1. de quo Castro contra hæreses verbo Purgatorium. Cordub.lib.5. quæst.1.de indulg.

Tob.4.& Machab. IV.

2. Clemens VII. concessit domui SS. Trinitatis de Vrbe Ordinis Minimorum,& superioribus,ac alijs prælatis eiusdem Ordinis, ac etiam vni seniori,seu antiquiori Conuentus Fratri, vt celebrando singulis secũdis, & quartis ferijs pro animabus purgatorij easdem consequãtur indulgentias pro eis, ac si in Ecclesijs S. Sebastiani, S.Laurẽtij,Scalæ Cęli,S.Gregorij, & Potentianæ,ac in alijs quibuscunque, & qualitercunque priuilegiatis Ecclesijs intra, & extra muros celebrassent. Ita refert Parasellus in Compen.f. 136. quòd ad alias Religiones communicantes non extenditur,nisi tantùm ad prælatos in dictis diebus celebrantes pro animabus purgatorij,vt vsus obseruat, ibid. art. 2.

Quæ magna indulgentia non est reuocata per D. Paulum V. quia illa non conceditur fratribus,sed animab. purgatorij, si quid autem conceditur fratribus,non est indulgentia,sed priuilegiũ celebrandi tali die, & applicandi indulgentias tali die concessas Ecclesijs Romæ, pro fidelibus existentibus in Purgatorio. De quo vide suprà de indulgentijs per modum suffragij à numero 62.

De quarta funerali vide supra de Canonica portione,& quæ ibi resoluimus ex tomo 1. quæstio. 39. & ex tomo 3. quæst.46.

RESOLVTIO CXXIII.

De Religionibus, & Religioso statu.

1 REligionis institutum in lege veteri fuit designatum per Nazareos consecratos Deo: in lege autem noua fluxit ab ipso Filio Dei, Domino nostro Iesu Christo,qui verbo,& exẽplo hãc vitæ perfectæ normam docuit, ac monstrauit, vt constat ex illo Matthæi 19. Si vis perfectus esse, vade,& vende omnia,& da pauperibus, & sequere me. Tempore Apostolorum cępit hæc vita religiosa propagari,fidelibus enim tunc erãt omnia communia, vtpote qui pretia omnium suorum ponebant ante pedes Apostolorum, teste D. Luca apud Acta Apostolorum c.4. in quo D. Hieronymus solemne aliqđ votum, & promissionem intercessisse suspicatur,to.1.q.1.art.1.de quo D.Th. 2.2.q.186.art.6.Plati.de bono stat.Relig.lib.2.cap.21.D.Hieron.de Scriptoribus Ecclesiast.in fine, & epist.1 ad Heliodor.circa princ. & epistol 22.ad Eustochium,versus finem, D. Dionys. de cęlesti Hierarchia cap. 10. Medina de sacrorum hominum continentia c. 35.Vide quæ ad hoc latè congerit Suar. tom.3.de Religione lib.2.capit 1.& 2.

cum

Pontifex autem, vel Concilium approbans religiones in quibus fit vera professio cum tribus votis essentialibus, non potest errare, vt resoluunt Theologi, oppositumque affirmare est erroneũ, quia vt Ecclesia non potest errare circa bonos mores, & legem de moribus, ita nec in confirmatione religionum, cùm ad bonos mores pertineat confirmare regulas, & constitutiones, quæ proponuntur toti Ecclesiæ, vt iuxta eas alij fideles vitam suam instituant, ac dirigant. Sed nemo etiam sine expressa Papæ approbatione potest religionem instituere sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ex Innocentio III. *in c. nimia, de religiosis domibus, & cap. 1. eodem tit in 6. etiam habetur. Ibid. art. 3.*

Illustratur Auctoris doctrina. Pro quo aduertere oportet, quod in dicto cap. ne nimia, nulla ponitur censura contra instituentes nouam religionem sine approbatione Romani Pontificis, sed tantùm simplex prohibitio. Imò nec in toto illo titulo, de religiosis domibus, nec in toto titulo de statu Monachorum, nec in sexto decretalĩũ talis inuenitur excommunicatio, vt patebit euoluenti, seu legenti. Solùm inueni apud Clementinas capit. 1. eodem titulo de relig. domibus, quòd mulieres statum Beguinarum sectantes, & de nouo assumentes, ac religiosi in hoc dãtes consilium, vel fauorem ipso facto sunt excommunicati. De quo Cano de locis lib. 5. c. 5. ad finem Bañez 2 2 qu. 1. art 10. dub. 8. Bellarmin. lib. 4 de Monach. cap 4 Valentia libr 8. Analysis de fide c. 3. D. Thom. opusculo contra impugnatores Monasticę vitæ, & in 4. d. 38 qu. 1. art. 2. quæstiunc. 3 in corpor. & ad 3. Ad quod vide quæ latè & peregregiè tradit Suarez tom. 3. de Religione, lib. 2. c. 17. & c. 16 à num 8. vbi resoluit Innocentium III. in d c. ne nimia, non solùm prohibere fieri religionem sine auctoritate Pontificis, sed etiam irritare religionem sic factam, vel potiùs attentatam, & idem affirmat num. 14. de prohibitione Gregor. X *in d. c vn in 6.*

5. Dicta prohibitio Innocentij III. non comprehendit instituentes statum cum votis simplicibus, vt est modus viuendi Beatarum, quia hic non est religio, sed modus viuendi honestus, & ita Episcopus potest recipere ad obedientiam non sub certa regula, sed sub certo modo viuendi. *ibid. artic. 4.* de quo Syluest. *ver. regula 3. num. 4. & verb. religio, 1. num. 1. Nauar. de oratione notab. 7. nu. 24. & in c. non dicatis, num. 15. Soto libr. 7. de inst. quæst. 5. art. 7.* Idem ferè videtur sentire Suarez *vbi supr. num. 22.* spectata prohibitione Innocentij III. sed non attenta prohibitione Gregorij X. Bullar.

6. Pius V. apud Bullarium excommunicat habitantes in congregatione more Religiosorum, cum votis simplicibus, eorumque congregationes penitus extingui præcipit, nisi eligentes aliquã ex regulis approbatis tria vota substantialia emittant solemniter intra mẽsem post decursum anni spatium in ipsa cõgregatione morati. Vide infrà de voto num. 1 de quo Portel in addit. ad dubia verb Tertiarij, n 2 & 3. ad quod videatur Suarez d. num. 22. & seqq. qui tales congregationes reprobat etiam attenta prohibitione præfata Gregorij X. Bull. 25. Pij V.

De Ordine Religionũ Monachalium.

7. Ordo Canonicorum Regularium (qui verè sunt Religiosi, vtpote profitentes regulam certam, & determinatã à Sede Apostolica approbatam, scilicet D. Augustini) trahit suam originem ab ipsis Apostolis, & dictus est primũ Canonicorum Regularũ Lateranensium, qui postea fuerunt à B. Augustino regulariter ordinati, cum quibus ipse vixit aliquandiu iuxta regulam ab Apostolis traditam. Deinde decursu temporis varias passi sunt reformationes à viris laudabilibus, à quibus varia sortiti sunt nomina. A tempore Gelasij discipuli S. Augustini vsque ad Bonifacium VIII. per octingentos annos in Ecclesia Lateranensi habitarunt, à qua tandem sub Sixto IV. translati sunt ad Monasterium S. Mariæ Pacis, vbi vsque adhuc Romæ perseuerant retinentes nomen; & priuilegia anti-

qua. Alij sunt Canonici S. Saluatoris sic appellati, quia tandem ad Ecclesiam Saluatoris translati sunt, quorum institutum confirmauit Gregorius XII. & Martinus V. & Benedictus XII. gratijs, ac priuilegijs nobilitauit. Hi Canonici non sunt de numero eorum, de quibus fit mentio apud Pontificum iura, sed sunt alij minus antiqui originem ducentes à S. Arnulpho Episcopo Leonis in Francia, quibus regulam S. Augustini tradidit. Huic Congregationi fuerunt vnita in Hispania Monasteria S. Isidori Legionensis, & S. Crucis Conimbricensis in Lusitania, vbi B. P. N. Antonius ali quandiu vixit, dum adhuc esset sub habitu Regularium Canonicorũ, qui maximè in illo Regno sunt reformati, & communiter nuncupantur Canonici Regulares S. Augustini propter regulã ipsius sancti Doctoris, quam profitentur. *Tom. 1. quæst. 1. art. 3 & quæst. 3. art. 1.* de quo Plati *de bono status Relig. lib. 2. cap. 23. pag 425 Hieron. Roman. libr. 6. de Republica Christiana c. 4. & 16.* Vide quæ tradunt Azor *Inst. Mor. tom. 1. lib. 12. cap. 22. & Suarez tom. 4. de Religione libr. 1. c. 9. à num. 9.*

8. Canonici Regulares Cathedraliũ Ecclesiarum sunt eiusdem Ordinis, & cõditionis cum reliquis Canonicis Regularibus, tum quia eorum Ecclesiam vocat Monasteriũ S. Augustinus in sua regula, tum etiam quia eundem habitũ cũ alijs Canonicis Regularibus gestant, eandemq; professionem emittũt, quod plura iuris Canonici loca confirmant, in quibus huiusmodi Canonici Cathedrales vocantur Regulares, professi, & Monachati, vt constat ex cap. innotuit, & cap. cũm Vuintonensis, de electione, & alijs, ideòque veniunt appellatione Monachi sicut alij Regulares Canonici. *Ibidem dicta quæst. 1. art. 3. & tom. 3. quæst. 49. articul. 3.* de quo D. Antonin. *3. p. Histor. tit. 23. cap. 4. August. Titinens. in propug. Canon. Ordin. capit. 5. Panorm. in cap. quod Dei timorem, numer. 2. de statu Monachorum. D. Thom. 2. 2. quæst. 189. ar. 8. ad 2.* Idem tradit Suarez *dict. capit. 9. num. 12.*

9. Ordo S. Benedicti fuit primus omnium in Occidente sequens institutum antiquorum Monachorum, sicut in Oriente ante eum fuit Ordo S. Basilij: primum in Sublaco, & postmodum in Mõte Cassinate ab ipso sanctissimo Patriarcha sumpsit primordia anno Domini circiter 530. reformatusq; postea fuit ab Odone in Abbatia Lunæ S. Iustinæ ciuitatis Paduæ anno 1410. fundatore quondam Congregationis Cluniacensis, à quo obseruantia apud Benedictinos habuit initium. Inter approbatas ab Ecclesia extat in capit perniciosam 18. quæst. 2. Ab hoc Ordine exierunt Congregationes Mõtis Oliueti, Vallis Vmbrosæ, Cistercienſium, Carthusienſium, Celestinorum, Camaldulensium, S. Hieronymi, & Fratrum Militiæ Iesu Christi reformatorum apud Portugalliam. Diuiditur in Claustrales & Obseruantes, & in Hispania Monasterium Vallisoleti à Ioanne I. Rege Castellæ fundatum totius Obseruantię est caput. Tom. 1. quæst 3. artic 2 & quæst 4 art. 3. Ad quod vide quæ tradunt Azor vbi suprà cap. 21. & Suarez tomo 4. de Religione lib. 2. cap. 1. agens de Ordine S. Basilij, & cap. 2. quo ex professo tractat de instituto Religionis Benedictinorum, ibi tamen nu. 4 tradit S. Benedictum anno Domini circiter 500. suam Religionem instituisse, & refert ad id D. Gregor. lib. 2. Dialog. c. 1.

10. Cõgregatio Montis Oliueti fuit fundata à Bernardo Ptolomæo cum duobus alijs socijs Senensibus in Monte Oliueto propè ipsam ciuitatem Senas anno Domini 1319. sub Ioãne XXII. cuius iussu Guido Petramala Episcopus Aretij visione B. Mariæ Dei genitricis præhabita, & habitum quo nunc vtuntur dedit, & regulam S. Benedicti obseruandam præscripsit. Ibidem dict. quæst. 3. art. 3. de quo Azor *dict. capit. 21. quæst. 2. §. final.* qui tradit, initium habuisse hunc Ordinem anno Domini 1320 & postea anno 1371. à Gregor. II. approbatum.

11. Congregatio Vallis Vmbrosæ exordium habuit à sancto Ioãne Gualberto nobili Florentino in quadam parte Montis Apinini dicta, Vallis Vmbrosa, propè Florentiam circa annum Domini 1040. vel secundùm alios 1060.

Hic Ordo iam quasi defecisse fertur. Ibidem art. 4. de quo Florentinus 2 p. Histor. tit. 15. cap. 23. §. 2. Vide Suarez dict. lib. 2. cap. 3. num 8. vbi tradit, fuisse approbatam hanc congregationem ab Alexandr. II. anno 1070. & idem refert Azor dict. cap. 21. quæst. 2. §. simili.

12. Congregatio, seu Ordo Cisterciensis initium habuit à quodā Stephano Abbate anno Domini 1098. vel iuxta alios à Roberto Abbate Molismensi. Nomen sumpsit à quodam Monasterio primitus ædificato in loco dicto, Cistercio, Paulo post à S. Bernardo Abbate Claræ Vallensi ita fuit sanctis statutis illustratus, vt meritò eius fundator dicatur, S. Benedicti tamē regulam obseruat, quam Gregorius XIII. apud Bullarium reformandam curauit anno Do-

Bullar. bull. 10. Greg. 13. mini 1574 eiusque priuilegia confirmauit, & ampliauit, Ibid. art. 5. De hoc illustri Ordine fit mentio specialis in c. non est, & in c. licet, de Regular. & in c. in singulis, de stat. Monach. & plura de illo tradit Suar. d. c. 3 nu 3

13. Congregatio Camaldulensium fuit instituta à S. Romualdo anno Domini 1030. sub regula S. Benedicti, sic dicta ab insigni Conuentu Camalduli in Prouincia Tusciæ erecto ab ipso S. Romualdo *Ibid. art 6.* de quo vide Suarez *dict. lib. 2. cap 3. num 7.* qui tradit, hanc congregationē cœpisse anno 967. & ab Alexandro II approbatam.

14. Congregatio, seu Ordo Celestinorum initium, & nomen habuit à Celestino V. qui post renunciatum Pontificatum hoc institutum initiauit in mōte Mogella propè ciuitatem Sulmonā, sub regula S. Benedicti, & confirmationem illius obtinuit à Gregorio X mortuusque est anno Domini 1296. & canonizatus à Clemente V. anno decimo se-

Bulla. bull. 18. Eug 4. ptimo à suo transitu. Apud Bullarium extat quædam Bulla Eugenij IV. de exemptione huius Cōgregationis. Ibid. art 7. de quo Azor dict. qu. 2 §. penult. vbi tradit, fuisse approbatā anno 1274.

15. Carthusiensium Ordo habuit auctorem S. Brunonem nobilem ciuē Vrbis Agrippæ, seu Coloniæ in quodam loco dicto, Certosa, in territorio Grabonæ, anno Domini 1084, à quo Carthusiani postea nuncupati sunt. Habetur in Ecclesia in magna veneratione, & vtitur suis statutis pro Regula, & in obseruatione eorum laudabiliter vsq; in hunc diem perseuerat, eius priuilegia confirmauit Sixtus V apud Bullarium. Bullar. bull. 20. Sixti V.

Ibid. art. 8. de quo Florent. 3. p. Histor. tit. 16. cap. 1. §. 6. & 2. p. tit. 15. capit 22. §. 1. Vide Azor d. qu. 2 §. Carthusiensium, qui tradit fuisse hanc Religionem inceptam anno 1085. sed cum nostro Auctore concordat Suarez *d. lib. 2. cap. 4. num. 1.* vbi latè per totum caput agit de hoc illustri Ordine, qui inter Monachales arctior omnibus reputatur.

16. Congregatio Eremitarum S. Hieronymi à Pisa initiata est à B. Petro de Pisa viro nobilissimo anno Domini 1380, vocantur eius professores Eremitæ S. Hieronymi ob singularē deuotionem in sanctum Doctorem. *ibid. art 9.* de quo Suarez *d l. 2. c. 5. nu. 12. circa finē*, qui tamen dicit, hanc congregationem ex institutione sua non esse veram Religionem, quia nec vota substantialia in ea fiebant, nec regula aliqua approbata seruabatur.

17. Ordo S. Hieronymi in Hispania habuit fundatorem, seu potiùs reformatorem quēdam Lupum de Olmedo Hispanum, qui quandam regulam ab operibus ipsius sanctissimi Doctoris collectam Fratribus obseruandam tradidit, vt sentiunt quidam. Sed alij Eusebium Cremonensem faciunt huius Instituti auctorem, qui eiusdem B. Hieronymi Discipulus fuit, cuius vestigia sequi dicuntur Monachi B. Mariæ de Guadalupe apud Hispaniam. Alij quendam F. Thomam probatæ sanctitatis virum dicunt, cuius socij ex recurlatione Hispaniam venerunt anno Domini 1370. & in quodam deserto ad Regnum Toleti, Lupiana, vocato habitarunt. Gregorius XI. approbauit eorum institutum ex regula Eremitarum S. Augustini desumptū anno 1375. quod multi nobiles professi sunt. ibid. art. 10 de quo Hier. Roman. l. 6. de Rep Christ. c. 27. Vide quæ de hoc Ordine tradit Suar *d c. 5. n. 7.*

18. Ordo Crucigerorum sumpsit originem à Sidiaco Episcopo Ierosolymitano, qui fuit ille Iudas, qui crucem

Christi Domini S. Helenæ præmonstrauit. anno Domini 365. vt constat ex Bullis Alexandri III. & Alexandri VI. vel iuxta Chronicam Martinianam, & Sabellam à Cleto Papa II. post Petrum. Fratres huius Ordinis gestant habitum coloris cærulei azurini crucem semper præ manibus portantes, ex decreto Pij II. ex quo semper crucem argenteam in anteriori parte pectoris cum tali habitu deferre consueuerunt, fuit postea approbatus à Pio V. cuius Bulla extat apud Bullarium. Huius Congregationis sunt Fratres Hospitalium S. Antonij Abbatis in Hispania. *ibid. articul.* 11. Ad quod vide Azor *tom.* 1 *moral. lib.* 13. *cap.* 11. *quæst.* 8. §. *in Diæcesi.*

Bullar. bull. 28. Pij V.

De Ordine Humiliatorum non est, cur agamus, extinctus enim omninò est à Pio V. *ibid.*

19. Ordo Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione Captiuorum cœpit in Gallia tempore Anastasij IV. & Adriani IV. à Guillelmo Duce Aquitaniæ, ab Innocentio III. fuit approbatus anno Domini 1197. Ex hac Religione manauit apud Regnum Portugaliæ illustrissima Confratria Misericordiæ plena pietatis operibus anno 1498. à quodam F. Michaele de Contreras sacræ Theologiæ Magistro, & à confessionibus Dominæ Leonæ Reginæ instituta, in qua primitiui confratres fuerunt D. Emanuel Rex Portugaliæ, & Regina eius charissima coniux cum D. Beatrice Matre eius, & alia sorore ipsius Regis D. Leonora Regina. *ibid art.* 12. de quo Hier. Roman. vbi *suprà c.* 18. Idem ferè tradit Azor *tom.* 1. *inst. moral. lib.* 13. *c.* 11. *quæst.* 8.

20. Ordo S. Mariæ de Mercede fuit institutus à S. Raymundo de Peñafort Ordinis Prædicatorum à confessionibus D. Iacobi Regis Aragoniæ, quibus, & alio deuoto, ac nobili viro Petro Nolasco primo huius instituti professo re fuit super eo eadem hora facta reuelatio. Habuit initium Barchinone in Hispania anno Domini 1218. & fuit cōfirmatus à Clemente IV. anno 1264. officium gerit redimendi captiuos è Turcarum manibus, & votum quartum emittunt eius alumni manendi obsides pro liberatione captiui, si timor, & periculum adsit deficiēdi in fide. *ib. ar.* 13.

Circa quod notandum est quod hæc sacra Religio cœpit tempore Honorij III. Romani Pontificis, quamuis non ab eo, sed à Gregorio IX. confirmationem obtinuerit anno tertio sui Pontificatus, Perusij 17. die Ianuarij anno salutis 1230 post vndecim annos, & sex menses à primæua Ordinis institutione, vt latè, & eruditè satis pluribus adductis testimonijs Historiographorū, & temporum computis probat P. F. Alphonsus Remon in Chronica huius Religionis lib. 1. c. 8. per totum, vbi etiam ad finem, fol. 23. refert ad litteram bullam confirmationis præfati Greg IX. ex proprio originali transumptam, quod extat in archiuo Conuentus Barchinonensis huius Ordinis, in quo decepti sunt Auctores adducti à nostro Auctore hic, asserentes fuisse obtentam dictā confirmationem à Clemente IV. anno 1264. Cui sententiæ subscribunt Azor tom 1. institut. moral. libr. 13. cap. 11. q. 8. §. ipso anno, & expressiùs agens de præfata confirmatione eo anno facta P. Miranda to. 1. Man q. 4. ar 9. Refert etiā præcitatus P. Remon d. lib. 1. cap 9. fol. 30. præfatum Petrum Nolascum, qui fuit natione Gallus, coram rege Iacobo, & proceribus regni, de manu Beati Raymundi de Peñaforti, qui tunc regi à concessionibus erat, & postea Generalis magister Ordinis Prædicatorum fuit, solemni ceremonia veste alba, & cucullo cum S. Crucis signo insignitum fuisse die 10. Augusti inclyto Martyri Hispano B. Laurentio sacra, vt constat ex bulla Canonizationis eiusdem B. Raymundi facta à Clemente VIII. anno 1601. 3. Kalendas Maij. Quidquid alij velint hoc solemnizatum fuisse ab Episcopo Barchinonensi, ad quem ob Episcopalem dignitatem spectabat habitu Regulari initiare primum Ordinis auctorem, eúmque monachum, & alumnū noui instituti creare. Huius sacræ Congregationis professores militant sub regula B. Augustini, & portant vestem albam, & cucullum cum insignijs Regijs Aragoniæ, & signō albæ Crucis in campo rubeo. Qui plura de

Illustratur doctrina Auctoris.

hac

hac sacra familia desiderat, consulat Hieronymum Rom. lib. 6. Reip. Christ. c. 22. Pineda 2. p. Monarc. lib. 22. c. 23. §. 4. Garibay lib. 12. Chronic. general. Hispaniæ c. 51. Zurita in annalib. lib. 2. cap 71. Alphons. Chacon de vitis, & gestis Pontificum 1. p. in vita Gregorij IX. F. Ferdinand. à Castillo lib. 2. Chr. Ord. Prædicatorum, cap. 17.

21. Congregatio Clericorum Regularium, seu Theatinorum initium habuit à Domino Petro Carrafa, postquã Episcopatui cessit, & ab alijs tribus nobilissimis viris anno 1528. tempore Clementis VII. qui Romæ in Ecclesia Apostolorum ante eius altare tria vota Religionis emiserunt. Theatini vulgò nuncupantur ab ipso Episcopo Theati eorum fundatore. Vnde per errorem in Hispania Patres Iesuitæ vocantur Theatini, ibid. artic. 4. Vide de clericis Regularibus Suar. to. 4. de Religione lib. 1. cap 9. à num. 1. & Azor to. 1. moral lib. 13. cap. 11. q. 8. §. anno 1524. quo dicit incepisse.

22. Congregatio Clericorum Minorum, seu ministrantium infirmis cępit anno Domini 1584. auctore P. Camillo de Celis Doctore, qui approbationẽ
Bull. bul. 1. 9. Six. v. sui Ordinis obtinuit à Sixto V. anno 1586. & à Gregorio XIII. fuit postea multis decorata priuilegijs, eius bulla extat apud Bullarium, ibidem artic. 25. Vide Suarez d. c 9. num. 13. & 14.

23. Ordo Pramonstratensis fuit institutus à S. Norberto apud S. Ioannem de Pramõstrato in Gallia diœcesis Laudunensis, qui postea fuit confirmatus à
Bull. bul. 15. 16. & 17. Gr. 13. Paschali II. & Innocentio II anno Domini 1120 Gregorius XIII. confirmauit priuilegia huius Ordinis apud Bullarium, ibid. art 16 de quo D. Antonin. 2. p Histor tit 15 c. 19 & tit. 17. cap. 2. §. 3. Idem ferè tradit Suar d. c. 5. nu. 6.

24. Congregatio S. Georgij in Alga incepta fuit Venetijs à quodam Gabriele Cedulmerio viro illustri, filio cuiusdam sororis Gregorij Papæ, ad reformationem clericorum, in similitudinẽ Canonicorum Regularium S. Augustini. Eam approbauit Bonifacius VIII. anno 1441. eius alumnus fuit Eugenius IV. cui eam priuilegijs, & reddi-

Com. c. Federici

tibus ampliauit per totam Italiam. In regno Portugalliæ vocatur hæc Congregatio S. Ioannis Euangelistæ, & cępit à quodam Ioanne Olysiponensi medico, & postea Episcopo Lamecensi, tẽpore Ioannis I. Regis Portugalliæ, eius professores ibi vocantur Loyos, seu de S. Eloy, & viuunt in magna obseruãtia, ibid art. 17 de quo Hier. Rom vbi supr. ca. 30. Vide quæ tradit de hoc Ordine Suar. to. 4. de Relig. lib. 1. c. 9. num 4.

De Origine ordinum Mendicantium.

25. Inter alias Religiones sunt aliquæ ad charitatem Dei, & proximè accedentes, quæ Mendicantes à mendicãdo vocantur, vtpote quòd ex mendicatis eleemosynis viuere permittuntur. Hæ autem ex Iure communi in c. vnico §. sanè, de relig. domib. lib. 6. quatuor tantùm sunt, scilicet Ordo Prædicatorum, ordo Minorum B. P. N. Francisci, ordo Eremitarum S. Augustini, & ordo Carmelitarum. Sed ex priuilegio inter Mendicantes numerati sunt ordo Seruorum B. Mariæ, ordo Minimorum, & Cõgregatio S. Hieronymi Iesuatorum per pium V. apud Bullarium, & tandẽ Societas Iesu, quod & confirmauit Greg. XIII. quoad Iesuatos S. Hieronymi tom. 1 q: 1 art. 1. & tomo 3 q. 49. art. 1. Bull. Bul. 19. 20. &

26 Alexander VI damnauit quendam libellum valde perniciosum, detestabilem, ac scandalis plenum editũ contra laudabilem Mendicantium statum à Sede Apostolica approbatum, eique sub grauibus pœnis comburi præcepit Habetur in Bullario. De ordinibus Mendicantibus, vide Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 23. Sanchez libro 7. Decalog. cap. 24. num. 6. vbi contra Lutheri articulos refert decretum Leonis X. pro laudabili statu Mendicantium, idemque diffinitum esse in Concil. Cõstãtiensi sess. 8. & in bulla Martini V. & à Nicolao III. in c. exiit qui semin. de verb. sign. in 6. tradit. Ad quod videatur Castro contra Hæreses v. Mendicitas, qui id eruditè probat ex multis, & 21. Pij 5. bull. 13. Greg. 13. Bull. bull. 20. Alc. 4.

Nn 3 Iul-

soluit contrarla, & Thom. Vvaldensis lib. 4. doctrinal. fidei antiquæ c. 3. & 4. P. Mirand. tom. 1. manual. qu. 11. art. 1. 6. & 7.

27. Ordo Prædicatorum originem ducit à B.P. Dominico Hispano nobilissimo de familia Gusmanorum, cuius Ordo, & regula fuit confirmata ab Honorio III. anno salutis 1216. regnante in Hispania Alphonso IX. qui victoriā illam percelebrem apud Nauas Tolosę contra Mauros obtinuit, ex quo plurimi in Ecclesia Dei & sanctitate, & sciētia floruerunt: diuiduntúrque in Conuētuales, & obseruantes, sub quo etiā militant Moniales, quas B. Dominicus de mandato Domini Papæ reformauit. ibid. d. quæst. 2. artic. 2. de quo D. Antonin. 3. p. tit. 23 c. 1. Hieron. Roman. de Republ. Christian. lib. 6. cap. 23. Suarez tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 6 à num 2.

28. Ordo Fratrum Minorum habet auctorem, & institutorem B.P.N. Franciscum Assisij, qui duas regulas pro Fratribus composuit, quarum primam confirmauit Innocētius III. anno Domini 1209. Secundam verò approbauit Honorius III. anno circiter 1224. Magna est, & amplissima hæc sacra familia ad instar sanctæ Dei Ecclesiæ, pulcherrima varietate Congregationum, diuersisq; exercitijs ad vnum finem tendentium decorata, quæ ipsam maximè pulchrā, ac decoram terribilémque vt castrorū aciem reddit præ cæteris Religionibus, propter quod modò reperitur in Conuentuales, Obseruantes, & Capuccinos diuisa. Apud Obseruātes residet sigillum Ordinis, eorúmque Minister Generalis est verus, ac legitimus successor B.P.N. Francisci, sub qua etiam familia Obseruantiæ militant Ordo Pauperum Dominarum, seu Monialium S. Claræ, & tertius de Pœnitentia, quibus sanctissimus Pater suas obseruātias instituit, & composuit. *ibid art. 3 de quo D. Antonin. 3. part. tit. 23. cap. 1. P. Miranda tom. 1. manual. quæst. 4. art. 4. de hac sacra familia, & de sacro Ordine Prædicatorum fit mentio in cap. in ijs, de priuil. cap. nimis, de excess. Prælator, cap. cùm ex eo, eodem titulo in 6. cap. quorundam, de elect. in 6. cap. constitutionem, de Regular. in 6. Clementina dudum, de sepulturis, capite exijt, de verbor significat. in 6. & Clementina, exiui, eodem tit. Ad quod tradit multa Suarez dict. lib. 2. c. 7. per totum, præcipuè num. 7.*

29. Hæc igitur sacra Minorum Religio, & regula Apostolica à Christo Domino tanquam à suo vero conditore emanauit, ac proinde iure diuino institutam esse, valde probabile iudicatur à viris doctissimis, tum quia B.P. Francisco præceptum diuinum de eiusdem institutione impositum fuisse, testantur illa verba Domini ad Sanctum Patrem directa: Vade Francisce, repara domū meam, quæ labitur; quæ reuelatio vt authentica est à Sede Apostolica approbata, sicutque fidem ex diuino robore, & vi sub pœna lethalis noxæ, vt apud Theologos, quos refert doctissimus Corduba lib. 6. q. 44 pag. 162 & sequenti, compertum est: imò & sub erroris, seu hæresis pœna, vt etiam præstantissimi Theologi, noster Vega, & Catherinus sentiunt. Tum etiam, quia hæc regula est tota Euangelica, & ex consilijs Euangelij composita: *Regula, & vita Fratrum Minorum hæc est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare*, inquit Regulæ lator. *Ad quod facit id quod tradit Pisanus lib. 1. conform. fructu 2. fol. 17. in antiq. colum. 4. ad medium, vbi ex D. Bonauentura in 2. part. legendæ maioris, in principio, ait, quod B. Franciscus audita* forma viuendi Apostolorum, eam assumpsit, & hanc ipsam Christus dictauit, instituit, & sic esse voluit, prout ipse Christus eloquio suo in monte Raynerio multis Ministris expressit, & Fratribus. Ex quo concludit, quòd per B. Franciscum, & suos vita Christi, & Apostolorum sit renouata, approbata, & obseruata Quod & confirmatur ex verbis Nicolai III. in cap. exijt, de verbor. significat in 6. qui loquens de nostræ regulæ instituto, sic ait, Hæc est apud Deum, & Patrem munda, & immaculata religio, quæ descēdens à Patre luminum per eius filium exemplariter, & verbaliter tradita Apostolis, & deinde per Spiritum Sanctum B. Francisco, &

cum

eum sequentibus aspirata totius in se quasi continet testimonium Trinitatis. Hæc Nicolaus, & refert Pisanus libr. 3. Conform. 31. fol. 206 columna 3. littera T. ad medium. Hanc sententiam mul tis alijs probat noster Auctor tom. 1. q. 4. art. 1. eamque, ait, tenuisse, & publicè prædicasse in Conuentu Toletano S. Ioannis Regum doctissimum P. Fr. Ioãnem à Bobadilla Prouinciæ Castellæ dignissimum Patrem: quam quidem olim probabilem Auctor ipse iudicauit. At nunc totum submitto censuræ Ecclesiæ Romanæ, quæ est Sedes veritatis, & censoribus sancti fidei Tribunalis de cautè illud legendo.

30. Conuentualitas apud Minores orta est à magnificis & sumptuosis Conuentibus, & amplis ædificijs, ac claustris erectis ex dispensatione Apostolica, à quibus etiam dicti sunt forsan Fratres Claustrales cũ magnis possessionibus, & redditibus, quos in communi habebant. Intellexerunt nãque Patres Ordinis statum, & modum primitiuum Religionis in summa paupertate admissũ non esse satis commodum cultui diuino, & studio litterarum, quibus possent Ecclesiam Dei adiuuare, ac animarum saluti incumbere, ideòque dispensationem à Sede Apostolica impetrarunt ad possidendum bona in communi, ita vt ab anno 20. institutionis Ordinis vsque ad annum salutis 1380. nulla esset domus, quæ non haberet prędia, ac possessiones. ibidem, de quo P. Miranda tom. 1 quæst. 12 art. 1. & Suarez suprà nu 6.

31. Obseruantia Regularis Fratrum Minorum, qui aliàs de familia, seu Reformati dicebantur, cœpit industria, & zelo cuiusdam F. Pauli de Frincis Laici, in dies que crescente numero, & propagata reformatione vbique status obseruantiæ vigebat, propter quod statutũ fuit in Concilio Constantiensi, cuius decretum refertur apud Bullarium, & cõfirmauit Gregorius XI vt ex ipsis Fratribus Reformatis eligerentur vicarij Prouinciales, qui vocarentur Regulares obseruantiæ, n omnibus subditi Ministris Conuentualibus vsque ad Eugenium IV. anno 1430. qui eis Vicarium Generalem, ac Prouinciales omninò exemptos ab obedientia Conuentualium eligendos concessit, nisi quoad Vicariatus Generalis confirmationem, quo officio primus insignitus est B. Bernardinus Senensis. Tandem anno, 1517. in Capitulo Generalissimo Conuentualium, & Obseruantium simul Romæ celebrato sigillum Ordinis à Conuentualibus ad Obseruantes transtulit Leo X. in bulla Vnionis præcepitque vt eorum supremus prælatus vocaretur: Minister Generalis Ordinis, secundùm Regulam, & prefecti Prouinciarum, Ministri Prouinciales, Conuentualium verò Magister Generalis. Hispaniæ cœpit Obseruantia tempore Regum Catholicorum Ferdinandi, & Isabellæ ad eorum instantiam: Philippo verò II. instãte omninò extincta est Conuentualitas iussu Pij V anno Domini 1566 *ibid. art. 2.* Idem tradunt P. Mirand *d. quæst. 13. art. 2. concl. 3. Suarez d. num. 6*

Bull. bull. 4. Greg. 11. & bul. 1. Pij 2 & bull 3 & 10. Sixt. 4.

Bull. bull. 15. Pij 5.

32. Ab Obseruantia exierunt Capucini, sic dicti, quia obtinuerunt à Clemente VII. portare habitum cum Caputio acuto, habent Generalem Vicarium, diuisi ab Ordine ex Apostolica dispensatione, anno Domini 1526. eorumque Congregationem confirmauit idem Clemens VII. Paulus III. alijque Pontifices. *ibidem dict. quæst 1. art. 3.* de quo Suarez *dict. num. 6. ad finem, & num. 6 in fine.*

33. Sub instituto etiam Obseruantiæ militant alij Fratres dicti Recollecti, Discalceati, seu aliàs Reformati subditi in omnibus Generali Ordinis, habentes tamen suas constitutiones concernentes suæ Reformationis modum, quas nimio zelo zelantes aliqui à suo capite (tunicam inconsutilem Frãcisci diuidere procurantes) multoties prætextu libertatis spiritualis, seu maioris, & strictioris obseruantiæ Regulæ penitus segregari anhelarunt *ibidem.*

34. Ordo Eremitarum Sancti Augustini originem trahit ab ipsomet sãcto, Doctore qui postea fuit reparatus à quodã Guillelmo Duce Guascon æ in Gallia professo huius Religionis, anno Domini circiter 1157. ac post modum per quendam Ioannem Bonum reformatus, & ab Alexandro IV. sub vno nomi-

ne, habitu, & instituto coadunatus. Diuiditur in Conuentuales, & Obseruantes. Obseruantia autem cœpit à S. Vvilelmo, cui praeclarissimi alij viri adhaeserunt, & in Hispania tempore Ioannis II. Regis Castellae, à quodam Licentiato Alarcon consiliario Regio, qui habitum huius Religionis assumpsit, ibid. art. 4. & quaest. 4. art. 3. de quo vide Aluarum Pelag. de planctu Ecclesiae cap. 23. & 51. Antonin. 3. p. tit. 24 cap 31 & multa ad idem congerit Suarez d. lib. 3. cap. 8 per totum, & cap. 9. praecipue à num. 9.

35. Ordo Carmelitarum nomen, & originem trahit à Carmelo monte, in quo eius primi professores habitarunt in quadam Ecclesia Virginis Deiparae dicata vsque ad annum Domini 412. quo regula quędam eis primitus data fuit à Ioanne Patriarcha Ierosolymitano, quousque Albertus etiam eiusdem sedis Ierosolymitanae Patriarcha aliã eis conscripsit commodiorem, anno circiter 1110. confirmatam ab Honorio III. tandemque reformari fuerunt à Magistro F. Ioanne Sereth, & diuisi in Cõuentuales, & Obseruantes. Honorius IV. Eugenius I V. & alij Pontifices esum carnium eis concesserunt. Sed in Hispania quidam Fratres verè zelatores obseruantiae primae Regulae industria B. Matris Theresae de Iesu aliqua monasteria tam virorum, quàm mulierum fundare cęperunt, in quibus primitiua Regula obseruaretur, qui vulgò Carmelitę Discalceati dicuntur. Primam sui instituti obseruantiam impetrarunt à Gregorio XIII anno Domini 1587. cum subiectione tamen, ac dependentia à praelatis Ordinis, sed tandem Dominus Clemens VIII. eis Generalem omninò exemptum, & Sedi Apostolicae immediatum concessit, ibidem art. 5. Ad quod vide Nicephor. li. 8. Histor. c. 3. Baron. in Scholijs ad Martyrologium Romanum die 20. Iulij, & plura ad idem congerit Suarez d. lib. 2. c. 10. praecipuè à num. 11. vbi etiam à num. 1. multis probat, hanc sacram Religionem originem duxisse à temporibus Prophetarum, & signatim ab Helię institutione in Monte Carmelo, à quo nomen accepit, idque confirmat ex bullis Sixti IV. Ioannis XXII. Iulij III. Pij V. Gregorij XIII. Sixti V. & Clementis VIII. qui de professoribus huius sacri instituti ita loquuntur. Idem Clemens VIII. declarauit dictos Carmelitas Discalceatos, & eorum Congregationem esse vnum ex quatuor Mẽdicantibus Ordinibus, Ordinem scilicet, B. Mariae de Monte Carmelo, cuius professores strictiùs regulam ab Alberto Patriarcha Ierosolymitano traditã, & ab Innocentio IV. confirmatam obseruant. Habetur in Bullario apud Clement. VIII.

Bull. bul. 41. Cle. 8

36. Ordo Seruorum B. Mariae à septem nobilissimis viris Florentinis institutus fuit in Mõte Senerio prope Florentiam, monitu B. Virginis, anno Domini 1233. sub Gregorio IX. virgineoque monitu habitum, ac Regulam S. Augustini obseruare cęperunt. Postea fuit confirmatus ab Alexandro IV. & inter Mendicantes annumeratus anno salutis circiter 1255. idemque declarauit Pius V. apud Bullarium, & tandem à P. Nicolao Peneltano Ordinis Generali fuit diuisus in Conuentuales, & Obseruantes. Hoc nomine Seruorum B. Mariae insignitos fuisse miraculosè ferunt ab infantibus, & lactentibus, qui voce miraculosè edita, videntes eos quęritantes eleemosyna exclamarunt: En serui B. Mariae veniunt, date eleemosynam. Auct. ibid art 6.

Bull. dic. bull. vlt. Clem. 8.

Bull. bul. 19. Pij 5.

Pius V. hunc Ordinem reformauit, ac praecepit, vni tantùm Priori Generali, veluti supremo Religionis capiti, supremamque potestatem, ac auctoritatem habenti omnes Fratres, & monasteria Ordinis subijci, extincto, ac penitus suppresso nomine Vicarij cuiusdam Generalis pro noua familia electi à quibusdam Fratribus arctiorem vitam ducere volentibus. Habetur in Bullario apud Pium V.

Bull. bul. 26. Pij 5.

37. Ordinis Minimorum institutor inclytus fuit B. Franciscus à Paula anno Domini 1450. tres regulas instituit, vnam pro Fratribus, alteram pro Monialibus, & tertiam pro Mantelatis, quas confirmauit Sixtus IV. Innocentius VIII. & Alexander V. Compu-

cetur inter Mendicantes, vt supra diximus, ibidem, art 7. de quo videantur F. Hieronymus Roman. lib. 6. de Republic. Christ. cap. 21. Illescas 2. p. lib. 6. cap. 26. P. Miranda tom. 1. q. 4. art. 11.

38. Ordinis S. Hieronymi Iesuatorum, seu Clericorum Apostolicorum auctor fuit B. Ioannes Columbinus nobilis inter Senarum ciues, anno Domini 1355. fuit approbatus ab Vrbano V. anno 1367. sub D. Augustini instituto militat, & sub quadam regula à quodã Fratre postea Episcopo Ferrariensi cõscripta. Iesuatæ vocantur ob frequentẽ appellationem huius sanctissimi nominis, quod in ore semper gerebant, & dicuntur etiam S. Hieronymi, quia vnanimes Sanctum Doctorem sibi patronum ac protectorum elegerunt, quo nomine, vt in perpetuum vtantur, concessit Alexander VI. & inter Mendicantes numerantur, vt suprà iam diximus, ibidem art. 4 de quo vide Suarez to. 4. de religione lib 2 cap. 5. numer. vbi etiam tradit, hanc sacram religionem fuisse approbatam ab Vrbano V. anno 1367. quidquid (per incuriam fortè Typographi) in codicibus impressis Lugduni habeatur, anno 1467.

39. Ordinis Societatis Iesu caput, & auctor illustris est S. Ignatius de Loyola Hispanus Cantabrensis, genere clarus, sed virtutibus, & literis clarior, qui cum nouem alijs sanctissimis socijs Italiæ in sanctis operibus in augmentũ fidei, & salutem animarum se exercẽs ordinem suum instituit suo titulo Societatis Iesu, quem Paulus III. confirmauit anno Domini 1545. & postmodum magnis priuilegijs locupletauit & Gregorius XIII apud bullarium, statuens tam coadiutores formatos ipsius Societatis, quam alios post biennium professos cum tribus votis simplicibus obedientiæ, paupertatis, & castitatis esse verè religiosos, eorumque matrimonium esse irritum, ac nullum, si contrahant, antequam dimittantur, efficiendo eorum personas inhabiles ad contrahẽdum. Rursum præcepit sub obedientia, & alijs pœnis non licere disputare, & in dubium adducere san Societatis institutum. Constitutiones, ac decreta Pontificum circa ipsum contineant veritatem. Quod tamen debet intelligi, quãdo sinistra intentione fit. Hic ordo inter Mendicantes numeratur à Pio V. apud bullarium, non solùm quantũ ad solemniter professos, sed etiã quantum ad scholares, qui non sunt irreuocabiliter religiosi, ibidem art. 9. & 10. 1. quæst. 1, art. 4. & 5. & tomo 3. q. 4. art. 2. quo Azor instit. moral. tomo 1. libro 12 capit. 7. multa congerit, & latissimè Suarez 4. tom. de Religion. tractat. 10. per nouem integra capita, & præcipuè cap. 4. vbi de Societatis institutione, & approbatione specialiter agit: dicit tamen fuisse approbatam anno 1540. & institutam tanquam ad finem, ad profectum animarum in vita, & doctrina Christiana, & ad fidei propagationem, ac defensionem ex bullis Pontificijs, præsertim Gregorij XIII. in bulla, Quanto fructuosius.

Bull. bul. 8. Paul. 3. & bulla 18. Greg. 13. vsque ad Bullã 28.

De origine Ordinum Militarium.

40. Iam suprà de Commendatarijs, nu 9 resoluimus, esse verè Religiosos, non absolutè, & simpliciter, sed Religiosos Militares, scilicet destinatos, vt milites ad pugnandum contra infideles, cum suis obseruantijs, & constitutionibus Militaribus. Commẽdatarios verò S. Ioannis, seu Maltenses nulli dubium est, etiam sæculares, & milites esse verè Religiosos, ac gaudere priuilegio fori, & Canonis, & per eorũ professionem dirimi matrimonium ratum & non consummatum, licet non comprehendantur sub nomine religiosorũ quantum ad odia, & rigores, ex Tridẽtino Concilio, loquendo de contributione pro seminario, to 1. q 1. art. 6. de quo Cordub. in sum. q 148. & 168 in fine, Nauar. de regular b lib 3. consil. 21. pag 242 Azor to 1. instit moral. lib. 12. c 3. vbi latè agit de ordinibus Militaribus, & latius Suar. d to. 4. de Relig. 2. c. 4. à num 8

Trid. sess. 23 ca. 18. de refor.

41. Templariorum ordo cœpit à Balduino Rege, sub quo Christiani reperierunt Ierosolymam anno Domini 1118. qui

qui cum quibusdam alijs nobilissimis viris ex iniunctione Ierosolymitani Patriarchę profitebantur defendere, & custodire vias, & itinera pro peregrinis euntibus ad Terram Sanctam. Nono anno post eius institutionem assignatus est eis habitus cādidus ab Honorio Papa, & tempore Eugenij Papæ cęperunt cruces rubeas in pallijs gestare. Fratres Militiæ Templi fuerunt appellati, & creuerunt numero, ac diuitijs per totū orbem, ita vt Regias opes excederent, & tandem perierunt propter iniquitatem suam, ob crimen scilicet conspirationis cum Sarracenis in Christianum nomen, eorumque ordo fuit funditus extinctus. *com.* 1. *q.* 5. *art.* 1. de quo Platina *in Clementis VII. vita Vide Azor tom.* 1. *inst. moral. lib.* 13. *cap.* 5. *q.* 3. *&* *c.* 6. *q.* 1. vbi plura ad id congerit.

42. Ordo Militaris S. Ioannis Baptistæ cœpit Ierosolymis, anno Domini 1099. in quodam Hospitali eiusdem sancti nomini dicato, vbi excipiebantur hospites, & peregrini Latini, cuius ministerio se deuouerūt quidam nobiles, ac pij viri, qui peregrinos à latronum, seu Agarenorum incursu defendebant, primique fuerunt huius Militiæ sanctæ auctores. Profitētur tria vota solemnia obedientiæ, paupertatis, ac castitatis absolutè. Primus in hoc Ordine Archimagister, seu magnus Magister fuit quidam Gerardus, qui crucem candidam in veste nigra sibi, ac socijs affixit, magnis priuilegijs à Sede Apostolica est decoratus, vt patet ex Extrauaganti Ioannis XXII. & ex Pio V. ac Sixto V. apud Bullarium. Vocantur Milites Hospitalis Ierosolymitani ab hospitali præfato ibi constructo: dicti etiam sunt aliquando equites Rhodienses ab insula Rhodo, quam possederunt, modò verò nūcupātur Maltenses ab insula Malta, quā incolunt, vbi habent propugnaculum perpetuum contra Turcas. Gregorius XIII. confirmauit priuilegia huius Ordinis Militaris apud Bullarium. *ibid. art.* 2. de quo Azor *vbi suprà cap.* 5. *quæst.* 3. *& c.* 6. *quæst.* 2. *Suarez dict. cap.* 4. *num.* 5 *&* 6.

Bullar. Bull. 24 Pij V. & Bulla 19.

Bullar. Bull. 14. Greg. XIII.

43. Ordo Militaris de Calatraua habet auctorem, & institutorem Dominū Sanctium III. Regem Castellæ, & Legionis cognomēto, Desideratum, anno salutis 1158. in quodam cœnobio, quod priùs Templariorū fuerat, fuitque confirmatus ab Alexandro III. *ibid. art.* 3. de quo Hieron Roman. *libr.* 2. *Respub. Christianæ cap.* 8. Azor *vbi suprà dict. qu.* 3. §. *sunt & milites Calatraua, & cap.* 6. *quæst.* 2. §. *anno item.*

44. Ordo Militaris de Alcantara fuit initiatus à D. Gomezio Fernandez tempore Ferdinandi II. Regis Legionis, anno 1176. vocabaturque eius institutio del Pereiro, fuit approbatus ab Alexandro III anno Domini 1183. & à Lucio III anno 1187. & ab Innocētio IV. postea fuit translatus à Pereiro (qui est nunc iuxta fluuium Cea in Portugallia, vicinum Ciuitatensi diœcesi) in oppidum Alcantara, à quo nomen accepit tempore Alphonsi Regis Legionis, & Galeciæ, anno Domini 1203. qui ipsum oppidum à Mauris obtinuerat. *ibid. art.* 4. de quo Azor *vbi suprà dict. cap.* 5. §. *sunt item milites, & cap.* 6. *qu.* 2. §. *anno Domini* 1176.

45. Ordo Militiæ S. Iacobi cœpit in Hispania tempore Ramiri I. qui victoriam insignē manu exigua contra Maurorū ingentes copias obtinuit ope Dei, & B. Iacobi Apostoli, qui visus est in prælio equo candido, & cum vexillo niueo, rubea cruce signato conspicuus, & pugnans contra Mauros, circa annū Domini 1160. secundum quosdam. Huius Militiæ confirmatio facta fuit ab Alexandro III. anno Domini 1175 cuius Bulla extat apud Bullarium nostri Auctoris, ibid. art 5. de quo Hier. Roman. vbi suprà. Vide apud idem Bullarium quandam Bullam Clementis VII. pro isto Ordine, & Azor *vbi suprà dict. qu.* 3. §. *sunt preterea, & cap* 6. *quæst* 2. §. *anno* 1175.

Bull. bull. vnica Alex 3. Bullar. Bull 10. Clem. 7.

46. Ordo Militaris de Auis cœpit in Portugallia tempore Henrici I. Regis, anno Domini 1147 postea fuit Ordo Eboræ nuncupatus ab insigni illius nominis vrbe, vbi ædificatus fuit Conuentus pro Militibus Ordinis Nunc verò ordo, seu militia de Auis communiter nuncupatur, quia ad oppidum talis nominis fuit trāslatus anno 1161. seruat regu-

regulam S. Benedicti ex iussu, ac approbatione Innocentij III. Gregor. XIII. confirmauit,& ampliauit eius priuilegia apud bullarium. ibid.art.6.de quo uide insigne opus de institutione huius ordinis editum à D.Francisco de Auellan magno Priori dicti Ordinis Militaris Auisensis, & missum ad nostrũ Auctorem,extat ad calcem.tom.1.qq.Regul. à fol.679.& Azor vbi sup.d.q 3.§. alij sunt Milites.

Bul. bull. 34. Greg. 13.

47. Ordo Militaris Iesu Christi apud Lusitaniã institutus est à Domino Dionisio Rege Portugalliæ, & à Ioanne XXII. approbatus circa annum Domini 1326. cuius caput esse noscitur nobilissimum illud cęnobium apud oppidum de Tomar,quo translatus est ex oppido Castromarin, vbi nascens prima nouit initia,eique omnia bona,quæ in Portugallia habebant Templarij, sunt applicata,vt vicinorum Saracenorum incursionibus resisteret, de quo meminit Vollateran in Antropologia lib.21 titulo,ordines Militares, Cassanæus in catalogo gloriæ mundi p.9. considerat 8. F.Hieronym.Rom.lib 7. Reip. Christ. cap 12.Petrus Mariz variæ histor dialog.3.fol.90 & Azor vbi suprà ad finẽ capitis 5 & c.6 quæst.2. anno Domini 1320. vbi ait, confirmatum esse hunc ordinem anno præfato 1326. Omniaq; priuilegia, quibus gaudebant Templarij,dictis Christi Militibus communicata esse constat ex cap 11. Regulæ, & reformationis factæ à Ioanne Vincensi Episcopo,ad instantiam D.Henrici infantis Magistri, & perpetui administratoris ipsius Christi Ordinis, ex auctoritate Apostolica, & potestate ab Eugenio IV. eidem Episcopo concessa circa annum 1434. vbi expressè habetur,quòd ordo hic fruitur omnib.consuetudinibus,& statutis, priuilegijs,ac libertatibus, quibus semper vsi sunt,& olim vtebantur, & in priuilegijs Templi continentur. Vnde rectè hanc priuilegiorum communicationem factam esse, refert idem F. Hieronymus Rom. vbi proximè,licèt modum, & tempus, quo facta est,non explicet. Huius Militiæ primordia omisit scribenda noster Auctor vide supra num.9.

48. Ordo Militaris de Montesa cępit in Valentino Regno auspicijs Regis Aragoniæ, cõfirmationemque obtinuit à Ioanne XXII. anno Domini 1317. eius institutionis finis fuit dimicare aduersus Sarracenos Valentina littora infestantes. Censu quidem,& opibus fuit tenuior cæteris sacris Militijs in Hispania fundatis, sed virtute bellica nõ inferior. De hac sacra Militia nullum alium inueni auctorem,qui de ea ex recentioribus specialem faceret mentionem,nisi P.Azor.tom.1.institu.moral. lib.13.cap.6.quæst.2.Montesiæ sacra Militia, noster verò Auctor nec verbum de illa scriptum nobis reliquit.

49. Nouissimè hisce nostris temporibus instituta est quædam alia Religio Militaris,cuius titulus est: Militia Christiana Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, Diuino numine inspirante ita factum esse piè credendum est, quando pia opinio priuilegium præseruatiuum immaculatæ Conceptionis ab omni labe originis B. Dominæ nostræ Deiparæ cõcessum vniuersali fidelium affectu,ac applausu, non obstante quorundam sublarantium oppositione piè prædicat,& exaltat, nixa inquam,pijs, magnisque fauoribus Sedis Apostolicæ Romanæ, quibus hoc pium mysterium exaltari,ac prædicari semper,ac vbiq; posse libenti,ac pio animo, ad exaltationem Deiparæ Virginis, & confusionem oppugnantium indulsit. Hæc igitur sacra Militia cępit Romæ,anno salutis 1614. auctoribus tribus magnis Principibus Catholicis, Comite Althano apud Alemaniam magno, & opulentissimo Domino,Duce Mantuæ magno potenti Italiæ,& Duce de Niuers in Frãcia potentissimo Domino. Habet pro insignijs Crucem de serico raso cærulęo ad formam Crucis, seu habitus Alcantaræ, sed amplioris latitudinis efformatam, è cuius centro consurgunt quidam radij aurei,& in superiori culmine extat imago B. Virginis,ad instar mulieris apud Apocalypsim amictæ Sole,& Luna sub pedibus eius, & in capite corona duodecim Stellarum, cum amictu seu chlamide, & cærulea,& Infante Iesu ĩ brachijs,& aureo sceptro in

manu

manu dextera, in cuius circumferentiâ extat chorda B. P. N. Francisci circumtensa, sub cuius ordine militat hæc sacra militia. Huius institutum ac regula sis professio est: Votum, seu iusiurandû obedientiæ ad Sedem Apostolicam (cui omnibus subest) exaltatio Sanctæ, ac Catholicæ fidei, extirpatio hæresium, homagium, fidei, & obedientia ad suos Principes superiores, procuratio vnionis inter Christianos Principes simul cum sui dedicatione ad persequendû, & oppugnãdum per mare Turcas, Mauros, Piratas, & alios hostes Christiani nominis, & recuperandam Sanctam Ciuitatem Ierusalem. Dominus Papa Vrbanus VIII. confirmauit hanc sacram Militiam, & Dominus Dux de Niuers, qui fuit principalis actor, & motor huius sancti instituti, electus est Magnus Magister Religionis, cui larga, & Regia verè manu triginta millia ducatorû ad singulos annos largitus est, qui quidem solemne emisit votum vigesimaprima die Ianuarij S. Agneti Virgini, & Martyri dicata præfati anni 1624. coram Domino Papa, qui propria manu eum habitu Religionis insigniuit: quo etiam induti, & insigniti postea fuerût aliquot nobilissimi equites, & in dies plurimi recipient (vt certò speratur) in honorem Dei, & Deiparæ Virginis. Vtinam crescas in millia millium crescere te faciat Deus sicut stellas cęli, & sicut arenam, quæ est in littore maris. Protector huius sacræ Religionis Militaris est ad beneplacitum suæ Sanctitatis, & de applausu omnium Principû Catholicorum inuictissimus, ac Catholicus Rex Hispaniarum Dominus noster Philippus huius nominis Quartus.

De reformatione Religionum.

50. Apud nos Minores nulla potest fieri Reformatio absque licentia Generalis, & assensu Prouincialium, ita vt per omnia ipsis prælatis iuxta Regulâ reformationes faciendæ subijciantur, ex Leonis X, concessione, tom. 3. q. 41. art. 1 & tom. 2. quæst. 73. art. 2. & 3. & nos diximus supra de prælatis à nu. 11. Vide Sanchez lib 6 decalog. capit. 2. à num. 31. vbi tractat, an superior cum maiori parte Capituli Generalis possit Regulam iã ferè collapsam, & relaxatã ad pristinam statum restituere, ita vt ad eam sic reformatam obseruandam teneátur cæteri iam professi, & partem sequitur num. 35. & pro ea citat Syluestrum, Cordubam, Vasquez, Azor, & alios plures.

51. Cùm Generales Religionum, & Prouinciales sint vocati in partem solitudinis Apostolicæ, curare debent de bitis temporibus congregare Capitula, vt de reformatione Religionis, morum correctione, ac Regularis Obseruantię separatione, & conseruatione agatur: secus negligenter se habentes circa id, à reatu mortalis culpæ non possunt excusari: sicut etiam Metropolitani ob eandem negligentiam ab hac noxa nô liberantur, præcipitur enim illis in Côcilio Tridentino, vt singulis triennijs Synodos prouinciales celebrare faciant pro morum correctione, præceptorumque Dei obseruatione, ac controuersiarum determinatione, item vt videatur, quomodo Episcopi in suo munere exercendo se gerant, ac visitationis suæ reddant rationem, vt in eodem Concilio satis innuitur. Vbi etiam præcipitur, vt defectus in Concilijs Prouincialibus proponantur, & strictè syndicentur in ratiocinijs præstandis. Rationes autem quæ militant, & vtilitates quæ proueniunt ex celebratione Conciliorum prouincialium ab Episcopis cum suo Metropolitano de triennio in triennium ad minus per agenda, eadem ferè militant in Religionibus, vt in eis capitula generalia celebrentur: præcipua autem est, vt obseruantia Regularis conseruetur, labefactata reparetur, vitia expurgentur, virtutes, & virtutis sectatores augmêtentur, fauoribusq; opportunis ad profectum properent, atque ita Religio, & reformetur, & reformata proficiat, ibi dict. quæst. 47. art. 1. & 3. de quo Victoria]

Trid. sess. 24. c. 2 de reform.

Trid. d. sess. 24 c. 1. decret. & sess. 25 ca. 24. de reform.

xla in relectione de potestate Papæ, & Concilij.

52. Fratres Minores Reformati, seu, vt vulgus appellat, Discalciati Prouinciæ S. Ioseph in Hispania non possunt visitari, nisi per commissarios eiusdem instituti, & reformationis: prælati autẽ superiores Obseruantiæ prohibentur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ eos molestare circa suum viuendi modum, aut circa id aliquid innouare, ex indulto Gregorij XIII. *Ibid. art. 4. & dict. quæst. 73. art. 2. tom. 2.*

De Religione quoad obseruantiam Regulæ.

53. Regulariter non tenentur Religiosi sub mortali ad omnia contenta in Regula ex vi ipsius Regulæ, sed tantùm ad tria vota essentialia, & ad præcepta in illa contenta, & ad non agendum ex contemptu, ac tandem ad non contemnendam perfectionem, quam saltem debent intendere, eámque anhelando procurare tanquam suæ professionis scopum, seu finem, ac necessariò requisitã ad finem. Vnde Religiosos non habentes animum, saltem virtualem tendendi ad perfectionem, licèt actu non tendant, esse in statu culpæ lethalis, tenet D. Thomas infrà citandus. Quæ omnia habent locum specialiter in professoribus regulæ S. Basilij, Benedicti, Augustini, & B. P. N. Francisci, ex cuius regulæ vi non tenentur Fratres, nisi tantùm ad ea, quæ de præcepto in illa expresè habentur, ex determinatione Clementis V in c. exiui de paradiso, Auct. tom. 3. quæst. 50. art. 1. de quo D. Thom. 2. 2. *quæst. 184. art. 5. ad 3. & quæst. 186. art. 9. ad primum, vbi Caietanus. Idem tradunt Sylu. verb. Religio 1. quæst. 12. dict. 1. Castro lib. 1. de lege pœnal. cap. 8. §. secundò principaliter, & cap. 4. docum. 4. initio, & lib. 2. cap. 8. § sed circa, Soto lib. 1. de iust. quæst. 6. art. 4. Cordub. in regul. cap. 10. qu. 3. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 5. cap. 2. qu. 1. §. quæ res deinde, Sanchez lib. 6. Decalog. c. 4. à nu. 8. & cap. 5 à nu. 1.* An autem consuetudo transgrediẽdi regulas, seu regularia statuta sit mortalis, affirmat idem Sanchez d. cap. 4 num. 18. quando scilicet adest propositum non seruandi principalia Religionis statuta, etiam ad culpam non obligantia, sed frequenter ea transgrediendi, ob probabilissimũ, inquit, contemnendi regulas periculũ, cui quis se exponit: idque tenere ait, D. Antonin. 3. part. titul. 16. cap. 1. §. 9. Syluest. d. quæst. 12. dict. 4. Valentia 2. 2. disp. 10. quæst 4. punct. 5. Additque num. 20. esse peccatum mortale in Religioso decretum nunquam se continendi ab vllo actu, eò quod prohibeatur in regula, aut à prælato, nisi prohibeatur sub mortali, quia obligatio orta ex præcipua votorum obligatione obligat ad perseuerandum in Religione absque notabili detrimento, & ruina illius, & periculo transgressionis votorum, cui probabiliter se exponit qui taliter propositum habet non se continẽdi ab vllo actu.

54. Religiosi non tenentur sub mortali ad singula leuiora, frangendo regulam in minimis, sicut nec promissio iurata, nec votum de re leui, etiam totali obligant sub tali pœna, ex sententia Doctorum Salmanticensium, *Ibid. art. 2.* de quo Syluest. *v. iuramentum 2. §. 7. Soto lib. 7. de iust. qu. 2. art. 1. & lib. 8. qu. 1. art. 7. dubio 1. & quæst. 2 art 3. Nauar. c. 23. num. 49 & 62. in fine, & c. 12. num. 10. Idem tradunt Cordub. in sum. quæst. 188. punct. 1. Azor tom 1. inst. moral. lib. 5. c. 6. quæst. 5. Medin 1 2. quæst. 96. art. 4. in 1. regul. Sanchez ad præcepta Decalog. lib. 1. c. 4. num 4 & lib. 6. c 4. num. 24.*

De transitu vnius ad aliam Religionem.

55. Transitus de vna ad aliam Religionẽ, nisi ob magnam causam, vtilitatem scilicet, aut necessitatẽ, nec decens est, nec laudabilis, tum quia ex eo plerùmque scandalizantur illi, à quibus discedltur, tum quia cæteris paribus faciliùs proficit quis in Religione, in qua primùm natus est, & quam habet in

assuetudine, quam in ea, in qua non est assuetus, nec educatus: tũ denique quia vt in plurimum hæc mutatio magis ex leuitate animi, quàm ex stabilitate, & deuotione spiritus procedit, & ab omnibus vt non mutatio dexteræ Excelsi iudicatur. Quapropter Pius V. reuocauit omnes facultates, & priuilegia quibuscunque Ordinibus concessa (præter iuris communis dispositionem) recipiẽdi, vel retinendi alios Religiosos, etiã laxioris Ordinis. Vnde non reuocatur licentia concessa in c. licet, de Regularibus, transeundi ad strictiorem Religionem petita priùs, etiam non obtenta licentia superioris. *Tom. 3. qu. 52. ar. 1. de quo D. Th. 2. 2. q. 189. artic. 8. ad quod vide Nauar. lib. 3. consf. 88. n. 1. de Regular. in 2 edit. Azor 1. inst. moral. l. 12. c. 14. qu. 1. Sayro in claui Regia libr. 6. c. 10. à nu. 9. Sanchez l. 6. Decalogi c. 7. à nu. 1. nouissimè Suarez tom. 4. de Religione l. 3. c. 9. à nu. 2. P. Miranda tom. 1. Manual. quæst. 31. articul. 1. P. Portel* v. Religionis transitus à num 2 P. Villa lob. 2. p. sum. tract. 35 diffic. 13. à nu. 1.

Bullar. bull. 9. Pij V.

56. Vt autem Religiosi in sua vocatione persistant, debent circa sibi subditos, maximè teneros in Religione iuuenes prælati se exibere benignos patres, in spiritu lenitatis eos monentes, ne institutum, in quod vocati sunt, deserant, & ad aliud prætextu maioris perfectionis transire procurent, nam facilius adolescentuli, præcipuè nobiles, & bonæ indolis amore flectuntur, quàm rigore compelluntur, ad quod facit quædam Epistola S. Bernardi ad Robertum Monachum sibi secundùm carnem propinquum, qui deserto suo instituto ad aliud se contulerat, quorundam persuasione deceptus: ex qua prælati discere possunt, quo spiritus feruore, quo charitatis ardore, qua humilitatis mansuetudine, & dulcedine, quo prudentiæ sale condire debent teneros in Religione animos, ne deficiant in via, imò ne retrocedant à via, vt deducti per semitas iustitiæ in loco pascuæ collocati, in perfectione radices emittant, & ascensiones in corde suo de die in diem in hac lacrymarum valle ponant. Ibid. art. 2.

D. Bern. Episc. 1. ad Robertum.

57. Ius commune in d. cap. licet, cõcedit facultatem Regularibus transeundi ad strictiorem Religionem, petita licentia, licèt nõ obtenta. Idem habetur cap. sanè, cap. non est vobis, cap. significat. de Regular. Iuxta quod decretum limitanda est constitutio c. statuimus 19. quæst. 3. Igitur tenentur prælati superiores huiusmodi licentiam Religioso ad perfectiorem Ordinem transire volenti præstare, vt deducitur ex d. c. licèt, dummodò tamen constet de recto animo, & spiritu petentis, & de maiore perfectione Religionis, ad quam vult transire: quod si concedere renuerit, iure id illi conceditur, supplendo negligẽtiam negantis prælati. Vnde Religiosus cum tali licentia petita, etiam non obtenta, licitè & sine scrupulo consciẽtiæ potest liberè ad aliam strictiorem transuolare, quidquid aliqui absque fundamento dicant. Aduerte tamen non sufficere petere talem licentiam post transitum factum, sed petitio omninò præcedere debet: secus extrahi à Religione, ad quam transiuit, potest Religiosus translatus, & professio in illa emissa nulla est, quia facta fuit contra Ius: quam licentiam facere non possunt prælati inferiores, vt Guardianus, vel Prior, sed tantum superiores, vt Generales, vel Prouinciales, *Ibid. artic. 3 & tom. 4. addit. sum. c. 113 num 2* de quo D. Thom 2. 2 *quæst. 183 art. 4 Cucus lib. 4. Maiorum instit. tit. de Regularibus num. 139. Portel. v. Religionis transitus nu. 7. Azor lib 12 inst. moral c. 14. qu 5. 6. & 7. Idem ferè docet Sanchez l. 6. Decal. cap. 7. à nu. 32.*

Scio ipsum Sanchez dict. cap. 7. à nu. 59. tenere contra nostrum Auctorem, quòd prælatus immediatus conuentus possit licentiare Religiosum sibi subditum ad transeundum ad strictiorem Religionem, ex eo (inquit) quia cap. licet, de Regularibus, indistinctè loquitur de prælato Religionis, à quo petẽda est licentia, ne bonum obedientiæ videatur contemni. Nomine autem prælati veniunt absque dubio prælati locales, seu immediati, & petita ab eis licentia non censetur contemni eius obedientia, sed recognosci, & æstimari. Nihilomi-

Defenditur Auctoris sententia.

fominus tamen vera mihi videtur, & omninò certa sententia Auctoris. Nam dictum *cap. licet*, licèt indistinctè loquatur de prælato, id tamen debet intelligi iuxta aliud ius antiquius, & consuetudinem Religionum (quæ est optima legum interpres, l. si de interpretatione 37. ff. de legib.) ac iuxta statuta earundem; in quibus solis Generalibus, & Prouincialibus reseruatur potestas admittendi ad habitum Regularem: ergò eisdem duntaxat reseruabitur auctoritas demittendi à Religione Religiosos in ea iam professos: par enim videtur in vtroque ratio. Rursus, quia per professionem in Religione acquiritur ius Religioni super professum: ergo nõ poterit alienari in præiudicium Religionis, nisi ab illo, qui Religioni toti, aut saltem prouinciæ alicui præest. Tandem, quia immediatus prælatus conuentus nequit sua sola auctoritate subditũ ad aliud eiusdem Religionis Monasterium transferre; ergo multò minus poterit eum à Religione penitus alienare, concedendo facultatem transeundi ad alteram, vt idem Sanchez fatetur de transeunte ad æquè strictam Religionem, quem asserit num. 65. posse ex legitima causa à Generali, vel Prouinciali dispensari ad transeundum, & nullo modo à prælato locali, idque probat ex duplici ea ratione à nobis proximè tradita, quam ex Antonio Cuco lib. 3. inst. maior. tit. 1. num. 137. refert idem num. 58. quæ etiam militat in nostro casu. Atque ideò hanc partem sustinent Lessius de iust. l. 2. c. 41. dub. 13. nu. 103. & nouissimè Suarez tom. 4. de Religione l. 3. c. 10. num. 30. vbi docet in Religionibus, in quibus maiora negotia reseruantur prælatis maioribus iuxta mores, & statuta Ordinis, ab eis petendam esse dictam facultatem transeundi ad aliam Religionem, idque censet securius, & in praxi seruandum.

58. Perfectio Religionis, ad quam iure communi transitus conceditur, cõsistit in maiori austeritate, & rigore, quia cùm hoc fiat in foro exteriori non potest aliter probari maior perfectio, nisi ex maiori asperitate, & strictiori obseruãtia Religionis: ideòque Ecclesia decreuit in Extrauaganti, viam ambitiosæ, de Regularibus, quæ est Martini IV. ad Carthusianos posse transire quoscunq; alios Religiosos, petita priùs licentia, etiam non obtẽta, vtpotè cùm hæc Religio sit asperioris, & strictioris disciplinæ in abstinentia carnium, cilicio, clausura, & alijs exterioribus, ex quibus supponit quantum ad hoc maiorem perfectionem. Hæc opinio est Canonistarum, quæ tanquam verior tenenda est, *ibid. art.* 4. de quo Greg. Lop. *in l.* 9. *tit.* 7. *part.* 1.

Oppositam tamen sententiam defendunt cum D. Th. 2. 2. q. 189. art. 8. Theologi, & sequuntur Nauar. comm 4. de regular. super cap. statuimus, num 2. & 3. P. Miranda tom. 1. q. 31. art. 3. & constanter impugnans nostrum Auctorem Suarez tom. 4. de Religione, libr. 3. c. 9. num. 10 qui quidẽ intrepidè affirmant, non esse attendendam maiorem Religionis arctitudinem, & austeritatẽ exteriorem ad huiusmodi transitum licite faciendum; sed maiorem excellentiam, & perfectionem secundùm rei veritatem. Pro quo enodando, & tuenda sententia Auctoris scire oportet, Religionem, vt sic, habere duos fines, alterum intrinsecum, & vt ita dicam, essentialem; alterum verò extrinsecum: finis intrinsecus consistit in vnione animæ ad Deum per charitatem, & per media commodiora ad id obtinendũ: extrinsecus autem consistit in procurando salutem spiritualem proximorũ per prædicationes, & alia huiusmodi. Vnde illa Religio, quæ media aptiora habuerit ad finem intrinsecum obtinendum, & vt Religiosi contemplationi Diuinorũ, & saluti proprię studeant, procul dubio perfectior, saltem intensiuè, iudicabitur ad hunc transitum. Quapropter Pontifices in pręcitatis iuribus attendentes hanc perfectionem in Religionibus nõ posse aliter deprehendi, nisi per exteriores, ac strictiores obseruantias, & austeritates illarum, eam dicunt esse perfectiorem respectu huius transitus in foro exteriori, quæ austerior, & strictior fuerit, habens ex eo media aptiora ad consequendum dictum finem intrinsecum vacandi soli Deo, & proprię salu-

Defenditur sententia Auctoris.

saluti, quem finem primariò intendit Religio; de fine enim extrinseco ex se non curat, cùm is non procedat ex vi institutionis status Religiosi vt sic, sed ex alio adiuncto, quatenus scilicet assumptæ sunt Religiones ab Ecclesia, vt coadiutrices sui essent ad salutem proximorum: Coadiutores namq; Episcoporum vocantur Religiosi Prædicatores, & Minores in Clement. dudum, de sepultur. quod nil perfectionis addit ad trãsitum hunc, de quo loquimur. Ex quibus facilè potest responderi argumentis contra sententiam nostri Auctoris adductis à Suarez dict. capit. numero 11. & 12. quæ quidem habent locum in religione perfecta non solùm intensiuè in ordine ad dictum finem intrinsecum, & primarium, sed etiam perfecta extensiuè in ordine ad finem extrinsecum, & secundarium, quæ consistit in exercitio actuum vitæ actiuæ, quam quidem perfectionem extensiuá diximus non conducere ad rem, de qua loquimur, sed tantùm attendendam esse perfectionem illam intensiuam, quæ in foro exteriori (vt ait Auctor) maior iudicatur ab Ecclesia in ordine ad præfatum transitum in religione austeriori, & strictiore, nam in foro interiori, nil decernendo, innuit, posse dari religionem aliam perfectiorem ex alio capite. Nec rectè existimat Suarez contra Auctorem, comparationem Religionum in perfectione pertinere ad ius, & non ad factum, nam perfectio illa, seu ius ad probandam perfectionẽ difficillè probari potest, quia (inquit Auctor) Vnaquæque Religio ad id vberiores fructus allegaret, quorum allegatio cùm sit magis facti, quàm iuris processus magni fulminarentur, ita vt esset inextricabilis (vt ita dicam) decisionis. Et in hunc sensum debet intelligi, & explicari dicta Extrauagans, viam ambitiosæ, in illa enim non deciditur Carthusiam esse perfectiorem alijs religionibus, sed tantùm datur facultas Mendicantibus, vt ad illam possint trãsire, præcludendo ipsis viam ambitiosę cupiditatis obtinendi dignitates, & beneficia apud cæteras Monachales religiones, fucatis coloribus transeundi ad illas ob frugem melioris vitæ, aut strictioris obseruantiæ. Ac ideò declarat Pontifex nullum ex professoribus alicuius ex Ordinibus Mendicantium in aliquem Ordinem Monasticum recipi, vel admitti validè posse (Carthusiensium duntaxat excepto) quem quidem excipit, & ad quem dictum transitum permittit, non quia perfectior sit alijs Ordinibus, sed quia in eo ob strictiorẽ clausuræ, & corporalis pœnitentiæ disciplinam cessare præsumitur illa ambitiosæ cupiditatis ambiendi honores, & beneficia monastica causa, cui obuiare, & quam præcludere vult Pontifex. Atque ideò nostram sententiam sustinent glossa in d. ca. licèt, verb. licentiam, vbi Anton. num. 7. Anchar. num. 6. Abb. in fine, Cardin. quæst. vltim. Henricus nu. 17. Parasseilus in priuileg. Minimorũ cap. 39. Lessius lib. 2. de iustit. capit. 41. dub. 13 num. 100. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 14. q. 2. quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanch. libr. 6. Decalog. c. 7 num. 21.

59. Potest quis transire de sua Religione, in qua non seruatur Regula, ad aliam laxiorem, vbi seruatur sua Regula, & est viuendi modus strictior, quia quantum ad hoc non habetur respectus nisi ad præsentem modum viuendi, qui est strictior, secũdùm quod iudicari debet hęc Religio asperior, & strictior ad effectum trãnseundi ad illam. Hoc tamen debet limitari, si non est spes reformationis in Religione, à qua sit trãsitus, vel saltem in ea, aut in aliqua eius prouincia non est aliquis Conuentus, vbi seruatur Regula: secus non est licitus talis transitus, ibidem art. 5. de quo Abb. in dict. capit. licet, Greg. Lop. vbi sup. verb. Mas fuerit Relig. D. Th. 2. 2. q. vlt. art. 8. Idem docent Nauar. comm. 4 de regular. num. 2. Cordub. in reg. c. 2. q. 19. punct. 2. Less. lib. 2 de iust. c. 41. dub. 13 num. 101. Cucus lib. 3. maiorem instit. tit. 1. num. 133. Azor lib. 12 instit. moral c. 14. q. 3. & 8. Moral. cap. 14. q. 3. & 8 Miranda tom. 1. q. 31. art. 4. latè Sãchez plures referens cum auctore d. c. 7 à num. 24.

60. In casibus, in quibus permittitur Religiosis transitus ad aliam Religionem

gionem permittitur etiam Monialibus petita licentia, licèt non obtenta, quia constituta à iure pro Fratribus, pro Monialibus etiam proportionabiliter disposita censetur, ex sententia Canonistarum. Verum est tamen, quod ob votum clausuræ non licebit eis exire sine licétia superiorum, iuxta terminos Tridentini Concilij, qui tenentur illam præstare. Quod expressè definitur in capit. recolentes, de statu Monach. vbi habetur, quòd totum Monialium potest se transferre ad aliud Monasterium strictioris vitæ, & obseruantiæ, petita licentia, etiam non obtenta. *Ibid. art. 6 et dict. cap. 113 Actus sum numer 5* de quo Cardin. *in clem. 1 quæst. 6 de regular. Abb. in cap. 1 nuls. not. 6 vers. de statu monach. Franc. de Marquez quæst. 36. 1. p. Nauarr. consil. 412 num. 15 lib. 2.* Idem tenent Mandos. *in signat. grat. verb. licentiæ, col. 9 § quæ dicta sunt, Zerola in praxi Episcop. 1. p. verb. Moniales, in fine, Sanchez d. cap. 7. num. 6. & 61.* quidquid in oppositum obloquatur Portel.

Trid. sess. 25. c. 5. de regul.

61. Conuersos sicut alios Religiosos posse ad arctiorem religionem transire, nemo est qui dubitet, sunt enim verè Religiosi laici. Imò & oblatis id etiam licere certi iuris est, quia per oblationem sui, & suorum Monasterio factam non fiunt serui, ita vt non valeant ad meliorem frugem anhelare. *Ibidem ar. 7. de quo Greg. Lop. in l. 9. tit. 7. part. 1. verb. religiosos. Idem firmant Tapia in auth. ingressi, verb. sua, cap. 6 nu. 57. C. de sacros. Eccles. et verb. ingressi, cap. 9. num. 38. vbi Rosella num. 8. in fine, Berous cap. in præsent. num. 55. de probat. vbi etiam Felin. n. 4 in fine, Sanchez cum nostro Auctore d. c. 7. num. 9.*

62. Constitutio Pij V. de non recipiendis Fratribus alterius Ordinis, de qua suprà num. 57. intelligenda est tantùm de fugitiuis, qui sine superiorum licentia extra formam iuris communis ad alias Religiones se transferre volũt ob iurgia, contentiones, leuitatem, ac delicta in sua Religione commissa: nõ tamen procedit in eis, qui transeunt ad aliam Religionem virtute Bullæ Pij IV. per quam iudices arbitrati sunt, non posse commodè ad suam pristinam Religionem redire, quæ eum renuit recipere, sed debere persistere in ea, ad quam translatus fuit. Nec item procedit in Religiosis, quibus à iure communi conceditur transitus ad aliam Religionem, vt in superioribus ex parte iam diximus, & exactiùs infrà dicemus, Ibid. art. 8. de quo Nauar. libr. 3. consil. 99 de Regularibus à num. 1. Idem post citatum nostrum Auctorem, & Nauarrum docet Sanchez d. cap. 7. num. 2. & num. 107

63. Prælatus inferior à Papa, potest ex iusta causa dispensare, vt Religiosus trãseat ad laxiorem Religionem. Ibid. art. 9 Sed de hoc se retractat Auctor, vt videre est infrà in retractatione numer. 91.

64. Plures sunt causæ, ex quibus potest dispensari in transitu ad laxiorem Religionem, quas perspectè debent prælati perpendere, quibus hæc facultas dispensandi adest. Prima est ex parte Monasterij, vt si strictior, & obseruantior est modus viuendi Monasterij, ad quod vult transire religiosus, nec est aliud simile in sua Religione in obseruantia & asperitate, vbi possit degere, vt suprà dictum est à nobis. Secunda causa est ex parte Religiosi, & hæc potest esse multiplex, vt cum ipso dispensetur. Prima est, infirma Religiosi, aut incommoda valetudo, aut fragilis corporis natura. Secunda causa est, quando Religio, vbi habitat, sita est in regione eius saluti nociua ob malam temperiem, & non inuenitur in ea Monasterium aptum suę complexioni, ad quod trãsferatur. Tertia causa potest esse ingens, & vrgens parentum necessitas, cui non potest subuenire Religiosus in sua religione per modum suæ regulæ congruentem. Quarta est, quando ob suam simplicitatem non sufficienter intellexit quis regulam, quam vouebat, inuenitque eam strictiorem, & asperiorem, quàm existimabat, voluntas enim, & intentio non se obligandi in professione ad tantam vitæ austeritatem sufficiens causa videtur ad concedendum ei transitum ad laxiorem Ordinem. Quinta causa, est persecutio grauis, quam pati-

patitur Monachus in sua Religione sine culpa sua, vel cum illa, de qua tamē iam manifestè pœnitentiam egit. Hæ, & aliæ similes causæ ad dispensandum arbitrio prudentis viri relinquuntur. Ibid dict. ar. 9. & in Addit. summæ sup. nu. 11. de quo D. Thom. 22. qu. vlt. art. 8. Syluest. vbi supra Soto libr. 2. de iustit. qu. 7. art. 3. dub. 3. Easdem ferè causas ad dispensandum in hoc transitu tradūt Cucus libr. 3. maiorum institut. titul. 1. num. 135. Azor. tom. 1. moral. lib. 12. capit. 14. quæst. 8. §. quæres, Sanchez, quãuis primam causam à nobis traditam in totum non admittat, *d. cap. 7. num. 72.* vt mox videbimus.

Suprà traditam tamen Auctoris sententiam impugnare nititur idem Sanchez d. nu. 72. dum docet, semper esse sufficientem causam ad dispensandum super transitu ad laxiorem ordinem, religiosi infirmam, aut incommodam valetudinem, vel ita delicatam, seu fragilem corporis naturam, vt religionis austeritates ferre non valeat. Quamuis enim prælati cum illo dispensare intra propriam religionem in illis asperitatibus possint, vt tradit Auctor: is tamen cum quo dispensatur (ait Sanchez) non potest, moraliter loquendo, non esse onerosus religioni, & causa multi scandali, notæ, & murmurationis. Sed hæc ratio (salua pace tanti viri) non mihi videtur sufficiens, vt à sententia Auctoris recedamus, quia religiones, vt ipse innuit, magis debent fundari in Christiana charitate, quàm in exteriori asperitate, prælati nanque debent tãquam boni Pontifices fratrum suorum infirmitatibus compati, scientes, quoniam Misericordiam magis vult Deus, quàm sacrificium. Vnde, cōcludit Auctor, cum religiosis, in quorū religione exterior austeritas præualet, bene potest dispensari, vt ad aliam mitiorem se transferant, ne sint religioni onerosi, & causa murmurationis, & scandali, vt inquit Sanchez. At apud religiones, vbi charitas plus viget, tales religiosi infirmi, & debiles non sunt onerosi, sed potiùs meriti, & exercendæ charitatis, & pietatis exercitium. Nec minus bene ipse Sanchez carpit nostrum Auctorem tā-

Defenditur Auctoris sententia.

Oseæ 6.

quam allegantem falsò Sotum. Nā hic libr. 7 de iustit. qu. 4. art. 3 §. vtrum verò, docet, quòd quando molestia, ac difficultas ex re ipsa nascitur, nempe quia res est ardua, & viribus impar, tunc causam legitimam præbet ad dispensandū: & in §. sequitur, antecedenter sermonem fecerat de potestate superiorum ad dispensandum cum subditis super voto transitus ad altiorem Religionem. Atque ideò ex huius Doctoris sententia, ac doctrina probat bene noster Auctor, prælatos posse dispēsare cum suis subditis in asperitatibus religionis, quã quo ex infirmitate, vel alia simili causa inculpabili nascitur difficultas obseruandi illas: ex quo apparet, bene ad rem à nostro Auctore allegatum esse præfatum Magistrum Sotum.

Circa suprà à nobis tradita adhuc notatum P. Villalobos 2. parte Summæ tract. 35. diff 13. num. 5. quòd transiens ad laxiorem Religionem bona fide, existimans legitimam causam adfuisse ad hunc transitum faciendum, non incurrit in excommunicationem, cap. 2. ne clerici, vel monachi, contra temerè habitū religionis demittentes, nisi transitum faciat ad liberè vagandum, ac liberiùs viuendum, tunc enim incurrere, tenet cum Syluestro *verb. religio, q. 4.* idque videtur etiam sentire noster Auctor *tom. 1 quæst. 66. art 6 §. secundo notandum est,* & clariùs tradit Sanchez *libr. 6. decalog. cap. 8 num. 58.*

65. Papa sine causa dispensans in trãsitu ad laxiorem Religionem, & impetrans talem dispensationem mortaliter peccant; ipsaque dispensatio est nulla quoad Deum, nec illa licitè potest vti dispensatus, cùm sit circa legem concernentem ius diuinum, seu dependentem à iure diuino, in qua non licet, etiã Papæ absque iusta causa dispensare, vt docent communiter Theologi. *Ibid. ar.* 10. de quo Caietan. 2. 2. *quæst. 98. art 4.* Soto *lib. 1. de iustit. quæst. 7. art. 3.* Idem ferè docet Sanchez *dicta cap. 7. nu. 105. & 106.*

66. Licentia ex iusta causa impetrata ad transitum in alium Ordinem, non facta mentione de laxiori, non est sufficiens ad transeūdum in laxiorem, nam

cum

cùm huiusmodi facultas operetur effectum transeundi tantùm ad strictiorem, vel parem Religionem, non venit extendenda ad aliam laxiorem, *Ibid art.* 11. de quo D. Thom. 2. 2. *qu.* 189. *art.* 8. *Nauar. in cap. statuimus numer.* 10. *& libr.* 3. *consil.* 57. *num.* 1. *de regul. in* 2. *edit.* Idem docent post nostrum Auctorem, & Nauarrum *dict. consil.* 57. Sanchez *dict. cap.* 7. *n.* 74. P. Miranda *dict. q.* 31. *art.* 14.

67 Religiosus Mendicans licentiatus ad transeundum in aliam Religionem, etiam non Mendicantem, & laxiorem, non potest virtute huius facultatis transferre se in aliquem Ordinem Militarem. Ita declarauit Congregatio sacra Cardinalium pro omnibus Regularibus in claustro viuentibus, ne scilicet liceat transire ad Militares, aut Hospitalarios, vt refertur à Nauarro, *ibid. art.* 12 de quo Nauar. *lib* 3. *consil.* 58. *sub titulo de regularibus.* Idem tenent Additionator ad Nauar. *dict. consil.* 58. & Sanchez *eo cap.* 7. *num.* 75. post citatum nostrum Auctorem.

69. Licentiatus à Papa ad transitum in certum Ordinem, non potest ad alium strictiorem transire virtute dictæ licentiæ, cùm hæc sit stricti iuris, bene tamen poterit virtute alterius facultatis priuilegio, aut iure communi concessæ, ibid. art. 13. de quo Nauar. vbi supr. consil. 63. num. 9.

69. Frater apostata non potest in apostasia ad aliam parem religionẽ transire absque licentia sui prælati, nisi sit in regione longinqua cõstitutus, in qua nec sui instituti monasterium, nec alterius strictioris obseruantiæ inuenitur, tunc enim etiam ad laxiorem transire licebit. Quod si nullum inueniat monasterium cuiuscunque alterius ordinis, nec ad suum redire valeat, cum sæcularibus religiosè viuendo, & pro posse suam regulam seruando degere permittitur. *ibid. art.* 14 de quo Gregor Lopez *in l* 9. *tit.* 7. *part.* 1. *verb. mas fueren religiosos*, Rebuff *in praxi benef. de transitu Monachorum num.* 7.

70. Prælati Mendicantium, qui tam à iure, quàm ex priuilegio sunt Mendicantes, non possunt dispensare cum suis subditis professis, vt transeant ad ordines monachales, excepta tantum Carthusia, excommunicanturque ipso facto non solùm transeuntes, & recipientes, sed & dispensantes, diffinitur in dicta Extrauaganti, Viam ambitiosæ §. ac volentes, de Regularibus quam obseruari præcipitur in Cancellaria regula 23. de Mendicantibus transeuntibus ad aliam religionem, pro quo etiam extant plurima Pontificũ decreta Innocentij IV. Alexandri IV. pro Minoribus, Benedicti XII. & aliorum, de quibus apud bullarium. Hoc tamen non extenditur ad nouitios dictorum Mendicantiũ, quos posse ad alios ordines transitum facere, declarauit Clemens IV. apud idem bullarium. Secus est in nouitijs Societatis Iesu, qui transacto biennio tria vota simplicia emiserunt, hi namque prohibẽtur ad dictos ordines, excepta Carthusia, transire; ex quadam Bulla Pij V. relata à Claudio *in Comp. Societ. verb. Apostata* §. 9 quidquid aliqui in oppositum sentiant. *ibid. art.* 15. *& addit. summa vbi suprà num* 9. Idem ferè traditis multis docet Sanchez *dicto capitul.* 7. *num* 28.

Bullar.
Bull. 13.
Inn IV.
Bull. 18.
& 21.
Alex. 4.
Bull. 4.
Ben. 10.
Bullar.
Bull. 12.
Clem. 4.
Comp.
Societ. §.
9.
Bullar.
Bul. 24.
Greg. 13.

71. At Gregorius XIII. concessit Præposito generali Societatis, vt de eiusdem licentia religiosi, etiam professi, non tantùm ad Carthusiam, sed ad quamuis alium Mendicantium, vel non Mendicantium ordinem paris, laxioris, aut arctioris obseruantiæ per ipsum Præpositum illis præscribendum valeant transire. Sed idem Pontifex postea confirmando quandam concessionem Pij V. qua cauebatur, vt ingredi volentes Carthusiam, tres eis menses præscribantur, intra quos, si non ingrediantur, vel non admittantur, vel non perseuerẽt, ad eandem Societatem redire teneantur, nec eis amplius ab ipsa Societate, ad eundem ordinem Carthusiensem transire secũdò liceat absq; ipsius Præpositi generalis licentia expressa ab eo specialiter obtenta, decreuit, inquam, ac declarauit, ea omnia, sicut suprà dicta sunt, etiam ad præterita valere, ac si literæ Apostolicæ super cõcessione Pij V. huiusmodi tunc confectæ fuissent sub excommunicationis, & alijs apostatarum pœnis, & censuris

eo ipso incurrendis, à quibus non nisi à Romano Pontifice, vel à Proposito generali absolutionem valeant obtinere. Ita Gregorius XIII. apud Bullarium. Idem tradit Sanchez dict. numer. 28. & num. 31.

Bullar. Bull. 27. Greg. XIII.

72. Super quibus insurgit dubium non vulgare, an reformato aliquo Ordine Mendicantium in strictiorem obseruantiam possint in illo professi ad alios Ordines transire? De quo variè sentiunt Doctores. Quidam tenent, licere ad alium ordinem parem, seu similem transire: quia actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem, argumento l. quæ de toto ff de re iudic. & Gloss. in capit. integritas, verb. voti, 32. qu. 1. At intentio huiusmodi religiosorum fuit seruare regulam iuxta morem obseruantiæ, qui vigebat tempore suæ professionis, ac proinde non sunt cogendi ad maiorem, seu strictiorem obseruantiam, quàm vouerunt. Alij in oppositum sentiunt teneri in eadem Religione perseuerare, eo quòd melior tunc sit eorum conditio. Alij tandem affirmant, quòd ipsis debet dari probatio annua ad nouas asperitates experiēdas. Sed his omnibus omissis hæc controuersia iam hisce temporibus à Sede Apostolica decisa est, obligando scilicet Fratres Conuentuales Ordinis Minorum in Hispania ad modum viuendi arctiorem obseruantiæ ab ipsis non promissum, prout fecit Paulus IV. & Moniales ad clausuram, quam non vouerunt, adstrinxit Pius V. & confirmauit Gregorius XIII. apud bullarium, nam Papa habet omnimodam potestatem circa modum viuendi Regularium, qui bus potest præcipere ea, quæ indirectè conducunt ad seruanda contenta in sua regula *ibid. artic. 16.* de quo Hostiens. *in summa de voto §. verum, n. 16. versic. quod si aliquis, Anchar. in c. vnico de statu Regul. lib. 6. post numer. 2. Nauar. in c. statuimus à n. 17. Idem tenent Corduba in regulâ c. 10. qu. 2. punct. 6. & c. 2. qu. 15. punct. 3. Vasquez 1. 2. qu. 95. art. 2. disp. 154. c 4. num. 25. 26 & 27. Azor tom 1. instit. moral. libr. 13. capit. 11. quæst. 17. P. Miranda tom. 1. qu. 31 art. 15. & latè post alios plures subscribit Sanchez libr. 6. decalog. cap. 2. à numer. 35. vsque ad 44.*

Bullar. Bull. 6. Pij V. & Bulla 41. Gregor. XIII.

73. Fratres Minores Obseruantiæ, aut alterius strictioris regulæ, quàm sunt Fratres B. Mariæ à Mercede, prohibentur recipi in isto Ordine, ex decreto Clementis VIII. de quo apud Bullarium, ibidem articul. 17. Idem tradit Sanchez dict. capitul 7. num. 30. ad finem.

Bull. bul. 13. Clement. 8.

74. Superiores religionum, etiam Mendicantium possunt licentiare suos subditos, vt liberè valeant ad Carthusianos transire ex zelo strictioris vitæ, etiam si nulla alia existat causa ad id faciendum. Prælatis verò renuentibus possunt subditi petita licentia, licèt nō obtenta, impunè ad dictum ordinem conuolare, vt expressè diffinitur in dicta Extrauaganti, viam ambitiosæ, à Martino IV. & in dict. cap. licèt, de Regularibus. Quod etiam in Fratribus Minoribus locum habere, certi iuris est: quia dicta Extrauagans de omnibus Mēdicantibus generaliter verba facit. Neque his opponitur D. Bonauentura super regulam Fratrum Minorum qu 13. quia ibi tantum asserit, non licere dictis Minoribus ex vi suæ regulæ ad alium ordinem transire; non tamen negat de licentia Sedis Apostolicæ posse, & ita non contradicit postea decreto à Martino IV. in dicta Extrauaganti, quā non potuit videre, eo quòd post multū temporis ab obitu Seraphici Doctoris fuit expedita. *ibid artic. 18 & in addit. sum dict. cap. 113 nu. 10. de quo Angel. tit. religio § 34. Cordub super regulam capit. 2. quæst 17.* Idem docent Sanchez post multa à se latè tradita *dict. lib. 6. capit. 7. à numer 19. & præcipuè à numero 26. P. Miranda dict. quæst. 31. articul. 10. qui id concedit in foro exteriori, & idem repetit articul. 11.*

75. Monachum Carthusianum transire licitè posse ad Minores Obseruantiæ de licentia sui prælati, vel ad alios Mendicantes, probabile iudicatur à viris doctissimis, dummodo aliqua iusta, & rationabilis causa ad id agendum existat, nec timeatur aliquod scandalum, vel infamia dictæ religionis, aut aliqualis super tali transitu: & ita fuisse determinatum Parisijs

de

de transitu dicti Carthusiani ad Fratres Prædicatores suam regulam perfectè obseruantes, refertur. *ibid. art. 19. & d. num. 10. addit. summæ ad finem, de quo Syluest. verb. verb. religio 4. q. 6. Nauar. lib. 3. consil. 68. primæ impressionis, & in 2. cons. 63. in fine. Idem tradunt D. Bonauent. in quæst. super regul. qu. 12. Cordub. in regul. c. 2. q. 17. punct. 1. Leonard. lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 13. nu. 100. in fine, Azor tom. 1. inst moral. lib. 12. c. 14.* in fine. Sanchez dict. cap. 7. nu. 29. & videtur innuere P. Miranda dict. quæst. 31. art. 11.

Bullar. Bull 9. num. 3. & Bull. 10. num. 3. & Bull. 18. nu. 11. & Bull. 21. Eug. IV. nu. 17.

76. Monachi Benedictini, & Cistercienses ex priuilegio Eugenij IV. apud bullarium, non possunt transire ad quemcunque ordinem, etiam ad Carthusiam, sine consensu Capituli generalis, seu præsidentis, seu maioris partis visitatorum Congregationis, nec etiam auctoritate Apostolica, nisi in litteris fiat specifica mētio de persona, ac Religione, sub excommunicationis ipso facto incurrenda pœna contra recipientes, seu retinētes, qui intra triduum à receptione monachum receptum non restituerint. Idem Eugenius IV. apud Comp. Cister. concessit Congregationi sancti Benedicti in Hispania, ne sui monachi transeant ad alium quemcunque Ordinem, etiam ad Carthusiam, nisi obtenta licentia Papæ, vel Generalis, aut sui Cōuentus cum Abbate: secus excommunicantur transiens, & prælatus admittens, seu recipiens. Idem concessit Martinus V. Cistercienfibus, excepto, quòd possint transire ad Carthusiam, & confirmauit Concilium Basiliense. Idem priuilegium habent monachi sancti Hieronymi in Hispania apud suum Compendium. Vnde attentis dictis priuilegijs, nulli Religioso hodie licet ad aliū Ordinem transire, nisi petita, & obtenta priùs licentia, nam Pontifices concedentes benè nouerāt ius commune, maximè in re tam nota, ac ideò illi derogare voluerunt, vt sæpe sæpiùs faciunt in expeditione, seu concessione priuilegiorum. Quòd & confirmauit Pius II. qui ait, quòd concordia facta est inter Cistercienses, & Carthusienses, vt aul. Comp. Roderici.

Comp. Cister. tit. fugitiui §. 1. & 2. Bull. bul. 6. Mart. V. Comp. D. Hier. v. transit ad alium Ordinē.

lus monachus suorum Ordinū de vno ad alium sine licentia transire possit, & in quodam libro priuilegiorum sancti Benedicti Romæ impresso fol. 145. refertur quædam Cardinalium declaratio, quòd transitus ad parem, vel ad arctiorem Religionem non fiat, nisi causa cognita transeuntis, & vitæ, ac morum ratione, Idque ex approbatione Capituli Generalis. Quo priuilegio Benedictinorum possunt gaudere, & gaudent Minoritæ, & cæteri communicantes, quidquid illud velint aliqui limitare, ibidem articul. 20. de quo Azor tomo 1 lib. 12 capit. 14 quæstion. 4. Nauarr. libr. 3. consil. 59. de Regularibus, P. Portel verb. transire ad alium Ordinem numer. 10. Vide ad idem Sanchez dicto libr. 6. capit. 7. numer. 31. vbi refert aliud simile priuilegium concessum à Paulo V. anno 1610. die 3. Aprilis, Carmelitis Discalceatis, quo frui liberè possunt aliæ Religiones per communicationem, & plura etiam alia priuilegia ad idem refert Suarez tomo 4. de Religione lib. 3. capitul. 12. vbi à numer. 5. resoluit, certissimum esse, posse Pontificem eo sensu præfata priuilegia concedere, vt absolutè nōn liceat ad aliam Religionem transire sine licentia obtenta, etiam titulo maioris perfectionis, idque de facto ita esse indultum Societati à Pio IV. & Pio V. in quorum bullis specialiter fit mentio dicti capit. licet, de Regularibus, cum expressa derogatione illius, & tandem idem firmat noster Portel verb. transitus ad alium Ordinem, num. 10. idem sentiens cum Auctore, quem refert.

Sed Congregatio sancti Benedicti in Portugallia non vtitur hoc priuilegio, ex quadam sua constitutione, in qua libera datur facultas secundùm ius commune monachis suis transeundi ad strictiorem Religionem petita licentia, & non obtenta, *tomo 1. quæstion. 30. art. 8.*

77. In Extrauaganti Martini IV. tantùm prohibetur transitus ab Ordine Mendicantium ad non Mendicantes. Vnde Mendicantibus licebit ad alios strictioris instituti Mendicantes transire, nisi specialiter sint prohibiti,

Bull. bul. 3. Inn. 4. & bull. 12. Alex. 4. & bulla 12. Clemēt. 4. & bulla. 14. Sixt. 4. n. 22. & 26. bull. 11. Iulij 2. Bull. 8. Pij V.

vt de factò prohibetur Minoribus, & Prædicatoribus se inuicē recipere, ex bullis Innocentij, & Alexandri IV. & aliorum Pontificum, & Minoribus Obseruantiæ ad Minimos transire, nisi de licentia Papæ, ex decreto Iulij II apud Bullarium, & idem Capuccinis ad eosdem Minimos, & è conuerso prohibuit Pius V. & confirmauit Gregorius XIII. teste Capuccino in Addit. ad Comp. titulo, recipere, §. pariter hic, & §. item in anno, qui addit, postea à Congregatione sacra, auctoritate Gregorij XIV. fuisse decretum, vt transeuntes, & illos recipientes incurrant pœnam priuationis officiorum ipso facto, & vocis actiuæ, & passiuæ in perpetuum, quæ declaratio, inquit, est authentica apud eosdē Capuccinos. *ibid. art. 21. de quo Parasellus in Compendio priuilegiorum fol. 116. Idem vide tur docere Palud. in 4. distinct. 38. quæst. 3. art. n. 11. D. Antonin. 3. p. tit. 19. c. 4. § 4. Syluest. verb. Religio, 4. qu. 6. Suarez tom. 4 de Religione tract. 8. lib. 3. cap. 9. nu. 15. qui refert ad id Palud. dict. dist. 38 q. 2. n. 17. Sanchez lib. 6. decalogi c. 7. n. 28. & 29.* referens ad id nostrum Seraphicum D. Bonauenturam super Regul. c. 2. quæst. 12. & 13. vbi Cordub. qu 17. punct. 1. & tandem idem sentire videntur P. Mirāda tom. 1. qu. 31 art 10. concl 2 & artic. 11. Portel vbi suprà n. 5. citans Azor.

Pullar. bull. 42. Leon. X. Item Leo X. apud Bullarium prohibet Minimis sub excommunicatione transitum ad alios Ordines, eadémque pœna ferit retinentes, nisi intra nouem dies à monitione restituāt. Fratres apud se existentes, & Sixtus IV. in bulla suprà citata cōcedit, vt Generales, & Prouinciales Minorum possint procedere, tanquam contra apostatas, contra Fratres habentes licentiam transeundi ad alium Ordinem, si intra duos, vel tres menses ad illum se non contulerint, & habitum Regularem ipsius non susceperint. Idem tradit Portel vbi suprà numer. 15.

78. Item Capuccini prohibentur recipere Fratres Minores de Obseruantia absque licentia in scriptis Ministrorum Prouincialium eiusdem Obseruantiæ sub pœna excommunicationis, & inhabilitatis ad quæuis officia Ordinis, & priuationis actuum legitimorū, ex constitutione Pauli III. & Iulij III. confirmata sub eisdem pœnis, & alijs efficacissimis clausulis, & non obstantijs per Sixtum V. apud Bullarium. Benè tamen possunt dicti Capuccini recipere Fratres Discalceatos, seu Reformatos Hispaniæ, obtenta priùs licentia suorum Prouincialium. ibid. art. 22. de quo Capuccin. in Comp. Mend. verb. recipere, & Portel sup. n. 15. P. Villalob. vbi sup. num. 18. vbi numer. 17. tradit, non posse Capuccinos ad Minimos transire, & è conuerso, ex quadam bulla Pij V. apud Parasell. in Compend. suorum priuil. fol. 116. Bull. bul. 17. Sixt. V.

Pro quibus omnibus in superioribus resolutis aduertere magnopere oportet, quòd quamuis ius commune Regularibus concedat ad strictiorem Religionem transire, petita, etiam non obtenta licentia, adhuc tamen indultis Apostolicis taliter ordinantibus, propter pacem inter Religiones fouendam, vel canendam iniuriam, vel confusionem vitandam standum esse existimo. Circa quod vsus vniuscuiusque Religionis attendi, & obseruari debet. Et iuxta hanc modificationem debent meritò intelligi, ac limitari omnia à Doctoribus, & à nobis in superioribus tradita. ibid. ad finem, de quo Syluest. verb. Religio 4. qu. 6. Portel vbi sup. num 10 & 11. Suarez latè loco suprà citato n. 9. qui idem constanter docent, & tenet etiam P. Villalob. vbi suprà nnm. 22.

79. Religiosus habens facultatem transeundi ad aliquem Ordinem Mendicantium tenetur requirere nō solùm quatuor Ordines Mendicantes ex iure communi, sed etiam eos, qui ex priuilegio inter Mendicantes numerantur, idque debet vero animo, & cum omni efficacia procurare. Quòd si facta hac diligentia nullus ad suam Societatem, seu fraternitatem admittere eum velit, liberatus à tali obligatione omninò manet. Sicut à voto emisso ingredi certam Religionem liberatur, qui cum vero affectu animi id procurat, & non admittitur. *ibidem art. 23.* Idem docent Nauar.

in cap. statuimus, num. 13. & post eum P. Miranda *dict. quæst.* 31. *art.* 17.

80. Votum de nō transeundo ad strictiorem Religionem tanquam impeditiuum maioris boni non est validum, ideòque ad eius obseruantiam vouens non tenetur. Sicut nec votum de non intrando Religionem obstat vouēti ad introitum in illam, ex eadem ratione, vt est compertum in materia de voto. Verum est tamen quòd prælatus votum subditi de transeundo ad arctiorem Religionem potest dispēsare, non verò irritare, quia id non est simpliciter votū Religionis, sed transitus vnius ad alteram Religionem, qui transitus ad arctiorem Ordinem non cadit sub potestate prælati ad irritandum votum de illo emissum. *ibid. art.* 24. *& tom* 1. *quæst.* 24. *art.* 4. de quo D. Thom. 2. 2. *qu.* 189. *art.* 2 *& qu.* 185. *art.* 10. *ad tertium*, *Nauar. lib* 3. *consil.* 55. *&* 93 *de Regularibus, & consil.* 14. *de voto, & voti redemptione*, Idem docent Portel *vbi supr. n.* 18. P. *Villalobos dicta diff* 13. *nu.* 19.

81. Religiosus translatus ad aliam Religionem, vt in ea possit esse prælatus, debet priùs profiteri: quia qui similem vitam cum alijs suscipit, similem debet sentire in legibus disciplinam, cap. recolentes, de statu monach. idque expressè extat diffinitum in Tridētina Synodo. Præfatus verò monachus trāslatus post renunciationem prælationis, qua functus est post professionem remanet filius secundę religionis, in qua professus est, nam qui legitime ad aliam religionem transit, & in ea profitetur, eo ipso omnia prioris Ordinis iura perdit, & fit filius posterioris, in quo professionem emisit, & secundum tempus istius secundæ professionis sedem, & antiquitatem obtinebit, *c. ne pro cuiuslibet* 16. *q.* 1. *cap. si quis iam translatus* 21. *qu.* 2. *Auct. ibid. ar.* 25. 26. *&* 29. *& in addit. Sum. vbi sup. n.* 26. *de quo Nauar. lib.* 3. *consil.* 61. *de Regularibus.* Idem tradunt *Sanchez l.* 7. *de matrim. disp.* 37. *n.* 47. *& lib.* 6 *decalog. cap.* 7. *nu.* 85. *&* 86. *P. Miranda d. qu.* 31. *art.* 11. 12. *&* 13. *P. Villalobos vbi supra num.* 21.

Trid. sess. 25. ca. 21. de regul. & sess 14. ca 10. de reform.

82. Bona Religiosi legitimè, & validè professi in vno Ordine, & licitè ad alterum translati, quomodocunque sint iam quæsita, siue per donationem, siue per propriam industriam, semper pertinent quoad proprietatem ad primū Ordinem, quia licèt ius illi concedat, vt maioris perfectionis zelo ad strictiorē religionem se transferat, hoc debet fieri sine præiudicio tertij, capit. super eo, de offic. delegat, magnum verò præiudicium fit priori Religioni, cui acquisita sunt iam omnia, quæ acquisiuit suus monachus, vt patet ex iure. Quod adeò verum est, vt neque scripta à se elaborata, possit secū deferre, nisi inutilia sint priori Religioni. Secus dicendum est, si dictus Religiosus translatus inualidè professus est in priori religione, tunc enim cùm pro non religioso habeatur in illa, ad secundam religionem pertinere omnia illius bona consequens est, Hęc dicta sunt loquendo de proprietate bonorum, nam quod attinet ad vsum fructum, distinctione vtendum est: vel enim transitus iustis de causis, & de licētia prælati fuit factus, & tunc vsus fructus dictorum bonorum ad posteriorē Religionem videtur spectare, aliàs non bene libertati spiritus esset consultum, & retraherentur Religiosi à perfectione, ad quam volunt per transitum ad arctius institutum aspirare, si enim secundùm ius alimenta debentur religioso translato ad aliud monasterium ob demerita, & culpas, c delapsis 16 quæst. 6. cap. quod à te de clerico coniugato, à fortiori, ac maiori ratione debentur illi, qui non ob demerita, sed assequēdæ perfectionis ergò, ad aliud strictioris instituti monasterium seu Ordinem se transfert. At verò si sine licentia pręlati, & sine iusta causa indebitè translatio fiat, vsusfructus omninò ad priorem Religionem, seu monasteriū pertinet: quia iniustè translatus, ad primam Religionem reduci debet, & à secunda potest extrahi, vnde sibi indebitè illum recipienti imputet, quia sponte se constituit in obligatione ipsum alendi, ibid. art. 27. & in Addit. Summa tom. 4 dict. cap. 112 nu 7. & tom. 2 quæst. 78. art. 2. & nos diximus suprà de hæreditatibus, n. 24. Vide ad hoc Panormit. in c. quod

à te, de clericis coniugat. Syluest. verb. Religio 4. quæst. 10. Couar. in cap. 1. de testam. num. 20. & 21. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 15. quæst. 3. P. Miranda dict. quæst. 31. art. vlt. P. Villalobos dict. tract. 35. diffic. 14. per totam, præcipuè num. 5. & nouissimè Suarez tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 3. cap. 13. & 14 vbi latè & eruditè rem tractat, quāuis quoad vsumfructum indistinctè teneat eo, c. 14. num. 12. & 13. & cum sequentibus, pertinent ad monasterium, à quo trāslatus est; quod, addit, ad summum obligari ad tribuendum religioso translato sufficientia alimenta in monasterio alio. Quod & mihi non displicet, nec est alienum à mente nostri Auctoris, vt patebit illum attentè legenti, sicque consulitur bene libertati spiritus volentis transire ad meliorem frugem, & sententia nostra sic limitata vera est: quam etiam sustinent D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 24. §. 3. Mandos. in praxi signat grat. § translationes column. penult. vers. sed quæro. Menochius limitans, quando posterius monasterium est inops, consil. 291. n. 22. volum. 2 quos, & alios plures refert ad hoc Sanchez l. 7. dec. c. 32 nu. 7. quidquid ipse in oppositum sentiat nu 8. qui videri potest, & quæ latissime tradit per totum illud c. 32. vbi de hac materia multas difficultates satis eruditè resoluit.

Exponitur mens, & sententia Auctoris, & conciliantur loca antinomia.

Sed his opponi videtur quod resoluit Auctor noster dicto tom. 4. Addit. Summa cap. 53. n. 2. vbi intrepidè, & absolutè affirmat, omnia requisita in primo monasterio pertinere ad illud, ad quod translatus est Religiosus. Facilè tamen concordantur hæc duo loca Auctoris, nam in dict. art. 17. & in dict. nu. 17. Addit. summa, loquitur de proprietate bonorum, quam pertinere ad primam Religionem, in qua legitimè professus est Religiosus trāslatus, affirmat. At in dict. num 2. cap. 53. loqui necessariò dicendus est de vsufructu dictorum bonorum, quem ad secundam Religionem, ad quam legitimè se transtulit, & quæ illum alere tenetur, spectare asserit. Sed quia adhuc non omninò satisfieri videtur sententiæ Auctoris in dicto num. 2. in quo absolutè, & sine distinctione omnia ad secundum Monasterium pertinere affirmat, dic, quòd inibi attento iure ciuili in Authentica, de sanctissimis Episcopis, §. si Monachus, col 9. At in dict. art. 17. & dict. n. 17. loquitur de iure Canonico, cuius determinationi standum omninò est, & nō iuris Ciuilis in hac materia, ad quod est bonus textus in c. statutum est 18. q. 1. vbi habetur, quòd acquisita ante consecrationem Monachi in Episcopum sunt Monasterij, acquisita verò postea sunt Ecclesiæ, cui multum assimilatur trāslatio de vna ad aliam Religionem. Hæc deduxi ex mente, & verbis Auctoris ad tollendam, & superandam antinomiam, quæ versari videbatur circa dicta loca. Ex quo iam cessare poterit perplexitas Portel verbo, bona transeuntium de vno ad alium ordinem, n. 1. & 2. qui nihil certi potuit colligere (vt ipse fatetur) ex locis citatis ad illa conciliianda. Vide Nauar. lib 3. cons. 56 de Regularibus, & capit. statuimus, num 24 seu comment. 4. de Regular. & P. Villalobos ea diffic. 14. numer 2. vbi cum Panormit in dict. cap. quod à te, & cap. in præsentia, & cap. causam, de probat. resoluit, donationem omnium bonorum factam Monasterio in ingressu Religionis ab eo, qui ante professionē ad aliud Monasterium transiuit, in quo professus, est reuocari, & cum tali profitente transire sua bona, quia non secuta professione tacite censetur reuocasse eā donationē, ad instar donationū causa mortis, quę non consequitur suū effectum vsque ad mortem. Secus, addit, si partem aliquam bonorum tantùm donauit, quia non censetur tunc donasse intuitu ingressus, vt tradit Sylu. verb. Religio 4. quæst. 10 num 10. Item nu. 3. docet, ius succedendi Religioso competens, cùm sit personale, transire cum eo ad Monasterium, ad quod transfertur, si est capax succedendi, vt colligitur ex d cap. statutum 18. quæst. 1. Vnde infert num 4. legatum relictum sub cōditione, quæ impleta est tempore secundæ professionis, ad secundum Monasterium pertinere, vt latè etiam, ac eruditè probat Sanchez *lib. 7. Decalogi c. 31. num. 41. per textum in l. cum here-* ...

quando dies legati ced. & regul. quæ legato 18. ff. de regul. iuris, citàtque ad id magnam turbam DD.

83. Religiosus Mendicans translatus ad non Mendicantes, etiam auctoritate Apostolica nullum officium, beneficiū, aut vicariatum, nec aliquam administrationem apud illos obtinere potest, itē voce actiua, & passiua priuatur, & inhabilis redditur ad quodcunque munus, vel officium Ordinis, ex Clem. 1. de Regularibus, & pro Fratribus Minoribus translatis ad alios Ordines, ne possint esse prælati, decreuit Nicolaus IV. Hæ tamen pœnæ non extenduntur ad Mendicantes transeuntes ad alios Ordines, etiam laxiores, vt ex dicta Clementina patet, ibid. art. 28. de quo Nauar. libr. 3. consil. 57. & 63. de Regularibus 1. edit. Idem habetur in Concilij Trid. sessi 14. c. 11. in fine, de reform. quoad omnes Regulares translatos de vno ad alium ordinem, qui ex eo incapaces fiunt cuiuscunque beneficij sæcularis. Ad quod videri possunt Anchar. in d. Clem. 1. num. 4. notab. 3. vbi Bonifac. nu. 59. Imola n. 9. Cardinal n. 16. q. 8. Azor l. 12. Moral. c. 14. q. 12. tom. 1. P. Miranda d. q. 31. ar. 8. concl. 2. P. Villalob. d tract. 35. diffic. 13. n. 16. & latè ad id multa tradit Sanch. dict. c. 7. à n. 108 vbi n. 114. & 115. id extendit ad Mendicantes, qui ex dispēsatione Pontificis habent redditus & possessiones in communi, & nu 116. ad Moniales, quibus ex regula interdictū est possidere bona in cōmuni, & n. 117. ad Mendicantes omnes, qui tales instituti sunt, & numerati inter Mendicantes à Sede Apostolica post quatuor principales Ordines Mendicantium, de quibus *in c. vnic. § fat è, de Relig. domib. in 6.*

Trid. sess. 14. c. 11. in fin. de reform.

84. Translatus de vna prouincia in aliam eiusdem Religionis, post quam est in ea incorporatus, gaudet omnibus, quibus gaudent filij, & in eadem professi. Imò etiam admissis, seu receptis tantùm ante incorporationem conceditur locus iuxta suæ professionis tēpus, licèt non habeat vocem in Capitulo, & ita obseruatur in nostra sacra Minorum Religione. *ibid. art. e 30.* Idem tenet P. *Miranda d. qu. 31 art. 23. concl. 2.*

De Religiosis extra claustrum viuētibus.

85. Monachi extra claustrum viuentes nullum beneficium sæculare, aut Regulare obtinere possunt, nisi ad id adsit legitima causa, & dispensatio, ex quadam Bulla Pauli IV. *tom. 3. qu. 53. art. 1. & tom. 4 Addit sum. cap. 114. nume, 2. ad finem, de quo Sarmient. de Breuibus à nu. 31. Mandos. de signat gratiæ, tit. licentia, fol. 101. p. 2. colum. 1. & 2.* Ad quod etiam vide quæ tradunt Sanchez *libr. 7. Decal. c. 29. per totum. Suarez tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 3. cap. 19. per totum, & quæ diximus de beneficijs resolut. 15. numer. 5. & 51.*

86. Monachus ad curam animarum gerendam, seu vt præsit Parochiali Ecclesiæ egredi à Monasterio potest, ad quod sufficit licentia Abbatis, & Conuentus simul, si Ecclesia pleno iure pertinet ad monachos. Item ex eadem ratione Collegiatæ Ecclesiæ præfici potest, non tamen ad alia beneficia simplicia, vel dignitates Ecclesiasticas absq; Papæ venia speciali promoueri potest, vt ex cap super eo, de Regul. colligitur ibid. art 2. & tom. 1. quæst. 43. artic. 4. & tom. 3 Addit. sum. cap. 30 nu. 3. de quo Abbas in capit. quod Dei timorem, vbi Panormitan de statu Monach. Syluest. verb. Religio 9 num 3 Idem docet Sanchez latè lib. 7. Decalog c. 29. nu. 57. & nos diximus dict. resolut. 15. num. 6. & 53 & 54.

87. Canonicus Regularis, vel Monachus accipiens aliquod beneficiū Canonicè requirens residentiā, tenetur in eo residere, nō verò in suo Monasterio, vt innuit *c. ne pro cuiuslibet, 19 q. 1. c. si quis iam translatus 21. q. 2. Auct. ibid. art. 2.*

88. Non licet, prælato Regulari recipere Monachū à Religione strictiori auctoritate Papæ trāslatū animo demittēdi statim cū à Monasterio cū facultate, vt semper ad vitam, vel ad plurimos annos extra claustrum, quærendo sibi victum sua industria, arte, vel mendicitate, degat, iuxta quoddam Tridentinum

num decretum, nisi tanta sit huius Religiosi vrgens necessitas ob persecutiones, molestias, ac dissensiones in sua Religione, vt non inueniat Monasterium, quod velit eum perpetuò alendum in claustro recipere, & talis de eo adsit confidentia, quòd tali facultate viuendi extra Monasterium bene vteretur, non tam ampla, vt dictum est, sed arctata, & limitata ad certum locum, vbi facilis possit haberi notitia de eiusdem actibus, moribus, ac vita, & correctio (si opus fuerit) adhiberi. Ex quo fit, quòd benè potest recipi animo mittendi eum extra claustrum ad peragenda negotia in vtilitatem, & decorem Religionis, quia in hoc casu cessat ratio, & occasio vagandi, & apostatandi, de qua in dicto Concilio, siquidem subest obedientiæ prælati. *ibid. artic.* 4. de quo Nauar. *in c. statuimus, n.* 12. & 15. *aliàs comment.* 4 *de Regular. num.* 11. & 12. Idem post eundem Nauarrum, & nostrum Auctorem docet Sanchez *lib.* 6. *Decalog. c.* 7. *num.* 82. 83. & 84.

Trid. sess. 24. ca. 11. de refor.

89. Absentia Religiosi in loco distāti per decem milliaria, verbi gratia, à Monasterio ad seruiendum beneficio curato in vtilitatem Ordinis, Ecclesiæ vniuersalis, aut Reipublicæ sufficiens, ac iusta causa censenda est, vt superior illi concedat facultatem ad illud seruiendum. Secus si nulla causa adsit, tunc enim, nec etiam de licentia Papæ licet abesse: Sicut etiam necessitas parētum superueniēs iusta causa censetur, vt Religiosus de licentia superioris extra claustrum ad subueniendum illis, vel etiam curandæ valetudinis ergò, cum consilio medici viuat. Et tandem sufficiens pariter causa iudicatur ad dandā licentiam Fratri inquieto, & insolenti propter sua delicta ad triremes relegato, & ab his postea restituto, vt habitu retento vitam eremiticam agere, vel alicui hospitali, aut Ecclesiæ seruire permittatur, verò simile enim est, quòd Fratres ob præteritam vitam, & infamiæ notam eum ad suum consortium admittere renuent, vel admissum improperijs, & contumelijs afficere non desistent. *ibid. art.* 5. de quo Nauar. *in ca. non dicatis, num.* 40. & 70. & *libr.* 3. *cons.* 68. & 69. *de Regularibus, & commentario* 3. *de Regular num.* 48. & *in Manual. cap.* 14. *num.* 14. & 48. Vide quæ sit iusta causa ad huiusmodi licentiam concedendam, apud doctissimum P. Suarez *tom.* 4. *de Religione tract.* 8. *libr.* 3. *cap.* 7. *à numer.* 17.

90. Nullus inferior à Papa potest licentiam facere Monacho, etiam iusta ad id existente causa, vt sit extra Monasterium in habitu clericali decenti sub obedientia Ordinarij, nisi declarando eum nulliter esse professum, vel priuādo eum habitu regulari, expellendoq; ipsum ab ordine per sententiam iuridicam. Imò nec Congregationi Cardinalium id cōceditur, tantùm enim habet facultatem declarandi dubia Concilij Tridentini, non verò ad dispensandum ibid. art. 6. de quo Nauar in c. nullam, num. 27 & lib. 3. cons. 54. num. 5. de Regul. idem supponere, seu sentire videtur Suarez dicto cap 7. nu. 4. in 3. obiectione, & per num. sequentes.

De Religiosis professis post constitutionem Sixti V vide quæ suprà *de nouitijs quoad professionem, resol.* 101 *à nu.* 88. diximus.

RETRACTATIO.

De Dispensatione super transitu ad laxiorem Religionem.

91. Attento iure communi prælatus inferior à Papa potest licentiā transeundi facere ad Religionem strictiorem, imò & ad æqualem, sed ad laxioré soli Pontifici reseruatur ex glossa in capit. cum singula, verb. canonicè, de præbend. libr. 6. & expresse diminiri videtur in Tridentino Concilio. Quod adeò verum est, vt facultas facta à Papa absque iusta causa nullius sit valoris, peccabitque illam sic concedens, vt sit prà diximus num 65. Ita Auctor tom 4. summæ cap. 113. numer. 7. de opposito se

Trid sess. 25. ca. 19. de Reg.

se corrigens, quod dixerat tom.3.qu. 51.art.9. quidquid in oppositum dicat Sayro decil.55.de Regularibus, vbi resoluit, quòd non obstante dicto Tridentino decreto, & iure communi Generalis, & superior Religionis ad laxiorem etiam Religionem transitum concedere potest, cum mens, & intentio Concilij non fuerit, iuridicas tollere facultates. Ita refert Barbosa dicto capit.19. de Regularibus, num 7. At sententiæ nostri Auctoris adhærent Syluest. Nauar. infra citandi, Mandosius de signat gratiæ verb. licétiæ columm.8. versic. quoad minorem, & alij plures, quos refert Sanchez lib 6. Decalog. cap 7 num.50. & 51. vbi late rem tractat vsque ad nu. 70 & expressiùs Suarez veriorem iudicat hanc sententiam tom 4. de Religione lib.3. cap.11. num 17. vsque ad 20 & nu.14. & 15. talem facultatem sine causa à Papa datam, & professionem viritute illius factam ipso facto irritam esse, asserit de quo Panorm: *in cap. non est, n. 6. de Regularibus, Syluest. verb. Religio 4. quæst.2 Nauar. in cap. statuimus, nu.12. & consil.56 de Regularibus, Azor in Institut. moral. p.1. lib.12 cap 13 qu.2 Reginal. in praxi fori pœnit lib.18. capit.29 à nu 412. Fr. Ioannes à Cruce de stat. Relig. litr.1. cap.7. dub.3.*

RESOLVTIO CXXIV.

De Reliquijs Sanctorum.

1. Reliquias, & corpora sanctorum Martyrum, ac aliorum cũ Christo viuentium, quæ membra viua fuerũt ipsius Christi Domini, & templum Spiritus sancti ab ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificãda, per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur, à fidelibus colenda, ac veneranda esse, definitur in Tridentino Concilio: in quo etiam damnantur omnino affirmantes non deberi huiusmodi venerationem & honorem reliquijs Sanctorum, vel eas, aliaque sacra monumenta à fidelibus inutiliter venerari, atque eo rum opis impetrandæ causa sanctorum memorias frustrà frequentari. Reliquiæ vero de nouo inuentæ non sunt recipiẽdæ, nec venerandæ in publico, nisi fint ab Episcopo priùs approbatæ, ex eodẽ Concilio: secus si fuerint reliquiæ Sanctorum approbatorum per Canonizationem, vel Beatificationem. Priuata tamen veneratione non est prohibitum venerari reliquias cuiusdam sancti nec Canonizati, nec Beatificati, sed tantum reputati pro sãcto, vel datas à viro pio, & side digno affirmante, esse reliquias cuiusdam sancti. At non licet eas collocare in publico, vt adorentur, nisi priùs approbentur ab Episcopo, vt dictũ est: *tom.3. quæst.55. artic.1. & tom.4. Addit. sum. cap.115. numer.2. de quo Azor tom.1. lib.9. inst. moral. cap.8. quæst.7. & 8. Sanchez in præcepta Decalog. libr. 2. cap.43 numer.6. cum seqq. Ad quod videri possunt glossa in cap. pronunciandum, de consecrat. dist.3. Archidiacon. in cap. nec mirum 26 quæst.5. D. Antonin. in sum. 3. part. titul.12. cap.8. §. 1. Hostiens. lib.6. tit.19. artic.5. Zabarella in capitul.1. de reliquijs, & venerat. Sanctor. Bellarmin. libr 1. de Sanctis à capitul.1. vsque ad 4. Vazquez de adorat. imaginum libr.3. disputat.3. capitul.8. à numer.78. Suarez tom.1. in 3. part. distinction 55. quæstion.25. articul.6.*

Trid. sess. 25. de ve- ... nerat. in- uocat. & reliquijs sanctorũ. Trid. sup. §. hæc vt fidelius.

2. Corpora Sanctorum tradita perpetuæ sepulturæ non possunt transferri de vno loco ad alium, nisi auctoritate Papæ Episcopi, vel Synodi, cap corpora Sanctorum, de consecratio dist.1. quando autem non sunt tradita sepulturæ, licite possunt trasferri sine alicuius auctoritate ad alium locum Religiosũ. Alexander VI concessit Minoribus apud Bullarium, & Pius V. Religiosis Societatis apud eius Compend titul reliquiæ, vt sine scrupulo alicuius censuræ liceat mittere reliquias extra Vrbem pro consecratione altarium, & lapides cu-

Bull. oracul.4. Alex.6.

cuiuscunque generis, siue consecratos, siue non ibid. art. 2. De adoratione reliquiarum, vide Suarez *dict. art. 6. sect. 2. §. sed quaeret, Philiarcum de offic. sacerdot. tom. 1 part. 2. lib. 3. c. 9. ad fin. Sanchez d. capit. 43. n. 13. & 14. & de translatione Sanctorum, n. 25. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 9. cap. 8. qu. 9. D. Anton. 3. part. tit. 12. c. 8. in fine, Sylvest. verb. Reliquiae, qu. 3. Portel in addit. ad dubia verb. Reliquia num. 6.*

3. Licitum est tractare, & reuerenter tangere Sanctorum Reliquias inferendo, vel extrahendo illas de capsa, aut ad pectus seu à collo pendentes portare, tom. 4. Addit. summa cap. 115. nu. 3. de quo Azor dicto libr. 6. inst. moral. cap. 9. quaest. 5.

4. Agnus Dei per Summum Pontificem solemniter benedicti non sunt depingendi, nec venales, proponendi ex praecepto Gregorij XIII. qui id prohibuit sub pœna excommunicationis ipso facto, licet eius constitutio in his Hispaniarum partibus vt in plurimum non obseruetur quoad pingēdos dictos Agnus Dei, tom 3. q. 55. art. 3. de quo Sanchez dict. cap. 43. num. 28. & 29. qui docet, in eo decreto non prohiberi venditionē ratione materiae, contra Azor dict. cap. 9. quaest. 4. Idem tenet P. Villalob. 2 p. sum. tract. 37. diffi. 11. num 4.

Aduerte tamen, quòd non sunt à laicis nisi reuerenter tractandi propter oleum, & sacrum Chrisma, quod habent in cera admixtum. Qui etiam habent virtutem contra tempestates terrae, & maris, & contra incendia. tomo 4 Addit. capitul. 115. numer. 4. de quo Duran. in Rationali Diuinorum, libr. 9. Azor d. capitul. 9. quaestion 3. Sanchez vbi proxime numer. 27. qui benè addunt, laicos non grauiter peccaturos, si absque contemptu tangant Agnus Dei, vsumque obtinuisse, vt eos tangant, etiam foeminae, idemque tenet Portel vbi sup. num. 8.

RESOLVTIO CXXV.

De Restitutione.

1. Restitutio ex S. Thoma, est redditio rei, quae ablata est, quae habet aliquas radices, à quibus deducitur, scilicet ab acceptione, aut à re accepta. Tunc dicitur procedere ab acceptione, quando quis ratione solius acceptionis tenetur alteri reddere quod suum est, aut est ei debitum, vt in mutuo, deposito, furto, rapina, & similibus. Tunc autē à re accepta procedit restitutio, quoties quis rem alienam, aut alteri debitā habet. Duplex verò est restitutio, altera, qua prior status totaliter innouatur, & haec dicitur restitutio in integrum, qua, inquam, redditur possessio rei, aut aequiualentis, & fructus, pristinū ius, & omnia, quae à Iurisperitis dicitur esse prioris status, vel iuris reintegratio, per quā subuenitur Minoribus, Ecclesijs, & Monasterijs, l. 1. l. non solū, ff. de in integ. restit. cap. auditis eod. tit. Alia verò est, qua prior status non renouatur in totum, sed tantùm rei possessio, vel aequiualentis per quam satisfit de re ablata, damno, & interesse, quae aliquando significatur nomine redditionis, *capit. cùm tu manifestos, de vsuris, aliquando nomine satisfactionis, tom. 3. quaest 56. art. 1. de quo D. Thom. 2. 2. quaest. 62. art. 2. & 6. Soto 4. de iust. quaest. 7. art. 7. Couar. in regula, possessor, 2. p. in initio, De materia huius tituli videantur Anton Gomez tom. 2. de contract. lib. cap. 14. Rebuf. ad leges Gallia tom. 2 tit. de restitution. in integrum, Donel. commentar.* Iuris ciuilis libr. 21. capit. 4. Mench. vsu frequent. cap. 65. à num. 3. Moria in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 5. Molina de iustit. tract. 5. disp 573. Caldas Pereira in l. si curatorem, C. de in integ. restit.

2. Quaecunque laesio in bonis, & iuribus Monasteriorum per quemcunque facta,

facta, etiam ex culpa prælatorum, aut Monachorum ipso iure rescinditur, nec opus est aliquam restitutionem in integrum impetrare: quod ius, & priuilegium trahitur ad præterita nondum decisa, præsentia, & futura, ex cōcessione Ioann s XXII. facta Congregationi Mōtis Oliueti apud Compend. Cister. & Societ. titul restitutio in integrum. Sed aduertere oportet, quòd hæc læsio attento iure communi non rescinditur post quadraginta annos, quibus elapsis præscribitur contra Ecclesiam: at attentis priuilegijs Regularium non nisi post spatium centum annorum præscribitur contra bona, & iura Monasteriorum, ad instar rerum, & iurium Ecclesiæ Romano, vt suprà resolut. 114. nu 2. iam resolumus, ibid. artic. 2. Ad quod vide Gregor. Lopez *l. 10. verb. Mas de la mitad. tit. 19. part. 6. Turzan. tomo 1. communium opin. lib. 2. titul. 24. num. 2. Costa §. & quod si tantum part. 2. à num. 80. Suarez allegat. 21. à num. 3. Gama decis. 233. num. 2. Caldas Pereira in l. si curatorem, verbo, læsis, à princip. & verb. infrà, num. 9. Flamin. de resignat. libr. 3. q. 7. num. 84. Sthep2an. Gratian. discept.* forens. cap. 148. num. 19. Gonzal. ad reg. 8. Cancel gloss. 21 nu. 21.

Comp. Cister. & Societ. tit. restitutio in integrum.

3. Restitutio incertorum regulariter ad Episcopum nō pertinet, imò nec eidem licet se interponere voluntati debitoris volentis restituere pauperibus. Pro bonis incertis, & malè quæsitis notoriorum est quædam concessio Sixti IV. pro Carmelitis, & alia Clementis IV. pro Minoribus apud Bullarium, vt possint ea restitui, & applicari Monasterijs, in quibus habitum sumunt, ibid ar. 4 de quo Nauar. cap. 17. num. 9. Vide ad hoc Sanchez lib. 9. Decalog. c. 11. n 54.

Bullar. bull. 14. Sixti 4. n. 30. vbi refert. bul. Clem. 4.

4. Rectè tamē potest Episcopus, seu Ordinarius inquirere contra detentores bonorum pauperibus restituendorum, eósque adstringere ad eorundem restitutionem faciendam, vt constat ex Authentica, hoc amplius, de fideiussoribus. Auct. tom. 4. Addit. sum c. 119. n. 4 de quo Maranta 6. p. de Ordine iud. tit. de Inquisitione, nu. 154.

5. Accipiens aliquid à Religioso non habente potestatem, vel licentiam illud largiendi, tenetur rem Monasterio restituere, si illa à Religioso iam acceptata erat: secus si non erat acceptata, quia tunc non donauit rem Monasterio acquisitam. *ibid. art. 3. de quo Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 4. numer. 7. Episcopus Sosa super breue Clem. 8. de larg. mun. num. 73. De his, qui lucrantur in ludo à Religiosis, qui tenentur restituere, vide quæ tradunt Auctor in Bulla Cruciatæ, §. vnic. de Bulla compositionis, casu 10. numero 35. conclus. 7. & tom. 1. sum. cap. 189. numer. 3. in 2. edit. Rebellus tract. de iust. part. 2. lib. 11. quæstion. 4. sect. 1. numer. 4. & sect. 2. numer. 6. fine. Ludouic. Lopez. libr. 2. de contractibus, capitul. 21. col. 3. Leonard. libr. 2. de iustit. capitul. 26. dub. 5. numer. 32. & 38. Vega tom. 2. sum. capitul. 3. casu 3. post quos Sanchez, latè libr. 7. Decalog. capitul. 19. à numero 86. qui idem ferè docent.*

6. Obligatus ad fructuum, & redditum alicuius præbendæ restitutionem nō tenetur distributiones quotidianas, quas consecutus est, restituere, nisi expressa mentio fiat de ipsarum restitutione in sententia condemnatoria, sicut qui priuatur à fructibus, & obuentionibus suæ præbendæ, non venit priuandus à distributionibus quotidianis, cap. licet vobis, de præbend. Iuncta glossa in capit. cùm de diuersis, verb. integrè, de priuil. Auct. tom 3. quæst. 74 artic. 4. de quo Boerius decis. 346. Lancelot. de attentat. capitul. 32. de pœnis attent. numer. 27. Ripa libr. 1. resp. 1. Abb. in d. cap. cum de diuersis.

7. Non tenetur ad restitutionem famæ, & damni satisfactionem accusans aliquem sine præuia correctione fraterna, quando peccatum accusati fuit contra ipsum accusantem commissum, non enim facilè grauatus, & iniuria commotus ad correctionem præhabendam, seu adhibendam ei, qui eum iniuria affecit, potest supergrauari, nullum commodum ex accusatione reportare intendens, tom. 2. q. 8. artic. 7. de quo Nauar. lib. 2. de restitut. c. 4. nu. 255.

RESOLVTIO CXXVI.

De Rescriptis.

1. Rescriptum est mandatum Principis non constituens legem generalem, sed specialem in certis causis, & inter certas personas, quod aliquando conceditur ad conseruationem priuilegiorum contra, vel vltra ius commune aliquando verò ad conferendum alicui beneficium, seu gratiam. *tomo 4. Addit. summæ c.116. numer. 1. de quo Panorm. in rubrica de rescriptis, & DD. in l. 2. C. de legibus. Vide de hac materia Tautum Castr. in l. 1. ff. de constit. Principum, Burgos de Paz in procem ad leges Tauri, n. 450. Rotlium Curtium in c. cum iamo, de consuet. num. 8. in præfat. & quæ late tradit Suarez lib. 3. de legibus c. 15. num. 22. & lib. 8. c. 2. num. 7.*

2. Alia sunt rescripta gratiæ, & alia iustitiæ. Rescripta gratiæ sunt illa, in quibus Princeps aliquid gratiæ, seu gratuitum concedit, dispensando super aliqua lege communi. Rescripta verò iustitiæ sunt, in quibus Princeps aliquid in foro exteriori determinandum committit alicui personæ. Vtrumque hoc genus rescriptorum aliquoties vocari solent subreptitia, aliquando verò obreptitia, ex eo, inquam, quòd impetrantur simulata, seu non aperta veritate, vel dicto aliquo falso contra id quod est definitum in iure. Rescripta gratiæ subreptitiè impetrata sunt ipso iure nulla, c. fin. de filijs presbyt. lib. 6. & acta virtute illorum nullam vim habēt, sed rescripta iustitiæ subreptitiè impetrata valent, c. si autem, cap. plerunque, de rescriptis, & gesta virtute illorum valida sunt, quousque iudex declaret esse subreptitia, ex glossa communiter recepta *in dict. cap. final. notabili 2. post casus positionem ibid. num. 2. de quo Menoch. de arbitrarijs lib. 2. centur. 3. casu 201. num. 1. & 10. cum segg. Nauar in capit. si quando, prælud. 2. num. 1. Decius in cap. super litteris, notab. 2. num. 4. de rescriptis.* Vide quæ ad hoc tradit Suarez *d. c. 2. numer. 8. 9. & 10.* P. Miranda *to. 2. manual. qu. 43. art. 2.* vbi tradit rescripta subreptitia esse nulla per textum *in c. 2. de rescriptis, & c. litteris, caps. rescripta 25. quæst. 2.*

3. Rescriptum remissum à Nuncio Apostolico cuidam Prouinciali, vt exequatur quoddam negotium suæ prouinciæ de consilio, & assensu diffinitorum, & ex causa graui det licentiam, duo requirit. Primum quòd toties, quoties occurrerit casus circa dictum negotiũ, debet exquiri deliberatio, & discursus diffinitorum iuxta circunstantias particulares ipsius casus, nec sufficit consilium & consensus ipsorum Patrum semel tantùm præstitum, quia in vnoquoque casu diuersæ apparent circunstantiæ, quæ illum variant, & quarum respectu diuersa iudicia arbitrari conuenit, ac diuersa media assignari. Secundò requiritur, quòd prius consilium, & cõsensus à diffinitoribus habeatur, quàm Prouincialis faciat licentiam sibi in rescripto commissam, quia in casibus, in quibus præuium consilium præcipitur petendum, non sufficit post rem actam illud petere, argum. et licet, de Regularibus potest tamen illud exquiri per litteras, proponendo vnicuique diffinitorum casum cum circunstantijs, nec requiritur simul in vnum congregari, quãdo id nõ exprimitur in rescripto, tom. 2. qu. 103. art. 1 de quo Panorm. in c. cũ veteri, de electione, num. 13. Ad quod vide Suarez lib. 5. de legibus c. 31 à nu. 9. vbi agit de lege dante formam actui humano, & in nostris ferè terminis docet P. Miranda *tom. 2. q. 17. art. 2.* & nos diximus *resolut. 51. num. 2.*

4. Nulli ex Ordinibus Mendicantibus, vel qui eorum gaudent priuilegijs aliquod rescriptum, aut priuilegiũ contra communia ordinis statuta, regulam, aut mores impetrare licet, aut obtentũ retinere, ex Vrbano IV. impetrata verò sub quacumque forma, vel expressione verborũ irrita sunt, & nulla ex Clemente IV. & Leone X. apud bullarium. Vnde sine licentia superiorum, nullus regu- Bullar. bull. 1. Clem 4. Comp. D. Hier. tit. priuil. §. 3. Bull. 22. Iulij II. & Bulla 4. Leon. X.

regularis aliquam exemptionem à Sede Apostolica obtinere potest, ex Sixto IV. pro ordine D. Hieronymi apud eius Compend. titulo priuilegia, Iulio II. Benedicto XIII. & Leone X apud idem bullarium, ibid. art. 2. Idem tradit P. Miranda dict. qu. 43. art. 4.

5. Clausula solita apponi in rescriptis Apostolicis, vt impetrans maneat absolutus à censuris ad effectum consequendi id, quod in illis conceditur, non extenditur ad excommunicationẽ positam in c. ita quorundam, de Iudæis, contra deferentes arma, & alias res vetitas ad infideles, nec ad eos, qui per annum continuum ligati in excommunicatione insorduerint, per quandam regulam admirabilem Cancellariæ appositam inter regulas Pauli III. & Innocentij VIII. Id tamen debet intelligi de insordescentibus per annum in excommunicatione scienter, & cum pertinacia, nam si cum ignorantia probabili insordescant, rectè potuerunt absolui ab excommunicatione virtute dictæ clausulæ, argumento c. Apostolica, de clerico excommunicato ministran. Iuxta quod debet exponi, & intelligi decretum Tridentinum, in quo habetur, vt contra insordescentem per annum in censura obdurato animo tanquam de hæresi suspectum possit procedi, cõtra eum, inquam, qui scienter, non verò, qui ignoranter insorduerit, id enim verbum, obdurato animo, satis innuit. Ex quibus fit, quòd regulares litteras Apostolicas sine superiorum licentia impetrantes non manent absoluti virtute dictæ clausulæ à censuris, nam huiusmodi rescripta taliter impetrata, cùm sint omninò irrita ex dictis suprà, nullus ex eis potest effectus produci. ibid. art. 3. de quo Nauar. in dict. c. ita quorũdam, notab. 11. gloss. vlt. num. 15. & 19 Goncalez ad regulam 8. Cancell. gloss. 15. num. 103. cum seqq. Stephan. Gratian. disceptat. forens. c. 119. à num. 2. relati à Barbosa in remis. ad Trid. d. c. 3. nu. 5. in fine. Vbi resoluit ex duobus posterioribus Doctoribus non habere locum dictum decretum Tridentinum in excommunicato propter debitum ciuile, seu ob non solutionem alicuius rei ex

Trid. sess. 25 c 3 de reform.

insordescentia per annum continuum. Idẽ quoad superius dicta resoluit Suar. *de censuris disp. 17 sect. 1. nu. 2. & 3.*

6. Rescriptum impetratum ab excõmunicato, etiam occulto & acta virtute illius sunt irrita, excepto eo, quod sic per articulũ excommunicationis, & appellationis expeditum est, c. 1. de rescriptis lib. 6. Sed hoc tantùm procedit in rescriptis Papæ, & non Episcoporum, & aliorum ordinariorum, vel Principum sæcularium. Dixi, etiam occulto, quia Extrauagans, ad euitanda, in nullo intendit fauere excommunicato, vnde si rescriptum ab eo impetratum valoris esse concepimus, hoc illi cederet in fauorem non paruum. Deinde quia excommunicatio ipso iure posita trahit secum annexam sui executionem ante sententiam iudicis, obligatque in foro animæ. Verum est tamen quòd acta virtute illius attinentia ad munus publicum valida censenda sunt ratione boni regiminis, dum Ecclesiæ toleratio adest, argumento *l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Prætoris. Auth. tom. 4. ad dict. summa d. c. 125. num. 3. & 4 de quo Nauar. lib. 3. cons. 44. num 2 & 8 de sentent. excommunic. Suarez de cẽsur. disp. 17. sect. 1 num. 4. Syluest. verb. rescriptum num. 2. in fine, qui duo posteriores idem docent.*

RESOLVTIO CXXVII.

De Sacramentis ministrandis.

1. Regulares Sacramẽta Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, & matrimonij sine speciali licentia parochi ministrantes, præterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessa, ipso facto excommunicatione Papæ reseruata ligantur, in Clement. Religiosi, de priuilegijs. Sub quo comprehenduntur tantùm, qui propriè, & strictissimè sunt religiosi tria

vota

Trid. sess. 25. ca. 16. de regul. Bullar. orac. 14. Eug. IV. & bulla 14. Sixti IV. Comp. verb. communicare §. 4. Bullar. Rull. 11. Sixt. IV.

vota substantialia absolutè vouentes, inter quos numerantur Patres Iesuitæ, vt constat ex Tridentino Concilio, in quo vocantur clerici regulares, & inter regulares numerantur. Eugenius IV. apud bullarium declarauit, posse parochianum Eucharistiam recipere à religiosis virtute licentiæ generalis factæ à suo parocho, vt possit sacra cõmunione à quocumque Sacerdote in Paschate refici *tom. 1. quæst. 56. art. 1. de quo Med. de 2 anitent. fol. 83. Soto. num 4. dist. 18 qu. 4. art. 3 vide suprà resolut. 109. num 5. & quæ tradit Suarez de censuris disp. 22. sect. 1. à nu. 2. P. Villalob. tom. 1. summæ tract. 17. diffic. 25 num 2.*

2. Sed post dictam Clementinam habent regulares plurima priuilegia Apostolica, de quibus apud Compend. v. communicare § 4 & 5 & apud Bullarium, vt Sacramentũ Eucharistiæ omnibus fidelibus in suis Ecclesijs, excepta Paschali Communione, & in articulo mortis, liberè valeant ministrare. In terris verò gentium ad Christum de nouo conuersarum possunt alia Sacramenta sine licẽtia Curatorum, & absque timore alicuius censuræ ministrare, ex concessione Sixti IV. Nicolai IV. Leonis X. Pij V. & aliorum Pontificum, ibid. art. 2. Idem tradunt P. Mirand tomo. 1. qu. 42 art. 2 Portel verb. Sacramentorũ administratio num 8.

3 Communio Paschalis excepta in priuilegijs regularium non debet intelligi materialiter pro ipso die Paschatis, sed formaliter, prout includit præceptum semel cõmunicandi in Paschate, de quo in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remission. Vnde quia satisfit dicto Ecclesiæ præcepto communicando quolibet die quadragesimæ, vt ex consuetudine legitima, & præscripta fit in toto ferè regno Portugalliæ, idque in sua parochiali Ecclesia, optimo iure poterit deuotionis causa iterũ communionem sacram sumere in ipso die Paschæ apud Ecclesias regulariũ, tunc enim Communio Paschalis comprehẽdit omne tempus quadragesimæ, vel spatium à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè (vt moris est apud Hispaniam, excepta Portugallia) iuxta declarationem Eugenij IV. Verum est tamen, quòd Nicolaus V. & Paulus III. apud Compend. D. Hieronym § 2. & 6. cõcesserunt monasterio B. Mariæ de Guadalupe, & Iulius II. ordini Minimorum, vt in suis Ecclesijs tantum possint fratres Eucharistiam ministrare omnibus fidelibus, etiam in die Paschatis. Quo priuilegio possunt frui alij regulares communicantes in priuilegijs, non obstante vsu in contrarium, qui non præiudicat Ignorantibus tale priuilegium, nec inducere potest legitimam præscriptionem à tempore Sixti V. qui cõfirmauit nostra priuilegia Minorum ex certa scientia abstinendo à clausula, quatenus sint in vsu, vt suprà diximus resol. 115. nu 11. Quod licèt verum sit, non tamen conuenit passim tanto priuilegio vti, sed rarò, prudenter, & cautè. *ibid. art. 3. de quo Nauar. in manual. c. 21 nu. 52. & 45. & c. 10 numer. 36. Suarez tom 3 disp. 72. sect. 2. de Eucharistia, §. censeo igitur, Henr. quæst. 2. tom. lib. 8 de Eucharist. c. 55. nu. 1. litera G. Soto in 4. dist. 18. qu 4 art. 2. Cord. in addit. ad Compend tit. communicatio priuilegiorum. Idem docent Portel vbi suprà num. 5. & 6. P. Mirand. d. quæst. 42 art 2 concl. 2.*

Nota priuilegium notatu dignum.

4 Item peregrinis, & aduenis non habẽtibus domicilium possunt religiosi Eucharistiam, etiam in die Paschatis ministrare, tum per concessiones Iulij II. Nicolai V. & Pauli III. suprà relatas, in compend. D. Hieron. tit. Eucharistiæ Sacramentum, in quibus indifferenter id conceditur pro omnibus fidelibus ad eos accedentibus, & communicare volentibus, tum etiam per concessionem Eugenij IV. apud Comp. Minorum & Mend. tit. communicare. Vbi declarat Pontifex, quòd quando quis tempore Paschæ se repererit in aliena diœcesi, semper ibi intelligitur adeptus incolatum, vt ibi confiteri, & communicare valeat, quamtumcumque ibidem paruo tempore demoratus erit, ibid. art. 6. de quo Caietan. verb. excommunicatio c. 64. Nauar. c. 27. num. 101. in manuali. Idem docent Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 23. à num 17.

Comp. S. Hier. § 1. Comp. Min. & Mend. §. 2.

3. Stando in opinione eorum, qui

assit-

affirmant in Paschate nullo modo licere Religiosis Sacramentum Eucharistię ministrare, iuxta declarationem Leonis X. & communem vsum Religionum, consequenter asserendum est, nec in articulo mortis id licitum esse, quia Ecclesia semper censetur reseruare Parochis omnem communionem, qua praeceptum diuinum adimpletur, quod in articulo mortis adimpleri, tenent ex Theologis viri docti. Vnde licèt haec communio per modum viatici à Leone X. non fuerit excepta, ipso iure, & communi sensu semper pro excepta habetur, & Paulus III. expressè excepit in priuilegio concesso Societati Iesu, de quo apud Bullarium, & eius Comp. Adhuc tamen in casu necessitatis articulo mortis instante, & deficiente Parocho optimo iure valent Religiosi, & alij sacerdotes viaticum infirmis ministrare, vel ex praesumpta voluntate Parochi, vel ex certa Episcopi, aut Papae, quod & expressè declaratur in dicta bulla Pauli III. pro Societate. Imò idem ius erit, quãdo Parochus praesens iniustè denegat licentiam ad ministrandum, nec vult ipse ministrare, tunc enim abesse censendus est, praesumiturq; in tali casu Ecclesiam dare huiusmodi licentiam: & ad omne dubium tollendum eam expressè concedit Sixtus IV. Minoribus apud Bullarium, cuius haec sũt verba: Praeterea quia parochialium Ecclesiarum Rectores erga illos, qui Fratribus Ordinis Minorum eorum peccata confitentur persaepe se reddunt in exhibitione Eucharistiae, & Extremae vnctionis difficiles, concedimus ipsis Fratribus Minoribus, vt eisdem personis eis confessis, quibus Rectores praefati sine rationabili causa denegauerint, seu malitiosè distulerint Eucharistiae, seu Extremae vnctionis sacramenta ministrare (super quo eorundem confessorum assertioni stari debeat) illa petentibus possint impune exibere. Haec Sixtus: qui idem eadem ferè verba repetẽs concessit Praedicatoribus, Eremitis S. Augustini, & Carmelitis, Ibid art. 3. & 4. Ad quod vide Suarez de censuris disput 22. sect. 4 nu. 10 & 11. P. Miranda d. q. 42. ar. 3. Idem expressius habetur in Comp. Roderici.

Bullar. bull. 8. Pauli 3. n. 31. & Cõp. Societ. §. 2.

Bullar. bull. 14. Sixti 4. n. 45. & in Comp. Minor. v. cõmunicare §. 6.

Bull. 33. Sixti 4. n. 47. & bul. 34. nu. 47. & bul. 37. n. 64. Bulla 3. Pauli 4. Ampliatur, ac illustratur doctrina Auctoris.

quadam bulla Pauli IV. vbi conceditur Fratribus Minoribus, vt possint confessiones infirmorum, etiam vbilibet extra domos, & habitacula eorundem Fratrũ audire, eosque in casibus, & censuris, quibus eis per priuilegia Sedis Apostolicae huiusmodi hactenus concessum est posse absoluere, & ipsi hactenus absoluere consueuerunt, ac omni tempore, praeterquam in Resurrectionis Dominicae die Sacramentum Eucharistiae, tam illis, quàm alijs quibuslibet personis licitè ministrare possint. Haec Paulus IV. Quae est magna concessio, & amplior, quàm suprà citata Sixti IV. absolutè enim concedit Fratribus posse dicta sacramenta inconsultis parochis ministrare. Sed Leo X id limitat, ac moderatur, scilicet, quòd non possint Religiosi dicta sacramenta infirmis ministrare, quorum confessiones audierunt, nisi denegatio à proprio Sacerdote facta sine legitima causa, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram nõtario publico facta doceretur. Hoc tamen non obstante existimo dictam bullam Pauli IV. adhuc in suo robore, ac vigore permanere, nec reuocatã, aut moderatam dici posse per Leonem X. vtpotè, quòd fuerit posterior, seu recentior tempore, ac proinde derogare priori, certi iuris est. De quo Nauar *cap. 21. nu. 52. Henriquez tomo 2. libr. 8. de Euchar. c. 55 nu. 1. littera H. Suarez vbi suprà dist. sect. 2. dub. vltim. §. sed quaeres, Vertel in addit. ad dubia verb. Sacramenta, numer. vnico.*

Bullar. bul. 45. n. 7. Leo X.

6. Simplex Sacerdos de licentia parochi Sacramentum Eucharistiae in Ecclesia Parochiali licitè valet ministrare, etiam si ab Episcopo non sit expositus ad sacramenta ministranda, iuxta formam Concilij Trid. quia ad id non est necessaria actualis iurisdictio, seu potestas ad absoluẽdum, sicut ad Sacramentum Pęnitentiae, sed tantùm potentia ad distribuendum, seu communicandum sacram Eucharistiam, quam habet simplex Sacerdos. Vnde hac facultate ministrandi rectè potest vti quilibet Religiosus presbyter, ex priuilegijs suprà citatis; quia in Concilio non aufertur à Sacerdotibus simplicibus

Bull. bul. 3. Inn. 4. & bull. 12. Alex. 4. & bulla 12. Clemét. 4. & bulla. 14. Sixt. 4. n. 22. & 26. bull. 11. Iulij 2. Bull. 8. Pij V.

vt de facto prohibetur Minoribus, & Prædicatoribus se inuicē recipere, ex bullis Innocentij, & Alexandri IV. & aliorum Pontificum, & Minoribus Obseruantiæ ad Minimos transire, nisi de licentia Papæ, ex decreto Iulij II apud Bullarium, & idem Capuccinis ad eosdem Minimos, & è conuerso prohibuit Pius V. & confirmauit Gregorius XIII. teste Capuccino in Addit. ad Comp. titulo, recipere, §. pariter hic, & §. item in anno, qui addit, postea à Congregatione sacra, auctoritate Gregorij XIV. fuisse decretum, vt transeuntes, & illos recipientes incurrant pœnam priuationis officiorum ipso facto, & vocis actiuæ, & passiuæ in perpetuum, quæ declaratio, inquit, est authentica apud eosdē Capuccinos. *ibid. art. 21. de quo Parassellus in Compendio priuilegiorum fol. 116. Idem videtur docere Paud. in 4. distinct. 38. quest. 3. art. n. 11. D. Anton. n. 3. p. tit. 19. c. 4. §. 4. Syluest. verb. Religio, 4. qu. 6. Suarez tom. 4 de Religione tract. 8. lib. 5. cap. 9. nu. 15. qui refert ad id Palud. dict. dist. 38 q. 2. n. 17. Sanchez lib. 6. decalogi c. 7. n. 28. & 29.* referens ad id nostrum Seraphicum D. Bonauenturam super Regul. c. 2. quæst. 12. & 13. vbi Cordub. qu 17. punct. 1. & tandem idem sentire videntur P. Mirāda tom. 1. qu. 31 art 10. concl 2 & artic. 21. Portel vbi suprà n. 5. citans Azor.

Bullar. bull. 42. Leon. X.

Item Leo X. apud Bullarium prohibet Minimis sub excommunicatione transitum ad alios Ordines, eadèmque pœna ferit retinentes, nisi intra nouem dies à monitione restituāt. Fratres apud se existentes, & Sixtus IV. in bulla suprà citata cōcedit, vt Generales, & Prouinciales Minorum possint procedere, tanquam contra apostatas, contra Fratres habentes licentiam transeundi ad alium Ordinem, si intra duos, vel tres menses ad illum se non contulerint, & habitum Regularem ipsius non susceperint. Idem tradit Portel vbi suprà numer. 15.

78. Item Capuccini prohibentur recipere Fratres Minores de Obseruantia absque licentia in scriptis Ministrorum Prouincialium eiusdem Obseruantiæ sub pœna excommunicationis, & inhabilitatis ad quæuis officia Ordinis, & priuationis actuum legitimorū, ex constitutione Pauli III. & Iulij III. confirmata sub eisdem pœnis, & alijs efficacissimis clausulis, & non obstantijs per Sixtum V. apud Bullarium. Benè tamen possunt dicti Capuccini recipere Fratres Discalceatos, seu Reformatos Hispaniæ, obtenta priùs licentia suorum Prouincialium. ibid. art. 22. de quo Capuccin. in Comp Mend. verb. recipere, & Portel sup. n. 15. P. Villalob. vbi sup. num. 18. vbi numer. 17. tradit, non posse Capuccinos ad Minimos transire, & è conuerso, ex quadam bulla Pij V. apud Parassel. in Compend suorum priuil. fol. 116.

Bull. bul. 17. Sixt. V.

Pro quibus omnibus in superioribus resolutis aduertere magnopere oportet, quòd quamuis ius commune Regularibus concedat ad strictiorem Religionem transire, petita, etiam non obtenta licentia, adhuc tamen indultis Apostolicis aliter ordinantibus, propter pacem inter Religiones souendam, vel cauendam iniuriam, vel confusionem vitandam standum esse existimo. Circa quod vsus vniuscuiusque Religionis attendi, & obseruari debet Et iuxta hanc modificationem debent meritò intelligi, ac limitari omnia à Doctoribus, & à nobis in superioribus tradita. ibid. ad finem, de quo Syluest. verb. Religio 4. qu. 6. Portel vbi sup. num 10 & 11. Suarez latè loco suprà citato n. 9. qui idem constanter docent, & tenet etiam P. Villalob. vbi suprà num. 12.

79. Religiosus habens facultatem transeundi ad aliquem Ordinem Mendicantium tenetur requirere nō solùm quatuor Ordines Mendicantes ex iure communi, sed etiam eos, qui ex priuilegio inter Mendicantes numerantur, idque debet vero animo, & cum omni efficacia procurare. Quòd si facta hac diligentia nullus ad suam Societatem, seu fraternitatem admittere eum velit, liberatus à tali obligatione omninò manet. Sicut à voto emisso ingredi certam Religionem liberatur, qui cum vero affectu animi id procurat, & non admittitur. *ibidem art. 23.* Idem docent Nauar.

in

in cap. statuimus, num. 13. & post eum P. Miranda *dict. quaest. 31. art. 17.*

80. Votum de nō transeundo ad strictiorem Religionem tanquam impeditiuum maioris boni non est validum, ideoque ad eius obseruantiam vouens non tenetur. Sicut nec votum de non intrando Religionem obstat voventi ad introitum in illam, ex eadem ratione, vt est compertum in materia de voto. Verum est tamen quòd prælatus votum subditi de transeundo ad arctiorem Religionem potest dispēsare, non verò irritare, quia id non est simpliciter votū Religionis, sed transitus vnius ad alteram Religionem, qui transitus ad arctiorem Ordinem non cadit sub potestate prælati ad irritandum votum de illo emissum. *ibid. art. 24. & tom 1. quaest. 24. art 4.* de quo D. Thom. 2.2. *qu. 189. art. 2 & qu. 185. art. 10. ad tertium, Nauar. lib 3. consil. 55. & 93 de Regularibus, & consil. 14. de voto, & voti redemptione*, Idem docent Portel *vbi supr. n. 18. P. Villalobos dicta diff 13. nu. 19.*

81. Religiosus translatus ad aliam Religionem, vt in ea possit esse prælatus, debet priùs profiteri: quia qui similem vitam cum alijs suscipit, similem debet sentire in legibus disciplinam, cap. recolentes, de statu monach. idque expressè extat diffinitum in Tridētina Synodo. Præfatus verò monachus trāslatus post renunciationem prælationis, qua functus est pòst professionem remanet filius secundę religionis, in qua professus est, nam qui legitime ad aliam religionem transit, & in ea profitetur, eo ipso omnia prioris Ordinis iura perdit, & fit filius posterioris, in quo professionem emisit, & secundum tempus istius secundæ professionis sedem, & antiquitatem obtinebit, *c. ne pro cuiuslibet 16. q. 1. cap. si quis iam translatus 21. qu. 2. Auct. ibid. ar. 25. 26. & 29. & in addit. Sum. vbi sup. n. 26 de quo Nauar. lib. 3. consil. 61. de Regularibus.* Idem tradunt *Sanchez l. 7. de matrim. disp. 37. n. 47. & lib. 6. decalog. cap. 7. nu. 85. & 86. P. Miranda d. qu. 31. art. 11. 12. & 13. P. Villalobos vbi supra num. 21.*

Trid. sess. 25. ca. 21. de regul. & sess 14. ca 10. de reform.

82. Bona Religiosi legitimè, & validè professi in vno Ordine, & licitè ad alterum translati, quomodocunque sint iam quæsita, siue per donationem, siue per propriam industriam, semper pertinent quoad proprietatem ad primū Ordinem, quia licèt ius illi concedat, vt maioris perfectionis zelo ad strictiorē religionem se transferat, hoc debet fieri sine præiudicio tertij, capit. super eo, de offic. delegat, magnum verò præiudicium fit priori Religioni, cui acquisita sunt iam omnia, quæ acquisiuit suus monachus, vt patet ex iure. Quod adeò verum est, vt neque scripta à se elaborata, possit secū deferre, nisi inutilia sint priori Religioni. Secus dicendum est, si dictus Religiosus translatus inualidè professus est in priori religione, tunc enim cùm pro non religioso habeatur in illa, ad secundam religionem pertinere omnia illius bona consequens est, Hęc dicta sunt loquendo de proprietate bonorum, nam quod attinet ad vsum fructum, distinctione vtendum est: vel enim transitus iustis de causis, & de licētia prælati fuit factus, & tunc vsus fructus dictorum bonorum ad posteriorē Religionem videtur spectare, aliàs non bene libertati spiritus esset consultum, & retraherentur Religiosi à perfectione, ad quam volunt per transitum ad arctius institutum aspirare, si enim secundùm ius alimenta debentur religioso translato ad aliud monasterium ob demerita, & culpas, c delapsis 16 quæst. 6. cap. quod à te de clerico coniugato, à fortiori, ac maiori ratione debentur illi, qui non ob demerita, sed assequēdæ perfectionis ergò, ad aliud strictioris instituti monasterium seu Ordinem se transfert. At verò si sine licentia prçlati, & sine iusta causa indebitè translatio fiat, vsusfructus omninò ad priorem Religionem, seu monasteriū pertinet: quia iniustè translatus, ad primam Religionem reduci debet, & à secunda potest extrahi, vnde sibi indebitè illum recipienti imputet, quia sponte se constituit in obligatione ipsum alendi, ibid. art. 27. & in Addit. Summa tom. 4 dict. cap 112 nu 7. & tom. 2 quæst. 78. art. 2. & nos diximus suprà de hæreditatibus, n. 24. Vide ad hoc Panormit. in c. quod

à te, de clericis coniugat. Syluest. verb. Religio 4. quæst. 10. Couar. in cap. 1. de testam. num. 10. & 11. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 15. quæst. 3. P. Miranda dict. quæst. 31. art. vlt. P. Villalobos dict. tract. 35. diffic. 14. per totam, præcipuè num. 5. & nouissimè Suarez tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 3. cap. 13. & 14 vbi latè & eruditè rem tractat, quãuis quoad vsumfructum indistinctè teneat eo, c. 14. num. 12. & 13. & cum sequentibus, pertinent ad monasterium, à quo trãslatus est; quod, addit, ad summum obligari ad tribuendum religioso translato sufficientia alimenta in monasterio alio. Quod & mihi non displicet, nec est alienum à mente nostri Auctoris, vt patebit illum attentè legenti, sicque consulitur bene libertati spiritus volentis transire ad meliorem frugem, & sententia nostra sic limitata vera est: quam etiam sustinent D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 24. §. 3. Mandos. in praxi signat grat. §. translationes column. penult. vers. sed quæro. Menochius limitans, quando posterius monasterium est inops, consil. 293. n. 22. volum. 2 quos, & alios plures refert ad hoc Sanchez l. 7. dec. c. 32 nu. 7. quidquid ipse in oppositum sentiat nu 8. qui videri potest, & quæ latissimè tradit per totum illud c. 32. vbi de hac materia multas difficultates satis eruditè resoluit.

Exponitur mens, & sententia Auctoris, & conciliantur loca antinomia.

Sed his opponi videtur quod resoluit Auctor noster dicto tom. 4. Addit. Summa cap. 53. n. 2. vbi intrepidè, & absolutè affirmat, omnia requisita in primo monasterio pertinere ad illud, ad quod translatus est Religiosus. Facilè tamen concordantur hæc duo loca Auctoris, nam in dict. art. 27. & in dict. nu. 17. Addit. summa, loquitur de proprietate bonorum, quam pertinere ad primam Religionem, in qua legitimè professus est Religiosus trãslatus, affirmat. At in dict. num 2. cap. 53. loqui necessariò dicendus est de vsufructu dictorum bonorum, quem ad secundam Religionem, ad quam legitimè se transtulit, & quæ illum alere tenetur, spectare asserit. Sed quia adhuc non omninò satisfieri videtur sententiæ Auctoris in dicto num. 2. in quo absolutè, & sine distinctione omnia ad secundum Monasterium pertinere affirmat, dic, quòd inibi attento iure ciuili in Authentica, de sanctissimis Episcopis, §. si Monachus, col 9. At in dict. art. 27. & dict. n. 17. loquitur de iure Canonico, cuius determinationi standum omninò est, & nõ iuris Ciuilis in hac materia, ad quod est bonus textus in c. statutum est 18. q. 1. vbi habetur, quòd acquisita ante consecrationem Monachi in Episcopum sunt Monasterij, acquisita verò postea sunt Ecclesiæ, cui multum assimilatur trãslatio de vna ad aliam Religionem. Hæc deduxi ex mente, & verbis Auctoris ad tollendam, & superandam antinomiam, quæ versari videbatur circa dicta loca. Ex quo iam cessare poterit perplexitas Portel verbo, bona transeuntium de vno ad alium ordinem, n. 1. & 2. qui nihil certi potuit colligere (vt ipse fatetur) ex locis citatis ad illa concilianda. Vide Nauar. lib 3. cons. 56. de Regularibus, & capit. statuimus, num 24 seu comment. 4. de Regular. & P. Villalobos ea diffic. 14. numer. 2. vbi cum Panormit in dict. cap. quod à te, & cap. in præsentia, & cap. causam, de probat. resoluit, donationem omnium bonorum factam Monasterio in ingressu Religionis ab eo, qui ante professionẽ ad aliud Monasterium transiuit, in quo professus est reuocari, & cum tali profitente transire sua bona, quia non secuta professione tacite censetur reuocasse eã donationẽ, ad instar donationũ causa mortis, quę non consequitur suũ effectum vsque ad mortem. Secus, addit, si partem aliquam bonorum tantùm donauit, quia non censetur tunc donasse intuitu ingressus, vt tradit Sylu. verb. Religio 4. quæst. 10 num 10. Item nu. 3. docet, ius succedendi Religioso competens, cùm sit personale, transire cum eo ad Monasterium, ad quod transfertur, si est capax succedendi, vt colligitur ex d. cap. statutum 18. quæst. 1. Vnde infert num 4. legatum relictum sub cõditione, quæ impleta est tempore secundæ professionis, ad secundum Monasterium pertinere, vt latè etiam, ac eruditè probat Sanchez *lib. 7. Decalogi c. 31. num. 41. per textum in l. cum hæres, 4. ff.* [illegible]

quando dies legati ced. & regul. quae lega-ta 18. ff. de regul. iuris, citàtque ad id magnam turbam DD.

83. Religiosus Mendicans translatus ad non Mendicantes, etiam auctoritate Apostolica nullum officium, beneficiũ, aut vicariatum, nec aliquam administrationem apud illos obtinere potest, itẽ voce actiua, & passiua priuatur, & inhabilis redditur ad quodcunque munus, vel officium Ordinis, ex Clem. 1. de Regularibus, & pro Fratribus Minoribus translatis ad alios Ordines, ne possint esse prælati, decreuit Nicolaus IV. Hæ tamen pœnæ non extenduntur ad Mendicantes transeuntes ad alios Ordines, etiam laxiores, vt ex dicta Clementina patet, ibid. art. 28. de quo Nauar. libr. 3. consil. 57. & 63. de Regularibus 1. edit. Idem habetur in Concilij Trid. sessi 14. c. 11. in fine, de reform. quoad omnes Regulares translatos de vno ad alium ordinem, qui ex eo incapaces fiunt cuiuscunque beneficij sæcularis. Ad quod videri possunt Anchar. in d. Clem. 1. num. 4. notab. 3. vbi Bonifac. nu. 59. Imola n. 9. Cardinal n. 16. q. 8. Azor l. 12. Moral. c. 14. q. 12. tom. 1. P. Miranda d. q. 31. ar. 8. concl. 2. P. Villalob. d tract. 35. diffic. 13. n. 16. & latè ad Id multa tradit Sanch. dict. c. 7. à n. 108 vbi n. 114. & 115. id extendit ad Mendicantes, qui ex dispẽsatione Pontificis habent redditus & possessiones in communi, & nu 116. ad Moniales, quibus ex regula interdictũ est possidere bona in cõmuni, & n. 117. ad Mendicantes omnes, qui tales instituti sunt, & numerati inter Mendicantes à Sede Apostolica post quatuor principales Ordines Mendicantium, de quibus *in c. vnic. § sanè, de Relig. domib. in 6.*

Trid. sess. 14. c. 11. in fin. de reform.

84. Translatus de vna prouincia in aliam eiusdem Religionis, post quam est in ea incorporatus, gaudet omnibus, quibus gaudent filij, & in eadem professi. Imò etiam admissis, seu receptis tantùm ante incorporationem concedi tur locus iuxta suæ professionis tẽpus, licèt non habeat vocem in Capitulo, & ita obseruatur in nostra sacra Minorum Religione. *ibid. art. 30.* Idem tenet P. Miranda *d. qu. 31 art. 23. concl. 2.*

De Religiosis extra claustrum viuẽtibus.

85. Monachi extra claustrum viuentes nullum beneficium sæculare, aut Regulare obtinere possunt, nisi ad id adsit legitima causa, & dispensatio, ex quadam Bulla Pauli IV. *tom. 3. qu. 53. art. 1. & tom. 4 Addit sum. cap. 114. nume. 2. ad finem, de quo Sarmient. de Breuibus à nu. 31. Mandos. de signat gratiæ, tit. licentia, fol. 101. p. 2. colum. 1. & 2.* Ad quod etiam vide quæ tradunt Sanchez *libr. 7. Decal. c. 29. per totum. Suarez tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 3. cap. 19. per totum, & quæ diximus de beneficijs resolut. 15. numer. 5. & 51.*

86. Monachus ad curam animarum gerendam, seu vt præsit Parochiali Ecclesiæ egredi à Monasterio potest, ad quod sufficit licentia Abbatis, & Conuentus simul, si Ecclesia pleno iure pertinet ad monachos. Item ex eadem ratione Collegiatæ Ecclesiæ præfici potest, non tamen ad alia beneficia simplicia, vel dignitates Ecclesiasticas absq; Papæ venia speciali promoueri potest, vt ex cap super eo, de Regul. colligitur ibid. art 2. & tom. 1. quæst. 43. artic. 4. & tom. 3 Addit. sum. cap. 30 nu. 3. de quo Abbas in capit. quod Dei timorem, vbi Panormitan de statu Monach. Syluest. verb. Religio 9 num 3 Idem docet Sanchez latè lib. 7. Decalog c. 29. nu. 57. & nos diximus dict. resolut. 15. num. 6. & 53 & 54.

87. Canonicus Regularis, vel Monachus accipiens aliquod beneficiũ Canonicè requirens residentiã, tenetur in eo residere, nõ verò in suo Monasterio, vt innuit *c. ne pro eximus liber, 19 q. 1. c. si quis iam translatus 21. q. 2. Anci. ibid. art. 2.*

88. Non licet, prælato Regulari recipere Monachũ à Religione strictiori au ctoritate Papæ trãslatũ animo demittẽdi statim eũ à Monasterio cũ facultate, vt semper ad vitam, vel ad plurimos annos extra claustrum, quærendo sibi victum sua industria, arte, vel mendicitate, degat, iuxta quoddam Tridenti-

nam

num decretum, nisi tanta sit huius Religiosi vrgens necessitas ob persecutiones, molestias, ac dissensiones in sua Religione, vt non inueniat Monasterium, quod velit eum perpetuò alendum in claustro recipere, & talis de eo adsit confidentia, quòd tali facultate viuendi extra Monasterium bene vteretur, non tam ampla, vt dictum est, sed arcta ta, & limitata ad certum locum, vbi facilis possit haberi notitia de eiusdem actibus, moribus, ac vita, & correctio (si opus fuerit) adhiberi. Ex quo fit, quòd benè potest recipi animo mittendi eum extra claustrum ad peragenda negotia in vtilitatem, & decorem Religionis, quia in hoc casu cessat ratio, & occasio vagandi, & apostatandi, de qua in dicto Concilio, siquidem subest obedientiæ prælati. *ibid. artic.* 4. de quo Nauar. *in c. statuimus, n.* 13. *&* 15. *aliàs comment.* 4 *de Regular. num.* 11. *&* 12. Idem post eundem Nauarrum, & nostrum Auctorem docet Sanchez *lib.* 6. *Decalog. c.* 7. *num.* 82. 83. *&* 84.

Trid. sess. 24. ca. 11. de refor.

89. Absentia Religiosi in loco distāti per decem milliaria, verbi gratia, à Monasterio ad seruiendum beneficio curato in vtilitatem Ordinis, Ecclesiæ vniuersalis, aut Reipublicæ sufficiens, ac iusta causa censenda est, vt superior illi concedat facultatem ad illud seruiendum. Secus si nulla causa adsit, tunc enim, nec etiam de licentia Papæ licet abesse; Sicut etiam necessitas parētum superueniēs iusta causa censetur, vt Religiosus de licentia superioris extra claustrum ad subueniendum illis, vel etiam curandæ valetudinis ergò, cum consilio medici viuat. Et tandem sufficiens pariter causa iudicatur ad dandā licentiam Fratri inquieto, & insolenti propter sua delicta ad triremes relegato, & ab his postea restituto, vt habitu retento vitam eremiticam agere, vel alicui hospitali, aut Ecclesiæ seruire permittatur, verò simile enim est, quòd Fratres ob præteritam vitam, & infamiæ notam eum ad suum consortium admittere renuent, vel admissum improperijs, & contumelijs afficere non desistent. *ibid. art.* 5. de quo Nauar. *in ca. non dicatis, num.* 40. *&* 70. *&* *libr.* 3. *cons.* 68. *&* 69. *de Regularibus, & commentar.* 3. *de Regular num.* 48. *& in Manual. cap.* 14. *num.* 14. *&* 48. Vide quæ sit iusta causa ad huiusmodi licentiam concedendam, apud doctissimum P. Suarez *tom.* 4. *de Religione tract.* 8. *libr.* 3. *cap.* 7. *à numer.* 17.

90. Nullus inferior à Papa potest licentiam facere Monacho, etiam iusta ad id existente causa, vt sit extra Monasterium in habitu clericali decenti sub obedientia Ordinarij, nisi declarando eum nulliter esse professum, vel priuādo eum habitu regulari, expellendoq; ipsum ab ordine per sententiam iuridicam. Imò nec Congregationi Cardinalium id cōceditur, tantùm enim habet facultatem declarandi dubia Concilij Tridentini, non verò ad dispensandum ibid. art. 6. de quo Nauar in c. nullam, num. 27 & lib. 3. cons. 54. num. 5. de Regul. Idem supponere, seu sentire videtur Suarez dicto cap 7. nu. 4. in 3. obiectione, & per num. sequentes.

De Religiosis professis post constitutionem Sixti V videquæ suprà *de nouitijs quoad professionem, resol.* 101 *à nu.* 88. diximus.

RETRACTATIO.

De Dispensatione super transitu ad laxiorem Religionem.

91. Attento iure communi prælatus inferior à Papa potest licentiā transeundi facere ad Religionem strictiorem, imò & ad æqualem, sed ad laxiorē soli Pontifici reseruatur ex glossa in capit. cum singula, verb. canonicè, de præbend. libr. 6. & expresè diffiniri videtur in Tridentino Concilio. Quod adeò verum est, vt facultas facta à Papa absque iusta causa nullius sit valoris, peccabitque illam sic concedens, vt suprà diximus num 65. Ita Auctor tom 4. summæ cap. 113. numer. 7. de opposito

Trid sess. 25. ca. 19. de Reg.

se

se corrigens, quod dixerat tom. 3. qu. 51. art. 9. quidquid in oppositum dicat Sayro decil. 55. de Regularibus, vbi resoluit, quòd non obstante dicto Tridentino decreto, & iure communi Generalis, & superior Religionis ad laxiorem etiam Religionem transitum concedere potest, cum mens, & intentio Concilij non fuerit, iuridicas tollere facultates. Ita refert Barbosa dicto capit. 19. de Regularibus, num. 7. At sententię nostri Auctoris adhærent Syluest. Nauar. infrà citandi, Mandosius de signat. gratiæ verb. licétiæ column. 8. versic. quoad minorem, & alij plures, quos refert Sanchez lib. 6. Decalog. cap. 7 num. 50. & 51. vbi late rem tractat vsque ad nu. 70 & expressiùs Suarez verorem iudicat hanc sententiam tom. 4. de Religione lib. 3. cap. 11. num. 17. vsque ad 20 & nu. 14. & 15. talem facultatem sine causa à Papa datam, & professionem virtute illius factam ipso facto irritam esse, asserit. de quo Panorm. *in cap. non est, n. 6. de Regularibus, Syluest. verb. Religio 4. quæst. 2 Nauar. in cap. statuimus, nu. 12. & consil. 56 de Regularibus, Azor instit. moral. p. 1. lib. 12 cap 15 qu. 2 Reginal. in praxi fori pœnit lib. 18. capit. 29 à nu 412. Fr. Ioannes à Cruce de stat. Relig. litr. 1. cap. 7. dub. 3.*

RESOLVTIO CXXIV.

De Reliquijs Sanctorum.

1. Reliquias, & corpora sanctorum Martyrum, ac aliorum cũ Christo viuentium, quę membra viua fuerũt ipsius Christi Domini, & templum Spiritus sancti ab ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificãda, per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur, à fidelibus colenda, ac veneranda esse, definitur in Tridentino Concilio: in quo etiam damnantur omnino affirmantes non deberi huiusmodi venerationem & honorem reliquijs Sanctorum, vel eas, aliáque sacra monumenta à fidelibus inutiliter venerari, atque eo rum opis impetrandæ causa sanctorum memorias frustrà frequentari. Reliquię vero de nouo inuentæ non sunt recipiendæ, nec venerandæ in publico, nisi sint ab Episcopo priùs approbatæ, ex eodẽ Concilio: secus si fuerint reliquiæ Sanctorum approbatorum per Canonizationem, vel Beatificationem. Priuata tamen veneratione non est prohibitum venerari reliquias cuiusdam sancti nec Canonizati, nec Beatificati, sed tantum reputati pro sãcto, vel datas à viro pio, & fide digno affirmante, esse reliquias cuiusdam sancti. At non licet eas collocare in publico, vt adorentur, nisi priùs approbentur ab Episcopo, vt dictũ est: *tom. 3. quæst. 55. artic. 1. & tom. 4. Addit. sum. cap. 115. numer. 2. de quo Azor tom. 1. lib. 9. inst. moral. cap. 8. quæst. 7. & 8. Sanchez in præcepta Decalog. libr. 2. cap. 42. numer. 6. cum seqq. Ad quod videri possunt glossa in cap. pronunciandum, de consecrat. dist. 3. Archidiacon. in cap. nec mirum 26 quæst. 5. D. Antonin. in sum. 3. part. titul. 12. cap. 8. §. 1. Hostiens. lib. 6. tit. 19. artic. 5. Zabarella in capitul. 1. de reliquijs, & venerat. Sanctor. Bellarmin. libr 1. de Sanctis à capitul. 1. vsque ad 4. Vazquez de adorat. imaginum libr. 3. disputat. 3. capitul. 8. à numer. 78. Suarez tom. 1. in 3. part. distinction 55. quæstion. 25. articul. 6.*

Trid. sess. 25. de ve-nerat. in-uocat. & reliquijs sanctorũ. §. hæc vero Trid. super fidelius.

2. Corpora Sanctorum tradita perpetuæ sepulturæ non possunt transferri de vno loco ad alium, nisi auctoritate Papæ Episcopi, vel Synodi, cap corpora Sanctorum, de consecratio dist. 1. quando autem non sunt tradita sepulturæ, licite possunt trasferri sine alicuius auctoritate ad alium locum Religiosũ. Alexander VI concessit Minoribus apud Bullarium, & Pius V. Religiosis Societatis apud eius Compend titul reliquiæ, vt sine scrupulo alicuius censuræ liceat mittere reliquias extra Vrbem pro consecratione altarium, & lapides cu-

Bull. oracul. 4. Alex. 6.

cuiuscunque generis, siue consecratos, siue non ibid. art. 2. De adoratione reliquiarum, vide Suarez *dict. art. 6. sect. 2. §. sed quaeres, Philiarcum de offic. sacerdot. tom. 1 part. 2. lib. 3. c. 9. ad fin. Sanchez. d. capit. 43. n. 13. & 14. & de translatione Sanctorum, n. 25. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 9. cap. 8. qu. 9. D. Anton. 3. part. tit. 12. c. 8. in fine, Syluest. verb. Reliquiae, qu. 3. Portel in addit. ad dubia verb. Reliquia num. 6.*

3. Licitum est tractare, & reuerenter tangere Sanctorum Reliquias inferendo, vel extrahendo illas de capsa, aut ad pectus seu à collo pendentes portare, tom. 4. Addit. summa cap. 115. nu. 3. de quo Azor dicto libr. 6. inst. moral. cap. 9. quaest. 5.

4. Agnus Dei per Summum Pontificem solemniter benedicti non sunt depingendi, nec venales proponendi ex praecepto Gregorij XIII. qui id prohibuit sub poena excommunicationis ipso facto, licet eius constitutio in his Hispaniarum partibus vt in plurimum non obseruetur quoad pingêdos dictos Agnus Dei, tom 3. q. 55. art. 3. de quo Sanchez dict. cap. 43. num. 28. & 29. qui docet, in eo decreto non prohiberi venditionê ratione materiae, contra Azor dict. cap. 9. quaest. 4. Idem tenet P. Villalob. a p. sum. tract. 37. diffi. 11. num 4.

Aduerte tamen, quòd non sunt à laicis nisi reuerenter tractandi propter oleum, & sacrum Chrisma, quod habent in cera admixtum. Qui etiam habent virtutem contra tempestates terrae, & maris, & contra incendia. tomo. 4 Addit. capitul. 115. numer. 4. de quo Duran. in Rationali Diuinorum, libr. 9. Azor d. capitul. 9. quaestion 3. Sanchez vbi proximè numer. 27. qui benè addunt, laicos non grauiter peccaturos, si absque contemptu tangant Agnus Dei, vsumque obtinuisse, vt eos tangant, etiam foeminae, idêmque tenet Portel vbi sup. num. 8.

RESOLVTIO CXXV.

De Restitutione.

1. Restitutio ex S. Thoma, est redditio rei, quae ablata est, quae habet aliquas radices, à quibus deducitur, scilicet ab acceptione, aut à re accepta. Tunc dicitur procedere ab acceptione, quando quis ratione solius acceptionis tenetur alteri reddere quod suum est, aut est ei debitum, vt in mutuo, deposito, furto, rapina, & similibus Tunc autê à re accepta procedit restitutio, quoties quis rem alienam, aut alteri debitâ habet. Duplex verò est restitutio, altera, qua prior status totaliter innouatur, & haec dicitur restitutio in integrum, qua, inquam, redditur possessio rei, aut aequiualentis, & fructus, pristinũ ius, & omnia, quae à Iurisperitis dicitur esse prioris status, vel iuris reintegratio, per quâ subuenitur Minoribus, Ecclesijs, & Monasterijs, l. 1. l. non solũ, ff. de in integ. restit. cap. auditis eodem titul. Alia verò est, qua prior status non renouatur in totum, sed tantùm rei possessio, vel aequiualentis per quam satisfit de re ablata, damno, & interesse, quae aliquando significatur nomine redditionis, *capit. cùm tu manifestos, de vsuris, aliquando nomine satisfactionis, tom. 3. quaest 56. art. 1. de quo D. Thom. 2. 2. quaest. 62. art. 2. & 6. Soto 4. de iust. quaest. 7. art. 7. Couar. in regula possessor, 2. p. in initio, De materia huius tituli videantur Anton Gomez tom. 2. de contract. lib. cap. 14. Rebuf. ad leges Galliae tom. 2 tit. de restitution. in integrum, Donel. commentar.* iuris ciuilis libr. 21. capit. 4. Mench. vsu frequent. cap. 65. à num. 3. Mora in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 5. Molina de Iustit. tract. 5. disp 573. Caldas Pereira in l. si curatorem, C. de in integ. restit.

2. Quaecunque laesio in bonis, & iuribus Monasteriorum per quemcunque facta,

facta, etiam ex culpa prælatorum, aut Monachorum ipso iure rescinditur, nec opus est aliquam restitutionem in integrum impetrare: quod ius, & priuilegium trahitur ad præterita nondum decisa, præsentia, & futura, ex concessione Ioann s XXII. facta Congregationi Mõtis Olіueti apud Compend. Cister. & Societ. titul restitutio in integrum. Sed aduertere oportet, quòd hæc læsio attento iure communi non rescinditur post quadraginta annos, quibus elapsis præscribitur contra Ecclesiam: at attentis priuilegijs Regularium non nisi post spatium centum annorum præscribitur contra bona, & iura Monasteriorum, ad instar rerum, & iurium Ecclesiæ Romano, vt suprà resolut. 314. nu 2. iam resolutimus, ibid. artic. 2. Ad quod vide Gregor. Lopez *l. 10. verb. Mas de la mitad. tit. 19. part. 6. Turzan. tomo 1. communium opin. lib. 2. titul. 24. num. 2. Costa §. & quid si tantum part. 2. à num. 80. Suarez alleg. st. 21. à num. 3. Gama decis. 233. num. 2. Caldas Pereira in l. si curatorem, verbo, læsis, à princip. & verb. infrà, num. 9. Flamin. de resignat. libr. 3. q. 7. num. 84. Stephan. Gratian. discept.* forens. cap. 148. num. 19. Gonzal. ad reg. 8. Cancel gloss. 21 nu. 21.

Comp. Cister. & Societ. tit. restitutio in integrum.

3. Restitutio incertorum regulariter ad Episcopum nõ pertinet, imò nec eidem licet se interponere voluntati debitoris volentis restituere pauperibus. Pro bonis incertis, & malè quæsitis nouitiorum est quædam concessio Sixti IV. pro Carmelitis, & alia Clementis IV. pro Minoribus apud Bullarium, vt possint ea restitui, & applicari Monasterijs, in quibus habitum sumunt, ibid. ar. 4 de quo Nauar. cap. 17. num. 9. Vide ad hoc Sanchez lib. 9. Decalog. c. 11. n 54.

Bullar. bull. 14. Sixti 4. n. 30. vbi refert. bul. Clem. 4.

4. Rectè tamẽ potest Episcopus, seu Ordinarius inquirere contra detentores bonorum pauperibus restituendorum, eòsque adstringere ad eorundem restitutionem faciendam, vt constat ex Authentica, hoc amplius, de fideiussoribus. Auct. tom. 4. Addit. sum c. 119. n. 4 de quo Maranta 6. p. de Ordine iud. tit. de Inquisitione, nu. 154.

5. Accipiens aliquid à Religioso non habente potestatem, vel licentiam illud largiendi, tenetur rem Monasterio restituere, si illa à Religioso iam acceptata erat: secus si non erat acceptata, quia tunc non donauit rem Monasterio acquisitam. *ibid. art. 3. de quo Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 4. numer. 7. Episcopus Sosa super breue Clem. 8. de larg. mun. num. 73. De his, qui lucrantur in ludo à Religiosis, qui tenentur restituere, vide quæ tradunt Auctor in Bulla Cruciata, §. vnic. de Bulla compositionis, casu 10. numero 35. conclus. 7. & tom. 1. sum. cap. 189. numer. 3. in 2 edit. Rebellus tract. de iust. part. 2. lib. 11. quæstion. 4. sect. 1 numer. 4. & sect. 2. numer. 6. fine. Ludouic. Lopez libr. 2. de contractibus, capitul. 21. col. 3. Leonard. libr. 2. de iustit. capitul. 26. dub. 5. numer. 32. & 38. Vega tom. 2. sum. capitul. 3. casu 3. post quos Sanchez, latè libr. 7. Decalog. capitul. 19. à numero 86. qui idem ferè docent.*

6. Obligatus ad fructuum, & redditũum alicuius præbendæ restitutionem nõ tenetur distributiones quotidianas, quas consecutus est, restituere, nisi expressa mentio fiat de ipsarum restitutione in sententia condemnatoria, sicut qui priuatur à fructibus, & obuentionibus suæ præbendæ, non venit priuandus à distributionibus quotidianis, cap. licet vobis, de præbend. iuncta glossa in capit. cùm de diuersis, verb. integrè, de priuil. Auct. tom 3. quæst. 74. artic. 4. de quo Beerius decis. 346. Lancelot. de attentat. capitul 32. de pœnis attent. numer. 27. Ripa libr. 1. resp. 1. Abb. in d. cap. cum de diuersis.

7. Non tenetur ad restitutionem famæ, & damni satisfactionem accusans aliquem sine præuia correctione fraterna, quando peccatum accusati fuit contra ipsum accusantem commissum, non enim facilè grauatus, & iniuria commotus ad correctionem prehabendam, seu adhibendam ei, qui eum iniuria affecit, potest supergrauari, nullum commodum ex accusatione reportare intendens, tom. 2. q. 8. artic. 7. de quo Nauar. lib. 2. de restitut. c. 4. nu. 255.

RE

RESOLVTIO CXXVI.

De Rescriptis.

1. Rescriptum est mandatum P. incipis non constituens legem generalem, sed specialem in certis causis, & inter certas personas, quod aliquando conceditur ad conseruationem priuilegiorum contra, vel vltra ius commune aliquando verò ad conferendum alicui beneficium, seu gratiam. *tomo 4. Addit summæ c. 1 16. numer. 1. de quo Panorm. in rubrica de rescriptis, & DD. in l. 2. C. de legibus. Vide de hac materia Paulum Castr. in l. 1. ff. de constit. Principum, Burgos de Paz in proœm ad leges Tauri, n. 450. Rochum Curtium in c. cum tanto, de consuet. num 8. in præfat. & quæ late tradit Suarez lib. 3. de legibus c. 15. num. 1 1. & lib. 8. c. 2. num. 7.*

2. Alia sunt rescripta gratiæ, & alia Iustitiæ. Rescripta gratiæ sunt illa, in quibus Princeps aliquid gratiæ, seu gratuitum concedit, dispensando super aliqua lege communi. Rescripta verò iustitiæ sunt, in quibus Princeps aliquid in foro exteriori determinandum committit alicui personæ. Vtrumque hoc genus rescriptorum aliquoties vocari solent subreptitia, aliquando verò obreptitia, ex eo, inquam, quòd impetrantur simulata, seu non aperta veritate, vel dicto aliquo falso contra id quod est definitum in iure. Rescripta gratiæ subreptitiè impetrata sunt ipso iure nulla, c. fin. de filijs presbyt. lib. 6. & acta virtute illorum nullam vim habēt, sed rescripta iustitiæ subreptitiè impetrata valent, c. si autem, cap. plerunque, de rescriptis, & gesta virtute illorum valida sunt, quousque iudex declaret esse subreptitia, ex glossa communiter recepta *in dict. cap. final. notabili 2.* post casus positionem *ibid. num. 2. de quo Menoch. de arbitrarijs lib. 2. centur. 3. casu 201. num. 1 & 10. cum seqq. Nauar in capit si quando, prælud. 2. num. 1. Decius in cap. super litteris, notab. 2. num. 4. de rescriptis.* Vide quæ ad hoc tradit Suarez *d. c. 2. numer. 8 9. & 10. P. Miranda to. 2. manual. qu. 43. art. 2.* vbi tradit rescripta subreptitia esse nulla per textum *in c. 2. de rescriptis, & c. litteris, capit. rescripta 25. quæst. 2.*

3. Rescriptum remissum à Nuncio Apostolico cuidam Prouinciali, vt exequatur quoddam negotium suę prouinciç de consilio, & assensu diffinitorum, & ex causa graui det licentiam, duo requirit. Primum quòd toties, quoties occurrerit casus circa dictum negotiū, debet exquiri de liberatio, & discursus diffinitorum iuxta circunstantias particulares ipsius casus, nec sufficit consilium & consensus ipsorum Patrum semel tantùm præstitum, quia in vnoquoque casu diuersæ apparent circunstantiæ, quæ illum variant, & quarum respectu diuersa iudicia arbitari conuenit, ac diuersa media assignari. Secundò requiritur, quòd prius consilium, & cōsensus à diffinitoribus habeatur, quàm Prouincialis faciat licentiam sibi in rescripto commissam, quia in casibus, in quibus prærium consilium præcipitur petendum, non sufficit post rem actam illud petere, argum. et licet, de Regularibus potest tamen illud exquiri per litteras, proponendo vnicuique diffinitorum casum cum circunstantijs, nec requiritur simul in vnum congregari, quā do id nō exprimitur in rescripto, tom. 2. qu. 103. art 1 de quo Panorm. in c. cū veteri, de electione, num. 13. Ad quod vide Suarez lib. 5. de legibus c. 31 à nu. 9. vbi agit de lege dante formam actui humano, & in nostris ferè terminis docet P. Miranda *tom. 2. q. 17. art. 2.* & nos diximus *resolut. 51. num. 2.*

4. Nulli ex Ordinibus Mendicantibus, vel qui eorum gaudent priuilegijs aliquod rescriptum, aut priuilegiū con tra communia ordinis statuta, regulam, aut mores impetrare licet, aut obtentū retinere, ex Vrbano IV. impetrata verò sub quacumque forma, vel expressione verborū irrita sunt, & nulla ex Clemente IV. & Leone X. apud bullarium. Vnde sine licentia superiorum nullus regu-

Bullar. bull. 1. Clem 4. Comp. D. Hier. tit. priuil. § 3. Bull. 21. Iulij II. & Bulla 4. Leon. X.

regularis aliquam exemptionem à Sede Apostolica obtinere potest, ex Sixto IV. pro ordine D. Hieronymi apud eius Compend. titulo priuilegia, Iulio II. Benedicto XIII. & Leone X apud idem bullarium, ibid. art. 2. Idem tradit P. Miranda dict. qu. 43. art. 4.

5. Clausula solita apponi in rescriptis Apostolicis, vt impetrans maneat absolutus à censuris ad effectum consequendi id, quod in illis conceditur, non extenditur ad excommunicationē positam in c. ita quorundam, de Iudæis, contra deferentes arma, & alias res vetitas ad infideles, nec ad eos, qui per annum continuum ligati in excommunicatione insorduerint, per quandam regulam admirabilem Cancellariæ appositam inter regulas Pauli III. & Innocentij VIII. Id tamen debet intelligi de insordescentibus per annum in excommunicatione scienter, & cum pertinacia, nam si cum ignorantia probabili insordescant, rectè potuerunt absolui ab excommunicatione virtute dictæ clausulæ, argumento c. Apostolica, de clerico excommunicato ministran. Iuxta quod debet exponi, & intelligi decretum Tridentinum, in quo habetur, vt contra insordescentem per annum in censura obdurato animo tanquam de hæresi suspectum possit procedi, cõtra eum, inquam, qui scienter, non verò, qui ignorantèr insorduerit, id enim verbum, obdurato animo, satis innuit. Ex quibus fit, quòd regulares litteras Apostolicas sine superiorum licentia impetrantes non manent absoluti virtute dictæ clausulæ à censuris, nam huiusmodi rescripta taliter impetrata, cùm sint omninò irrita ex dictis suprà, nullus ex eis potest effectus produci. ibid. art. 3. de quo Nauar. in dict. c. ita quorũdam, notab. 11. gloss. vlt. num. 15. & 19 Gonçalez ad regulam 8. Cancell. gloss. 15. num. 103. cum seqq. Stephan. Gratian. disceptar. forens. c. 119. à num. 2. relati à Barbosa in remiss. ad Trid. d. c. 3. nu. 5. in fine. Vbi resoluit ex duobus posterioribus Doctoribus non habere locum dictum decretum Tridentinum in excommunicato propter debitum ciuile, seu ob non solutionem alicuius rei ex

Trid. sess. 25 c 3 de reform.

insordescentia per annum continuum. Idē quoad superius dicta resoluit Suar. *de censuris disp. 17. sect. 1. nu. 2. & 3.*

6. Rescriptum impetratum ab excõmunicato, etiam occulto & acta virtute illius sunt irrita, excepto eo, quod sic per articulũ excommunicationis, & appellationis expeditum est, c. 1. de rescriptis libr. 6. Sed hoc tantùm procedit in rescriptis Papæ, & non Episcoporum, & aliorum ordinariorum, vel Principum sæcularium. Dixi, etiam occulto, quia Extrauagans, ad euitanda, in nullo intendit fauere excommunicato, vnde si rescriptum ab eo impetratum valoris esse concepimus, hoc illi cederet in fauorem non paruum. Deinde quia excommunicatio ipso iure posita trahit secum annexam sui executionem ante sententiam iudicis, obligatque in foro animæ. Verum est tamen quòd acta virtute illius attinentia ad munus publicum valida censenda sunt ratione boni regiminis, dum Ecclesiæ toleratio adest, argumento *l. Barbarius Philippus, ff de offic. Prætoris. Auth. tom. 4. ad dict. summa d. c. 125. num. 3. & 4 de quo Nauar. lib. 3. cons. 44. num 2 & 8 de sentent. excommunic. Suarez de cẽsur. disp. 17. sect. 1 num. 4. Syluest. verb. rescriptum num. 2. in fine, qui duo posteriores idem docent.*

RESOLVTIO CXXVII.

De Sacramentis ministrandis.

1. Regulares Sacramẽta Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, & matrimonij sine speciali licentia parochi ministrantes, præterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessa, ipso facto excommunicatione Papæ reseruata ligantur, in Clement. Religiosi, de priuilegijs. Sub quo comprehenduntur tantùm, qui propriè, & strictissimè sunt religiosi tria

vota

Trid. sess. 25. ca. 16. de regul.

Bullar. orac. 14. Eug. IV. & Bulla 14. Sixti IV. Comp. verb. com municare §. 4. Bullar. Bull. 11. Sixt. IV.

vota substantialia absolutè vouentes, inter quos numerantur Patres Iesuitæ, vt constat ex Tridentino Concilio, in quo vocantur clerici regulares, & inter regulares numerantur. Eugenius IV. apud bullarium declarauit, posse parochianum Eucharistiam recipere a religiosis virtute licentiæ generalis factæ a suo parocho, vt possit sacra cōmunione a quocunque Sacerdote in Paschate refici. *tom. 1. quæst. 16. art. 1. de quo Med. de Pœnitent. fol. 83. Soto. num 4. dist. 18 qu. 4. art. 3. vide suprà resolut. 109. num 5. & qua tradit Suarez de censuris disp. 22. sect. 1. à nu. 2. P. Villalob. tom. 1. summa tract. 17. diffic. 25 num 2.*

2. Sed post dictam Clementinam habent regulares plurima priuilegia Apostolica, de quibus apud Compend. v. communicare § 4 & 5 & apud Bullarium, vt Sacramentum Eucharistiæ omnibus fidelibus in suis Ecclesijs, excepta Paschali Communione, & in articulo mortis, liberè valeant ministrare. In terris verò gentium ad Christum de nouo conuersarum possunt alia Sacramenta sine licētia Curatorum, & absque timore alicuius censuræ ministrare, ex concessione Sixti IV. Nicolai IV. Leonis X. Pij V. & aliorum Pontificum, ibid. art 2. Idem tradunt P. Mirand tomo. 1. qu. 42 art 2 Portel verb Sacramentorū administratio num 8.

3 Communio Paschalis excepta in priuilegijs regularium non debet intelligi materialiter pro ipso die Paschatis, sed formaliter, prout includit præceptum semel cōmunicandi in Paschate, de quo in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remission. Vnde qui satisfacit dicto Ecclesiæ præcepto communicando quolibet die quadragesimæ, vt ex consuetudine legitima, & præscripta fit in toto ferè regno Portugalliæ, idque in sua parochiali Ecclesia, optimo iure poterit deuotionis causa iterū communionem sacram sumere in ipso die Paschæ apud Ecclesias regulariū, tunc enim Communio Paschalis comprehēdit omne tempus quadragesimæ, vel spatium à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè (vt moris est apud Hispaniam, excepta Portugallia) iuxta declarationem Eugenij IV. Verum est tamen, quòd Nicolaus V. & Paulus III. apud Compend. D. Hieronymi § 2. & 6. cōcesserunt monasterio B. Mariæ de Guadalupe, & Iulius II. ordini Minimorum, vt in suis Ecclesijs tantum possint fratres Eucharistiam ministrare omnibus fidelibus, etiam in die Paschatis. Quo priuilegio possunt frui alij regulares communicantes in priuilegijs, non obstante vsu in contrarium, qui non præiudicat ignorantibus tale priuilegium, nec inducere potest legitimam præscriptionem à tempore Sixti V. qui cōfirmauit nostra priuilegia Minorum ex certa scientia abstinendo à clausula, quatenus sint in vsu, vt suprà diximus resol. 115. nu. 11. Quod licèt verum sit, non tamen conuenit passim tanto priuilegio vti, sed rarò, prudenter, & cautè. *ibid. art. 3. de quo Nauar. in manual. c. 21 nu. 52. & 45. & c. 10 numer. 36. Suarez tom 3 disp. 72. sect. 2. de Eucharistia, §. censeo igitur, Henr. quez. 2. tom. lib. 8. de Eucharist. c. 55. nu. 1. litera G. Soto in 4. dist. 18. qu. 4 art. 2. Cord. in addit. ad Compend tit. communicatio priuilegiorum. Idem docent Portel vbi suprà num. 5. & 6. P. Mirand. d. quæst. 42 art 2 concl. 2.*

Nota priuilegium notatu dignum.

4 Item peregrinis, & aduenis non habētibus domicilium possunt religiosi Eucharistiam, etiam in die Paschatis ministrare, tum per concessiones Iulij II. Nicolai V. & Pauli III. suprà relatas, in compend. D. Hieron. tit. Eucharistiæ Sacramentum, in quibus indifferenter id conceditur pro omnibus fidelibus ad eos accedentibus, & communicare volentibus, tum etiam per concessionem Eugenij IV. apud Comp. Minorum & Mend tit communicare. Vbi declarat Pontifex, quòd quando quis tempore Paschæ se reperererit in aliena diœcesi, semper ibi intelligitur adeptus incolatum, vt ibi confiteri, & communicare valeat, quamtuncunque ibidem paruo tempore demorauerit, ibid. art. 6. de quo Caietan. verb. excommunicatio c. 64. Nauar. c. 27. num. 101. in manuali. Idem docent Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 23. à num 17.

Comp. S. Hier. § 1. Comp. Min. & Mend. §. 2.

5. Stando in opinione eorum, qui asser-

affirmant in Paschate nullo modo licere Religiosis Sacramentum Eucharistię ministrare, iuxta declarationem Leonis X. & communem vsum Religionum, consequenter asserendum est, nec in articulo mortis id licitum esse, quia Ecclesia semper censetur reseruare Parochis omnem communionem, qua præceptum diuinum adimpletur, quod in articulo mortis adimpleri, tenent ex Theologis viri docti. Vnde licet hæc communio per modum viatici à Leone X. non fuerit excepta, ipso iure, & communi sensu semper pro excepta habetur, & Paulus III. expresè excepit in priuilegio concesso Societati Iesu, de quo apud Bullarium, & eius Comp. Adhuc tamen in casu necessitatis articulo mortis instante, & deficiente Parocho optimo iure valent Religiosi, & alij sacerdotes viaticum infirmis ministrare, vel ex presumpta voluntate Parochi, vel ex certa Episcopi, aut Papæ, quod & expresè declaratur in dicta bulla Pauli III. pro Societate. Imò idem ius erit, quãdo Parochus præsens iniustè denegat licentiam ad ministrandum, nec vult ipse ministrare, tunc enim abesse censendus est, præsumiturq; in tali casu Ecclesiam dare huiusmodi licentiam: & ad omne dubium tollendum eam expresè concedit Sixtus IV. Minoribus apud Bullarium, cuius hæc sũt verba: Præterea quia parochialium Ecclesiarum Rectores erga illos, qui Fratribus Ordinis Minorum eorum peccata confitentur persæpe se reddunt in exhibitione Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis difficiles, concedimus ipsis Fratribus Minoribus, vt eisdem personis eis confessis, quibus Rectores præfati sine rationabili causa denegauerint, seu malitiosè distulerint Eucharistiæ, seu Extremæ vnctionis sacramenta ministrare (super quo eorundem confessorum assertioni stari debeat) illa petentibus possint impune exibere. Hæc Sixtus: qui idem eadem ferè verba repetẽs concessit Prædicatoribus, Eremitis S. Augustini, & Carmelitis, Ibid art. 3 & 4. Ad quod vide Suarez de censuris disput 21. sect. 4 nu. 10 & 11. P. Miranda d. q. 42. ar. 3. Idem expressius habetur in Comp. Roderici.

Bullar. bull. 8. Pauli 3. n. 31. & Cõp. Societ. §. 2.

Bullar. bull. 14. Sixti 4. n. 45. & in Comp. Minor. v. cõmunicare §. 6.

Bull. 33. Sixti 4. n. 47. & bul. 34. nu. 47. & bul. 37. n. 64. Bulla 3. Pauli 4. Ampliatur, ac illustratur doctrina Auctoris.

quadam bulla Pauli IV. vbi conceditur Fratribus Minoribus, vt possint confessiones infirmorum, etiam vbilibet extra domos, & habitacula eorundem Fratrũ audire, eosque in casibus, & censuris, quibus eis per priuilegia Sedis Apostolicę huiusmodi hactenus concessum est posse absoluere, & ipsi hactenus absoluere consueuerunt, ac omni tempore, pręterquam in Resurrectionis Dominicæ die Sacramentum Eucharistiæ, tam illis, quàm alijs quibusuis personis licitè ministrare possint. Hæc Paulus IV. Quæ est magna concessio, & amplior, quàm suprà citata Sixti IV. absolutè enim concedit Fratribus posse dicta sacramenta inconsultis parochis ministrare. Sed Leo X id limitat, ac moderatur, scilicet, quòd non possint Religiosi dicta sacramenta infirmis ministrare, quorum confessiones audierunt, nisi denegatio à proprio Sacerdote facta sine legitima causa, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram notario publico facta doceretur. Hoc tamen non obstante existimo dictam bullam Pauli IV. adhuc in suo robore, ac vigore permanere, nec reuocatã, aut moderatam dici posse per Leonem X. vt potè, quòd fuerit posterior, seu recentior tempore, ac proinde derogare priori, certi iuris est. De quo Nauar *cap. 21. nu. 52. Henriquez tomo 2. libr. 8. de Euchar. c. 55 nu. 1. littera H. Suarez vbi suprà dict. sect. 2. dub. vltim. §. sed quæres, Portel in addit. ad dubia verb. Sacramenta, numer. vnico.*

Bullar. bul. 45. nu. 7. Leo X.

6. Simplex Sacerdos de licentia parochi Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesia Parochiali licitè valet ministrare, etiam si ab Episcopo non sit expositus ad sacramenta ministranda, iuxta formam Concilij Trid. quia ad id non est necessaria actualis iurisdictio, seu potestas ad absoluẽdum, sicut ad Sacramentum Pęnitentiæ, sed tantùm potentia ad distribuendum, seu communicandum sacram Eucharistiam, quam habet simplex Sacerdos. Vnde hac facultate ministrandi rectè potest vti quilibet Religiosus presbyter, ex priuilegijs suprà citatis; quia in Concilio non aufertur à Sacerdotibus simplicibus

hæc potestas, si habent ad id licentiam à Sede Apostolica, aut à Parocho, *ibidem articul.* 7. de quo Suarez 3. *p. disput.* 72. *sect.* 1. *conclusione* 1. *D. Thom.* 3. *p. qu.* 82. *art.* 3. *& in* 4 *dist.* 13. *qu* 1. *art.* 3.

7. Imò & Diacono potest committi à parocho hæc facultas in casu necessitatis, & iusta, ac rationabili ad id interueniente causa, vt iura expressè requirunt. Vnde prælatus localis apud Regulares optimo iure potest suo subdito Diacono id ipsum committere, si ipse extat impeditus, nec adest alius Sacerdos ad ministrandum, non solùm ad communicandum Religiosum infirmũ, sed & famulum monasterij: quia ipse est presbyter curatus respectu suorum subditorum ex iure communi, & famulorum conuentus ex priuilegio Apostolico, habétque ad id auctoritatem, & iurisdictionem, cuius iussu Diaconus potest hoc sacramentum ministrare ex Concilio Nicæno canon 14. & Arelatensi capit. 15. Hæc tamen facultas non est facienda, nisi rarissimè articulo mortis instante, in quo si presbyter præsens ex malitia id Diacono deneget, ipsi Diacono licebit ægroto in extremis posito viaticum ministrare, præsentia enim Sacerdotis abutentis sua potestate reputanda, est ac si nulla esset, & recurrendum ad voluntatem interpretatiuam Episcopi, aut Papæ, seu ad ius commune, vel diuinum, seu ad Christi Domini voluntatem; *Ibid. art.* 8. *de q o D. Thom.* 3. *p. quæst.* 8. *artic.* 3. *& in* 4. *distinct.* 13 *quæst.* 1. *articul.* 3. *Alens.* 4. *p. quæst.* 50. *memb.* 3. *Syluest. verb. Diaconus, & passim Summistæ verb. Eucharistia, seu Communio. Idem docent Suarez. dicta disput.* 72 *sect.* 1. *concl.* 3. §. *difficultas vero, P. Miranda dict. quæst.* 42. *artic.* 8.

Concil. Nicæn. can. 14. Arelat. cap. 15.

8. Sicut apud monasteria Regularium de licentia Sacristæ quilibet Sacerdos sæcularis potest Eucharistiam ministrare, ita etiam in monasterijs Monialium potest idem de licentia Vicarij, Confessoris, aut Capellani ipsarum Monialium, ex vi communicationis priuilegiorum Fratrum ipsis concessæ, ibid. art. 9. Idem docent Corduba in addit. ad Compend. verb. communicare, Medina in Summa libr. 1. cap. 11 §. 3. Henriquez tom. 1. de Eucharist. lib. 7. nu 1. littera C. P. Miranda d. q. 42 art. 4.

9. Licentia parochi excommunicati ad sacramenta ministrãda in dicta Clementina, Religiosi, contenta non valet ex defectu iurisdictionis. Vnde Religiosi illa administrantes cum tali licentia nulla incidunt in excommunicationem, nisi simplicitate animi faciant, putantes id licere parocho excommunicato, vel nescientes eum esse tali censura ligatum, quia dicta pœna præsumentes tantum respicit. Ibid. art 13 de quo Nauar. cap. 27. num. 102 & eo citato: idem resoluit P. Miranda *dict. quæst.* 42. *art.* 7.

10. Religiosi apud Indias Occidentales ad curam Indorum tanquam parochi liberè suis parochianis sacramenta ministrare valent sine metu dictæ excõmunicationis: quia id faciunt ex commissione Papæ, per indultum Alexandri VI. apud Bullarium, in quo datur facultas, seu commissio Regibus Hispaniæ ad assignandos populis Indorum Fratribus Mendicantibus sine consensu Episcoporum, vt ibi exerceant potestatem parochorum, vt est notorium in illo nouo Orbe, & praxis tenet. Ex quo consequenter fit, quòd etiam Communionem Paschalem in implendi præcepti Ecclesiastici gratia valent illi ministrare, itémque assistere matrimonijs, seu nuptias benedicere vt expressè concessit Pius V. apud eundem Bullarium, ibidem art 11 Idem tradit P. Miranda d. quæst. 42. art 6

Bullar. bull. 1. Alexand. 6. & orac. 5. Pij 4.

Bull 4. Pij 5.

Eodem priuilegio gaudent Fratres Minores in Brasilia per concessionem Sixti V. cuius transumptum vidisse authenticum testatur Portel in addit. ad dubia verb. matrimonium, nu. 9 in fine, vbi etiam addit, eandem concessionem (vt arbitratur) factam esse pro India Orientali, vbi Fratres assistunt conuersioni Indorum in locis sibi assignatis ad ministranda sacraméta, & nos diximus suprà resolut. 109. de parochis à nu. 1.

11 Ex quibus infertur, quòd cùm apud illum nouũ Orbem sit notoria Religiosorum exéptio ad huiusmodi sacramenta de nouo conuersis ministranda,

Epiſcopis nequaquam licet ab eis priuilegia ſuper hoc exigere: quia vbi priuilegium eſt notorium, non debet oſtendi, vt à contrario ſenſu notant Doctores ad c. ex parte, de verbor. ſignificat. Vnde non poſſunt dicti Epiſcopi contra priuilegium verum oſtenſum agere, nec Religioſorum adminiſtrationem impedire, etiam ſi dubitent de eius valore, aut derogatione per ipſum facta dictæ Clementinæ, Religioſi. Nam eis non datur de priuilegijs Papæ iudicare, nec Fratrum priuilegia interpretari dubia, vel clara, ex bulla Clemētis IV. in Bullario, maximè in cauſa propria, vt notent ſcribentes ad dictum capit. ex parte, & propria auctoritate contrauenientes ipſo facto incurrunt excommunicationem Papæ reſeruatam, ſiue directè, ſiue indirectè quouis quæſito colore impediant, ex Leone X. Quòd ſi adhuc poſt exhibita priuilegia aliquod dubium maneat, ad Nuncium Apoſtolicum, vel ad conſilium Regale Hiſpaniæ, ſeu ad Proregem Indiarum lis deducenda eſt, cùm ad eos pertineat rationem reddere facultatis Apoſtolicæ, quam habent Reges Hiſpaniarum pro aſſignandis Religioſis ad curam animarum, & ſacramētorum miniſtrationem gerendam. *Ibid. art. 12.* Ad quod Innocent. *in dicto capit. ex parte*, vbi Butrius *num. 11. Imola in Clement. abuſionibus, de pœnitent. & remiſſ.* Idem ferè docet P. Miranda *artic. 5. dict. quæſt. 42. & quæſt. 43. art. 5. §. vltimo.*

Bullar. bull. 13. Clem. 4. Bulla 3. Leon X. num. 18.

12. Item Fratres prædicti apud Indias cum nouiter conuerſis poſſunt diſpenſare, vt vxores ſuas, cum quibus in gradibus à lege diuina non prohibitis contraxerunt, retinere valeant, ac de cauſis matrimonialibus cognoſcere ex eadem bulla præcitata Leonis X. & idē conceſſit Paulus III. Patribus Societatis Ieſu deſtinatis ad id à Præpoſito Generali. Impedimenta autem lege diuina naturali prohibita ſunt, coniugium inter parentes, & filios, vel filias, & inter fratres, & ſorores, de quo Sanchez lib. 7 de matrimon. diſp. 52. num. 8. ad medium, & nu. 4. & Portel in addit. ad dubia à num. 1. qui idem docent.

Bulla bull. 18. Pauli 3. num. 36.

13. Tertiarijs extra parochiam communionem Paſchalem, nec cętera Eccleſiaſtica ſacramenta (pœnitentię duntaxat excepto ſacramento) nullus miniſtrare valet, ex Leone X. in Concil. Lateran. exceptis fœminis virginalem, ſeu vidualem caſtitatē ſub præfato modo viuendi promittentibus, quia tales gaudent omnibus priuilegijs Fratrum: quod non eſt per Trident. Concil. reuocatum, aut innouatum. Ibid. artic. 10. de quo Collector Mendicantium titul. ſacram. §. 2. vide infrà reſol. 135. nu. 7.

Trid. ſeſſ. 24. c. 11. de reform.

14. Religioſi ſacramenta Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis, etiam in die Paſchæ, & in articulo mortis ſuis famulis, & familiaribus miniſtrare valent, ex priuilegio Clementis, & Sixti IV. pro Minoribus, & aliorum Pontificum apud Bullarium, ſed non licet eorum confeſſiones audire, niſi ab Epiſcopo ſint approbati, ex Trident. Concil. Licèt hic art. 14. Auctor oppoſitum affirmet per viuæ vocis oraculū Pij V. quo confirmauit in foro conſcientiæ priuilegia Regularium contraria Concilio præfato, de quo ſe corrigens mutauit ſententiam. Tom. 2. quæſt. 67. art. 1. Vbi id expreſsè, & apertè ad finem articuli affirmat, de quo etiam diximus ſuprà reſolut. 64. num. 1. & etiam ſuprà de confeſſarijs, num. 35.

Bullar. Bull. 33. Sixti 4. n. 11. & bul. 41. Leon X. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de reform.

15. Religioſi adminiſtrantes ſacramenta in Parochia, vbi à tempore immemoriali nunquam fuit parochus, non incidunt in excommunicationem dictę Clementinæ, Religioſi, quia per conſuetudinem immemorialem de conſenſu Diœceſani, vel Papæ id non ignorātium præſumūtur adminiſtrare, de quorum licentia præſumpta id licere facere, nemo eſt, qui dubitēt, quidquid aliqui ſentiant de Minoribus Obſeruantiæ, quos non eſſe capaces iuriſdictionis, nec iurium parochialium affirmār, ac ideò nec ea vſucapere, vel præſcribere poſſe, tom. 3. q. 57. art. 1. de quo Nauar. lib. 5 conſil. 19 de priuil. Idem docet Suarez de cenſuris diſp. 22. ſect. 4. num. 11.

16. Religioſus prohibitus in ſcriptis à prælato ne celebret, nec ſacramenta miniſtret, manet ſuſpenſus: ſecus ſi verbo tenus id prohibeat, tunc enim ſim-

num decretum, nisi tanta sit huius Religiosi vrgens necessitas ob persecutiones, molestias, ac dissensiones in sua Religione, vt non inueniat Monasterium, quod velit eum perpetuò alendum in claustro recipere, & talis de eo adsit confidentia, quòd tali facultate viuendi extra Monasterium bene vteretur, non tam ampla, vt dictum est, sed arctata, & limitata ad certum locum, vbi facilis possit haberi notitia de eiusdem actibus, moribus, ac vita, & correctio (si opus fuerit) adhiberi. Ex quo fit, quòd benè potest recipi animo mittendi eum extra claustrum ad peragenda negotia in vtilitatem, & decorem Religionis, quia in hoc casu cessat ratio, & occasio vagandi, & apostatandi, de qua in dicto Concilio, siquidem subest obedientiæ prælati. *ibid. artic.* 4. de quo Nauar. *in c. statuimus, n.* 13. *&* 15. *aliàs comment.* 4 *de Regular. num.* 11. *&* 12. Idem post eundem Nauarrum, & nostrum Auctorem docet Sanchez *lib.* 6. *Decalog. c.* 7. *num.* 82. 83. *&* 84.

Trid. sess. 24. ca. 11. de refor.

89. Absentia Religiosi in loco distâti per decem milliaria, verbi gratia, à Monasterio ad seruiendum beneficio curato in vtilitatem Ordinis, Ecclesiæ vniuersalis, aut Reipublicæ sufficiens, ac iusta causa censenda est, vt superior illi concedat facultatem ad illud seruiendum. Secus si nulla causa adsit, tunc enim, nec etiam de licentia Papæ licet abesse; Sicut etiam necessitas parêtum superueniês iusta causa censetur, vt Religiosus de licentia superioris extra claustrum ad subueniendum illis, vel etiam curandæ valetudinis ergò, cum consilio medici viuat. Et tandem sufficiens pariter causa iudicatur ad dandâ licentiam Fratri inquieto, & insolenti propter sua delicta ad triremes relegato, & ab his postea restituto, vt habitu retento vitam eremiticam agere, vel alicui hospitali, aut Ecclesiæ seruire permittatur, verò simile enim est, quòd Fratres ob præteritam vitam, & infamiæ notam eum ad suum consortium admittere renuent, vel admissum improperijs, & contumelijs afficere non desistent. *ibid. art.* 5. de quo Nauar. *in ca. non dicatis, num.* 40. *&* 70. *& libr.* 3. *cons.* 68. *&* 69. *de Regularibus, & commentario* 3. *de Regular num.* 48. *& in Manual. cap.* 14. *num.* 14. *&* 48. Vide quæ sit iusta causa ad huiusmodi licentiam concedendam, apud doctissimum P. Suarez *tom.* 4. *de Religione tract.* 8. *libr.* 3. *cap.* 7. *à numer.* 17.

90. Nullus inferior à Papa potest licentiam facere Monacho, etiam iusta ad id existente causa, vt sit extra Monasterium in habitu clericali decenti sub obedientia Ordinarij, nisi declarando eum nulliter esse professum, vel priuâdo eum habitu regulari, expellendoq; ipsum ab ordine per sententiam iuridicam. Imò nec Congregationi Cardinalium id côceditur, tantùm enim habet facultatem declarandi dubia Concilij Tridentini, non verò ad dispensandum ibid. art. 6. de quo Nauar in c. nullam, num. 27 & lib. 3. conf. 54. num. 5. de Regul. Idem supponere, seu sentire videtur Suarez dicto cap 7. nu. 4. in 3. obiectione, & per num. sequentes.

De Religiosis professis post constitutionem Sixti V vide quæ suprà *de nouitijs quoad professionem, resol.* 101 *à nu.* 88. diximus.

RETRACTATIO.

De Dispensatione super transitu ad laxiorem Religionem.

91. Attento iure communi prælatus inferior à Papa potest licentiâ transeundi facere ad Religionem strictiorem, imò & ad æqualem, sed ad laxiorê soli Pontifici reseruatur ex glossa in capit. cum singula, verb. canonicè, de præbend. libr. 6. & expresè diffiniri videtur in Tridentino Concilio. Quod adeò verum est, vt facultas facta à Papa absque iusta causa nullius sit valoris, peccabitque illam sic concedens, vt suprà diximus num 65. Ita Auctor tom 4. summæ cap. 153. numer. 7. de opposito

Trid sess. 25. ca. 19. de Reg.

se

se corrigens, quod dixerat tom. 3. qu. 51. art. 9. quidquid in oppositum dicat Sayro decis. 55. de Regularibus, vbi resoluit, quòd non obstante dicto Tridentino decreto, & iure communi Generalis, & superior Religionis ad laxiorem etiam Religionem transitum concedere potest, cum mens, & intentio Concilij non fuerit, iuridicas tollere facultates. Ita refert Barbosa dicto capit. 19. de Regularibus, num 7. At sententiæ nostri Auctoris adhærent Syluest. Nauar. infrà citandi, Mandosius de signat gratiæ verb. licetiæ columm. 8. versic. quoad minorem, & alij plures, quos refert Sanchez lib 6. Decalog. cap 7 num. 50. & 51. vbi late rem tractat vsque ad nu. 70 & expressiùs Suarez veriorem indicat hanc sententiam tom 4 de Religione lib. 3. cap. 11. num 17. vsque ad 20 & nu. 14. & 15. talem facultatem sine causa à Papa datam, & professionem virtute illius factam ipso facto irritam esse, asserit. de quo Panorm. *in cap. non est, n. 6. de Regularibus, Syluest. verb. Religio 4. quæst. 2 Nauar. in cap. statuimus, nu. 12. & consil. 56 de Regularibus, Azor instit. moral. p. 1. lib. 12 cap 15 qu. 2 Reginal. in praxi fori pænit lib. 18. capit. 29 à nu 418. Fr. Ioannes à Cruce de stat. Relig. litr. 1. cap. 7. dub. 3.*

RESOLVTIO CXXIV.

De Reliquijs Sanctorum.

1. Reliquias, & corpora sanctorum Martyrum, ac aliorum cũ Christo viuentium, quæ membra viua fuerũt ipsius Christi Domini, & templum Spiritus sancti ab ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificãda, per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur, à fidelibus colenda, ac veneranda esse, definitur in Tridentino Concilio: in quo etiam damnantur omnino affirmantes non deberi huiusmodi venerationem & honorem reliquijs Sanctorum, vel eas, aliàque sacra monumenta à fidelibus inutiliter venerari, atque eo rum opis impetrandæ causa sanctorum memorias frustrà frequentari. Reliquiæ vero de nouo inuentæ non sunt recipiendæ, nec venerandæ in publico, nisi sint ab Episcopo priùs approbatæ, ex eodẽ Concilio: secus si fuerint reliquiæ Sanctorum approbatorum per Canonizationem, vel Beatificationem. Priuata tamen veneratione non est prohibitum venerari reliquias cuiusdam sancti nec Canonizati, nec Beatificati, sed tantum reputati pro sãcto, vel datas à viro pio, & si de digno affirmante, esse reliquias cuiusdam sancti. At non licet eas collocare in publico, vt adorentur, nisi priùs approbentur ab Episcopo, vt dictũ est: *tom. 3. quæst. 55. artic. 1. & tom. 4. Addit. sum. cap. 115. numer. 2. de quo Azor tom. 1. lib. 9. inst. moral. cap. 8. quæst. 7. & 8. Sanchez in præcepta Decalog. libr. 2. cap. 42. numer. 6. cum seqq. Ad quod videri possunt glossa in cap. pronunciandum, de consecrat. dist. 3. Archidiacon. in cap. nec mirum 26 quæst. 5. D. Antonin. in sum. 3. part. titul. 12. cap. 8. §. 1. Hostiens. lib. 6. tit. 29. artic. 5. Zabarella in capitul. 1. de reliquijs, & venerat. Sanctor. Bellarmin. libr 1. de Sanctis à capitul. 1. vsque ad 4. Vazquez de adorat. im igitũ m libr. 3. disputat. 3. capitul. 8. à numer. 78. Suarez tom. 1. in 3. part. distinction 55. quæstion. 25. articul. 6.*

2. Corpora Sanctorum tradita perpetuæ sepulturæ non possunt transferri de vno loco ad alium, nisi auctoritate Papæ Episcopi, vel Synodi, cap corpora Sanctorum, de consecratio dist. 1. quando autem non sunt tradita sepulturæ, licite possunt trasferri sine alicuius auctoritate ad alium locum Religiosũ. Alexander VI concessit Minoribus apud Bullarium, & Pius V. Religiosis Societatis apud eius Compend titul reliquiæ, vt sine scrupulo alicuius censuræ liceat mittere reliquias extra Vrbem pro consecratione altarium, & lapides cu-

Trid. sess. 25. decret.

nerat. in uocat. & reliquijs sanctorũ. Trid. sup. §. hæc ve fideliũs.

Bull. oracul. 4. Alex. 6.

cuiuscunque generis, siue consecratos, siue non ibid. art. 2. De adoratione reliquiarum, vide Suarez *dict. art. 6. sect. 2. §. sed queret, Philiarcum de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 9. ad fin. Sanchez. d. capit. 43. n. 13. & 14. & de translatione Sanctorum, n. 25. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 9. cap. 8. qu. 9. D. Anton. 3. part. tit. 12. c. 8. in fine, Syluest. verb. Reliquiae, qu. 3. Portel in addit. ad dubia verb. Reliquiae num. 6.*

3. Licitum est tractare, & reuerenter tangere Sanctorum Reliquias inferendo, vel extrahendo illas de capsa, aut ad pectus seu à collo pendentes portare, tom. 4. Addit. summa cap. 115. nu. 3. de quo Azor dicto libr. 6. inst. moral. cap. 9. quæst. 5.

4. Agnus Dei per Summum Pontificem solemniter benedicti non sunt depingendi, nec venales proponendi ex præcepto Gregorij XIII. qui id prohibuit sub pœna excommunicationis ipso facto, licet eius constitutio in his Hispaniarum partibus vt in plurimum non obseruetur quoad pingendos dictos Agnus Dei, tom 3. q. 55. art. 3. de quo Sanchez dict. cap. 43. num. 28. & 29. qui docet, in eo decreto non prohiberi venditionem ratione materiæ, contra Azor dict. cap. 9. quæst. 4. Idem tenet P. Villalob. 2. p. sum. tract. 37. diffi. 11. num 4.

Aduerte tamen, quòd non sunt à laicis nisi reuerenter tractandi propter oleum, & sacrum Chrisma, quod habent in cera admixtum. Qui etiam habent virtutem contra tempestates terræ, & maris, & contra incendia. tomo. 4. Addit. capitul. 115. numer. 4. de quo Duran. in Rationali Diuinorum, libr. 9. Azor d. capitul. 9. quæstion 3. Sanchez vbi proximè numer. 27. qui benè addunt, laicos non grauiter peccaturos, si absque contemptu tangant Agnus Dei, vsumque obtinuisse, vt eos tangant, etiam fœminæ, idemque tenet Portel vbi sup. num. 8.

RESOLVTIO CXXV.

De Restitutione.

1. Restitutio ex S. Thoma, est redditio rei, quæ ablata est, quæ habet aliquas radices, à quibus deducitur, scilicet ab acceptione, aut à re accepta. Tunc dicitur procedere ab acceptione, quando quis ratione solius acceptionis tenetur alteri reddere quod suum est, aut est ei debitum, vt in mutuo, deposito, furto, rapina, & similibus. Tunc autè à re accepta procedit restitutio, quoties quis rem alienam, aut alteri debitā habet. Duplex verò est restitutio, altera, qua prior status totaliter innouatur, & hæc dicitur restitutio in integrum, quia, inquam, redditur possessio rei, aut æquiualentis, & fructus, pristinū ius, & omnia, quæ à Iurisperitis dicitur esse prioris status, vel iuris reintegratio, per quā subuenitur Minoribus, Ecclesijs, & Monasterijs, l. 1. l. non solū, ff. de in integ. restit. cap. auditis eodem titul. Alia verò est, qua prior status non renouatur in totum, sed tantùm rei possessio, vel æquiualentis per quam satisfit de re ablata, damno, & interesse, quæ aliquando significatur nomine redditionis, *capit. cùm tu manifestos, de vsuris, aliquando nomine satisfactionis, tom. 3. quæst. 56. art. 1. de quo D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 2. & 6. Soto 4. de iust. quæst. 7. art. 7. Couar. in regula possessor, 2. p. in initio, De materia huius tituli videantur Anton Gomez tom. 2. de contract. lib. cap. 14. Rebuf. ad leges Galliæ tom. 2. tit. de restitution. in integrum, Donel. commentar.* Iuris ciuilis libr. 21. capit. 4. Mench. vsu frequent. cap. 65. à num. 3. Moria in emporio iuris ciuilis p. 1. tit. 5. Molina de iustit. tract. 5. disp 573. Caldas Pereira in l. si curatorem, C. de in integ. restit.

2. Quæcunque læsio in bonis, & iuribus Monasteriorum per quemcunque facta,

facta, etiam ex culpa prælatorum, aut Monachorum ipso iure rescinditur, nec opus est aliquam restitutionem in integrum impetrare: quod ius, & priuilegium trahitur ad præterita nondum decisa, præsentia, & futura, ex cōcessione Ioannis XXII. facta Congregationi Mōtis Olīueti apud Compend. Cister. & Societ. titul restitutio in integrum. Sed aduertere oportet, quòd hæc læsio attento iure communi non rescinditur post quadraginta annos, quibus elapsis præscribitur contra Ecclesiam: at attentis priuilegijs Regularium non nisi post spatium centum annorum præscribitur contra bona, & iura Monasteriorum, ad instar rerum, & iurium Ecclesiæ Romano, vt suprà resolut. 114. nu. 2. iam resoluimus, ibid. artic. 2. Ad quod vide Gregor. Lopez *l. 10. verb. Mas de la mitad. tit. 19. part. 6. Turzan. tomo 1. communium opin. lib. 2. titul. 24. num. 2. Costa §. & quid si tantum part. 2. à num. 80. Suarez allegat. 21. à num. 3. Gama decis. 233. num. 2. Caldas Pereira in l. si curatorem, verbo, læsis, à princip. & verb. infrà, num. 9. Flamin. de resignat. libr. 3. q. 7. num. 84. Sthepzan. Gratian. discept.* forens. cap. 148. num. 19. Gonzal. ad reg. 8. Cancel gloss. 21 nu. 21.

Comp. Cister. & Societ. tit. restitutio in integrum.

3. Restitutio incertorum regulariter ad Episcopum nō pertinet, imò nec eidem licet se interponere voluntati debitoris volentis restituere pauperibus. Pro bonis incertis, & malè quæsitis nouitiorum est quædam concessio Sixti IV. pro Carmelitis, & alia Clementis IV. pro Minoribus apud Bullarium, vt possint ea restitui, & applicari Monasterijs, in quibus habitum sumunt, ibid ar. 4 de quo Nauar. cap. 17. num. 9. Vide ad hoc Sanchez lib. 9. Decalog. c. 11. n. 54.

Bullar. bull. 14. Sixti 4. n. 30. vbi refert. bul. Clem. 4.

4. Rectè tamē potest Episcopus, seu Ordinarius inquirere contra detentores bonorum pauperibus restituendorum, eòque adstringere ad eorundem restitutionem faciendam, vt constat ex Authentica, hoc amplius, de fideiussoribus. Auct. tom. 4. Addit. sum c. 119. n. 4 de quo Maranta 6. p. de Ordine iud. tit. de Inquisitione, nu. 154.

5. Accipiens aliquid à Religioso non habente potestatem, vel licentiam illud largiendi, tenetur rem Monasterio restituere, si illa à Religioso iam acceptata erat: secus si non erat acceptata, quia tunc non donauit rem Monasterio acquisitam. *ibid. art. 3. de quo Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 4. numer. 7. Episcopus Sosa super breue Clem. 8. de larg. mun. num. 73. De his, qui lucrantur in ludo à Religiosis, qui teneantur restituere, vide quæ tradunt Auctor in Bulla Cruciatæ, §. vnic. de Bulla compositionis, casu 10. numero 35. conclus. 7. & tom. 1. sum. cap. 189. numer. 3. in 2. edit. Rebellus tract. de iust. part. 2. lib. 11. quæstion. 4. sect. 1. numer. 4. & sect. 2. numer. 6. fine. Ludouic. Lopez libr. 2. de contractibus, capitul. 21. col. 3. Leonard. libr. 2. de iustit. capitul. 26. dub. 5. numer. 32. & 38. Vega tom. 2. sum. capitul. 3. casu 3. post quos Sanchez, latè libr. 7. Decalog. capitul. 19. à numero 86. qui idem ferè docent.*

6. Obligatus ad fructuum, & redituum alicuius præbendæ restitutionem nō tenetur distributiones quotidianas, quas consecutus est, restituere, nisi expressa mentio fiat de ipsarum restitutione in sententia condemnatoria, sicut qui priuatur à fructibus, & obuentionibus suæ præbendæ, non venit priuandus à distributionibus quotidianis, cap. licet vobis, de præbend. iuncta glossa in capit. cùm de diuersis, verb. integrè, de priuil. Auct. tom 3. quæst. 74. artic. 4. de quo Boerius decis. 346. Lancelot. de attentat. capitul. 32. de pœnis attent. numer. 27. Ripa libr. 1. resp. 1. Abb. in d. cap. cum de diuersis.

7. Non tenetur ad restitutionem famæ, & damni satisfactionem accusans aliquem sine præuia correctione fraterna, quando peccatum accusati fuit contra ipsum accusantem commissum, non enim facilè grauatus, & iniuria commotus ad correctionem præhabendam, seu adhibendam ei, qui eum iniuria affecit, potest supergrauari, nullum commodum ex accusatione reportare intendens, tom. 2. q. 8. artic. 7. de quo Nauar. lib. 2. de restitut. c. 4. nu. 255.

RESOLVTIO CXXVI.

De Rescriptis.

1. Rescriptum est mandatum Principis non constituens legem generalem, sed specialem in certis causis, & inter certas personas, quod aliquando conceditur ad conseruationem priuilegiorum contra, vel vltra ius commune aliquando verò ad conferendum alicui beneficium, seu gratiam. *tomo 4. Addit. summæ c.116. numer. 1. de quo Panorm. in rubrica de rescriptis, & DD. in l. 2. C. de legibus. Vide de hac materia Paulum Castr. in l. 1. ff. de constit. Principum, Burgos de Paz in proam ad leges Tauri, n. 450. Rochum Curtium in c. cum tanto, de consuet. num 8. in præfat. & quæ late tradit Suarez lib. 3. de legibus c. 15. num. 22. & lib. 8. c. 2. num. 7.*

2. Alia sunt rescripta gratiæ, & alia iustitiæ. Rescripta gratiæ sunt illa, in quibus Princeps aliquid gratiæ, seu gratuitum concedit, dispensando super aliqua lege communi. Rescripta verò iustitiæ sunt, in quibus Princeps aliquid in foro exteriori determinandum committit alicui personæ. Vtrumque hoc genus rescriptorum aliquoties vocari solent subreptitia, aliquando verò obreptitia, ex eo, inquam, quòd impetrantur simulata, seu non aperta veritate, vel dicto aliquo falso contra id quod est definitum in iure. Rescripta gratiæ subreptitiè impetrata sunt ipso iure nulla, c. fin. de filijs presbyt. lib. 6. & acta virtute illorum nullam vim habẽt, sed rescripta iustitiæ subreptitiè impetrata valent, c. si autem, cap. plerunque, de rescriptis, & gesta virtute illorum valida sunt, quousque iudex declaret esse subreptitia, ex glossa communiter recepta *in dict. cap. final. notabili 2. post casus positionem ibid. num. 2. de quo Menoch. de arbitrarijs lib. 2. centur. 3. casu 201. num. 1. & 10. cum seqq. Nauar in capit si quando, prælud. 2. num. 1. Decius in cap. super litteris, notab. 2. num. 4. de rescriptis.* Vide quæ ad hoc tradit Suarez *d. c. 2. numer. 8. 9. & 10.* P. Miranda *to. 2. manual. qu. 43. art. 2.* vbi tradit rescripta subreptitia esse nulla per textum *in c. 1. de rescriptis, & c. litteris, capit. rescripta 25. quæst. 2.*

3. Rescriptum remissum à Nuncio Apostolico cuidam Prouinciali, vt exequatur quoddam negotium suæ prouinciæ de consilio, & assensu diffinitorum, & ex causa graui det licentiam, duo requirit. Primum quòd toties, quoties occurrerit casus circa dictum negotiũ, debet exquiri deliberatio, & discursus diffinitorum iuxta circunstantias particulares ipsius casus, nec sufficit consilium & consensus ipsorum Patrum semel tantùm præstitum, quia in vnoquoque casu diuersæ apparent circunstantiæ, quæ illum variant, & quarum respectu diuersa iudicia arbitari conuenit, ac diuersa media assignari. Secundò requiritur, quòd prius consilium, & cõsensus à diffinitoribus habeatur, quàm Prouincialis faciat licentiam sibi in rescripto commissam, quia in casibus, in quibus præuium consilium præcipitur petendum, non sufficit post rem actam illud petere, argum. c. licet, de Regularibus potest tamen illud exquiri per litteras, proponendo vnicuique diffinitorum casum cum circunstantijs, nec requiritur simul in vnum congregari, quã do id nõ exprimitur in rescripto, tom. 2. qu. 103. art. 1. de quo Panorm. in c. cũ veteri, de electione, num. 13. Ad quod vide Suarez lib. 5. de legibus c. 31. à nu. 9. vbi agit de lege dante formam actui humano, & in nostris ferè terminis docet P. Miranda *tom. 2. q. 17. art. 2.* & nos diximus *resolut. 51. num. 2.* Bullar.

4. Nulli ex Ordinibus Mendicantibus, vel qui eorum gaudent priuilegijs aliquod rescriptum, aut priuilegiũ con tra communia ordinis statuta, regulam, aut mores impetrare licet, aut obtentũ retinere, ex Vrbano IV. impetrata verò sub quacumque forma, vel expressio ne verborũ irrita sunt, & nulla ex Clemente IV. & Leone X. apud bullarium. Vnde sine licentia superiorum, nullus regu- bull. 1. Clem 4. Comp. D. Hier. tit. priuil. § 3. Bull. 22. Iulij II. & Bulla 4. Leon. X.

regularis aliquam exemptionem à Sede Apostolica obtinere potest, ex Sixto IV. pro ordine D. Hieronymi apud eius Compend. titulo priuilegia, Iulio II. Benedicto XIII. & Leone X apud idem bullarium, ibid. art. 2. Idem tradit P. Miranda dict. qu. 43. art. 4.

5. Clausula solita apponi in rescriptis Apostolicis, vt impetrans maneat absolutus à censuris ad effectum consequendi id, quod in illis conceditur, non extenditur ad excommunicationé positam in c. ita quorundam, de Iudæis, contra deferentes arma, & alias res vetitas ad infideles, nec ad eos, qui per annum continuum ligati in excommunicatione insorduerint, per quandam regulam admirabilem Cancellariæ appositam inter regulas Pauli III. & Innocentij VIII. Id tamen debet intelligi de insordescentibus per annum in excommunicatione scienter, & cum pertinacia, nam si cum ignorantia probabili insordescant, rectè poterunt absolui ab excommunicatione virtute dictæ clausulæ, argumento c. Apostolica, de clerico excommunicato ministran. Iuxta quod debet exponi, & intelligi decretum Tridentinum, in quo habetur, vt contra insordescentem per annum in censura obdurato animo tanquam de hæresi suspectum possit procedi, cōtra eum, inquam, qui scienter, non verò, qui ignoranter insorduerit, id enim verbum, obdurato animo, satis innuit. Ex quibus fit, quòd regulares litteras Apostolicas sine superiorum licentia impetrantes non manent absoluti virtute dictæ clausulæ à censuris, nam huiusmodi rescripta taliter impetrata, cùm sint omninò irrita ex dictis suprà, nullus ex eis potest effectus produci. ibid. art. 3. de quo Nauar. in dict. c. ita quorũdam, notab. 11. gloss. vlt. num. 15. & 19 Goncalez ad regulam 8. Cancell. gloss. 15. num. 103. cum seqq. Stephan. Gratian. disceptat. forens. c. 189. à num. 2. relati à Barbosa in remiss. ad Trid. d. c. 3. nu. 5. in fine. Vbi resoluit ex duobus posterioribus Doctoribus non habere locum dictum decretum Tridentinum in excommunicato propter debitum ciuile, seu ob non solutionem alicuius rei ex

Trid. sess. 25 c 3 de reform.

insordescentia per annum continuum. Idē quoad superius dicta resoluit Suar. *de censuris disp. 17. sect. 1. nu. 2. & 3.*

6. Rescriptum impetratum ab excōmunicato, etiam occulto & acta virtute illius sunt irrita, excepto eo, quod fit per articulū excommunicationis, & appellationis expeditum est, c. 1. de rescriptis libr. 6. Sed hoc tantùm procedit in rescriptis Papæ, & non Episcoporum, & aliorum ordinariorum, vel Principum sæcularium. Dixi, etiam occulto, quia Extrauagans, ad euitanda, in nullo intendit fauere excommunicato, vnde si rescriptum ab eo impetratum valoris esse concepimus, hoc illi cederet in fauorem non paruum. Deinde quia excommunicatio ipso iure posita trahit secum annexam sui executionem ante sententiam iudicis, obligatque in foro animæ. Verum est tamen quòd acta virtute illius attinentia ad munus publicum valida censenda sunt ratione boni regiminis, dum Ecclesiæ toleratio adest, argumento *l. Barbarius Philippus, ff de offic. Prætoris. Auth. tom. 4. ad dict. summa d. c. 125. num. 3. & 4 de quo Nauar. lib. 3. consil. 44. num 2 & 8 de sentent. excommunic. Suarez de cēsur. disp. 17. sect. 1 num. 4. Syluest. verb. rescriptum num. 2. in fine, qui duo posteriores idem docent.*

RESOLVTIO CXXVII.

De Sacramentis ministrandis.

1. Regulares Sacramēta Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, & matrimonij sine speciali licentia parochi ministrantes, præterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessa, ipso facto excommunicatione Papæ reseruata ligantur, in Clement. Religiosi, de priuilegijs. Sub quo comprehenduntur tantùm qui propriè, & strictissimè sunt religiosi tria

vota

Trid. sess. 25. ca. 16. de regul. Bullar. orac. 14. Eug. IV. & Bulla 14. Sixti IV. Comp. verb. communicare §. 4. Bullar. Rull. 11. Sixt. IV.

vota substantialia absolutè vouentes, inter quos numerantur Patres Iesuitæ, vt constat ex Tridentino Concilio, in quo vocantur clerici regulares, & inter regulares numerantur. Eugenius IV. apud bullarium declarauit, posse parochianum Eucharistiam recipere a religiosis virtute licentiæ generalis factæ a suo parocho, vt possit sacra cōmunione a quocunque Sacerdote in Paschate refici *tom. 1. quæst 16. art. 1. de quo Med de 2 annitent. fol. 83. Soto. num 4. dist. 18 qu. 4. art. 3 vide suprà resolut. 109. num 5. & quæ tradit Suarez de censuris disp. 22. sect. 1. à nu. 2. 21. Villalob. tom. 1. summa tract. 17. diffic. 25 num. 2.*

2. Sed post dictam Clementinam habent regulares plurima priuilegia Apostolica, de quibus apud Compend. v. communicare § 4 & 5 & apud Bullarium, vt Sacramentum Eucharistiæ omnibus fidelibus in suis Ecclesijs, excepta Paschali Communione, & in articulo mortis, liberè valeant ministrare. Intertijs verò gentium ad Christum de nouo conuersarum possunt alia Sacramenta sine licētia Curatorum, & absque timore alicuius censuræ ministrare, ex concessione Sixti IV. Nicolai IV. Leonis X. Pij V. & aliorum Pontificum, ibid. art 2 Idem tradunt P. Mirand tomo. 1. qu. 42. art. 2 Portel verb Sacramentorū administratio num 8.

3 Communio Paschalis excepta in priuilegijs regularium non debet intelligi materialiter pro ipso die Paschatis, sed formaliter, prout includit præceptum semel cōmunicandi in Paschate, de quo in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remission. Vnde quia satisfit dicto Ecclesiæ præcepto communicando quolibet die quadragesimæ, vt ex consuetudine legitima, & præscripta fit in toto ferè regno Portugalliæ, idque in sua parochiali Ecclesia, optimo iure poterit deuotionis causa iterū communionem sacram sumere in ipso die Paschæ apud Ecclesias regulariū, tunc enim Communio Paschalis comprehēdit omne tempus quadragesimæ, vel spatium à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuē (vt moris est apud Hispaniam, excepta Portugallia) iuxta declarationem Eugenij IV. Verum est tamen, quòd Nicolaus V. & Paulus III. apud Compend. D. Hieronym § 2. & 6. cōcesserunt monasterio B. Mariæ de Guadalupe, & Iulius II. ordini Minimorum, vt in suis Ecclesijs tantum possint fratres Eucharistiam ministrare omnibus fidelibus, etiam in die Paschatis. Quo priuilegio possunt frui alij regulares communicantes in priuilegijs, non obstante vsu in contrarium, qui non præiudicat ignorantibus tale priuilegium, nec inducere potest legitimam præscriptionem à tempore Sixti V. qui cōfirmauit nostra priuilegia Minorum ex certa scientia abstinendo à clausula, quatenus sunt in vsu, vt suprà diximus resol. 115. nu 11. Quod licèt verum sit, non tamen conuenit passim tanto priuilegio vti, sed rarò, prudenter, & cautè. *ibid. art. 3. de quo Nauar. in manual. c. 21 nu. 52. & 45. & c. 10 numer. 36. Suarez tom 3 disp. 72. sect. 2. de Eucharistia, §. censeo igitur, Henr. quoz 2. tom. lib. 8 de Eucharist c. 55. nu. 1. litera G. Soto in 4. dist. 18. qu 4 art. 2. Cord. in addit. ad Compend tit. communicatio priuilegiorum. Idem docent Portel vbi suprà num. 5. & 6. P. Mirand. d. quæst. 42 art 2 concl. 2.*

Nota priuilegium notatu dignum.

4 Item peregrinis, & aduenis non habētibus domicilium possunt religiosi Eucharistiam, etiam in die Paschatis ministrare, tum per concessiones Iulij II. Nicolai V. & Pauli III. suprà relatas, in compend. D. Hieron. tit. Eucharistiæ Sacramentum, in quibus indifferenter id conceditur pro omnibus fidelibus ad eos accedentibus, & communicare volentibus, tum etiam per concessionem Eugenij IV. apud Comp. Minorum & Mend tit communicare. Vbi declarat Pontifex, quòd quando quis tempore Paschæ se repererit in alièna diœcesi, semper ibi intelligitur adeptus incolatum, vt ibi confiteri, & communicare valeat, quamtuncunque ibidem paruo tempore demorauerit, ibid. art. 6. de quo Caietan. verb. excommunicatio c. 64. Nauar. c. 27. num. 101. in manuali. Idem docent Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 23. à num 17.

Comp. S. Hier. § 1. Comp. Min. & Mend. §. 2.

5. Stando in opinione eorum, qui asser-

affirmant in Paſchate nullo modo licere Religioſis Sacramentum Euchariſtię miniſtrare, iuxta declarationem Leonis X. & communem vſum Religionum, conſequenter aſſerendum eſt, nec in articulo mortis id licitum eſſe, quia Eccleſia ſemper cenſetur reſeruare Parochis omnem communionem, qua præceptum diuinum adimpletur, quod in articulo mortis adimpleri, tenent ex Theologis viri docti. Vnde licet hæc communio per modum viatici à Leone X. non fuerit excepta, ipſo iure, & communi ſenſu ſemper pro excepta habetur, & Paulus III. expreſsè excepit in priuilegio conceſſo Soc etati Ieſu, de quo apud Bullarium, & eius Comp. Adhuc tamen in caſu neceſſitatis articulo mortis inſtante, & deficiente Parocho optimo iure valent Religioſi, & alij ſacerdotes viaticum infirmis miniſtrare, vel ex præſumpta voluntate Parochi, vel ex certa Epiſcopi, aut Papæ, quod & expreſsè declaratur in dicta bulla Pauli III. pro Societate. Imò idem ius erit, quãdo Parochus præſens iniuſtè denegat licentiam ad miniſtrandum, nec vult ipſe miniſtrare, tunc enim abeſſe cenſendus eſt, præſumiturq; in tali caſu Eccleſiam dare huiuſmodi licentiam: & ad omne dubium tollendum eam expreſsè concedit Sixtus IV. Minoribus apud Bullarium, cuius hæc sũt verba: Præterea quia parochialium Eccleſiarum Rectores erga illos, qui Fratribus Ordinis Minorum eorum pec cata confitentur perſæpe ſe reddunt in exhibitione Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis difficiles, concedimus ipſis Fratribus Minoribus, vt eiſdem perſonis eis confeſſis, quibus Rectores præfati ſine rationabili cauſa denegauerint, ſeu malitioſè diſtulerint Euchariſtiæ, ſeu Extremæ vnctionis ſacramenta miniſtrare (ſuper quo eorundem confeſſorum aſſertioni ſtari debeat) illa petentibus poſſint impune exibere. Hæc Sixtus: qui idem eadem ferè verba repetẽs conceſſit Prædicatoribus, Eremitis S. Auguſtini, & Carmelitis, Ibid art. 3. & 4. Ad quod vide Suarez de cenſuris diſput 21. ſect. 4 nu. to & 11. P. Miranda d. q. 42. ar. 3. Idem expreſſius habetur in Comp. Roderici.

Bullar. bull. 8. Pauli 3. n. 31. & Cõp. Societ. §. 2. Bullar. bull. 14. Sixti 4. n. 45. & in Comp. Minor. v. cõmunicare §. 6. Bull. 33. Sixti 4. n. 47. & bul. 34. nu. 47. & bul. 37. n. 64. Bulla. 3. Pauli 4. Ampliatur, ac illuſtratur doctrina Auctoris.

quadam bulla Pauli IV. vbi conceditur Fratribus Minoribus, vt poſſint confeſſiones infirmorum, etiam vbilibet extra domos, & habitacula eorundem Fratrũ audire, eoſque in caſibus, & cenſuris, quibus eis per priuilegia Sedis Apoſtolicę huiuſmodi hactenus conceſſum eſt poſſe abſoluere, & ipſi hactenus abſoluere conſueuerunt, ac omni tempore, pręterquam in Reſurrectionis Dominicæ die Sacramentum Euchariſtiæ, tam illis, quàm alijs quibuſuis perſonis licitè miniſtrare poſſint. Hæc Paulus IV. Quæ eſt magna conceſſio, & amplior, quàm ſuprà citata Sixti IV. abſolutè enim concedit Fratribus poſſe dicta ſacramenta inconſultis parochis miniſtrare. Sed Leo X id limitat, ac moderatur, ſcilicet, quòd non poſſint Religioſi dicta ſacramenta infirmis miniſtrare, quorum confeſſiones audierunt, niſi denegatio à proprio Sacerdote facta ſine legitima cauſa, vicinorum teſtimonio probata, aut requiſitio coram nõtario publico facta doceretur. Hoc tamen non obſtante exiſtimo dictam bullam Pauli IV. adhuc in ſuo robore, ac vigore permanere, nec reuocatã, aut moderatam dici poſſe per Leonem X. vtpotè, quòd fuerit poſterior, ſeu recentior tempore, ac proinde derogare priori, certi iuris eſt. De quo Nauar *cap. 21. nu. 52. Henriquez tomo 2. libr. 8. de Euchar. c. 55 nu. 3. littera H. Suarez vbi ſuprà diſſ. ſect. 2. dub. vltim. §. ſed quæres, Verſel in addit. ad dubia verb. Sacramenta, numer. vnico.*

Bullar. bul. 45. n. 7. Leo X.

6. Simplex Sacerdos de licentia parochi Sacramentum Euchariſtiæ in Eccleſia Parochiali licitè valet miniſtrare, etiam ſi ab Epiſcopo non ſit expoſitus ad ſacramenta miniſtranda, iuxta formam Concilij Trid. quia ad id non eſt neceſſaria actualis iuriſdictio, ſeu poteſtas ad abſoluẽdum, ſicut ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſed tantùm potentia ad diſtribuendum, ſeu communicandum ſacram Euchariſtiam, quam habet ſimplex Sacerdos. Vnde hac facultate miniſtrandi rectè poteſt vti quilibet Religioſus presbyter, ex priuilegijs ſuprà citatis: quia in Concilio non aufertur à Sacerdotibus ſimplicibus

hæc potestas, si habent ad id licentiam à Sede Apostolica, aut à Parocho, *ibidem articul. 7.* de quo Suarez *3.p.disput. 72.sect.1.conclusion.1. D.Thom.3.p.qu.82. art.3.& in 4 dist.13. qu 1.art.3.*

7. Imò & Diacono potest committi à parocho hæc facultas in casu necessitatis,& iusta,ac rationabili ad id interueniente causa, vt iura expresse requirunt. Vnde prælatus localis apud Regulares optimo iure potest suo subdito Diacono id ipsum committere, si ipse extat impeditus,nec adest alius Sacerdos ad ministrandum, non solùm ad communicandum Religiosum infirmũ, sed & famulum monasterij: quia ipse est presbyter curatus respectu suorum subditorum ex iure communi,& famulorum conuentus ex priuilegio Apostolico, habetque ad id auctoritatem, & iurisdictionem, cuius iussu Diaconus potest hoc sacramentum ministrare ex Concilio Niceno canon 14 & Arelatensi capit. 15. Hæc tamen facultas non est facienda, nisi rarissimè articulo mortis instante, in quo si presbyter præsens ex malitia id Diacono deneget, ipsi Diacono licebit ægroto in extremis posito viaticum ministrare, præsentia enim Sacerdotis abutentis sua potestate reputanda,est ac si nulla esset, & recurrendum ad voluntatem interpretatiuam Episcopi, aut Papæ, seu ad ius commune, vel diuinum, seu ad Christi Domini voluntatem, *Ibid.d.art.8. de q o D.Thom.3.p.quæst.8. artic.3.& in 4. distinct.13 quæst.1.articul.3. Alens.4. p.quæst.50.memb.3. Sylvest. verb. Diaconus,& passim Summistæ verb. Eucharistia,seu Communio. Idem docent Suarez dicta disput.72 sect.1.concl.3.§. difficultas vero,P. Miranda dict.quæst.42. artic.8.*

Concil. Nicæn. can. 14. Arelat. cap.15.

8. Sicut apud monasteria Regularium de licentia Sacristæ quilibet Sacerdos sęcularis potest Eucharistiam ministrare,ita etiam in monasterijs Monialium potest idem de licentia Vicarij, Confessoris,aut Capellani ipsarum Monialium, ex vi communicationis priuilegiorum Fratrum ipsis concessæ, ibid. art.9. Idem docent Cordyba in addit. ad Compend. verb.communicare, Medina in summa libr.1.cap.11 §.3. Henriquez tom.1.de Eucharist. lib.7.nu 1. littera C.P. Miranda d.q.42 art.4.

9. Licentia parochi excommunicati ad sacramenta ministrãda in dicta Clementina,Religiosi,contenta non valet ex defectu iurisdictionis. Vnde Religiosi illa administrantes cum tali licentia nulla incidunt in excommunicationem,nisi simplicitate animi faciant, putantes id licere parocho excommunicato,vel nescientes eum esse tali censura ligatum,quia dicta pœna præsumentes tantum respicit.Ibid.art 13.de quo Nauar.cap.27.num.102 & eo citato:idem resoluit P. Miranda *dict. quæst 42.art.7.*

10. Religiosi apud Indias Occidentales ad curam Indorum tanquam parochi liberè suis parochianis sacramenta ministrare valent sine metu dictæ excõmunicationis: quia id faciunt ex commissione Papæ, per indultum Alexandri VI. apud Bullarium, in quo datur facultas, seu commissio Regibus Hispaniæ ad assignandos populis Indorum Fratribus Mendicantibus sine consensu Episcoporum,vt ibi exerceant potestatem parochorum, vt est notorium in illo nouo Orbe, & praxis tenet. Ex quo consequenter fit, quòd etiam Communionem Paschalem implendi præcepti Ecclesiastici gratia valent illis ministrare, itemque assistere matrimonijs, seu nuptias benedicere vt expressè concessit Pius V. apud idem Bullarium, ibidem art 11 Idem tradit P. Miranda d. quæst.42.art 6

Bullar. bull.1. Alexand. 6.& orac. 5.Pij 4.

Bull 4. Pij 5.

Eodem priuilegio gaudent Fratres Minores in Brasilia per concessionem Sixti V. cuius transumptum vidisse authenticum testatur Portel in addit. ad dubia verb.matrimonium,nu.9 in fine, vbi etiam addit,eandem concessionem (vt arbitratur)factam esse pro India Orientali,vbi Fratres assistunt conuersioni Indorum in locis sibi assignatis ad ministranda sacraměta, & nos diximus suprà resolut. 109. de parochis à nu.1.

11 Ex quibus infertur,quòd cùm apud illum nouũ Orbem sit notoria Religiosorum exẽptio ad huiusmodi sacramenta de nouo conuersis ministranda,

Epi-

Episcopis nequaquam licet ab eis privilegia super hoc exigere: quia vbi privilegium est notorium, non debet ostedi, vt à contrario sensu notant Doctores ad c. ex parte, de verbor. significat. Vnde non possunt dicti Episcopi contra priuilegium verum ostensum agere, nec Religiosorum administratione impedire, etiam si dubitent de eius valore, aut derogatione per ipsum facta dictæ Clementinæ, Religiosi. Nam eis non datur de priuilegijs Papæ iudicare, nec Fratrum priuilegia interpretari dubia, vel clara, ex bulla Clemētis IV. in Bullario, maximè in causa propria, vt notant scribentes ad dictum capit. ex parte, & propria auctoritate contrauenientes ipso facto incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, siue directè, siue indirectè quouis quæsito colore impediant, ex Leone X. Quòd si adhuc post exhibita priuilegia aliquod dubium maneat, ad Nuncium Apostolicum, vel ad consilium Regale Hispaniæ, seu ad Proregem Indiarum lis deducenda est, cùm ad eos pertineat rationem reddere facultatis Apostolicæ, quam habent Reges Hispaniarum pro assignandis Religiosis ad curam animarum, & sacramētorum ministrationem gerendam. *Ibid. art. 12.* Ad quod Innocent. *in dicto capit. ex parte*, vbi Butrius *num. 11. Imola in Clement. abusionibus, de pœnitent. & remiss.* Idem ferè docet P. Miranda *artic. 5. dict. quæst. 42. & quæst. 43. art. 5. §. vltimo.*

Bullar. bull. 13. Clem. 4. Bulla 3. Leon X. num. 18.

12. Item Fratres prædicti apud Indias cum nouiter conuersis possunt dispensare, vt vxores suas, cum quibus in gradibus à lege diuina non prohibitis contraxerunt, retinere valeant, ac de causis matrimonialibus cognoscere ex eadem bulla præcitata Leonis X. & idē concessit Paulus III. Patribus Societatis Iesu destinatis ad id à Præposito Generali. Impedimenta autem lege diuina naturali prohibita sunt, coniugium inter parentes, & filios, vel filias, & inter fratres, & sorores, de quo Sanchez lib. 7 de matrimon. disp. 52. num. 8. ad medium, & nu. 4. & Portel. in addit. ad dubia à num. 1. qui idem docent.

Bulla bull. 18. Pauli 3. num. 36.

13. Tertiarijs extra parochiam communionem Paschalem, nec cętera Ecclesiastica sacramenta (pœnitentię duntaxat excepto sacramento) nullus ministrare valet, ex Leone X. in Concil. Lateran. exceptis fœminis virginalem, seu vidualem castitatē sub præfato modo viuendi promittentibus, quia tales gaudent omnibus priuilegijs Fratrum: quod non est per Trident. Concil. reuocatum, aut innouatum. Ibid. artic. 10. de quo Collector Mendicantium titul. sacram. §. 2. vide infrà resol. 135. nu. 7.

Trid. sess. 24. c. 11. de reform.

14. Religiosi sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis, etiam in die Paschæ, & in articulo mortis suis famulis, & familiaribus ministrare valent, ex priuilegio Clementis, & Sixti IV. pro Minoribus, & aliorum Pontificum apud Bullarium, sed non licet eorum confessiones audire, nisi ab Episcopo sint approbati, ex Trident. Concil. Licèt hic art. 14. Auctor oppositum affirmet per viuæ vocis oraculū Pij V. quo confirmauit in foro conscientiæ priuilegia Regularium contraria Concilio præfato, de quo se corrigens mutauit sententiam. Tom. 2. quæst. 67. art. 1. Vbi id expresè, & apertè ad finem articuli affirmat, de quo etiam diximus suprà resolut. 64. num. 1. & etiam suprà de confessarijs, num. 35.

Bullar. Bull. 33. Sixti 4. n. 11. & bul. 41. Leon X. Trid. sess. 23. c. 15. de reform.

15. Religiosi administrantes sacramenta in Parochia, vbi à tempore immemoriali nunquam fuit parochus, non incidunt in excommunicationem dictę Clementinæ, Religiosi, quia per consuetudinem immemorialem de consensu Diœcesani, vel Papæ id non ignorātium præsumūtur administrare, de quorum licentia præsumpta id licere facere, nemo est, qui dubitēt, quidquid aliqui sentiant de Minoribus Obseruantiæ, quos non esse capaces iurisdictionis, nec iurium parochialium affirmāt, ac ideò nec ea vsucapere, vel præscribere posse, tom. 3. q. 57. art. 1. de quo Nauar. lib. 5 consil. 19 de priuil. Idem docet Suarez de censuris disp. 22. sect. 4. num. 11.

16. Religiosus prohibitus in scriptis à prælato ne celebret, nec sacramenta ministret, manet suspensus: secus si verbo tenus id prohibeat, tunc enim sim-

Pp 2 pli-

plicem prohibitionem tantùm, & non suspensionem facere præsumitur. Vnde verbo tantùm prohibitus ministrando sacramenta, vel celebrando peccat contra voluntatem, seu prohibitionem prælati, at prohibitus per scripturam intimatam, iuxta cap. 1. de sentent. excommun. in 6. vltra peccatum incurrit irregularitatem, quia censura suspensionis ligatus celebrat, aut ministrat. *Ibid art.* 2. de quo Nauar. *cap. 27. num. 161.* Idem ferè docet Suarez *de censuris disput. 25. sect. 1. numer. 2. & 3. & sect. 2. num. 4 & disp. 28 sect. 5. num. 3.*

RESOLVTIO CXXVIII.

De sepulturis.

1. Licet olim intra Ecclesias cadauera sepeliri nō permittebatur, sed tantùm in cœmeterijs, ac locis ad id designatis, postea que dignissimis, ac præstantissimis, viris duntaxat id fuit concessum, tractu tamen temporis id omnibus indifferenter permissum est, atque ita hodie omnes fideles intra Ecclesias sepelire licet, quod non temerè, & sine causa cōsuetudine admissum fuisse credendum est, iuxta cap. cum grauis, 13. q. 2. Auct. tomo 3. quæst 58 art. 1. de quo Simanc. de Catholic instit cap. 18. nu. 9. ad medium, Durand. in Rationali Diuinorum lib. 1. cap. 5 nu. 12. De hac materia latè agunt Hostiens. lib 3. tit de sepulturis, Syluest. & Summistæ verb. sepultura, Nauar. lib. 3. cons. tit. de sepulturis, Molina lib 1. de Iust. disp. 214. P. Villalob. 2. p. summæ tractat. 31. diff. 1. num. 3. & 4.

2. Vsus vendendi capellas pro sepultura defunctorum non est simoniacus, tum quia datur per modum eleemosynæ ad reparationem Ecclesiæ, vel ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ, & non pro precio, sicut datur stipendium pro Diuinis, & missis celebrandis: tum etiam ex tacito consensu Papæ, & consuetudine recepta, quæ præcipitur obseruari in c. Apostolica, de simonia, & cui videtur auctoritatē impartire Princeps, sciens esse contrariam legibus, ac proinde velle antiqua iura c. non satis, & c. cùm in Ecclesiæ, de simonia, immutare. *ibid. ar. 2. de quo Nauar. in Manual. cap. 23 nu. 102. Couar. libr. 1. variar. c. 20. n. 5. Caietan. 2. 2. q. 100. artic. 3.* Idem docent Portel *verb. sepultura n. 8. P. Villalobos 2. p. Summæ tract. 37. diff. 12. n. 3 & 9. Suar. tom. 1. de Religione tract. 3. libr. 4. cap. 14 num. 22.*

3. Fratribus Prædicatoribus. & Minoribus, & per communicationem alijs Regularibus competit ius funerandi in suis Ecclesijs, ex Clementina, dudum, de sepulturis, possuntq; intrare processionaliter aliam parochiam cum cruce, & per se accipere funus, & alia consueta facere, etiam contradicente Episcopo, vel Curato: quia concessa libera sepultura, consequenter censetur concessum iter ad funus capiendum, vt colligitur ex c. in nostra, de sepulturis. Neq; obstat cōstitutio Leonis X. in Concilio Lateranensi de non intrando parochias cum cruce ad deferēda corpora defunctorum in Ecclesijs Regularium sepelienda, quia eorum priuilegia in dicto Concilio reuocata, per alios Pontifices postea in pristinum statum, etiam in foro exteriori, sunt restituta, vt suprà resol. 115 n. 16 dictum est à nobis. In hoc tamen standum est consuetudini loci, seu Prouinciæ, ex eodē Leone X. & expresè declarauit Sixtus V. & ita debet intelligi quod suprà resoluimus resol. 109 n. 2. & idē Sixtus V. cōcessit, quòd fratres, aut consanguinei defunctorum nō possunt cogi, etiam prętextu cuiuscunque consuetudinis ad deferenda cadauera ad Ecclesias parochiales, priusquam deferantur ad monasteria, vbi sepulturæ tradenda sunt, quæ omnia habentur in concessionibus, seu bullis Innocentij IV. Sixti IV. & aliorum Pontificū apud Bullariū ibi. ar. 3. de quo Oldradus consil. 23. vide Portel sup. n. 8. & P. Villalobos dicta tract 31. diff. 5. nu. 1. & 2. Bull. 15. Innoc. 4. bull. 14. Sixti 4. n. 31. 41. & 42. vbi refertur bullæ.

4. Nemini licet sine assensu, & voluntate Fratrum, in eorum Ecclesijs, vel

vel cœmeterijs corpora defunctorum sepelire, nec exequias pro eis celebrare ex prohibitione Clementis, & Sixti IV. pro Minoribus, qui licèt concesserit, vt eligẽtes sepeliri cum habitu Fratrum Minorum, aut Tertij Ordinis, in ipsorum Ecclesijs sepeliantur, etiam si alibi electam habeant sepulturam, Leo tamen X. in Concilio Lateranensi concedit liberam licentiam eligendi sibi sepulturam omnibus volentibus sepeliri in habitu dictorum Fratrum, nisi sint personę in eorundem Fratrum claustro degentes, idque praxis obseruat. *ibid. art. 4. & 5.* de quo vide Portel *vbi suprà num. 9.* P. Villalobos *d. nu. 2 & 3.*

Clem. 4. & bul. 33. nu. 29. & bull. 1. Vrbani 4. numer. 8. & bulla 26. Alex. 4 & bull 2. Pij 5. n. 2. Pul sar. bul, 14. Sixti 4. d. nu. 31. & bulla 33. d. nu. 29.

5. Regulares liberè possunt familiares, & seruitores suos in suis Ecclesijs sepelire, etiam tempore interdicti, & cessationis à diuinis per sua priuilegia, vt suprà resolut. 64 num. 1. resoluimus. Quod ad Confratres, & germanos ipsorum Fratrum extensit Ioannes XXII. nisi nominatim, vel publicè sint excommunicati, ibid. art. 6. Idem docent Portel suprà num. 2. P. Villalobos *dicta diff. 1. nu. 2.*

6. Bonifacius VIII. prohibet Clericis, & Religiosis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, ne suadeant, seu inducant aliquẽ ad vouendum, iurandum, vel promittendum, vt apud suas Ecclesias eligat sepulturam, vel iam electam mutet. Quòd si secus actum fuerit, electio talis sepulturæ penitus non valet, nec eligẽs apud electam Ecclesiam vllatenus est sepeliendus, sed apud illam, in qua de iure sepeliẽdus fuisset, si aliàs sepultura non electa forsitan decessisset, præsumentes verò in suis Ecclesijs sepelire ad plenariam restitutionem corporũ sepultorum, & omnium, quæ occasione sepulturæ illorum prouenerint quomodolibet, ad eosdem (si petantur) teneantur, quam nisi fecerint, Ecclesiæ apud quas sepulti fuerunt, & cœmeteria earundem ex tunc eo ipso manent Ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum. Ita habetur in capit animarum periculis, de sepulturis lib. 6. & Clement. cupientes, §. sanè, de pœnis. Circa quam constitutionem notandum est primò, quòd non perditur ius sepulturæ, si aliàs vouens, iurãs, aut promittens sepeliendus erat de iure communi apud Ecclesiam vbi extat suorum parentum, seu maiorum sepulturæ quia eo casu non sepelitur virtute electionis factæ per votum, vel iuramẽtum, sed virtute iuris communis disponentis, morientem ab intestato in loco maiorum esse sepeliendum. Imò & sic suadens non videtur peccare contra dictum decretum, id enim emanauit in fauorem Ecclesiæ, vbi defunctus habet ex iure sepulturam, cui ipse suadens per suam suasionem vires obtulit. *ibidem ar tic. 7. & tom. 1. Addit. Summa c. 130. n. 3.* de quo Vualdis *de Canonica Episcopali, c. 11. num. 13. Suarez de censuris dispu. 22. sect. 4. à numer. 25. Portel verb sepultura, num. 3. & 4.*

7. Secundò notandum est, quòd quãdo quis legitimè eligit sepulturã apud vnam Ecclesiam, & postea inducitur ad illam eligendam apud aliam, hæc secũda electio nulla non tollit priorem, quãdo erat de iure valida: quia vtile per inutile non vitiatur, ex regula in c. vtile, de regul. iuris in 6. Secus si primò inducitur ad eligendam sepulturam in vna Ecclesia, & tandem eligit sponte in alia, tũc enim apud neutram illarum sepelitur, nisi de iure competat eligenti in altera earundem sepultura. *ibid. §. dubitatur secũdò, et estato loco Addit. n. 4.*

8. Tertiò notandum est, quòd per suasionem factam à Religioso non prælato ad vouendum, vel promittendum electionem sepulturæ in suo monasterio nõ perditur ius sepulturæ, quidquid sit de peccato suadentis, quia ad illud amittendum requiritur, quòd suasio fiat à maiori parte Conuentus, vel à prælato, qui repræsentat totum Conuentum, solus enim prælatus præiudicat Ecclesiæ in acquirendis, c. fin. 16. qu. 6. Auct. ibid. §. tertiò dubitatur. Idem docet Portel *vbi suprà d. nu. 4.*

9. Quartò notandum est, quòd si quis Religiosus, v. g. Minorita (seclusa omni fraude) suadeat, & inducat quẽquam, vt cum iuramẽto eligat sepulturam apud Ecclesiam Prædicatorum,

tenet electio: quia in dicta decretali tãtùm prohibetur inductio, seu persuasio eligẽdi sepulturam apud propriam Ecclesiam à clericis, vel religiosis ipsius Ecclesiæ: secus si fraus, vel circumuentio interueniat in suadente, inducẽdo ad instantiam Fratris Dominicani, ibidem §. quartò circa eandem, de quo Gutier. de iurament. 2. p. c. fin. num. 15. Idem docent Portel vbi suprà num. 5. P. Villalobos *1. p. Summæ tract. 17. diff. 25. num. 4*

An inducens aliquem ad vouendum huiusmodi electionem sepulturæ incurrat excommunicationem non secuto effectu, Negant Nauar. Angel. & Calet. quos refert, & sequitur Suarez vbi suprà numer. 26. Vide infrà numer. 27. vbi Auctor se corrigens oppositum tenet.

10. Quintò notandum est, quòd electio sepulturæ facta prædicta inductione cum iuramento, vel voto non valet, & iurans, vel vouens non potest mutare sententiam eligendo alibi sepulturam, ne periurus fiat.

Tandem aduerte, quòd cùm hæc constitutio sit edita ad compescendam cupiditatem clericorum, & monachorũ, ob quam ægrotos ad talem eligendam sepulturam inducebant cum iuramento, vel voto, consequenter asserendum videtur, validum esse pactum inter parochum, & religiosos, ut certos parochianos ad sepulturam admittat in suis Ecclesijs per viam concordiæ: quia in dicto decreto talis concordia, & pax intendi videtur. Vnde simpliciter exhortans absque voto, vel iuramento nõ incurrit pœnam præfati decreti, sicut pari ratione valet electio sepulturæ, etiam cum iuramento, vel voto, si fiat absque inductione, seu persuasione, & iurans, vel vouens tenetur illud adimplere sepeliendo se apud electam Ecclesiam, nisi noua aliqua causa superueniat, vt mutatio status, vel loci. *ibidem §. sexto quæritur, vsque ad finem articuli.* de quo Gutier. *de iuram. 2. p. cap. 4. n. 11. & 1. p. cap. 71. num. 6.* Gregor. Lopez *in l. 5. titul. 13. p. 1.* Idem quoad simplicem exhortationem absque voto, vel iuramento, docent D. Antonin. *3. p. tit. 24. c. 57.* Angelus *verb. sepultura, nu. 35.* Suarez *d. numer. 26* P. Villalob. *2. p. Summæ tract. 31. diffic. 2. num. 18.*

Quo in loco sit sepeliendus qui sine electione sepulturæ decedit. Auctor ibid. artic 8. resoluit apud sepulchrum maiorum, abaui scilicet, & superiorum ascendentium tumulandum esse, sed in *Addit. Summæ, vbi suprà nu. 12.* se corrigens mutauit sententiam, vide infrà num. 28.

11. Locus sepulturæ quoad dominium à nullo concedi potest, etiam de auctoritate Episcopi, benè tamen quantum ad ius, seu vsum sepeliendi in eo mortuos de licentia Episcopi, vel etiã parochi (vt mos est) & ex iusta causa, seruata forma in alienandis rebus Ecclesiæ requisita. Vnde habens tale ius, seu vsum potest concedere cuicunque libuerit in illo loco sepeliri sine speciali auctoritate Episcopi, vel parochi, vel etiam impedire, ne alius illic sepeliatur, verè enim est Dominus istius iuris, seu vsus, à quo inuito nemini fas est eum tollere. l. illud quod est nostrum. ff. de regul iuris Ex quo fit, quod constitutio Synodalis præcipiens, ne cuiquã detur sepultura in qualicunque Ecclesia sine Episcopi licentia, & consensu, valet respectu Ecclesiarum ipsi Episcopo subditarum, sed non valet respectu monasteriorum exemptorum, quæ ex priuilegio Apostolico habent liberam facultatem admittendi ad sepulturam quoscunque fideles, Synodus autem non habet potestatem ad condendum leges eorum immunitati præiudicantes, cum non sit eis superior, nec lex ligat extra territorium, *c. vt animarum, de constit. libr. 6. l. fin. ff. de iurisd. omnium iudicum. Auct. ibid. art. 9. & d. loco Addit. num. 14. de quo Valdis de Canon. Episc. cap. 10. nu. 5. Vide quæ ad hoc tradunt* Suarez *tomo 1. de Religione, tract. 3. lib. 4. c. 14. nu. 22. in fine. Arag. 2. 2. qu. 10. art. 4. Ledesma 2. p. sum. tract. 12. concl. 33. & 34. P. Villalobos 2. p. sum. tract. 37. diff. 12. num. 3.*

12. In capella concessa à monasterio ad vsum sepulturæ cuidam familiæ nobilium, & suorum descendentium nullus sepeliri potest, nisi sit de ipsa fami-

milia, seu domo, imò nec Religiosis eiusdem Conuentus id permittitur, nisi iam extincta sit omninò talis progenies, & familia, tunc enim ius funerandi redit ad ipsum monasterium, & per consequens ad vsum aliorum dicta capella liberè poterit concedi, ibid. art. 10. de quo Azor in Summa inst. de vsu, & habi. at § si verò vsus, & §. illud videtur.

13. Volentes in habitu Religiosorũ sepeliri, deferendi sunt ad tumulum patenter nullo desuper operimento, seu pallio imposito, sub pœna excommunicationis Papæ reseruata contra impedientes, ex Sixto IV. pro Minoribus, de quo apud Bullarium. Vnde nullius valoris est constitutio Synodalis disponens, vt sepeliendi in habitu B.P.N. Francisci linteo superinduti vadant, id enim directè est cõtra dictam Bullam Sixti IV. Nullus autem Fratrum potestatem habet concedendi habitum ad sepeliendum aliquem, nisi prælatus superior, vel etiam Guardianus, aut alius de eiusdem licentia, seu commissione intra limites sui Guardianatus, vt habetur in Compend. verb. sepultura §. 14. & dicta bulla Sixti IV tom. 3. qu. 59. ar. 1. & dict. loco Addit. numer. 15 de quo P. Villalob. 2. part. tract 31. diff. 5. num. 2 & 3. Portel dict. verb. sepultura n. 8. & 9. qui idem docent.

Bullar. bull 20. Sixti 4. num. 6.

Comp. v. sepultura §. 14.

14. Sæculares in habitu B. Francisci sepulti lucrantur indulgentiam plenariam ex Leone X. apud Bullarium, qui etiam concessit in habitu Trinitariorũ decedentibus, & sepultis in eorundem monasterijs omnes indulgentias concessas Fratribus eiusdem Ordinis. Ibid. art. 2. de quo suprà resolut. 71. num. 9. iam diximus.

Bullar. Oracul. 27. & 40. Leon. X. Bullar. bull. 2. Clem. 8.

15. Clemens VIII. apud Bullarium prohibet clericis, & parochis Indiarũ Occidentalium sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda Sedi Apostolicæ reseruata, ne maiorem eleemosynam ab his, qui apud monasteria Sancti Francisci, quàm prò illis, qui apud parochiales Ecclesias eligũt sepulturam, quouis prætextu, & occasione, etiam de consilio, consensu seu mandato suorum ordinariorum exigere audeant, seu præsumant. Quo priuilegio vti possunt cæteri alij Conuentus Ordinis, imò & aliæ Religiones communicantes in priuilegijs, tum quia cõtinet fauorem, tum etiam quia est declaratio iuris communis Canonici, in cap 1. & capit. in nostra, de sepulturis, per quod parochis non licet aliquid vltra ius parochiale exigere, quod quemadmodum semper excipitur in bullis Apostolicis concedentibus liberam licentiam sepeliendi apud Regulares Ecclesias, dicendo: Salua tamen iustitia Ecclesiarum parochialium, ita non debet excedi iustitia, & ius parochiale solitum solui ipsis parochialibus Ecclesijs. De quo vide Portel *in addit. ad dubia verb. sepulturæ numer. 2.* P. Villalobos *dictio numero 3. in fine.*

16. Abbas sepellendus est apud suũ monasterium, vel vbi elegerit sepulturam, quam posse eligere innuit capit. final de sepult. libr. 6. cùm in multis habeat velle, & nolle, nisi finita prælatura decedat, tunc enim sepeliendus est in suo monasterio, & non in loco electo. Prior autem, seu Præfectus alicuius Prioratus, qui est de membris monasterij, vel sepeliendus est in ipso monasterio, vel in Ecclesia sui Prioratus ad nutum, seu voluntatem sui Abbatis. Idem est in Religiosis, qui tumulandi sunt apud suum monasterium, item Cõuersi professi, & Oblati habitum Religionis portantes, etiam non professi, at Religiosi beneficiarij, qui sunt de membris monasterij, & à proprijs domibus ita sunt remoti, quòd ad eas commodè portari non possunt, sepulturam sibi eligere valent, vt habetur in cap. vltimo, de sepulturis, vbi tradit Glossa. Tom. 3. quæst 60. articul. 1 & 2. de quo Vvaldis *de Canon. Episcop capit. 10. num. 11. & cap. 11. num. 6. Idem docent Francus in dict. cap. final. num. 2. Abbas in cap. de vxore, de sepultur. num 5. licèt aliquantulum dubius, Rosella verb. sepultura 2. num. 2. vbi Tabien quæst. 4. num 5. Syluest. quæst. 6. Nauar. commentar. 2. nu. 43. de regalar. quos, & alios plures cum nostro Auctore refert, et sequitur Sanch.* libr. 6. Decalog. capitul. 14. numer. 3 & sequentibus.

17. Monachus in loco remoto decedens, necq; qui commodè ad suum monasterium portari potest, expensis ipsius monasterij funerari debet, qui autem præsidet beneficio Regulari manuali expensis ipsius beneficij: & idem de Canonicis Regularibus ius est. Nouitij verò attentis priuilegijs Regularium sepeliendi sunt apud loca, vbi sunt nouitij, expensis ipsorum, seu de suis bonis patrimonialibus, si ea habent, aliàs monasterium eos sepelire tenetur. *ibid. artic. 3. & 4. de quo Vualdes vbi suprà c. 13. numer. 3. & 4. vide Sanchez lib. 6. de calog. cap. 14. num. 4 & 5. & quoad nouitios à numer. 10. & nos diximus resol. 97. numer. 9. An autem nouitij possint eligere sepulturam? affirmat post Francum, Armillam, & Tabien. Sanchez d. num. 10.*

18. Pro Fratribus Militiæ S. Lazari Ierosolymitani extat quædā bulla Clementis IV. apud bullarium, in qua præcipitur Ecclesiarum secularium presbyteris, & prælatis in virtute sanctæ obedientiæ, vt dictos Fratres milites apud illos decedentes gratis, & sine pretio sepeliant, nec possint aliquid ab eis pro sepultura exigere, vel accipere, nisi de spontanea morientium, vel parentum ipsorum liberalitate, & deuotione.

19. Personæ, quibus Ecclesiastica denegatur sepultura, sunt hæ: decimarum iniusti detentores, c. prohibemus 19. de decimis, blasphemi impœnitentes, c. final. de maledicis, decedentes in peccato mortali absque aliquo signo contritionis: manifestè non confessi, nec sacra communione refecti semel in anno, & absque signis contritionis morientes, c. quibus 13. qu. 2. cap. fures, de furtis, cap. t. omnis vtriusque, de pœnit. & remiss. vsurarij manifesti impœnitentes, & qui non fecerunt cautionem de soluendo, seu restituendo, c. quia in omnibus, de vsuris, & habetur in quadā Bulla Sixti IV. interdicti nominatim: omnes decedentes tempore interdicti: excommunicati maiori excommunicatione: interdicti ab ingressu Ecclesiæ, si impenitentes decesserint, c. is cui, de sentent. excommunic. in 6. Infideles,

Bull. bul. 8. Clem. IV. num. 3.

Bullar. Bul. 33. n. 29. Sixti IV.

Pagani, Iudæi, & Hæretici, c. Ecclesiā, de consecrat. dist. 1. cap sanè 24. q. 2. morientes in torneamento, in quo imminet periculum mortis, cap 1. de torneamentis: occidentes se ex desperatione, vel ex iracundia, non ex fatuitate, aut præter intentionem, absque signis doloris in conflictu mortis. cap. placuit 25. qu. 5. c. ex parte el 2. de sepultur. pueri morientes sine sacro Baptismate. decedentes in duello, ex Tridentino Concilio, etiam priuato, vt declarauit Gregorius XIII. & tandem priuantur Ecclesiastica sepultura monachi morientes proprietarij, c. monachi, & c. super quodam, de statu monachor. Aust. *tom 3. q. 61. art. 1.* de quo Nauar. *lib. 5. conf. t. & 2. de pugna vulgari pag. 564. in 1. edition & lib. 3. consil. 7 de sepulturis, vide ad idem Hostiens. lib. 3 sum. tit. sepultura, num 4. Syluest. verb. sepultura, qu. 9 & quæ ad id tradit P. Villalob. 2. p. summa tractat. 31. diff. 3 per totam.*

Trid. sess. 25. cap. 19. de refor.

20. Circa quorum vltimum est summè notandum, quòd inuento aliquo religioso mortuo cum burla denariorum, non propterea præcipitanter priuandus est Ecclesiastica sepultura, præsumi enim debet denarios non esse proprios, vel quod doluit de peccato, aut ex obliuione, vel negligentia alterius inibi remanserunt Et idem iudicium erit si inuentus fuit cum vno tantùm argenteo Regali, seu Iulio ob paruitatē materiæ, cùm nō debeat quis tam graui pęna priuationis Ecclesiasticæ sepulturæ mulctari ob peccatum tātùm veniale, quod non excludit gratiam, & charitatem, vt habetur in Tridentino Concilio An autem id habeat locū etiā in Fratre Minorita, cui strictiùs in sua regula denarij, seu pecunia prohibentur, vide infrà n. 29. ibid d. artic 1. §. ex quo colligitur, vers. 13 de quo Syluest. verb. sepultura n. 11. Nauar. lib. 3 conf. 75. de regularib. num. 3. & 17 in fine DD in dict. cap. monachi, & c. super quodam, de statu Monachor. Idem docent Portel verb. sepultura, num. 11. P. Villalob. dict. diffic. 3. numer 6. vbi idem docet cum Nauarro, & nostro Auctore de Religioso Carthusiensi inuento mortuo cum duodecim denarijs, non obstante huius ordi-

Trid. sess. 14. cap. 5.

ordinis statuto, quia id debet intelligi, quando constaret per contemptum legis, vel animo maiora appropriandi id fecisse.

21. Cadauera occisorum, per ministros iustitiæ ob eorum crimina non sunt sepelienda in loco sacro sine licentia iudicis, deponentes autem ea de ligno, & furtiuè sepelientes mortaliter peccant, nisi sint consanguinei, qui affectu sanguinis, & ad vitandam propriā infamiam id faciunt, ibid art. 1. in fine, & in addit. summæ tom 4. cap. 131. n. 2. de quo Anton. Gomez de delictis c. 14. numer. 8. Idem docet Portel sup. numer. 12.

22 Non debet priuari Ecclesiastica sepultura meretrix, quæ inuenta est mortua, & vulnerib. plena in domo sui amici eodē die statim post factam sacramētalē confessionē, & sacræ cōmunionis refectionem in Paschate, licèt de eius contritione non constet: quia etiam nō constat eam in peccato mortali decessisse, imò verosimiliter credi potest, ipsam non fuisse introductam ab occisore ad meretricandum, sed fortassis ad vindictam sumendam de aliqua iniuria, quam sibi irrogatam ab ipsamet fuisse putabat. Dato verò quòd animo fornicandi intrasset, præsumendum est illam priùs monitam esse ab occisore, vt peccatis doleret, sicut solet fieri ab occisoribus vxorum, & cognatarum, ipsāque imminente morte ad contritionē, & ad meliorē frugem redijsse, ibid. a. 2. & d. loco add n. 5. de quo Nau lib. 3. consi. 4. de sepult. & consi. 16. Idem docent P. Villalob. die. diffic. 3. n. 10. & in simili tradit Portel. vbi suprà num. 1.

23. Sepelientes apud locum sacrum priuatos à iure Ecclesiastica sepultura peccant mortaliter, insuper & qui rempore interdicti in casibus à iure non cōcessis, vel publicè excōmunicatos, vel vsurarios manifestos scienter Ecclesiasticę tradunt sepulturę, ipso facto excōmunicationis sententię subiacere definitur in Clementina prima de sepulturis, & generaliter omnes recipientes quenquam ad Ecclesiasticam sepulturā in casu non permisso tenentur restitue-re funus, etiam à multò tempore sepultum (si petatur) & quidquid ratione illius perceperunt, ex glossa cum textu in cap. cùm liberum, de sepulturis, non tamen quartam funeralem, si solus parochus id commisit, ibidem articul. 3. & in addit vbi suprà numer. 6. de quo Panorm. in dict. ca. si liberum, Sylu. verb. sepultura numero 11. Idem latè tradit Suarez de censuris disput. 23. sectione 5. num 2 & resoluit P. Villalobos dict. diffic. 3 num. 13.

24. Vsurarios manifestos, publicè excommunicatos, & nominatim interdictos exhumari facere potest Episcopus, etiam de monasterijs exemptis regulariū, & procul projci ab Ecclesia, vt innuit d. Clemētina prima, de sepulturis; secus in alijs casibus, in quibus Ecclesiastica prohibetur sepultura, potest tamen impedire funus antequam deducatur ad locum exemptum, ex mente Concilij Tridentini, in quo habetur, quòd religiosos in suo Territorio delinquentes liceat punire, ibidem art. 4. & tomo 4. addit. summæ capit. 132. numer. 1. de quo Abb. in capit. sacris, num. 7. de sepulturis. Idem docent Suarez dict. sect. 4. à num 4. & disp. 35. sect. 1. num. 20. & sect. 6. num. 6. ad finem, Portel vbi suprà num 13. Trid. sess. 25. ca. 14. de Reg.

25. Corpora defunctorum non possunt exhumari, & transferri de loco ad cum sine Episcopi licentia, vt definitur in cap. corpora Sanctorum, de consecr. dist. 1. l. si necdum, l. nemo humanum, C. de relig. & sumptib. funerum l. ossa, ff. eodem tit. l. 12 tit. 13. p 1. intellige tamen de corporibus perpetuæ sepulturæ traditis, & de translatis de vna ad aliā Ecclesiam: secus quando sunt deposita, seu ad tempus ser[u]ata in vna, vt postea transferantur ad aliam, vel quando trāsferuntur de vno loco ad alium eiusdem Ecclesiæ. Fratres Minores habent priuilegium Leonis X vt in suis Ecclesijs possint exhumare cadauera ibi sepulta, & ad alium locum eiusdem Ecclesiæ transferre de licentia tamen illorum, quorum interest, scilicet consanguineorum, vel illius cui funeris cura demandata est, vt habetur in comp.

Comp. Mend.§ 17.verb.sepultura. comp.Mend.tom.3 q 62.art.1. & dict. loco addit. num.2.de quo Nauar. lib.3. consil 5. de quo Nauar.libr.3.consil.5. de sepulturis in 2.edit. Idem tradit P. Villalobos dict.tract.21.difficult.6.numer.4.

26. Bonifacius VIII.in Extrauaganti,de testanda,de sepulturis,excommunicat omnes,etiam Pontifices exenterantes,vel in frusta concidentes corpora mortuorum, vel in aqua coquentes, vt carnem ab ossibus euellant, & alibi tumulanda ferant,absolutionemque Sedi Apostolicæ reseruat. Hoc tamen nō extenditur ad facientes anatomiam in cadauere,habita priùs licentia iudicis, si est corpus alicuius delinquentis puniti,vt vsu receptum est,& ex voto scholæ Salmanticensis fieri solet:nec etiam ad consentientes in tali exenteratione, quidquid fit de ipsorum peccato, lex enim excommunicans aliquid facientem non extenditur ad consentientem, cōsilium dantem,vel mandantem, nisi id exprimat.ibid. art.2. & citato locò addit.num.3 & 4. de quò Nauar. cap.27. num.51.Syluest.verb excommunicatio 7.numer.79.Anton. Gomez de delicts cap.14.num.8.Idem docet P. Villalob. 1.p summæ tract.17.diffic.25.nu 7. vbi addit cum Caietano, dictam censuram non comprehendere exenterantes cadauera Principium, & nobilissimorum virorum,seu procerum, vt à corruptione præseruentur, nec eos,qui transferunt corpora apud infideles existentia ad terras fidelium.

RETRACTATIO I.

De inducentibus ad electionem sepulturæ.

27. Clericum,vel Religiosum inducentem aliquem ad vouendum, vel iurandum electionem sepulturæ ad propriam Ecclesiam incurrere excommunicationem positam in c.animarum periculis,de sepult.lib 6. etiam non secutò effectu sepulturæ intrepidè tenet Auctor tom.4 summæ cap.130.num.7. vbi ad cor rediens de opposito se corrigit, quod dixerat tom 3. quæst 58. art.7.§. quinto circa,quia,inquit, verba prohibitionis iam hic sortiuntur suum effectum, siquidem actus talis inductionis consistit in quadam successione continua, qui vbi primum incipit, iam pro consummato habetur, vt in simili de subornatione ad officia, diximus suprà retract.11. Atque ita in hanc partem se inclinat Suarez (quamuis oppositū probabile iudicet) *tom.5 de censuris disputat.22.sect 4 num.26.* & faciunt tradita ab eodem *ibid disputat.4. sectiōn.5. numero 5.*

RETRACTATIO II.

De eo, qui absque electione sepulturæ decedit.

28. Decedens sine electione sepulturæ sepeliendus est apud sepulchrum parentum, non verò abaui,& aliorum ascendentium, sepultura enim inter mortuos comparatur domicilio inter viuos, filius autem sequitur domicilium parentum, & non aliorum ascendentium, *l. assumptio.ff. ad municip.c. fraternitatem,de sepultur.DD. Ita Auctor d.capitul.130. addit summæ num. 12.vbi se corrigit de eo, quod olim scripserat.tom.3.quæst.58.articul.8.de quo Kapt. Salis in summa titul. sepultura 1.fol.227.pag.2. col.2. Syluest. verb. sepultura,quæst.8.Idem post Oldradum consil.25.& Syluestrū docet P.Villalobos* 2 p.summæ.tract.31.difficult.3 numero 4.

RE-

Nauar. lib. 3. conf. 75. de Regularibus, nu. 3. & 17. in 1. editio. Portel verb. sepultura, num. 11. qui idem tenent, & meritò assentit Sanchez lib. 7. decalog. capit. 10. num. 11.

RETRACTATIO III.

De Religioso proprietario priuando Ecclesiastica sepultura.

29. Frater Minorita inuentus mortuus cum bursa denariorum non est statim priuandus Ecclesiastica sepultura, quia de eo sicut de alijs religiosis præsumi debet de peccato pœnituisse, vel denarios esse alienos, & non proprios. Vnde si satis probabilia indicia adsint in dicto Fratre ad credendum, pecuniâ esse alienam, vel creditam ad erogandum, vel restituendum, non est puniendus tam graui pęna priuationis à sepultura Ecclesiastica. Ita constanter tenet Auctor tom. 4 summæ cap. 131. circa finem, vbi se corrigit de opposito, quod senserat tom. 3 quæst. 61. art. 1. ad finem. Pro quo maximè aduertere oportet, quod quando religiosus est sacerdos ob dignitatis excellentiam cautè, & cum magna circumspectione procedendum est, prius quàm Ecclesiastica sepultura priuetur, licet. n. pręsumatur in peccato decessisse, adhuc tamen in facto omninò occulto non est illa priuandus, nam si viuus cum tali pecunia occultè inuentus non potest publicè puniri, neque diffamari, à fortiori, nec mortuum licebit tam graui pœna ac publica puniri, quia non potest se purgare.
4. Reg. 9. Ad quod facit illud, quod refertur 4. Regum cap. 9. de Iehu Rege Israel, qui impiissimæ Iezabel iustissimè occisæ detulit honorem sepulturæ: sepelite, inquit, eam quia filia Regis est, quod optimè ad rem facit, sacerdotes enim in lege gratiæ sunt Regibus præstantiores. Regale sacerdotiũ, vocat eos D. Petrus, de quo Syluest verb. sepultura, num. 11.

RESOLVTIO CXXIX.

De Simonia.

1. Simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum. Est communis Theologorum in quarto distin. 25. Habuit denominationem à Simone, qui voluit spiritualia ab Apostolis emere, vt legitur cap. 8. Actuum Apostolorũ. Tom. 3. quæst. 63. artic. 1. de quo D. Th. 22. quæst. 100. art. 1. Durand. in 4. dist. 25. quæst. 1. Alensis 2. p. quæst. 167. alias 185. memb. 2. Antonin. 2. p. tit. 1. c. 5. §. 1. Sotus libr. 9. de iust quæst. 5. art. 1. & ex Canonistis Nauar. cap. 23. num. 100. quos & alios refert Suarez tom. 1. de Religione libr. 4. de Simonia c. 1. n. 9. vbi per totum late rem tractat, & plures alios congerit Garcia de beneficijs 8. p. cap. 1. num. 123.

2. Committitur simonia in dato, vel recepto principaliter pro ingressu ad Religionem, seu admissione ad habitũ Regularem, cap. de Regularibus, capit. non satis, de Simonia, quia datur apertè quid temporale pro spirituali, qualis est datio, & susceptio habitus Regularis, maximè quando recipiendus est inhabilis, & non idoneus, & sine pretio non erat admittendus, Ibid. art. 2 & in Addit. summæ tom. 4. cap. 133. nu. 4. de quo Nauar. cap. 23. num 10. Suarez tom. 1. de Relig tract. 3. lib 4. cap. 16 à num. 4 & cap 54 num 3 & cap 57. num. 7 & agens de dispensatione super dicta simoniaca receptione ad Religionem, cap 61. numer. 7. P. Villalobos 2. p sum. tract. 37. diffic. 13. à numer. 1, P. Portel verb. simonia, num. 3.

3. Re-

3. Regulares inter se conuenientes, vt alter in vna electione suffragetur vni, & alter alteri in alia, committunt simoniam, si pactum, & conuentio clara interuenit, quia quoties conuenitur de aliquo faciendo, quo sibi, vel alteri conferatur beneficium spirituale, committitur simonia, vt innuit, capit. quàm Pio I. quæst. 2. cap. cùm pridem, cap. fin. de pactis. datur enim, vel recijcitur ius spirituale cum onere, vt fiat aliquid quasi pro pretio rei spiritualis, vel causa mediata eam habendi, quod pro prohibetur, cap. non satis eap. sicut procer to, de simonia. Secus si pactum non interuenit, sed tantùm futura spei oblatio, seu demonstratio cum animo se obligandi, vt si dicatur: relinque hoc amore Dei, vel da suffragium, & prouidebitur tibi de alia re, vel quid simile. Hæ tamen oblationes subornationis speciem præ se ferunt, ideoque à Religiosis debent esse maximè alienæ, ibidem art. 4 de quo Nauarr. cap. 23. num. 100. & de datis, & promissis, numer. 21. Idem post D. Thom. quodlib. 8. art. 11. Caiet. in sum. § circa, tertium, Syluest. verb. simonia, quæst. 9. ferè resoluit Suarez dict. lib. 4. cap. 44. à num. 3 præsertim num. 8. 9. & 10. & expressiùs resoluit post Syluestrum, Angelum, & Nauarrum cum nostro Auctore, P. Villalobos dicto tract. 37. diffic. 24 num. 1.

4. Regularis accusatus de crimine simoniæ, de quo est diffamatus, suspendi debet ab executione ordinis, prælationis, aut officij per simoniam adepti vsque ad verificationem, & probationem facti, cap. accusatum, cap. quoties, de simonia. At post probatum delictum statim eliminari debet, id est, cum grauissima pœna deponi ab adeptis per simoniam, cap. sicut eodem titul. secus si per viam inquisitionis tantùm est diffamatus, tunc enim si ignorans de Simonia consecutus est prælationem, cogendus est renunciare, sed minimè deponi debet, cap. ex insinuatione, de simonia, dã tes verò, & recipientes pœna Canonica sunt plectendi: quòd si scienter promotus est, pœna depositionis mulctari debet, ibid. art. 5. de quo Reduan. de simonia p. 14. cap. 10. numer. 10. Vide ad hoc quæ latè tradit Suarez dict. libr. 4. cap. 54. num. 14. cum sequentibus, & nu. 35. vsque ad 47.

5. Paulus II. Pius IV. & Pius V. per suas Bullas relatas à Capuccino in Compend. verb. simonia §. & primò nō tandùm, ponunt pœnas excommunicationis, & priuationis ab officio, vel beneficio simoniacè adeptis, & inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, extrauagans 2. de simonia, vbi per beneficium intelligit Capuccinus, etiã Prioratum, Guardianatũ, & similes, addiq; tales simoniacè promotos manere priuatos in foro animæ absque alia declaratione, atque ideò teneri ab officijs acceptandis se abstinere, adeptaque omnibus vijs, & modis possibilibus renũciare, nisi ex eo insurgat grauissima infamia, quia lex positiua non obligat cum tanto detrimento honoris; debent tamen, vt primùm potuerint, procurare secretò dispensationem, & nouã confirmationem in officio. Imò etiam ignorantes simoniam interuenisse in adeptione officij, vbi primùm sciuerint, renunciare teneri existimo; nam in dictis Bullis tales redduntur inhabiles, etiam si ignoranter receperint: si autẽ nondum possident, tenentur omninò renunciare: & idem erit, si iam acceptauerunt cum limitatione superiùs posita tom. 4. Addit. summæ capit. 134. nu. 5. 7. & 11. de quo latè agit Suarez dict. lib. 4. cap. 56. à num. 2. & præcipuè à num. 19. cum sequentibus & dict. capit. 54. à nu. 15. vsque ad 32 & loquens de ignorante interuentionem simoniæ, à num. 33. & quod sub illa Extrauagante comprehendantur prælaturæ Regulares, tradit ibidem num. 47. Vide ad idẽ Nauarrum lib. 5. consil. 65. de simonia, & Portel verb. simonia nu. 5. qui idem docent.

6. Idem ius est in simoniaco confidẽtiæ, qui non solùm manet priuatus ipso facto beneficio adepto per simoniam, sed etiam beneficijs ante Canonicè adeptis, vt ex Bulla Pij V. constat; fructusque ex illis acquisitos ipse eiusq; hæres tenentur plenè restituere à primo die, quo illos cœperunt percipere, exceptis his, super quibus compositio fa-

cta fuerit cum Camera Apostolica. Absolutus tamen ab excommunicatione post relictum beneficium per simoniam adeptum licitè potest, percipere fructus beneficij antea Canonicè adepti, sicque mitigandum esse rigorem Extrauagantium Pij IV. & Pij V. æquitas dictat, nemo enim suis bonis ante sententiam, neque iure quæsito, aut eorum possessione debet priuari. *Ibidem dict. num. 5. & 7. de quo Enriquez libr. 13. de excommunicat. cap. 37. sub §. prope finem, & in glossa littera C. Suarez lato dict. lib. 4. cap. 41. per totum. Ad quod etiam videantur Nauar. cons. 33. nu. 4. & consil. 76. numer. 6. de simonia, & in Manual. cap. 23. numer. 119. Vgolin. tabul 1. capitul. 22. §. 1 numero, 8.* vbi agunt de simonia confidentiali circa pensiones beneficiorum, & nouissimè P. Villalob. d. tract. 37. dific. 38. num. 3. & 4. qui tenet ferè idē quod noster Auct.

An autem prælati Regulares possint absoluere, & dispensare cum suis subditis simoniacè ordinatis, vidè suprà de absolutione quoad Fratres, resolut. 3. num. 7 vbi ex mente Auctoris partem affirmatiuam defendimus.

An committatur simonia in conuentionibus, & pactis super dotibus Monialium factis, diximus suprà *de dotibus Monialium, resolut. 54. num. 1. & sequentibus.*

RESOLVTIO CXXX.

De suspensione.

1. SVspensio, de qua in præsentiarum, est censura Ecclesiastica, qua alicui personæ Ecclesiasticæ prohibetur exercitium sui officij, vel beneficij Ecclesiastici in totum, vel in partem, in certum tempus, vel in perpetuum ob suam culpam. Est autem duplex, alia lata à iure, id est, posita in corpore iuris: alia ab homine, id est, quæ imponitur à iudice. Rursus alia est suspensio ab officio, alia à beneficio, alia à iurisdictione, alia ab ordine suscepto, alia à suscipiendo, quod sumitur ex cap sanè, el 2. de officio delegat. & ex capit. 1. eodem tit. in 6. & ex capit. quia in omnibus, de vsur. in fin. cap. nihil, cap. cùm in cũctis, §. vltim. de elect. Clem 1. de vita, & honest. cleric. Clem. 1. de decimis, capitularum, de priuileg. Suspensus ab officio non censetur suspensus à beneficio quoad ea, quæ non sunt officij Diuini: nec è contra, suspensus à beneficio censetur suspensus ab officio: nec suspensus ab ordine est suspensus à iurisdictione, nec è conuerso suspensus à iurisdictione censetur suspēsus ab ordine: nec suspensus à beneficio est suspensus ab ordine, vel iurisdictione, quæ ei conuenit ex alio, quā à beneficio, à quo est suspensus. nec suspensus ab ordine suscepto simpliciter est suspensus à suscipiēdo, nec è conuerso. Item nec suspensus ab ingressu Ecclesiæ censetur suspensus ab vsu iurisdictionis, quem adhuc retinet, vnde poterit excommunicare, & absoluere, ac extra Ecclesiam, cuius ingressus ei est interdictus, celebrare, ex communi Doctorum, tom 3. quæst. 65. art. 1. de quo Nauar. in Manu cap. 27. n. 160. & cap. 47 num. 161. Angel verb. suspensio 3. vers. quod si interdictum, Syluest quæst. 5. versi. si verò, & latè resoluit Suarez de censuris disp. 26. sect. 1. 2. & 3. per totum, vbi sect. 4 nu. 1. agit de effectu suspensionis ab officio: & de effectu suspensionis ab ordine agit à n. 2. & de effectu suspēsionis à iurisdictio be, à num 19. & de effectibus suspensionis à beneficio, disp. 27. sect. 1. & 2. per totum, & idem tradit P. Villalobos 1. p. sum. tract. 18. diffic 3. à num. 5.

2. Regulares incurrunt suspensionē à iure in multis casibus Primò si absque licentia sui prælati, ac legitima ætate sacris initientur, per Extrauag Pij II. cū ex sacrorum, de quo suprà resol. 106. n. 10. diximus Secundò, alienantes bona, & res monasterij absque debita iuris solemnitate, Clemen monasteriorum, de rebus Ecclesi non alienan. de quo sup. resolut. 7. num. 1. Tertiò, suspenduntur prælati submittentes laicis bona

immo-

immobilia, aut iura Ecclesię sine licentia Papæ, cap hoc consultissimo, de rebus Eccles non alienan. lib. 6. Quartò, suspenditur prælatus Mendicantium admittens aliquem ad professionem ante finitum annum probationis, capit. 2. de regul. in 6 de quo suprà de nouitijs, resolut. 101. num. 47. diximus, Quintò, suspenduntur ab officio, & beneficio Regulares decimas sibi vsurpantes absque priuilegio, nisi intra mensem moniti desistant, & intra duos satisfaciant, non habentes autem officium, vel administrationem excommunicantur, ante satisfactionem condignam non absoluendi, Clementina, Religiosi, de decimis. Sextò, suspenduntur ab officio prædicationis prædicatores non facientes cõscientiam sibi confitentibus de decimis soluendis, Clment. cupientes, de decim. de quo suprà de decimis num 8. diximus. Septimò, suspenduntur Abbates & Priores, si sotulares non altos, & corrigiatos, vel capucia non scissa portare præsumpserint, Clem. 1. de stat monach Octauò, suspenduntur, qui ex administratione Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, vel solemnizationis matrimonij, aut ex quacunque absolutione indebita quidquam acquisierint, nisi requisiti intra mensem restituant, Clem. 1 §. quibus etiam, ad finem, de priuileg Nonò, suspenduntur ab executione Pontificalium Fratres Prædicatores promoti ad Episcopatum, si ante consecrationẽ non renuncient, seu reddant Ordini libros & res, quas habent tempore promotionis, ex quadam Extrauagante Clementis IIII. de quo suprà diximus de Episcopis num. 7. Decimò, suspenduntur, Fratres Prædicatores perturbantes Fratres Minores in officio Inquisitionis & è conuerso, de quo suprà de hæretica prauitate resolut. 73. num 2. Vndecimò suspenditur prælatus Regularis, qui nõ satisfacit damnum per suum subditum illatum detrahendo Ecclesiæ prælatis intra mensem, postquam fuerit requisitus, Clem. 1. in fine de priuilegijs, Duodecimò, suspenduntur in eadem Clementina prælati Regulares, qui moniti intra mensem non satisfaciunt damnũ illatum à subdito impediente, ne testator relinquat legatum Ecclesiæ Matrici, aut Parochiali: non tamen ex eo prohibentur Religiosi suas necessitates repræsentare testatori, vel eum inducere, seu persuadere ad relinquendum aliquid suis Monasterijs, vt tenent Doctores mox infrà citandi. Tandem suspenduntur à diuinis prælati admittentes fęminas intra Monasteria, ex Bulla Pij V. & Gregorij XIII. de quo suprà de clausura Monachorum num. 1. diximus ibidem art. 2. de quo Nau. cap. 26. num. 36. Medin in instruct. cap. 14. num. 21. Sarmiento lib. 8 selecta. Suprà traditas suspensiones, & alias plures contra religiosos latas refert Suarez de censuris disput 31. sect 7 per totam, & P. Villalob dict. tractat. 18. diffic 7. 8. & 9.

3. Licèt in generali suspensione non comprehendantur Episcopi, nisi de illis fiat expressa mentio, cap. quia periculum, de sentent. excomm. libr 6. hoc tamen non extenditur ad Generales, & Prouinciales Religionum, quia in eis non militat ratio, quæ militat in Episcopis, ne scilicet impediatur Pontificalium exercitium: ex concessione tamen Benedicti XII. apud Bullarium, nullus præter RomanumPontificem potest suspensionis sententiam in Regulares promulgare, ibidem artic 3. Idem quoad Episcopum, etiam electum docet Suarez de censuris disp. 28. sect. 2. num 6 & 7 vbi quoad prælatos regulares superiores idem innuere videtur, & sequitur P. Villalob. 1 p. summæ tractat. 16. diffic. 14. num 7. vide suprà resol 61 num 3. ad finem. Bull. bul. 1. Bene. 12.

4. Suspensio à iudice competente lata, etiam si sit iniusta, regulariter valet, & saltem in foro exteriori seruanda est, modò eius nullitas non sit in iure expressa Vnde cùm nullo iure caueatur, quòd suspensio à iudice lata nõ pręmissa correctione fraterna ipso iure nulla sit, valida erit suspensio lata in prælatum regularem, non obstante statuto suæ religionis, quo decernitur, vt prælatus delinquens præuia correctione fraterna possit suspendi. Quod debet intelligi, & limitari, nisi procedatur per viam denunciationis Euangelicæ, ibidem art. 4 de quo Nauar. libro 5. consil.

consil.65.de sentent. excommunic. & in Manual.cap.27.nu.4. Ad quod etiam vide quæ tradit Suarez de censura nulla ex defectu causæ, vbi supra disput.4. sect.7.num.3. vsque ad 7. & num.41.

5. Religiosus suspensus à temporalibus, quæ ex sua natura, aut ex Ecclesiastica institutione non pēdent ab aliquo ordine, verbigratia, ab officio procuratoris, cellarij, aut similium, contrauenlendo non fit irregularis. Vnde notarij, etiam Apostolica auctoritate creati, & ab officio per Episcopum suspensi (cui id conceditur in Tridentino Concilio) non fiunt irregulares exercendo suum munus, à quo sunt prohibiti. Secus si sit talis religiosus prohibitus ab ordine aliquo, à quo actus pendent, vt actus præsentandi, eligendi, nominandi, aut etiam beneficia conferendi, quando pendent ab aliquo ordine, tunc enim irregularis efficitur, & facit cap. tanta de excess. prælat. vbi glos. ibidem art.6. de quo Syluest. v. suspensio q.5. vers. si vero, Innoc. & Host. in cap. fin. de excess. prælatorum. Vide quæ ad hoc tradit Suarez de censuris disp.26. sect.3. num.12. & sect. 4. a num.2. vsque ad 5 & num.19.

Trid. sess. 22 ca. 10. de refor.

6. Valent acta per prælatum suspensum, interim dum non est denunciatus, & declaratus, nec antea ab officio, & exercitio iurisdictionis cessare debet, vt definitur Extrauagante, ad euitanda de sentent. excommun. quæ declaratio nullo modo licitè fieri potest absque præuia citatione partis, aliter facta ipso iure est nulla, & per consequens interim acta per ipsum valent, ibid. art.7. de quo Nauar. lib.5 consil 65. num.5. de sentent. excommun. & resoluit egregiè Suarez vbi supra, disput. 27. sect.2. num.2.

7. Suspensi, & interdicti nominatim sunt euitandi in illis tantùm, à quibus expressè suspenduntur, vel interdicuntur, & non in alijs. Vnde suspensus à diuinis potest prædicare, confiteri, communicare corpori Domini, & audire missam sicut laico licet, quia hæc non sunt specialiter deputata suo ordini, & non prohibetur nisi ab his, quæ pertinēt ad suum officium, cap.1. vbi glossa, de sentent. & re iudic. in 6. Auctor ibid. art 8. de quo Nauar. in man. cap.27. nu. 176. & 177. & num.151. Idem resoluit Suarez dict. sect.2. num.7. & sect.3. nu. 9. & 10.

8. Nulla forma verborum est præscripta ad ferendam, vel tollendam suspensionem, ideoque sufficiunt quæcunque verba id significantia. Debet tamē poni in scriptis, alias verbo tenus suspēdens sine scriptura peccat, & incurrit suspensionem, cap.1. de sentent. excommunic. lib.6. Auct. tom 3. q. 57. art.1. de quo Nauar. cap.27. num.161. Suarez de censur disp.3. sect.13. à num.2. & disp. 3 sect.13. à num.2. & disput.29. sect.3. num.1. & 2.

9. Apostata sacro Ordine insignitus in Apostasia ipso iure manet suspensus, cap. vlt. de Apostatis, tam ratione irregularitatis, quàm incurrit per crimen apostasiæ, quàm ratione excommunicationis; vnde duabus suspensionib. ligatus manet, ac proinde duplici indiget absolutione, tomo 3. addit. summæ cap.21 num. 11. de quo Suarez tom.5. de censur. disp.31. sect.6. num.1 & nos diximus supra resolut.11. numero.16. & 19.

Quis autem possit absoluere Religiosos à suspensione à diuinis, vide suprà de absolut. quoad fratres resolut.3. numero 8.

RESOLVTIO CXXXI.

De solicitantibus fœminas intra pœnitentiæ Sacramentum.

1 Nonnulla de hac re in superioribus attigisse memini resol. 48. nu.15. & 16. vbi tractauimus quid Paulus

lus IV. contra solicitantes fœminas in sacris confessionibus statuerit. Cuius constitutionis pœnas cum his funestissimis temporibus, aliquot scelerati sacerdotes non metuerent, prouocantes, vel saltem prouocare tentantes in ipsa confessione ad obscœnos actus fœminas pœnitentes: huic malo stupendo, & sanguine deflendo æquissimè iuxtà, & sanctissimè demùm occurrere voluit Dominus Paulus V. in sua perpetua hac de re cõstitutione, quam edidit 16 die Septembris, anno Christiano 1608. cuius constitutionis integram ad verbum refert Illustrissimus, & Reuerendissimus DD. Rodericus à Cuña nunc Archiepiscopus Bracharensis, vir & nobilitatis, eruditionis, & pietatis ergo admirãdus cuius hæc sola laus esse potest, quòd omni laudatione maior esse videatur, in suo tractatu eleganti, de confessarijs solicitantibus, in principio, qui rem ex professo agens per viginti quatuor quæstiones eruditè, ac piè satis se diffundit nil ferè nobis intactum, aut insolutum relinquens. Quapropter nescio, an facilè nobis erit aliquid resolutis ab eo addere.

TENOR BVLLÆ Pauli V.

Dilecto Filio in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Hæreticæ prauitatis Inquisit. generali nunc & pro tempore existenti.

Paulus Papa V.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicã benedictionem. Cum sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, diuersi sacerdotes in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum, ac eorum ciuitatibus, & Diœcesibus, ac dominijs curam animarum habentes, siue eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis cõfessionibus pœnitentium deputati, in eã tam proruperunt iniquitatem, vt Sacramento pœnitentiæ in sacramentali cõfessione abutantur: nec illi, & qui id instituit, Domino Deo, & Saluatori nostro Iesu Christo iniuriam facere vereãtur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones alliciendo, & prouocãdo, seu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiusmodi Creatori nostro, reconciliationis grauiorum peccatorũ mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in diuinæ Maiestatis offensam, & animarum perniciem, ac Christi fidelium non modicum damnum. Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide Catholica rectè senserint, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis abutantur, aut illis iniuriam faciant: tibi per præsentes cõmittimus, & mandamus, quatenus prout in alijs causis sancti Officij fieri solet, per te, vel per alium, seu alios à te deputandum, seu deputandos contra omnes, & singulos sacerdotes dictorum Regnorum, ac illorum ciuitatum, & Diœcesis de præmissis quomodolibet diffamatos tam sæculares, quàm quorumuis ordinum, etiam exemptorum, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum regulares, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, tam super præmissis, quàm super fide Catholica, & quidquid de ea sentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum, continẽtiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitatem, prout iuris fuerit, punias, eos etiam, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione sæcularis iudicis arbitrio puniẽdos tradendo, non obstantibus constitutio-

ructionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon ordinum quorumlibet, quorum ipsi sacerdotes fuerunt etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac quibuscumque clausulis, & decretis, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus, approbatis, & innouatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die 16. Septébris 1608. Pontificatus nostri anno quarto.

Similem Bullam expeditam ab eodem Paulo V eodem die, & anno pro tota Hispania, refert Portel, verb. solicitare, in principio.

1. Prima igitur quæstio, quæ pro præcedenti constitutione, nec facilè enodanda excitari potest, petit, an ea extendi possit ad præterita, ita vt comprehendat solicitationem commissam ante promulgationem constitutionis? Pars negatiua probatur ex regula, capitul. 2. & capitul vltim de constit. quibus cauetur, legis, & constitutionis naturam esse, vt nunquam ad præterita protrahatur, nisi id specialiter caueatur. Qua ratione scriptum legimus in c 1. de postulat. prælat. in 6 constitutionem de qua ibi, & si iuris antiqui declaratoria sit, præcedentes tamen factas electiones non attingere, nec ad præterita quoad pœnam extendi. Potest etiam hæc sententia innari ex doctrina Panormitani capitul. quoniam, de simon. asserentis, constitutionem iuris antiqui declaratoriam nouam pœnam subijcientem, respectu pœnæ ad præterita non protrahendam. Quibus, & alijs rationibus ductus in specie sic docet Portel in addit. ad dubia, verb. solicitare fœminas, numer. 7. Probabilius tamen censeo constitutionem hanc ad præterita producendam esse. Moueor præcipuè ex eo, quòd illa ius nouum non affert, sed antiquum innouat. Atqui cùm lex declaratoria est, ex vi sua ad præterita extenditur, c. vlt. de sponsa duorum, capitul. de infidelibus, de consanguin & affinit. capitul. cùm tu, de vsur. authent. de filijs ante instrumenta dotalia natis, coll. 3. In hanc sententiam propensior videtur D. Roder. à Cunha d. tractat. quæst. 3. à principio, vbi numer. 10 affirmat, sic censuisse P. Suarium de hac re ab eo consultum, & alios Theologiæ, & vtriusque iuris peritissimos Conimbricensis Academiæ antecessores, cui sententiæ etiam subscribit D. Freitas in addit. ad d. tractat. d. quæst. 3. numer. 24. vbi addit, cum his mitiùs agendum fore.

2. Secundò, controuersam satis, & intricatam aggredimur quæstionem. In qua dolentem me, & pudentem faciet loqui proximorum salus, vtrùm scilicet huius constitutionis pœna comprehendat confessarios solicitantes pueros ad nefandam venerem? Pars negans probatur, quia quando verba constitutionis non verificantur, dispositio nihil est l. quod constitutio, ff de militari. testament. l. 4. §. quoties, ff de damno infecto. Atqui præcedentis Bullæ verba solùm ad confessarios solicitantes fœminas in confessione diriguntur: ergo ad puerorum solicitatores minimè sunt protrahenda, cùm fœmina, & mas opponantur in l. sed & si quis, §. primo ff de institutoria actione, maximè in odiosis, & pœnalibus, quæ proprium, & expressum casum non egrediuntur, vt notissimi iuris est. Quo, & alijs fundamentis dubius hæret in quæstione Paramus relatus à D. Roderico à Cunha d. tract qu. 6. nu. 5. Oppositam tamen sententiam, quam veriorem puto, docent expressè noster Auctor *tomo, 1. qu. 59. art. 4. in fine. Ludouic. Lopez 1. p. instructor. c. 35. vers. at hic iam, in fine, Salzedo in prati. crimin. c. 82. vers. deponantur, in fine, & probabilem indicat Portel dict. verb. solicitare n. 5. ad finem, & securiorem idem D. Archiepiscopus Bracharensis d. ll. quæst. 6 à numero, 6. Graffis consil. 1. de cognatione spirituali à numero, 45. vbi numero, 51.* pro hac sententia sic fuisse diffinitum in Curia Archiepi-

episcopali Neapolitana affirmat, & tandem idem probat Quaranta verb. confessor, verb. ampliatur.

3. Quam sententiam, quæ verissima est, probant præcitati Auctores, quia legis ratio, & legislatoris mens multò maiori iure in masculis, quàm in fœminis solicitatis videtur hic vires sumere, vt colligitur ex proœmio huius constitutionis. At ex identitate rationis expressa in lege bene licet facere extẽsionem ipsius legis, etiam si sit pœnalis, argumento c. si quis suadente 17. qu. 4. in quo pœna excommunicationis contra percussores clericorũ, & monachorum extenditur ad Conuersos, & nouitios, c. non est dubium, vbi glossa 2. de sentent. excommun. c. religioso, & ibi glossa vlt eodem titulo in 6. Quod quidem multo certius videtur in lege non pœnali, & certissimum in fauorabili, qualem censet hanc constitutionem idem D. Archiepiscopus Bracharensis in dict. tract. quæst. 3. numer. 4. quæ, inquit, non ideò lata est, vt imponantur pœnæ, sed vt delegetur iurisdictio, fides seruetur integra, sacramenta colantur, animarum casus vitentur: ergo ad omnem turpem, & inhonestam extenditur solicitationem, quæ pœnitentibus in confessione fit. Hæc præfatus Illustrissimus Auctor. Confirmatur, quia suspectiorem de fide reddit confessarium solicitatio masculi potius, quàm fœminæ, eo quòd maior inferatur iniuria pœnitentiæ sacramento à Christo Domino ad salutem animarum instituto. Vnde cùm ex antiquæ iurisdictionis vi possint Inquisitores de crimine hoc pessimo, & nefando cognoscere, exclusa hac noua constitutione: maiori certè iure poterunt ipsa supposita, quia hæc potius declaratiuæ, seu comprehensiuæ quàm constitutiuæ vim habet, ob suspicionem de fide in sacramentis polluta per tam nefarium crimen.

Neque hodie de hac re dubitationi locum esse, facit declaratio Pauli V. die 29. Nouembris, anno 1612. declarantis, comprehendi suo Breui, etiam solicantes mares. Cuius Pontificiæ declarationis fidem facit Cardinalis Millinus rescribens ad Inquisitorem Generalem Portugalliæ, teste D. Freytas in addit. ad dict. quæst. 6. D. Roderici Archiepiscopi num. 26.

4. An autem confessarius ad mollitiem pueros solicitans in hac constitutione comprehendatur? Affirmauit Suarez super hoc consultus, vt refert, probans hanc sententiam idem D. Archiepiscopus Bracharesis. *dict. quæst. 6. num. 11.* & rectè, cùm rationes non minus superiorem, quàm hunc casum euincant.

5. Tertio discutienda se se offert alia nobilis quæstio, quo tempore fieri debeat solicitatio, an necesse sit, fiat in ipsa confessione, an sufficiat fieri antè, vel post? In qua quæstione pars negatiua efficaciter suaderi potest: primò ex verbis constitutionis, ibi, audiunt confessiones, quæ verba duntaxat præsens tempus confessionis comprehendunt. Secundò ex eo, quia solicitantes ideò hac constitutione coarcentur, quòd de sacramentis malè opinari, illisque iniuriam facere videantur. Quæ ratio cessat in solicitantibus ante, vel post confessionem. Quibus & alijs fundamentis dubius sic videtur hanc sententiam probare Ludouic. Lopez *instructor. 1. p. cap. 35. §. at vero iam.*

Verius tamen est ad fidei censores pertinere animaduersionem eius, qui ante, vel post confessionem fœminas sollicitauit in ipso confessionis loco, vel altero, dummodo fuerit propè, ac circiter, non ita multo transacto tempore. Quæ sententia suadetur primò, ex eo quòd vulgo iactatur id haberi pro facto, quod proximè faciẽdum est, ex celebri doctrina Bart. per textũ, ibi in l. penult. ff. de militar testamen recepta ex multis à Tiraquel, post leges cõnubiales glossa 2. à nu. 2. Secundò facit quia pro actu completo habetur destinatio, ex traditis à Felino in c. cũ adeò n. 2. & 4 de rescript. quæ traditio maximè vim suam exerit in causa fauorabili, cuiusmodi est fidei causa, Clementina, sæpe, de verborum significat. Vnde cònatus & processus ad maleficium pro impleto habetur, l. is qui cum telo. C. de sicarijs, l. 1. § diuus, ff. eodem titulo, Menoch. de arbitr casu 360. n. plures.

plura hac de re petenda ex Gomez 3. variar. c. 3. n. 30. Conar. Clementina, si furiosus, 2. p. in principio à nu 6. Dec. tom. 2. criminal lib. 9. c. 29. à nu. 1. Farinac. in praxi tom 4. qu. 124. à nu. 1. Petr. Caballo 1. tom criminal. c 27. à num. 1. Tertiò eadem sententia iuuatur ex eo, quòd vicinitas actuum ante, vel post, vnum facit, & eundem actum, cap. officij §. nos autem, de electione, l. si ventri §. in bonis, ff. priuilegijs creditor. Igitur de his actibus, ac si essent vnus, vnum fiet iudicium, argumento l. cùm antiquitas, C. de testam. Quibus & alijs rationibus hanc sententiam in proposita quæstione expressè probant noster Auctor tom. 1. qu 59 art 4 versic. vnde iustissimè, & tom. 2 qu 36 artic. 1 ad finem, Henriquez libr. 6 summæ cap. 17. nu 4. litera L. Paramus de origine inquisit. qu. to. nu 90 & 116. & 119 DD. Rodericus à Cuña de confessarijs sollicitantib qu. 5. à nu 6. vbi refert, sic rogatum hac de re respondisse P. Suarium, eandémque sententiam sequuntur P. Ledesma de Pœnitentia cap. 19. concl. 6. Graphis consil. 1. num 29. de cognat. spirit. Vinald. in candelabro 3 p. titulo de irregularitate num 62. Basil. de imped. ment matrim. cap 24 §. 2. vers. sed quod dicendum, Benedictus Ægidius Lusitanus tractat. de iure & priuilegijs honestat. art. 11. num. 19 Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast dist. 360. n. 1. vbi refert sic declarasse Clementem VIII eámque seruare præcipit Colendissimus Gardinalis D. Baltasar Moscoso in suo Episcopatu Gienensi, vt constat ex sua instructione curatorum cap. 17. § 5 & hanc sententiam tenet, si rectè explicetur, Sanchez *libr. 7. de matrimon. disp. 55. num 1 & 2.*

6. Quartò est & alia quæstio exagitanda, an si non ipse confessarius, sed per contrarium mulier tacitè, vel expressè confessarium solicitet, talis casus ad fidei censores pertinere debeat? Pertinere, sequentia suadere videntur. Primò, quia nemo potest pœnas à lege statutas effugere causatus se electum ab alio crimina perpetrasse. Cuius rei argumento nec excusabitur sacerdos ab Inquisitorum vindicta per solicitationem sibi à fœminæ. Secundo pro hac sententia expendi potest textus in l. qui cum vno. §. qui filium, vers. qui enim, ff. de re milit. ibi, qui n. se sollicitari ab alio passus est, veniá non meretur. Quibus verbis non obscurè significat Consultus, eadem pœna teneri illum, qui alterius sollicitatione militiam deseruit, ac ipsum desertorem, notat Rebuff. in l. quibus 57. verb. sollicitari, ff. de verbor. signific. Tertiò, non parum hęc sententia iuuatur ex verbis ipsius constitutionis, ibi, Sacramentis à Christo institutis abutantur, aut illis iniuriam facit, quæ verba rectissimè conueniunt confessario, qui fœminæ sollicitationi nó obstat, sed ei æstuanti morem gerit, per sacrilegium hæresis suspicionem incurrit. Sic docet Paramus d. q. to. in fine.

7. Contrariam tamen sentētiam certiorem, & veriorem iudico cum Suarez, quem hac de re interrogatum fiere spōdisse refert, & sequitur D. Roderic. à Cuña d. tract. q. 11. nu 7. Probatur primò, quia sola scandalosa sollicitatio iurisdictioni Inquisitorum subijcitur, quę quidem committitur, cùm à cōfessario fœmina prouocatur, quę in causa est, vt illa tam detestabili scelere coinquinetur, sed hæc scandalosa sollicitatio deficit in nostro casu: ergo talis confessarius pœnis constitutionis affici non debet. Secundò ex eo, quòd suspicio malæ doctrinæ, quam constitutio monet, non videtur dari in tali sacerdote sollicitato, cùm commissus error perspicuè à fragilitate, & oblata in castitatem occasione exoriatur prorsus. Cùm ergo sine sacramenti errore contingat, neq; constitutionis verba, nec eius sententiā ad hunc casum producēdam existimo. Vnde à fortiori fit consequens dicendum, confessarium hunc ita à fœmina sollicitatum non teneri de hac ad Inquisitores deferre, vt rectissimè probat D. Rodericus à Cuña d. tract. q. 9. à n 5. vbi auctoritate Suarij id confirmat.

8. Quintò inquiri oportet, an si sacerdos vere absoluēdi potestate careat, & fœminam intra confessionem solicitet, pœnis constitutionis affici debeat? Partem negatiuam, & si nonnulla suadere videantur, quibus indistinctè di-

.cendum videatur, hunc presbyterum constitutionis præfatæ pœnis non esse afficiendum: huius tamen sententiæ rationes adeò generales sunt, vt non mul tum vrgeant. Quare probabilius censeo in hac re duos casus separandos esse cũ D. Roderico à Cunha, in d. tract. quæst. 14. à nu. 4. Prior est, cùm confessio facta sacerdoti carenti iurisdictione euenit bona pœnitentis, & confessarij simul fide, vterque existimans non deesse iurisdictionem. Et in hoc casu pro comperto habeo hunc sacerdotem pœnis constitutionis subiacere, neque excusabitur, si postea sciat iurisdictione caruisse. Quæ sententia illa ratione fulcitur, quia constitutio videtur afficere confessarium, qui intentione sua sacramentalem actum maculauit obscœna prouocatione. Atqui nemo sanus negabit, confessionem talem ex animo cõfessarij, & pœnitentis sacramentalem fuisse, licet per accidens non esset. Igitur quantum ex se sacramento licèt putatiuo irreuerentia est, quod satis est, vt vindicetur, ex traditis à simili à Suario tom. 4 de pœnit disp. 33. sect. 2. n. 4.

9. Secundus casus est, cùm fœmina bona fide accesserit, confessarius verò mala fide. In quo casu & si aliquantulum hæreat D. Roderic. à Cunha, scissus in vtranque partem, in affirmatiuam tamen procliuior est. Eamque expressè probat D. Freitas in add. t ad d. tract. d. q. 14. nu. 13 quæ illa ratione fulcitur, quòd absurdum videatur melioris conditionis esse eos qui deliquerunt, quam eos, qui bona fide fecerunt. l. 3 §. 1 ff de donat. inter, l. si à domino 36 §. si prædo, ff de petit. hæredit. l. Seruitus 4. ff. quod vi, aut clam. l. non solum 13. ff de noxalib

10 Sextò, superioribus finitima est alia quæstio, an confessor in loco ipso sacris confessionibus deputato simulans sacramentaliter audire fœminam, nullum intendens facere sacramẽtum, sed sub crucis signo, vt inspicientes decipiat, signa tantùm actus absolutionis sine intentione absoluendi faciens, & intra hunc actum ad turpitudinem mulierem prouocans, Inquisitorum iudicio subiaceat denunciandus, ex vi præfatæ cõstituti onis? Negatiua pars suaderi potest ex eo, quia in hoc casu adest sacramentalis pœnitentiæ deceptio, illusio, & confessionis contemptus, quam simulant confessor, & pœnitens, vt libidinẽ suam expleant. Quod summum flagitiũ summè puniri debet, præsertim in personis Ecclesiasticis, in quibus magis ratio prohibitionis vrget, ex Clem. 1. de renunciat. cum ibi adductis per glossã. Eo vel maximè, quia illud videtur cõprehendi sub lege, quod statuisset, & prouidisset legislator, si de eo interrogaretur, vt ex *gloss. vlt. in fine, in l. tale pactum, §. fi. ff. de pactis, tradunt Socin. Iunior conf. 139. nu. 12 vol. 1. Car. Iun. consil. 82. nu. 4. Bart. in l. Titius, §. ff. Lucius, in fin. ff. de lib & posth. & in con essionibus Papæ, vt hic, expressè docet Paris. consil. 114. nu. 17. & cons. 96. num. 31. in fin. & cons 72. n. 99. lib. 1.* & pro eo videtur esse textus in c. super litteris, de rescript. ad fin. vbi illud debet considerare delegatus, quod delegans cõsideraret. Nihilominus tamen oppositam sententiam verissimam existimat D Roder. à Cunha d. tract. q. 5 nu. 1. & meritò, ea ratione ductus, quia delegata iurisdictio facta hic Inquisitoribus cùm stricta sit, strictè accipienda est: atq; ideò illud tantùm comprehẽdere videtur, quod expressũ inuenitur in dict. bulla c. cù n olim 1. ante fin. ibi, cũ in rescripto nulla de eo mẽtio haberetur, & c P & G. in fin. ibi, cũ ad alias personas nequeant prorogari, de offic deleg. & traditur in c. nonulli, § sunt & alij, vbi glos. verb. lites, de rescript. maximè cũ in proposito nulla sacramento pœnitentiæ fiat iniuria, & irreuerentia, cùm non detur hic sacramentalis confessio, vt colligitur ex verbis bullæ, ibi, in actu audiendi confessionem, quæ sacramentum verum, non verò fictũ, & simulatũ denotant. Eandẽ sentẽtiam probant D. Freytas in annot. ad d. q. 15. nu. 1. Portel dict. verb. solicitare nu. 13 qui addit, arbitrio iudicis seuerè vindicandum hunc confessariũ.

11. Septimò dubitari meritò potest, an fœmina solicitata libenter consentiens libidini solicitantis confessarij teneatur illum ad Inquisitores per denunciationem deferre. Parti negan-

ti fa-

ti fatet, quia nemo tenetur seipsum prodere cum tanto dispendio sui nominis, & honoris, denunciando complicê sui delicti, vt communi sensu tradunt DD. Atqui mulier sic ad solicitationem confessarij libidinem ipsius explens detegeret suam turpitudinem, illam prodêdo, ergo. Ita in quodam casu hæresis consuluit Nauarrus, non teneri complicem illius criminis ad se prodendum, lib 5. consil 8. nu 3 de hæreticis. Nam lex naturalis conseruandi proprium honorem præponderat legi positiuæ denunciandi, ex traditis ab Auctore tom. 2. quæst. 6 art. 2. Vbi per textum in cap. hoc videtur 22. quæst. 2. resoluit, non obligare præceptum denunciandi, quando ipsi denuncianti ex eo aliquid detrimenti obuenturum probabiliter timetur. Idem videtur sentire D. Rodericus à Cunha dict. tract. quæst 19. à nu. 5. dum vniuersaliùs docet, metum mortis cadentem in virum cõstantem, siue sui, siue filiorum, siue mariti sui, excusare fœminam ab huiusmodi delatione, idêque tradit nu 9 & 10. de metu amissionis honoris, & famæ, cui etiam subscribit D. Freytas in annot. ibi num 17. subiungens, adeò hoc esse verum, vt sæpe liceat peccati non fugere per culum ad vitandam mortem, infamiam, vel aliud incõmmodũ grauissimum: quod & docent Nauar. *in Manual cap. 5 numer. 5. Cordub. quæst. 4. Ludou. Lopez instruct. 1. p cap. 21. Salas 1. 2. quæst. 6. artic. 6. tract 3. disp. 3. sect. 1. numer. 32. & idem repetit tract. 14. de legibus quæst. 96. disp. 11. sect. 1. num. 5. & sequuntur* Sanchez *plures alios referens lib. 4. de matr. disp. 5. n. 14 & in specie nostri casus* P. *Portel dict. verb. solicitare fœminas nu.* 15.

12. At oppositam sententiam (cui tã quam probabiliori adhæreo) defendit D. Rodericus à Cunha dict. tract. qu. 10. nu 5. 6. & 10 vbi ait consultum respondisse doctissimum P. Suarium, & non dissêtit additionator Freytas in annot. ibi à nu. 12 Ducitur, quia ex hac delatione nulla sui nominis, seu honoris iactura fœminæ denuncianti obuenire potest, si quidem peccatum suum cum confessario commissum subticere ei integrum erit, nec de eo interrogari debet, nec interrogata aperire tenetur, quòd si imprudens dicat ad interrogata respondens, nec ex eo punienda, aut diffamanda est, ex traditis in simili à Nauar. consil. 5 de hæreticis, incipit, est pœnitens; maximè cùm hoc crimen bono publico, & toti Ecclesiasticæ Reipublicæ damnum afferat, ex traditis à D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 1. ad secundum, quem omnes sequuntur.

13. Octauò superest nobis discutienda alia difficilior, & grauior quæstio, an scilicet ante delationem ad Inquisitores præmitti debeat correctio fraterna? Negantem partem constanter defendit D. Rodericus à Cunha dict. tract. qu. 18. à nu. 10. citans pro hac sententia vltra alios, D Thom. quodlib 11. artic. 12. dũ ait: Credo, quod si esset aliquod peccatum carnale, quod vergeret in detrimentum multitudinis, statim est reuelandum, & sequitur Nauarr. consil. 2. num 4. de accusat. incipit, an possit fieri denunciatio, & in nostra specie docet Henriquez lib. 6 cap. 17. num 4. littera E. Paramus de origin. Inquisit. qu. 10. n. 4 Mouentur, quia in hoc casu, & similibus vtilitas publica præfertur delinquêtis priuato bono correctionis, argumento cap. excommunicamus el 2. §. adijcimus de hæret ibi. occulta conuenticula celebrantes; vbi in casu hæresis fraterna correctio prorsus omittitur.

14. His tamen non obstantibus affirmatiuam sententiam tenent Paludan. *in 4 dist. 19. quæst. 4. Sotus de ratione tegendi, memb. 2. quæst. 1. & de iust. libr. 5. q. 5. artic. 1. Castro libr. 2. de iusta hæret. punit. cap. 25. concl. 1. vers. nisi fortè. Nauar. cap. 18. num. 56. & capit. 24. num. 14. Graphis 1. p. decis lib. 2. cap 59. num. 18. Repertor. Inquisit. verb. denunciatio, Tolet. libr. 5. Summæ capit. 57. num. 2.* esseque communem Theologorum, & Canonistarum asserit Aragon 2. 2. quæst. 33. artic. 7. vers. dico secundo, Menchac. de successor. resolut. § 2. numero, vltim. qui omnes cum D Thom. dict. quæst. 33 articul. 7. id côncedunt in crimine hæresis, quod est fortius, dummodo tamen adsit spes emendæ, attentis circunstantijs personæ radicis non infe-

Comp. Foderici. Qq 3 ctæ,

ctæ, nec prauorum morum, vel conuersationis. Deinde, quia edicta generalia sub excommunicatione præcipientia hoc crimen denunciare, debent subintelligi, præmissa correctione fraterna, vt resoluit in specie D. Thom. dict. art. 7. ad quintum, & quodlib. 11. art. 3. & in edictis generalibus visitationis, et denunciationis, si datur spes emendæ, defendit noster Auctor tom 2. quæst. 6. art 4. 5 & 6. Vnde si fœmina certò credat per suam admonitionem confessorem ad meliorem frugem esse conuersum, vel moraliter speret ad cor reuersurum, de obligatur à tali delatione facienda apud Inquisitores: nam finis denunciationis tendit in emendam proximi, qua posita cessat obligatio denunciandi. Quapropter si in omnibus criminibus, etiam hæresis admittunt præfati auctores correctionem fraternam, à fortiori in huiusmodi crimine solicitationis fœminæ ad turpitudinem in ipso pœnitentiæ sacramento admitti potest, cùm non sit formaliter hæresis, maximè si detur spes emendæ in confessore aliàs labe natalium non infecto, nec in honestis moribus, aut similibus non assueto. Secus si confessor vt ex radice infecta descendens suspectus præsumatur, vel sit inhonestis moribus, nec signa ostendat doloris, & pœnitentiæ, vel ostendat ficto, & simulato animo, ex quibus spes non habeatur per charitatiuam correctionem redeundum ad meliorem frugem: tunc enim omninò est denunciandus, cùm crimen sit detestandum, & contra bonum commune, & sacramenti pœnitentiæ decorem, & sanctitatem. Et in hoc casu crediderim posse defendi, & practicari priorem sententiam traditam à D. Roderico dict. nu. 10. qui etiam hac nostra distinctione vtens, meliùs sentiens num 14. in nostram se propendit, citans pro ea vltra allegatos DD Roias *de fauore fidei, singul. 3 nu. 32.* & sequuntur Freytas *in annot. ad dict quæst. 18. num. 39. Portel late vbi suprà num. 18. & 20.*

15. Illud admonuerim cum Portel suprà num. 20 & D. à Cuña dict. tract. quæst. 18. num. 38. hanc rem maturo iudicio tractandam, neque enim fœminæ prouocatæ confestim deferre debent confessarios solicitantes, sed priùs viros doctos, & pios consulendos, à quibus salubre consilium petendum in re tanta. Qua de causa praxi receptum est apud Inquisitores spatium triginta dierum præfinire, vt denuncient. Illud etiam addendum, non facile credendas fœminas impudicas, cùm plerunque vindictæ causa, non verò bono animo confessarios insimulentur, cuius rei diligentior inquisitio rectissimo censoræ fidei iudicio committenda.

16. Tandem pro coronide aduerte, quòd fœmina solicitata non potest absolui virtute alicuius priuilegij, bullæ, aut iubilei, nisi denunciet, aut propositũ habeat denunciandi, vt expressè docet noster Auctor tom 2. quæst. 26. art. 1. in principio Nec item potest absolui ab excõmunicatione incursa ob id, quod non denunciauit intra terminum in edicto præfixum, cùm sit censura lata ab homine, quæ nisi à ferente, vel ab eius successore tolli non potest. Verum est tamen, quòd si denunciauit, vel est in proposito denunciandi, optimo iure poterit absolui, etiam post terminum edicti transactum, vel ab Episcopo ex vi facultatis illi commissæ in Tridentina Synodo, vel etiam à Regularibus virtute suorum priuilegiorum, quibus datur facultas absoluendi ab omni censura, etiam Sedi Apostolicæ reseruata, & in lata ab homine, tenet expressè Auctor tom 1. quæst. 61 art 6 Dummodò parti priùs satisfiat, cui satisfieri censetur fœmina solicitata, si iam denunciauit, vel parata est denunciare. Idem firmant Henriquez *lib. 5 de pœnitent. capit. 10. §. 3. littera H. & §. 11. littera T. Lucius in Summa summarum capit. 24. num. 11. Portel dict. verb. solicitare num. 30.* D. Roderic. à Cuña *dict. qu. 21. à num. 6. Freytas ibi in annot. num 25.* Trid. sess. 24. c. 6. de Reform.

Reliqua quæ de hac resolutione desiderabis, consultò omittimus, lectorem relego ad ea, quæ accuratè, ac doctè disseruit D. Rodericus à Cuña, quem semper in hac re adeundum suadeo.

RE-

RESOLVTIO CXXXII.

De Scrupulis.

1. Scrupulus est argumentum, quo apparentia intellectui repraesentantur contra id, quod scit, quod credit firmiter, quod cogitat, seu existimat verũ, quod neque tenet pro vero, neque pro falso: quod idem est, ac si diceretur: quod est contra scientiam, fidem, opinionem, & dubium. Differt autem scrupulus à dubio in eo, quod est argumentum contra illa quatuor proxime numerata; dubium verò est, quo intellectus non magis in vnam, quàm in aliam partem inclinat. *Tomo 3. quaest. 66. art. 1. de quo Nauar. cap. 27. num. 279. & in cap. nouit, de iudicijs, in rubrica nu. 43. & in cap. si quis autem, de poenitent. dist. 7. nu. 12. His consonant tradita à Soto de secreto, membro 3. quaest. 2. concl. 3. & à Portel in tract. quem scripsit de scrupulis, & extat ad calcem suorum sermonũ, seu exhortationum ad monachos, sect. 1.*

2. Sicut multiplex est huius infirmitatis scrupulorum origo, ita multiplex illi est adhibenda medicina. Aliquando enim procedit ex complexione ad timorem apta, vt est complexio frigida: quandoque à melancholia, & mania, per quam laeditur imaginatio, & saepe ipsa ratio: aliquando causatur ab ipso daemone, qui est tranquillitatis destructor: quandoque ex nimia, & immoderata abstinentia, vigilia, & similibus. Aliquando etiam ex societate timidorum, & communicatione scrupulosorum: quandoque tandẽ ex ignorantia, & conscientia erronea, ex nimia imaginatione, & consideratione, cura, ac solicitudine nimis intenta circa res repraesentatas, timendo vbi non est timor dum, & existimando peccare, vbi non est peccatum, nimisque solicitum se gerendò circa omnia venialia cauenda. Ibid. art. 2. de quo videri possunt D. Anton. 3. p. tit. 3. c. 10. §. 10. D. Thom. 1. p. q. 115. art. 5. ad primum.

3. Remedia igitur his applicanda sunt. Primum, debita praeparatio ad gratiam, auxiliùmque Dei promerendum, vt sic illuminetur scrupulosus, et sanus fiat, idque maximè quando ab hoste maligno excitantur scrupuli, quod debet fieri orationibus, & inuocationibus Sanctorum, ieiunijs, eleemosynis, aliisve pijs operibus. Secundum de cõsilio sapientum contemnere scrupulos, agereque contra illos, vt ex tali consuetudine agendi in contrarium fiat homo robustior in via virtutis: imò & de proprio consilio id facere etiam licet ex probabili, sufficientéque causa, maximè quando est doctrina, & scientia pollẽs. Tertium est subiectio, & captiuatio intellectus non solùm in obsequium obedientiae, & iudicij superiorum (quorum determinationi subditus tuta conscientia debet stare in dubijs conscientiae) sed etiam sapientum, prudentum, bonorúmque virorum, imò & sui ordinarij confessorijs, quantumcunque sibi aliud videatur. Quartum est distrahere imaginationem ab illis, à quibus scrupulus oritur, ipsa enim nimia attentio ad vitandum scrupulum auget, & generat nouum scrupulum, mora namque vna phantasia, consequenter plures mouentur. Vnde non sunt adducenda multa ad conuincendos scrupulosos, quia ex eis ansam sumunt ad progrediendum in sua infirmitate, ac fortiùs scrupulizandum, sed paucis verbis absolutè demittendi sunt, asserendo eorum scrupulos nullo niti fundamento: imò ipsos esse fatuos, & mente alienos, vt ex tali repulsa confusi vexatio det intellectũ. Quintum est prudens legum, & scripturarum secundùm aequitatem, seu epijcheiam moderatio, seu interpretatio. Ibid. d. art. 2. per totum, de quo Nauar. lib. 5. consil. 17. de poenitent. & remiss. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 20. quaest. 6. Gerson 3. part. summae tractat. de remedijs contra pusillanimes alphabet. 69. littera Q. & de remed. contra spiritum blasphem. alph. b. 71. littera. N. O. P.

4. Alia remedia particularia possunt etiam

etiam applicari huic vitio, seu infirmitate laborantibus, qualia sunt, vt à repetendis nimium confessionibus se abstineant de consilio superiorum, & peritorum, de venialibus non multum curent, ne in confitendo, & reconfitendo inquietentur, grauiora tantũ propalando. Rursum nimis scrupulosi in recitando Diuinum officium consulendi sunt, vt non repetant quod semel recitarunt, etiam sine actuali intentione, sufficit enim virtualis, & quòd distractio nõ fit ex industria, seu ex notabili, ac culpabili negligentia, vt tenent omnes: melius enim, ac consultius est dolere de modica distractione, & neglĩgetia in officio Diuino, quàm ex nimia reiteratione magis inquietari, vt in plurimum solet fieri. Item qui agitantur importunis tentationibus, & cogitationibus blasphemiarum, & spurcitiarum cõtra Deum, & Sanctos, contra fidem, & castitatem multimode, & multis licter, præsertim inter orandum, & contemplandum, sciant, & considerent, quòd vbi est displicentia, & nullus assensus: imo potius pœna, & afflictio spiritus, nõ adest peccatum, quin potiùs imputabitur ad meritum, & culparum purgationem ob pugnam, & conflictum. Vnde non est cur desistant ab oratione, & contemplatione, spernẽdo tales spurcitias, & blasphemias, irrideãntque sordes inimici, ac in ipsum illas retorqueant, sicque immundus spiritus spretus, & contemptus cum suis sordibus recedet, non patiens se ampliùs sic contemni: nisi huiusmodi tentationes ex causa culpabili, putà ex negligentia, otio curiositate, aspectu incauto, labore, seu abstinentia indiscreta, & similibus prouenlant, tũc enim sunt propalandæ in confessione, ad remedium debitum tali causæ adhibendum. *Ibidem §. quartum dubium*, de quo Gerson *de discret. exercit. deuot. & contra spiritum blasphem. alpha. 71. littera M. & N. & de diuers. tentat. Diaboli, alphab. 70. littera T. & tract. de meditatio. consf. 16. alphab. 68. littera P. Videantur ad idem Caiet. in summa verb. scrupulositas, Nauarr. d. consil. 17. Vazquez 1.2. disput. 68. capitul. 2. Azor d. capitul. 20. quæst. 7.*

5. Præterea qui nimis timorati, nimisque soliciti versantur, ne Deum offendant, existimantes se in omni opere bono deficere, & peccare, debẽt inquirere, & inuestigare, ad quid sub reatu mortifero teneantur (ad quod sufficit quædam moralis, ac probabilis certitudo de consilio prudentum) idque solicitè caueat, de minimis autem, seu venialibus non curent, nisi iuxta superiùs dicta. Nimis verò timentes, & secum conferẽtes de sua prædestinatione, vel reprobatione propter infallibilitatem Diuinæ voluntatis in prædestinando, vel reprobando, cui non est qui possit resistere, per quod in desperationem labuntur, aut in profundum peccatorum deducuntur, consulendi sunt, vt omninò de his non curent, nec cogitent, sed diuertant se ipsos ad alia agendum, & pẽsandum, maximè in articulo mortis, vbi maius periculum in tali tentatione adest, & maior insurgit oppugnatio hostis inuisibilis, sed sient firmissimi in fide, & spe iactantes penitus cogitatum suum in Domino, & ipse eos enutriet, & dabit perseuerantiam in bono vsque in finem. Item considerent, quòd quidquid de illis disposuerit Deus, rectè, & iustè esse dispositum, conformando se in omnibus Diuino placito, & quòd vnusquisque tenetur quod in se est facere, seruando præcepta Dei, & Dominus faciet pariter iuxta libramen suæ iustitiæ, dando vnicuique secundũ opera sua, & à se promissa seruantibus legem suam. Præterea pensare debent, quòd licet sint de numero reproborum, & Deus positiuè eos pro reprobatis habeat, adhuc eidem Domino obedire, & seruire oportet ob suam Diuinam excellẽtiã, beneficẽtiã, & misericordiã in collatis beneficijs, & quòd benè, & iustè viuendo, mitiùs in inferno punientur: & quòd Deus procliuior est ad benignitatem, & pietatem, quàm ad rigorem, & iustitiã, nõ. n. vult mortẽ peccatoris, nec delectatur in eius perditione sed potiùs vult omnes homines saluos fieri, & gaudet in cœlo cum Angelis suis super vno peccatore pœnitentiam agente, vt ipse Dominus testatur Lucæ Lucæ 15. Tandem quòd licèt sibi manifestus

non

non sit eorum exitus, adhuc non debet à benefactis cessare, certissime enim si bene egerint, bene recipient, sin autem malè, male retribuetur eis, dicente B. Hieronimo, quòd bona vita signum est, vt in plurimum, boni exitus, & raro alter accidit, & è conuerso mala vita signum est mali exitus, ibidem §. sextum dubium, de quo Gerson de diuers. tētat. diaboli, alphab. 70. litera Q. & de medit. spiritual. alphab. 75. Videatur ad hoc B. Ambrosius libr. 2. de vocatione Gentium capit 8. vbi sic ad propositum scribit scrutantibus Diuinam prædestinationem, vel reprobationem, Verumtamen de hac altitudine discretionis Dei non conturbabitur cor nostrum, si fida, ac stabili fide, omne iudicium Dei rectum esse credamus, nec appetamus habere cognitum. Et alludens, ad illa verba Psalmi 118. Iustus es Domine, & rectum iudicium, tuum, sic addit: Si namque de fide habemus, Deum in suis operibus esse iustissimū, quæ eicamus, quod Deus iustissimus erit, siue me à cęlo excludat propter peccatum, siue ad celū ducat ex sola, sua misericordia. Hæc Ambrosius, & piè.

D. Hiero. In suo testa. apud August. in moral. c. 25.

Psal. 118.

6. Denique qui videntes se carere spirituali dulcedine scrupulizantur de salute sua, aut scilicet sint in gratia Dei aliqualiter desperantes, eo quòd illa spirituali deuotione, ac dulcedine priuatos se sentiunt, imò potius aridos, & indeuotos, & ferè absque vlla affectione ad res Diuinas, quapropter se in peccato esse aut reprobatos existimant, hi inquam, considerare debent, quòd sensibilis spiritus dulcedo, & actualis experientia deuotionis non sunt signa infallibilia gratiæ Dei, & charitatis, neq; reddunt hominem perfectiorem (licet ad perfectionem excitant, ac iuuant) nec è conuerso ariditas, & indeuotio signum peccati, & reprobationis. Præterea, quia licet præfata deuotio, ac dulcedo mentis ad acquirendam perfectionem admodum valeant, sæpe tamen occasionē præsumptionis, erroris, propriæ affectionis, nimiæ confidētiæ, otij, ac inanis, gloriæ præbent. Aridus verò ac indeuotus exercens se in actib. virtutum ob amorem, & honorem Dei purum, cæteris paribus, magis placet Deo, quàm fruens illis suauibus experimentis, ac spiritus dulcedine, agit enim cū ma ore difficultate, & pugna, & quasi suis expensis (vt ita loquar) laborat, & seruit Deo pro eius amore, & honore certando, ideoque magis, aut saltem æque, vt ille alius impetrabit, & tandē Deus prospiciens eius humilitatem, & perseuerantiam, dabit postea largiter illi superabundantem rorem benedictionis, & dulcedinis suę, sicut de B. Teresia de Iesu fertur, quæ per annos pluris viginti (ni fallor accepi) hac ariditate spiritus oppugnata fuit, sed tandē Dominus prospiciens humilitatem, & afflictionem ancillæ suæ, ipsammet tanto gratiæ imbre, & spiritus dulcedine irrigauit, vt torrente voluptatis suæ potare eam videretur, qua propter Beatā prædicant illam omnes Ecclesiæ generationes, ibidem §. septimum dubium, de quo Gerson locis citatis, & de consolat. Theolog. lib. 4 pros. 3. Videantur ad idem D. Gregor lib. 6. Epist. 22. ad Gregorium, August. de correptione, & gratia cap 13. D Hier. Epist. 127. ad Fabiolam, mansione 23. & epist. 22.

RESOLVTIO CXXXIII.

De Sacris Stigmatibus B. P. N. Francisci.

1 De Sacris Stigmatib. B. P. N. Frācisci nonnulla diximus suprà resolut. 23. num 7 & 8. vbi referuntur octo Bullæ diuersorum Pontificum in laudem, & approbationem impressionis horum sacrorum signorum in corpus Seraphici Patriarchæ ab ipso Christo Domino in forma Seraphim factæ, & contra quosdam eadem temere negantes, & oppugnantes, in quarum altera etiam prohibetur, quod nullus sanctus, aut sancta, beatus, vel beata cum huiusmodi, Stigmatibus depingatur,

Bull. bul. 6. & 12. Alex. 4. & Bul. 19 & 25. eiusdem, & bull 8. & 9. Grego.

tur, nec quis audeat prædicare, vel scripto, aut verbo asserere aliquem sanctũ, vel sanctam ea Stigmata habuisse præter B. Franciscum. Quod maximè debent aduertere, qui sine scrupulo seu stimulo mentis audent, vel faciunt depingere, & pictam cum Stygmatibus populo inuiendam proponsit B. Catherinam de Senis contra prohibitionem tantorum Pontificum, sub pęna excommunicationis Sedi Apostolicę reseruatæ factam, quorum Bullæ extant apud Bullarium. Idem tradit P. F. Bartholomæus Pisanus libr. 3. conformitatum fructu, & conform. 31. fol 209. in antiquis col. 3. littera M. vbi alt, quòd hoc priuilegio solus B. Franciscus gaudet, prout sancta mater declarat Ecclesia, scilicet quòd à Christo sit Stigmatizatus, vbi etiam fol. 208 pag. 3. littera F. & H. paulo antè asserit, quòd meritò ipse sanctus non solum fuit martyr desiderio, sed & corpore, experiendo Christi dolorem in suo corpore, qui omniũ martyrum dolorem excessit, & miraculum magnum fuisse, addit, potentiæ Saluatoris vitã illius prę seruando per tantum tempus cum talibus plagis, ac doloribus maximis.

2. Ne autem vllus dubitandi locus circa veritatem horum sacrorum Stigmatum supersit, libuit in præsentiarum referre hic testimonium, seu narrationem Austergij Cardinalis de prodigio sastationis funeris P. N. S. Frãcisci, qui, inquam, fuit vnus de socijs, qui simul cũ Nicolao V. Pontifice maximo ingressus est ad visitandum, & videndum sacrum corpus B. Patris, anno Domini 1449. post eius felicem obitum 218. vt habetur in quadam Epistola Francisci de Pauto Ducis Andriæ ad Andriensẽ Episcopum relata apud Seduliũ in sua Historia, fol. 154. Austergij Cardinalis narratio sic se habet.

Nicolaus huius nominis Pontifex V. anno Domini 1449. Beati Petri Apostoli Sedem strenuè gubernabat, huic dũ Assisij moram traheret, venit in mentem, vt Beati Frãcisci corpus oculis proprijs cerneret, ac inspiceret, ob quam causam accersitus est ab eò Dominus Petrus de Noceto, ad quem Pontifex: Vade, inquit, ad Guardianum loci huius, & meo nomine illi significabis, me omninò visitaturum esse, & visurum Beati Francisci corpus. Iuit Dominus Petrus, & iussa sibi imposita perficiens, reuersus est, ad Pontificem, dicens: feci Beatissime Pater, quod mandasti. Guardianus autem his auditis sermonibus nimio pauore correptus est, ita vt in magno dubitationis agone fuerit positus: ex vna enim parte contradicere non audebat voluntati summi Pontificis, ex altera verò verebatur, ne tam sacrum, & pretiosum pignus auferretur ab Ordine, velut per alios priùs fuerat attentatum, & ipse postmodum calumniam sustineret à ciuibus. Ea propter adiens Pontificem, modò huc, modo illuc tanquam demens, & vagus incedebat celans animum suum. Cùm autem fortiter cogeretur, vt Pontificis impleret mandatum, petijt humiliter, vt rem istã Fratribus loci palàm facere permitteret Pontifex, qui postquam illos fuisset allocutus, ad Pontificem iterum reuersus est, dicens: Obedientiam, prout Ordinis dignitas expostulat, tibi præbere parati sumus, Beatissime Pater, dummodò vnum iuxta beneplacitum nostrum impleueris: porrò si tui desiderij cupis esse compos, tribus tantùm, & non pluribus tecum assumptis ad locum descẽdere necesse est. Quinta verò hora noctis adueniente descendet tua Sanctitas, & oculis proprijs conspicies quem ardenter videre desideras. Quo audito Nicolaus Pontifex, qui rectè, & sinceriter se gerebat in negotio, lætus, inquit, assentior. Gallicus verò quidam Episcopus magnæ auctoritatis vir apud Pontificem hæc audiens, Pontificem allocutus est, dicens: Non tibi conuenit Beatissime Pater, horum Fratrum assentire voluntati propter scandalum, quod Ecclesiæ Dei aduenire posset. Ad quem Summus Pontifex: Non sic erit, inquit, quoniam rectè, ac fideliter in hoc negotio pergo: idcircò, Deo præstante, mei desiderij compotem me fore spero. His dictis Põtifex Nicolaus elegit me Austergium, Petrum de Noceto, & præfatum Episcopum Gallicum: Guardianũ verò cùm tribus Fratribus simul adesse man-

mādauit, visitaturis ipsis, & visuris corpus Beati Patris: qui nobis iuncti, fuisque indumentis depositis, hora congruenti cum adfuissemus ad paratum locū, admoti sunt lapides, cum quibus ianua fabricata erat, gradúsque marmoreos diligenter aspeximus, quos & magno silentio descendimus. Et ecce ostium ferreum habuimus obuiū, in quo tres catenæ ferreæ ex ordine] stabant, quæ illico fuerunt apertæ clauibus, tunc Guardianus flexis genibus Pontificem allocutus: Ingredere Pater sanctissime, qui solus ingrediēs, ante pedes sancti corporis prostratus humiliter tam vehementer plorabat, vt fremitus audiretur à nobis. Postquam verò Summus Pontifex consecutus est, quod desiderium suum flagitabat, ad se reuersus introduxit & nos, qui cùm peruenissemus ad locum, stupor equidem incredibilis omnes inuasit. Verè inuestigabiles viæ Domini, & iudicium eius ab omni humana cogitatione prorsus alienum? Quis vnquam audiuit, aut quis talia affatus est, vt corpus humanum per tot æua mortuum super plantas rectè staret? Sed non fuerat abbreuiata manus Domini. Erat autem locus ille cernentibus nobis instar paruæ Ecclesiæ, habens tres fornices, siue testitudines, & cameras, tribus in latitudine erectis, media verò, quæ ab anteriori parte erecta erat, miro marmoreo tabulato fabricata videbatur, In cuius medio basis, & pes columnæ lastra marmorea posita erat, supra quàm ex orientali latere corpus illud sacrum Seraphici Francisci erectum stabat, facie ad occasum tendens, & oculis eleuatis in cœlum, manus verò coopertæ erant habitus manicis, & simul iunctæ, vt Fratres ferre consueuerunt: erat autem corpus ita incorruptum, quasi esset prima die positum, videbatur enim quasi dormiens. Ex alio verò latere alium erectum stantem vidimus habitu B. Dominici indutum, qui & manus simul iunctas habebat cum articulis sursum iunctis, veluti mos est orantium: oculi verò eius ad B. Francisci pedes intuebantur. Ambo autem ita viuidos & splendentes habebant oculos, vt nulla ad viuos esset differentia: odor insuper suauissimus talis erat, vt olfactus hominum nunquam tale senserit. Cumque summus Pontifex à lacrymis, & gemitibus abstinuisset, aliquantulum ad B. Francisci pedes iterum procumbens, manu fimbriā eius vestimenti extulit, nos verò sine sotularibus pedes aspeximus. O igitur felices oculi, qui hæc videre meruerūt, ò fortunati animi, qui hæc meditari digni inuenti sunt; magna enim his fuerat collata gratia, vt in seruo liquido adspicerent, quę in Deum minimè videre poterant. Erat enim in pedis sancti medio foramen cum sanguine ita recēti, ac si tunc mucrone pes fuisset confossus, cuius quidem rei aspectu singultus magnus omnes arripuit. Et quis cogitare posset animi motionem? animam præ deuotione liquescere? alienari sensum? & vires totas destitui? omnes autem ante recessum è loco, osculum dedimus sancto pedi, omnesque pariter ob odorem refocillati sumus. Pes verò alius fimbria habitus operiebatur, nec nobis visum fuit illum violenter arripere. Manus similiter perforatæ, vt pedes cernebantur recentem sanguinē ostendere. O igitur memoria profundæ nostræ Redemptionis, in seruo intueri, quæ in Redemptore priùs fuerāt. O igitur sacra vulnera, & dulci osculatione digna, quæ post humanū lapsum in remedium data sunt? & quis nostrū, qui ibidē aderamus, ausus fuit ampliùs sacrum corpus tangere, nisi solus summus Pontifex? Ipse enim manus illius pretiosas deuotissimè osculatus est, osculúmque sacro ori dedit. A quinta verò noctis hora vsque ad vndecimam illic mansimus, suauissimo odore repleti: cùm verò à narrantibus nunciatum illic nobis fuit, diem propè esse, doluit quàm maximè: visum enim fuerat nobis per horam ibi fuisse. In illis verò tribunis sociorum B. Francisci corpora tumulata iacent, vnusquisque enim locum suum possidet, vnus hic, & alter hic: ante ostium verò loci iacet corpus illius extatici viri Dei Fratris Ægidij, quorum corpora absque diminutione vlla integra cernuntur suauissimum odorem redolentia. Ad extremum autem.

tem.

tem magna cum animi fortitudine roborati omnes inde recessimus.

Cardinalis verò Austergius, quem superiùs memorauimus (inquit Lotius in dicta Epistola) quamuis in memorata infirmitate aliquantulum conualuisset in die (nocte enim præcedenti in extremis fuerat laborans) attamen nocte sequenti naturæ debitum soluit, nec est dubitandum, quòd tantus homo, à quo hæc, quæ narrauimus, accepimus dum ad vitæ peruenisset extremum, composuisset mendacium, referens illa, quæ vera non essent. Affirmabat quoque, antequam spiritum redderet cęlo, quod Nicolaus Pontifex dum è loco illo sacro recederet, promisisset Guardiano & cęteris, qui simul aderant, nulli mortalium palàm facere quæ viderat, dum ipse viueret, quamuis non parui penderet illa manifesta fieri apud omnes deuotos, qui non secundùm carnem ambulant. Hæc apud Sedulium, & refertur inter opera Domini, ac Domini Fr. Francisci à Sosa Episcopi Segouiensis in opusculo, cuius titulus est Sanctorale Seraphicæ Religionis *à fol. 25.*

RESOLVTIO CXXXIV.

De Taurorum agitatione, & spectaculis.

1. TAurorum agitationem, seu ludū omninò damnabilem, & illicitū quidam iudicant, eo quòd frequenter ex illo vulnera, & neces solent oriri. Adhibita tamen tali cautela, & moderamine circa id, vt probabiliter credatur non euenturum notabilia nocumenta vulnerum, ossium confractionum, ac necium, nō est cur culpæ mortalis reatum huiusmodi ludos exercentes incurrere iudicemus; secus minimè illa cum dicto moderamine, & extra dies festiuos permitterent Gregorius XIII. & Clemens VIII. moderantes constitutionem Pij V. id ipsum omninò prohibentis. *tom. 3. qu. 68. art. 1. de quo Nauar. in manual. cap. 15. nu. 18.* Bernard. Diaz *in pract. criminal. c. 66. per totum, Spino ac testam gloss. 2. à num. 27 Gutier. lib. 1. canon. c. 7. per tot. Cened. ad decretal. collect. 13. nu. 3 Gregor. Lopez l. 57. per text. ibid. tit. 3. p. 1. Marian. tract. de spectac. c. 24. & 25. Parlad. lib. 2. quotid. c. 7 Garc. de expensis c. 21. num. 29. Amescua de potestate in seipsum lib. 2. cap. 11. Amaya lib. 3. obseru. iuris c. 5. à num. 69.*

2. Regulares cuiuscunque ordinis, & instituti, etiam nullo ordine insigniti assistētes taurorum spectaculis mortalis culpæ reos esse, excommunicatione que posita à Pio V. ligari nemo sanè dubitare potest, Clemens enim VIII. hanc pœnam tantùm sustulit à laicis, & clericis sæcularibus, eam relinquens in suo vigore quoad regulares. Vnde nescio, quo præualuit consuetudo apud viros aliàs doctos, religiosos, & Doctoratus gradu insignitos interessendi sine motu prorsus mentis huiusmodi bestiarum congressibus, scientes id esse tā alienum à ministris Dei, & religiosæ professionis alumnis, reprobatum, item reprobatum à Vicario Christi Domini sub anathemate, quòd nescio, quo modo subterfugere queunt sine speciali permissione, & Bulla Sedis Apostolicæ in oppositum, sanè nunquam ad aures meas peruenit talem dispensationē Apostolicam aliquando emanasse, & gauderem equidem de hoc certiorem, & conscium fieri: vnum tamen non ignoro, quòd religiosos timoratos, ac morum grauitate præditos nemo vnquam vidit talibus ludis interesse; imò neque aliquos ex clericis sęcularibus, moti ex eo quòd admonentur à Domino Papa Clemente VIII. ne, saltem Beneficiarij, seu Parochi Ecclesiarum huiusmodi ludis, & prophanis Gentilium spectaculis assistant, indecēs enim est, vt illi qui Christum Dominum mansuetissimum agnum representant, proprijs oculis intueantur, & approbent hæc cruenta, turpiaque dæmonum, & non hominum spectacula. ibid. art. 2. de quo

Gutier.lib.1.canonic.cap.7.nu. 20 cum seqqq. Beto Diaz vbi suprà.

3. Morientes in congressibus cum tauris,alijsque bestijs non sunt priuandi Ecclesiastica sepultura,quia Clemēs VIII. non solùm pęnam excommunicationis,sed etiam alias pœnas positas à Pio V.omninò sustulit, reducendo eas ad terminos iuris communis, in quo talis priuatio sepulturæ non inuenitur cōtra taliter decedentes. ibid. §.tertio notandum de quo Alcozer de ludo capit. 53.conci.5 pag.298.

4. Præfatam verò Bullam, seu prohibitionem Clementis VIII. fundatam in religione ad canonicos regulares extendi,certi iuris est,sunt enim verè regulares professores instituti à Sede Apostolica approbati, quod & verba præfatæ Bullæ satis aperte indicant,ibi: Exceptis monachis, cæterisque cuiuscunque Ordinis, & instituti Regularibus. Item & ad clericos professos Ordinum Militarium extenditur, non tamen ad milites,seu Commendatores sæculares ipsorum,quibus Gregorius XIII. permisit interesse dictis ludis taurorum, sicut & laicis,ibid.art.3 & 4.& tom 4. addit.summæ cap.144. numer. 1 de quo Nauar.in c non dicatis, num.12.

5. Licitè assistit agitationi taurorū religiosus.non vt videat oculatim, sed vt abstractus intra domum postea videat alia spectacula,seu ludos non prohibitos,quia ille talis moraliter non assistit tali actui, nec proprijs oculis videt,vbi autem cessat ratio legis,eius etiam dispositio cessat,ibidem art.5. de quo in simili Gutier.lib 1.Canon ca.7. num 42 & 43 1.edition.

6. Repræsentationes comędiarum, ac ludorum, & alia spectacula in rigore sunt indifferentia;item officium histrionum secundum se non est illicitū, neque illud exercentes sunt in statum culpæ mortalis,dummodò non vtantur verbis inhonestis , vel factis,aut in rebus,vel temporibus indebitis. Rectè tamen apud aliquas Religiones statuto prohibetur assistere huiusmodi repræsentationibus,& spectaculis, indecens enim est Religiosis audire prophana, & impudentia,quæ ibi aguntur,ex quo aliqui vsum comœdiarum reprobant, ipsasque peccatorum publicorum scholas esse affirmant,ibidem art.6.de quo D.Thom.2.2.quæst.168.art. 3. ad tertium.

RESOLVTIO CXXXV.

De Testamentis.

1 TEstamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo , quod quis vult post mortem fieri, cum hæredis institutione,l.1.ff.de testamant. est autem duplex, quoddam dicitur nuncupatiuum,id est,sine scriptis , in quo testatoris,hæredis,& legatariorum nomina , & omnia in eo contenta coram testibus manifestantur, de quo in l.hac consultissima,C. de testam.§.fin.instit. eodem. Aliud verò dicitur in scriptis, in quo testator non vult , quòd aliquis sciat suæ voluntatis dispositionem ,de cuius requisitis agunt DD. in l iubemus & in dict.l.hac consultissima,C.de testamentis, Auctor tomo 3.quæst.69 art. 1.de quo Panorm & Couarruuias in rubrica de testamentis, Anton.Gomez ad lib.3.Tauri, & lib v. variar.per plures titulos,Iulius Clar. libro tertio receptar.sentent.§ testamentum, Molina tomo 1.de iustit. disput.124. cum sequētibus, Lessius lib. secundo de iustit. cap.19.

2. Prohibitum omninò est Religiosis post professionem condere testamētum cap 2.de testamēnt.in 6. c.quia 19. quæstio 3. Papa tamen bene potest illis facultatem facere de illis testandi, quorum administrationem habent sine præiudicio, seu transgerssione voti paupertatis . Qui verò ante professionem non fecit testamentum , liberè, & licitè potest bona sua inter liberos di-

distribuere, iuxta legum dispositionē, ad quod licentia prælati sufficit, Auth. si qua mulier, C. de sacrosan. Eccles. & auth. nunc autem, C. de Episc. & cler. admissa, & canonizata in capitul si qua mulier 19. q. 3. Religiosus autem morti proximus petens à prælato, vt distribuat sua suppellectilia aliquibus, non censetur testamentum condere, distribuit enim ad voluntatem, & placitum prælati, qui si velit, iustè potest precibus eiusdem inclinari, ibidem art. 2. de quo Nauarr. in cap. non dicatis, nu. 44. & 45. & num. 22. Idem docent etiam in testamento ad pias causas, Bartol. in li. 1. q. 3. C. de sacros. Eccles. vbi Bald. nu. 15. Sylu. verb. testamentum 1. quæst. 4. ad fin Nauar. comment. 2. de Regularibus num. 22. corol. 10. Magdalenus de numero testium 2. p. cap. 4 in fin. & alij quos refert, & sequitur Sanchez libr. 7. decalog cap. 8. à num 2. vbi etiam nu. 11. & 12. probabilius existimat, posse Religiosum ex superioris licentia donare causa mortis aliquid moderatum, vel distribuere ad placitum, seu dispositionem prælati, & quod possit testari ex Pontificis licentia, tradit latè à nu. 45. & cap. 9. à num. 1. vbi agit de distributione bonorum facienda inter liberos.

3. Religioso professo non licet irritare, aut alterare testamentum à se ante professionem conditum, ex regula generali, quod non potest reuocare testamentum qui illud condere non potest, l. 1. ff. de testamen. Rectè tamen poterit verba dubia sui testamenti, mentemque, seu intentionem suæ voluntatis declarare, valetque talis declaratio, sicut valet testimonium eorum, qui deponunt de voluntate defuncti, prout ab ipso adhuc superstite, dum testabatur, audierunt, quidquid in oppositum contendat Nauar. num. 53. in dict. cap non dicatis, Auct ibidem art. 3. Idem docet Sanchez lib. 7. decalog. c. 12, nu 13 16. & sequentib. post Magdalenum, & nostrum Auctorem, vbi nu 17. & 18 de vera, & propria declaratione voluntatis obscuræ, & incertæ, & quando ea conuenit verbis eisque aptari potest, id sub intelligi, asserit, & nos tetigimus supra resolut. 101. numero 50.

4. Monachus factus Episcopus non potest condere testamentum de bonis acquisitis nō intuitu Ecclesiæ, nisi cum dispensatione, & facultate Papæ, quia is non absoluitur per Pontificalem dignitatem à voto paupertatis, quod benè compatitur cum Episcopali munere ibidem art. 4 de quo D. Tho 2. 2. q. 185. art. 8. ad tertium, Soto de instit. libr. 10. quæst. 5 artic. 7. & communem testatur Couar. in cap 1 de testamentis num 18. in fine. Idem firmant Nau. de redditib. q. 1. monit. 9. nu 2. & q. 3. mōnit. 11. n. 1. in noua edit. Redoan. de spolijs Eccl. q. 3. §. fin nume. 14 & 15. habetur tomo 14. tractatuum, Graphis 2. part. decis. libro tertio capit 19 numer. 87. & 88. Fuluius Pacianus consil. 132 num. 33. vol. 1. Tapia Authent. ingressi. verb. sua cap. 7. num. 85 C. de sacrosanct. Eccles. Azor tomo 1. instit. moral. lib. 12. cap. 7. quæst. 2. §. vltimo, quos, & alios cum nostro Auctore pro hac sententia refert, & sequitur Sanchez lib. 6 decalog. c. 6. num. 10 quidquid ipsi Auctori falsò tribuat oppositum Portel verb. testamentum nu. 3.

5. Facultas testandi à Summo Pontifice concessa Episcopo monacho, an ad vnum testamentum coarctanda sit? Non coarctari rectissimè docet Auctor ibidem articulo quinto. Cuius sententiæ adstipulantur Nauarr. de reddit. quæstio. 3. à numero 23. Sarmiento reddit. 4. par. capitulo quarto numer. 3. & alij quos refert, & sequitur Rota in decis. nouissimis 1. part. decis. 47. Fachineus lib. 5 controuers. capitul. 99 quæ quæ sententia lege, & ratione nititur: lege, quia illud solùm dicitur testamentum, quod continet supremam voluntatem, l. 2. § testamentum, ff. quemadmodum testament. aperiant, l. omnium, C. testament. Rursus cùm quis habet liberam facultatem testandi, intelligitur habere, quæ legitima, & consueta est, l. si quando, C. de inofficios. testam. legitima autē illa propriè dicitur, qua testamentum cōditum posteriore reuocari, irritari, tolliue possit §. posteriore, instit quibus mod. testam infirm libro 4. ff. de adimend. leg cū mille vulgatis Firmatur, & illustratur sñia Auctoris.

Ra-

Rationē, quia quælibet diſpoſitio intelligi ſolet iuxta ſubiectam materiam, l. ſi vno ff locati, l. inſulam ff. præſcript. verb. ſubiecta autē materia deſiderat, vt teſtamentum mutari poſſit vſque ad ſupremum vitæ exitum, d. l. 4. cap. cum Marthæ, de celebratione Miſſar. ergo eodem modo accipi, & interpretari debet teſtandi facultas à Pontifice data, quamuis contrariam ſententiam minus benè probēt Couar. cap. cùm in officijs num. 21. de teſtam. Decius conſ 512. Socin. Iunior conſil. 89. lib. 2. Curtius Iunior conſil. 176. num. 27. Tiraquel. l. bones § hoc ſermone num. 126. ff de verb. ſignificat. Burſatus conſil. 30. num. 56. lib. 1. argumento dict. §. hoc ſermone, l. dotis 68. ff. iure dot. cap non poteſt, §. 1. de præbend. in 6. vbi dicitur quamlibet diſpoſitionem accipiendam de primo actu, quæ regula cùm ſit generalis, coangustanda eſt ad illos actus, qui prima vice perficiuntur, non verò producenda ad eos, qui ſua natura mutari poſſunt, Fachin. dict. c. 99. verſic. non obſtant.

Firmatur, & illuſtratur ſententia Auctoris.

6. Facultas teſtandi à Pontifice Epiſcopo Monacho data morte concedentis non expirat, cap. t. ſi ſuper gratia, de officio deleg. in 6 cap ſi cui nulla 34. in 1. p. de præbend. in 6. iuuat regula decet 18 de regul iur. in 6 Ita Auctor Ibid. art. 6. Cuius ſententiam probant poſt alios etiam Gutierrez lib. 2. pract quæſt. 75. num. 1. Barboſa l. diuortio, §. quod in anno, nu. 20. ff ſolut. matrim. Nauar. Sarmient. Molina, & alij plures quos refert, & ſequitur Sanchez libr 8. de matrimon. diſp. 28. num. 82. Gonzal. ad regul. 8. gloſſa 12 num. 35. Garcia de benefic 6. part cap. 2 num. 318. Rota dicta deciſ 47 Fachin. dict. lib 5. cap. 100. Cenedo canonica. quæſt. 38. numer. 34. & mutata ſententia tenet Couarru dict. c. cum in officijs num. 22. Neque id peculiare exiſtimes in hac facultate, idem enim ius obſeruatur in ceteris facultatibus gratioſis, quæ ſi referantur ad eos, quibus conceduntur, & à nullius alterius executione pendeant, morte concedentis nō expirant ex dict. ſuper gratia, dict. cap ſi cui nulla in 1. p ſic licentia non reſidendi non expirat, Sanchez cum pluribus nū. 78. Cened. num. 21. ſic facultas edendi carnes, ſeu lacticinia diebus vetitis, non ieiunandi, celebrandi extra locum ſacrum in priuato oratorio, & cæteræ indulgentiæ bullæ Cruciatæ, Nauar. cap placuit nu. 163. de pœnit. diſt. 6. & conſil. 6. de priuileg. cum multis, Sanchez d. diſput. 28. num. 77. & 93. Garcia dict. cap. 2. num. 318. & in materia indulgentiarum adi elegantiſſimum conſilium Menoch. 920. per totum lib. 10.

7. Commendatarij D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ apud Caſtellam, & Milites Ieſu Chriſti, S. Iacobi, & Auis in Portugallia cum habeant dominium ſuorum bonorum, etiam fructuum Cōmendarum, licitè poſſunt de his teſtari, vel inſtituere maioratum, non ſecus ac cæteri ſæculares, vt antiqua conſuetudine à multis retro annis facere conſueuere per ſua priuilegia, non obſtante conſtitutione Pij V. quam Gregorius XIII. reuocauit, ac penitus aboleuit apud Bullarium. Eandem facultatem teſtandi de quibuſcunque bonis per eos licitè acquiſitis, tam ratione Prioratuum, quàm beneficiorum, ſeu alias vndequaque per ſuam induſtriam obuenientibus, cum certis tamen conditionibus, habent Clerici non Conuentuales dictarum Militiarum, ex priuilegio Clementis VII. pro Ordine ſancti Iacobi, quo etiam gaudent Fratres Militiæ de Auis in Regnis Luſitaniæ per eundem Gregorium XIII. apud idem Bullariū. *Ibid. art. 7* de quo Molina *tract. 2. diſp. 141. à num. 5. & alter Molin. lib. 2. de primog. cap. 9. num 69 Sanchez libr. 7. decal. cap. 8. à nu. 30 & nos ſupra de Commend. reſolut. 28 num. 11 diximus.*

Bull. bull. 35. Greg. 13.

Bull. bull. 34. Greg. 13.

8. Dicti tamen Commendatarij Militiarum non gaudent priuilegio militum in teſtando, niſi actu ſint in bello, ſeu in caſtris contra hoſtes fidei pugnantes, vt conſtat ex § *illis* § *ſed hactenus, inſtit. de milit. teſtam. l milites C. eodem tit. Auth. tomo 4. Addit. Summa cap. 145. num. 2.*

9 Donati, ſeu Oblati apud Regulares rectè teſtari poſſunt, niſi ſe & ſua, præſentia, & futura monaſterio offerāt, non quia Religioſi ſunt, ſed quia per dona-

donationem piam à se factam priuauerunt se tali potestate. In Religionibus verò, vbi hi Oblati sunt verè Religiosi tria vota substantialia emittentes, vt in Ordine sancti Benedicti, etiam ex hoc capite testari prohibentur, ibid. art. 8.

Illustratur, & tuetur Auctoris sententia. Resolutio Auctoris continet celebrē quæstionem, nec satis pro dignitate à multis exagitatam. In qua illa sententiæ Auctoris pars, quæ asserit, Oblatos se, & sua Religioni tradentes testamentum facere non posse, verissima est, dūmodo Oblati Regulares sint, non sæculares. Quæ sententia manifestè probatur ex *Authent. ingressi, C. de sacrosan. Eccles. melior textus (qui in oblatis formaliter loquitur) in cap. vlt. vers. vnde, de success. ab intestato, ibi. respondit se testari non posse, quia se, & sua contulerat monasterio: notant per textum ibi in cap. in præsentia, de probat. Abb. num. 2. Felin. & Decius num. 5. Beroius à nu. 57. Castrensf. consil. 69. libr. 1. latè Card.* Thusc. pract. tom. 5. litera O. concl. 16. à numer. 7. Ab hac tamen sententia alij recedunt, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 7. decalogi cap. 8. num. 43. Mouentur præcipuè, quia licet Oblati sua monasterio offerant, id tamen impedimento non est, quominus testari possint: nam verius existimant, ad testamēti validitatem necessarium non esse, quòd testator bona actu habeat, sed satis sit, quòd aptitudine habere possit, capaxque sit dominij, ex optimo Papiniani loco in l. hæreditas 50 ff. de petit. hæred. tradit Gomez l. 13. Taur. Aluarad. *de coniectur. mente defuncti lib. 2. cap. 1. Barbosa in rubric. 3. p. à num. 16 ff solut. matrimon. Valasc. de partit. cap. 1. numer. 10. Castillo libr. 2. controuers. capitul. 17. à num. 2.*

Verùm hæc sententia vereor, ne falso nitatur fundamento, cùm veriùs sit, ad validitatem testamenti necessarium esse habere bona, idque vulgo probari solet ex *l. lex Cornelia 28 ff de vulgar & ex regula l. nihil. ff de verbor. significat. melius ex Vlpian. in fragmentis, tit. 20. vers. filius familias, ibi. Filius familias testamentum facere non potest, quoniam nihil suum habet, vt testari de eo possit: docens glos. 1. & Fulgos. in dict. l. hæreditas, vbi Cuiacius lib 6. quæst. Papiniani in principio,* & post Corrasium, & Alciatum constanter Valascus dicto cap. 1 nu. 13. Castillo, dict. capit. 17. per totum. Nec in contrarium mouere debet textus in dict. l. hæreditas, diuersum enim sensū habet, vt videre est apud prædictos.

10. Pater monasterium ingrediens quemlibet ex liberis suis in tertia parte bonorum potest meliorare, dummodo quinta pars competens monasterio relinquatur, prout concessum est in regno Castellæ parentibus sæcularibus, l. 1. & 2. tit. 6. lib. 5 nouæ recopilat. Si autem inter extraneos disponat, totū pertinet ad monasterium, qui loco filij succedit, & quintam partem, inter quos libuerit, distribuendi habet potestatem, nisi de licentia Papæ testetur cum clausula, quod monasterio non obstante liberè de bonis suis disponat. Ita debet intelligi confusè tradita ab Auctore ibid. artic 9. Pro quo facit quod tradit tom. 4. Addit. Summæ cap. 61. numer. 5. verb. Nouitij, nam ibi tradita conducūt ad intelligentiam dicti artic. 9. quo loci addit, quòd patri non licebit meliorare monasterium in tertia parte, existētibus filijs legitimis, quia lex concedēs facultatem meliorandi filium, procedit in filio vero, & naturali, & nō in ficto, quale est monasterium, ex Tiraquel. Elucidatur doctrina Auctoris. *in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. nu. 43. & 44 de quo etiam Molin de primogenit. lib 2. cap. 9. à numer. 57 Couar. in cap. 2. de testament. num 10 & 11. & in capit. cùm in officijs num. 7. eodem titulo. Idem docent Aluarad. de coniectura ta mente defuncti lib. 2. capit 1. numer. 5. in principio Angulo de melioritatibus l. 2. gloss. 1. num. vltim. alter Molina de iust.* tom. 1. disput. 141 colum 2. vers. hinc in regno Castellæ, & tom. 3. disput. 604 n. 4 & alij plures, quos cum nostro Auctore refert, & sequitur Sanchez lib. 7. decalog. cap. 9. nu 29. vbi num. 30. addit, aliquo filio in tertio meliorato, nulli posse patrem aliquid ex quinto tribuere, sed totum esse monasterij, quia etiā dato toto monasterio, non potest monasterium percipere tantum, quantum per-

percipit filius cui plus relictum est, vt petit authent. si qua mulier, Cod. de sacrosanct. Eccles. secus si tertium inter filios diuidatur, tunc enim solum poterit eis aliquid ex quinto dare, quando residuum quinti tantum est, quantum habet filius plus ex patris bonis percipiens.

11. Testamentum in quo Frater Minorita hæres instituitur absque cohærede, vel substituto est ipso iure nullum, & hæreditas deuoluitur aduenientes abintestato: Instituto verò simul cohærede, vel substituto illis accrescit portio Fratris instituti, iste enim omninò incapax est hæreditatis, ex capit. exiui, §. quia ergo, de verbor signific. nisi constet de mente testatoris voluisse valere testamētum iure codicillorum, & omnimodò, quo de iure valere potest, tunc enim in conscientia non licet succedenti ex testamento, vel abintestato hæreditatem retinere, ibid art. 10. de quo Syluest. verb testamentum 1. nu. 6. vide suprà resolut 72. nu. 12. & 13.

12. Apud Hispanos valet testamentum, etiam non instituto hærede. l. 1. tit. 4 lib. 5. recopil vbi latè Matienco glos. 9. Vnde testamentum in quo instituuntur hæredes Fratres Minores cum clausula quod hæreditas vendatur, & conuertatur in necessitates eorundem, valet, cum sit factum ad piam causam, quæ sustinet vicem hæredis, tomo, 2. quæst. 78. art 4. & tomo. 4. Addit. Summæ capit. 145. num 4. & nos diximus suprà de hæreditatibus dict. resolut. 72 num 13.

13. Testamentum ante ingressum Religionis conditum per professionem non rumpitur, si tempore testamenti de ingressu, seu professione testator cogitauit? secus si de professione non cogitauit, tunc enim rumpitur quoad portionem monasterio debitam, & non relictam. Vnde si talis debita portio relinquatur, testamentum quidem manet ratum, firmum, ac validum. Ibidem artic. 11. & nos diximus suprà resol. 101 n. 49.

14. In testamento non sufficit de verbis testatoris testes deponere, quæ audierunt, sed etiam, quòd simul viderūt ipsum talia verba proferentem, l. si non speciali, l. si vnus C. de testam. vbi habetur, quòd coram testatore debent testes sigillare, vel signare testamentum, aliàs nullius valoris existit, Ibid. art. 12.

15. Religiosi ritè possunt esse testes in testamento de licentia prælati, cap. n. per 51. de testibus, etiam quando monasterium hæres instituitur, vel eidem aliquid legatur, ex communi DD. quā praxis obseruat. Ibid. d. art. 10. in fine, & q. 71. art. 2. eod tom 3. Idem docent Surd. decis. 129 n. 1. Crassus tom. 1. cōmunium, lib. 4. tit. 10. num. 150. Molina de iustitia tract. 2. disp. 127. vers. vtrum autem, Farinac. tract. de testibus qu. 61. nu. 126. idem admittentes in Fratribus Minoris. Viuius tom. 2. comm. lib. 6 tit. 13 nu. 82. Surd. dict. decis. 129. nu. 2. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 6. decal. c. 13. num. 100. 101. & 102. Si tamen sine superioris licentia testes adhibeantur, an testamentum impugnari possit? Pars affirmatiua suaderi potest ex c vltim. 14. qu 2. Contrarium tamen verius est cum Farinac. dict. qu. 61. nu. 134. Sanchez dict c. 13. nu. 108.

Firmatur auctoris doctrina.

16. Religiosus non potest esse executor testamenti, nisi petita priùs, & obtenta licentia sui superioris, cap. Religiosus, de testam. libr. 6. Clem. 1. de testam. Clem exiui, §. verum, de verb. signific. aliàs erit irritum, & inualidum quidquid actum fuerit, vt tenet communis. Prior autem, seu alius prælatus localis potest id munus exercere absq; licentia Prouincialis, quia quidquid potest circa suos subditos, etiam sibi licitum est agere. Item potest superior, re integra, reuocare ex causa licentiam factam subdito ad huiusmodi munus exequendum, tomo 3. quæst. 70. art 1. de quo Couar. in cap. tua nobis, de testam. num 2. Syluester verb. testamentum 2. quæst. 2. Qua de re videri possunt Zeuallos communium qu. 404. latè post alios Sanchez lib 6. decalog. cap. 11. n. 43.

17. Fratres Minores absolutè non possunt esse executores testamētorum, Clementina, exiui §. proinde vers. verum etiam, de verbor. signific. nisi tantū cōsilium dando circa executionem, ac proinde benè possunt nominari consultores, seu consiliarij executorum, qui tamen non tenentur eorum consilium

sequi. Vel etiam potest ipse testator executoribus iniungere, vt non distribuant, nisi illis, quos Fratres elegerint. Imò & ipsis Fratribus potest committere electionem executorum, virtute cuius possint ipsi Fratres eos ad tale munus eligere: quia in omnibus his casibus cessat ratio prohibitionis, videlicet cõtrectatio, vel administratio pecuniæ, aut litigium. Ex eadem etiam ratione quando vltra Minoritam nominantur à testatore alij testamentarij sæculares, qui possunt conueniri coram iudice, ac petere, vel reddere rationem iuridica, optimo iure licebit ipsi Fratri Minori agere officium testamentarij, tũc enim ab alijs executoribus id potest peragi. Ibidem art. 2. & tom 4. Summ. cap. 146. num. 7. in fine de quo Couar. In cap. tua nos num. 1 de testament. Notandum peculiare esse in solis Minoritis non posse esse executores, etiam de licentia prælati, qua de re consule Sanchez lib. 6 decalog. cap. 11 à num. 24.

18. Quando testator iubet, vt de consilio, vel cum cõsilio religiosi exequatur testamentum, non est necessario sequendum eius consilium: secus si dicat, secundùm consilium: tunc enim necessario sequendum esse tenent plurimi. At (saluo meliori iudicio) existimo, attento, quod religiosus de licentia sui prælati executoris munus agere potest, ipsius consilium, & petendum, & sequendum esse, cum constituatur particeps in eodem munere seu officio. Vnde Minorita, casu quo possit esse executor testamenti, vt suprà diximus, necessario debet peti, & sequi eius consilium, vt quando distributio facienda est in ipsos Fratres Minores, vel in Moniales sui Ordinis (quo casu posse esse executores, seu testamentarios. tenet Bartolus infrà citandus) secus in casu, quo non potest esse executor, tunc enim de vrbanitate, & non de necessitate sequendum est eius consilium *ibid. art. 3.* de quo Bart. *in tract. Minor. libr. 3. cap. 2. & 3 dicto 1. Sylnest. verb. consilium num. 4 Ros. Ba verb. Religio 1. num. 7. Angel. verb executor numer. 2.* de qua de re plura tradit Sanchez *lib. 6. decalog cap. 11. à num. 27*

19 Religiosus executor testamenti licitè potest erogare suo monasterio de his, quæ sunt pauperibus distribuenda, etiam, si solus hoc officium exequatur, non tamen sibi metipsi, nisi sit in magna necessitate constitutus, vel habeat aliũ socium testamentarium, tunc enim potest. Idem dicendum videtur, quando Minoritæ committitur electio pauperum, quibus distribuẽda est aliqua eleemosyna, licitè enim potest suo monasterio, vel Monialibus egentibus sui Ordinis aliquid erogare *ibid. art 4 & in Addit. Sum. dict. num. 7. de quo Sylnest. verb. testamentum 2. qu. 2. Corduba sup. Regul. cap. 6 qu. 18. fol 231. § quinto patet, vbi à nu. 229. col 2 late rem tract. Idem docens Nauar in propugnacul. ad apolog de redditibus monit. 12. num. 12. Matienço lib. 5. recopil. l 14. tit. 4 glos. 1 nu 12. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez dicto cap. 11. num 59 & 61.*

20. Episcopus rationes exigere potest à Religioso testamentario, etiam prælato, ipseque reddere tenetur, Clement. vnica, de testam nisi fortè religiosus priuilegio muniatur, ne coram Episcopo possit conueniri rationis delicti, contractus, vel rei sitæ, cuius generis sunt hodie Mendicantes, & qui eorum priuilegijs gaudent. Illud exploratum est, testatorem non posse in suo testamẽto remittere necessitatem reddendi rationes hæredi, seu executori, neque vetare, ne ab Episcopo exigatur, cap. tua 17. de testam. Auctor ibid art. 5.

Neque enim priuatorum cautionibus iuri publico derogari potest, l. quod de bonis 15 §. 1 ff. ad legem Falcidiam, l. ius publicum 38 ff de pactis, l. si patronus 20. ff. de donat. capit. si diligenti 12. de foro competent. l. nemo potest 55. ff. de legat. 1. Qua ratione receptissimũ est, testatorem non posse remittere administratori, tutori, seu curatori necessitatem reddendæ rationis. l. quidam decedens, vers. nemo enim, ff. de administrat. tutor. l. si seruus vetitus. ff. de legat. 1. l. si quis rationes 9. l. Aurelius 28. §. Meuia ff. de liber. legat. Sola enim remissio operabitur, ne scrupulosa rationis inquisitio fiat. Qua de re adeundi Couarr. lib 2. variarum cap. 14. Escouar. lib. Probatur & illustratur, Auctoris doctrina.

lib. 1. de ratipcinijs capit 5 Guttierrez de tutel. 3. part. capitul. 1. à numer. 32. & capitul 14. à numer. 4. Mantica de coniectur libr. 9. titul. 8. à numer. 19. Menoch. libr. 4. præsumpt. 164. per totam, Felicius tractat. de societate c. 37. à numer. 36. Morquecho libr. 1. de diuision. bonorum cap. 1 num. 49. & 50. Cabedo decis. 136 num. 3.

De testibus, vide suprà de correctione Fratrum, resolutione 42. de testibus.

ADDITIO.

21. Diximus in hac resolut. numer. 2. accedente Pontificis licentia Religiosum posse vtiliter testari, idem probat Bartholomæus à S. Fausto in Thesauro Religiosorum lib 8. quæst 66 vbi à quæstion. 61. multa de testamentis Religiosorum tractat. Circa quam licentiam adhuc nonnulla addere oportet. Primò, vt testandi facultas coangustetur ad vsus pios, non verò extendatur ad vsus profanos, Nauarr. de reddit. quæstion 3. monit. 6. Molina libr 2. de primog. capitul. 9. numer. 67. alter Molina de instit disput. 141. & disput 604. numer. 5. & alij citati à Sanchez libr. 7. ad præcepta capitul 8 num. 51. Secundò, quod licentia expresse concedatur, Sanchez dict. capitul. 8 numer 55. Bartholom à S. Fausto d libr. 8. quæstion 70. Tertio, quòd non est necesse licentiam debere præcedere, sed postea superuenientem validum efficere prius testamentum à monacho absque illa conditum, quia tùm voluntas sit deambulatoria vsque ad mortem, non intelligitur vsque ad id tempus perfectum, & ideò satis est, vt valeat, quòd habilitas testandi tempore mortis interueniat, ita Nauar. tomo 2. de regular. à nu. 256. Gom l 41. Taur. num 2. Matienco l. 3. glos 3. numer. 4. titul. 4. libr. 5. Recopil. Sanch. d. cap 8 num 60 Contrarium tamen docent Manduf regul. 8. Cancell. quæst. 12. num. 18. Flamin. de resignat. l. b. 11. qu. 7. à num. 90. Conc. ad reg 8. glos. 47. num 48.

RESOLVTIO CXXXVI.

De Tertiarijs Fratribus.

1. FRatres Tertiarij Ordinis B. P. N. Francisci alij sunt in Congregatione viuentes, suntque verè, & propriè Religiosi tria vota essentialia profitentes, & gaudent omni exemptione à iurisdictione Ecclesiastica, subditi in omnibus Generali, & Prouincialibus Ordinis Minorum Obseruantiæ, fruentesque omnibus gratijs, priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus ipsorum Fratrum Minorum per Bullas Pij V. Gregorij XIII. apud Bullarium. Et idem est de Monialibus Tertiarijs viuentibus in communitate, vt cōstat ex duplici Bulla Sixti IV. apud idem Bullarium, in quarum altera habetur, quòd Generales, & Prouinciales Ordinis Minorū habeant sub sua iurisdictione omnes Fratres, & sorores Tertij Ordinis. Ab hoc tamen excipiuntur Tertiarij Portugaliæ, qui ex declaratione Cardinalis Mathæi Ordinis protectoris, & confirmatione Clementis VIII. nō sūt subditi Prouincialibus Obseruātiæ, sed suo Prouinciali Tertij Ordinis, & Ministro, ac Cōmissario Generali Ordinis, assignatis eis habitus forma, & colore. Idemque habet prouincia Tertiariorū in Andaluzia apud Hispaniā, fortè per communicationem dictæ concessionis Clemētis VIII. Alij verò Tertiarij sūt, qui viuunt extra Congregationem in suis proprijs domibus, & hi non sunt verè, & propriè Religiosi, vtpote qui non emittunt tria vota essentialia, eorum tamen Institutum potest dici Ordo, seu quidam modus bene viuendi ab Ecclesia approbatus, super quos non habent Fratres Minores aliquam iurisdictionem, sed tantùm quandam superintendentiam, seu curam spiritualem pro ipsorum directione, communicando illis

Bull. 32. & 33. Pij V. Bull. 4. & 25. Sixti 4. & bulla 15. Leon. X.

Bullar. in Bull. 14. Clem. 8. & in prin cip. §. 2. Registro.

aliquas indulgētias, & alia similia sine præiudicio decimarum, & tributorum ab eisdem soluendorum, ac iurisdictionis sęcularis, & Ecclesiasticæ, cui in omnibus subsunt, vt alij merè sęculares, ex Leone X. in Concilio Lateranensi. Huius Tertij Ordinis auctor, & institutor fuit B. Franciscus, qui licèt eius Fratribus aliquam certam regulam non tradiderit, aliquas tamen leges circa conuersat onem vtriusque hominis eis præscrit, quas in vnum collectas, &
Bullar. Bul.7.et 8 Nic.IV. moderatas, ac in formam regulæ redactas obseruandas tradidit, & confirmauit Nicolaus IV. & approbarunt Honorius III. & alij Pontifices. *tom.3.q 72. art.1.* de quo Carillo, *lib.1. de Tertiarijs cap 11. & lib.3. cap.5. Portel verb. Tertiarij à nu.1. vsque ad quartum.*

2. Tertiarij Ordinis S. Dominici in congregatione viuentes cum tribus votis essentialibus secundùm regulam à Sede Apostolica approbatam, cùm sint verè, & propriè Religiosi gaudent omnibus priuilegijs Religiosorum, ad instar Tertiariorum Franciscanorum, ex
In Bull. Bul.6. Paul.3. declaratione Pauli III. Apud Eremitas S Augustini, nec apud Carmelitas non inueniuntur Tertiarij, sed tantùm quædam sorores, quæ Manteliatæ nuncupātur, quæ non sunt verò Religiosæ, quia non viuūt sub aliqua regula approbata cū tribus essentialibus votis, sed tantū cum voto simplici castitatis, ex Leone X. Apud Minimos verò Tertiarij vtriusque sexus licèt habeant modum viuēdi approbatū, & gaudeant priuilegijs Tertiariorum B. Francisci & Dominici per eundem Leonem X, non tamen emittūt tria vota essentialia, sicut illi, quod necessariò erat exprimendum, & concedendum. *ibid. art.2. & 3.* de quo suprà *resolut. 9. num.1. & 2.* aliqua diximus.

Bull.2. Bonif.8. 4. Bonifacius VIII. apud bullarium declarauit sorores Tertiarias S. Francisci non comprehendi in constitutione Ioannis XXII qui statum, & sectam Fraticellorum penitus extinxit.

5. Tertiarijs Franciscanis præscripsit Nicolaus IV. formam, & colorem habi
In Bull. Bul.5. Clem.7. tus, quòd sit nec prorsus albi, nec prorsus coloris nigri, ad negridinem tamen magis tendat, & quòd distinguatur à forma habitus à Fratribus Minoribus primæ regulæ gestari soliti, & Clemēs VII. permisit eis chorda nodosam. Pro Tertiarijs verò Portugalliæ decreuit Clemēs VIII. vt ex vili, & humili panno induerentur, & quoad colorem, & formam habitus omninò distinctus sit ab habitu Obseruantiæ, ibid. artic.4. de quo Portel verb. Tertiarij num.3. Bull.14. Clem.8.

6. In Italia Tertiarij in proprijs domibus viuentes deferunt vestes quoad formam similes vestibus aliorum sęcularium, & quoad colorem ad instar Fratrum Minorum, subcinericiū, vnde cū ab antiquo vsque ad præsens tali habitu vtantur in illis partibus, verosimile est, quòd de voluntate, & beneplacito B. Francisci sic consuetum est deferre. In eorū regula habetur, quòd vestis sit vilis in pretio, & in colore, nec omninò albo, nec omninò nigro, sitque honesta, nec habeat scissuras, vulgo (golpeados) & idem est in vestibus fœminarū. Ibid. dicto art 4.

7 Tertiarios in congregatione viuētes suo regula approbata gaudere priuilegijs Fratrum, de cuius Ordine sunt, iam suprà diximus, quod residentibus apud proprias, seu priuatas domos ad instar secularium non concedimus. Tota lis est de fœminis (quas Hispani vocant Beatas) castitatem vouentibus, & habitum Tertij Ordinis gestantibus, iuxta regulam Nicolai IV. in proprijs tamen domibus degentibus. Nam collector Mendicantium affirmat, ipsas gaudere omnibus priuilegijs, & exemptionibus fratrum, ex Leone X. in Concilio Lateranensi, qui hoc priuilegium specialiter illis indulsit, non obstante decreto dicti Concilij, cuius sententiam sequitur Auctor tom.1 qu 55. art.14. de quo suprà resolut. 115. de communicat. priuilegior. n.46. diximus, quia, inquit, huiusmodi Tertiariæ profitentur castitatem iuxta regulam, seu modum viuēdi à Sede Apostolica approbatū, quod in dicto Lateranensi Concilio tantùm requiritur ad gaudendum dictis priuilegijs. At tom.3. quæst 73. art.1. oppositum tenet, licèt enim, inquit, à Leone X. in Concilio Lateranensi illis concessa sint priuilegia fratrum, id tamen

respicit tantùm viuentes in congregatione, & tria vota essentialia emittentes, quod etiã decretis Tridentini Concilij est conforme.

Trid. sess. 24. ca. 11. de refor.

In hac igitur antinomia, (si de mente Auctoris licet coniecturari) mihi videtur distinguendum, nam in d. art. 1. loquitur ex mente Tridentini Concilij, in quo definitur non gaudere priuilegijs, exemptionéque Religiosorum, nisi eos, qui actu seruiunt monasterijs Regularium intra eorum septa, & domos residentes, ac sub eorundem obedientia viuentes. At in d. qu. 55. art. 14. loquitur iuxta terminos Lateranensis Concilij, in quo dictæ Tertiariæ castitatem vouentes extra claustra specialiter excipiuntur ad gaudendum priuilegijs fratrum, cuius quidem Concilij definitioni, & determinationi hodie standum esse credo, non obstante nouiori decreto Tridentini, tum quia in illo non agitur, nisi de oblatis, & seruitoribus monasteriorum, nõ verò de Tertiarijs: tum etiam, quia ex verbis eiusdem Tridentini ibi: Siue his, qui legitimè, & secundùm regulam eandem Militiarum professionem fecerint: id deduci videtur, vbi pensanda est disiunctiua, siue, quæ denotatur, vtrosque exemptione, & priuilegijs Fratrum frui, tam oblatos, & seruitores monasteriorum intra septa eorum sub obedientia viuentes, quàm alios quoscunque qui secundùm regulam alicuius ordinis professi sunt, quales sunt præfatæ Tertiariæ, quæ profitentur castitatem secundùm regulam à Nicolao IV. approbatam. Et ad tollendum omne dubium ita declaratum fuit à sacra Cardinalium congregatione, vt refert Carillo lib 3. Tertiariorum cap 5. & habetur in defensorio super professione Tertiariorum edito à Domino Episcopo Fr. Francisco à Sosa, quod extat inter eius opuscula tract. 5 fol. 202. Vbi ait, id supplicatum fuisse Domino Clemente VIII. & tandem post multiplicẽ rei discussionem emanasse decretum sacræ congregationis Concilij Tridentini, anno Domini 1608. in hunc modum.

Conciliã Auctoris licet coniecturari mihi videtur loca Auctor. & aperitur eius mẽs.

Sacra congregatio Concilij Tridẽtini interpretum consulta respõdit. Fratres Tertiarios, Mantellatas, Corrigiatos, aliosque similes, ita demum ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum assumpserunt, priuilegijs potiri, & ab ordinarij iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur constitutione Concilij Lateranensis sub Leone X. quæ habetur sess. 11. in fine, etiam si in consanguineorum, & affinium suorum, vel proprijs domibus, aut seorsum habitent, quemadmodum idem Leo postea declarauit constitutione edita prima die Martij anni 1518 de quo vide Portel d. verb. Tertiarij num. 7.

8. Ex quibus consequenter deducitur, quòd huiusmodi Tertiariæ, seu Beatæ castitatem vouentes sunt exemptæ à tributis, & exactionibus solui solitis à laicis, quia indistinctè, & sine limitatione illis communicat, seu concedit priuilegia Fratrum Leo X. vt suprà diximus. Scio nostrum Auctorem tomo 3. quæstion 74 articul. 11. expressè oppositum tenere, & tom. 2. quæstion. 65. articul. 5. non apertè expressisse suam sententiam, quamuis id innuere videatur ad finem articuli, referens statutum, & declarationem Leonis X. quo expressè excipiuntur dictæ Tertiariæ, vt gaudeant priuilegijs fratrum, cuius ordinis habitum gestant. Quo tamen non obstante (saluo meliori iudicio, & subcensura doctiorum) standum existimo dictæ declarationi Leonis X. qui absolutè, & absque aliqua limitatione dictas sorores, seu beatas omnino exemptas in omnibus, & per omnia, sicut fratres ordinis, cuius habitum gestant, statuit, & decreuit, vt apertè constat ex eius Bulla relata in bullario, & patebit attentè legenti eius tenorem: vbi notanda sunt verba Pontificis, in omnibus, & per omnia; qui autem totum dicit, nihil excludit, ergo cùm indistinctè, & generaliter dicat: in omnibus, & per omnia gaudere priuilegijs, & immunitatibus Fratrum, apertè deducitur, à tributis etiam, & ab alijs exactionibus, & oneribus solui solitis à laicis voluisse eas eximere

Sententia menti Auctoris conformior.

Bull 44. Leon. X.

ad instar eorundem fratrum, cuius mentis signum non paruum est, quòd ad finem dictæ cõstitutionis reuocat aliam suam constitutionem in Concilio Lateranensi super hoc editam, in qua statuerat fratres, & sorores Tertij Ordinis in proprijs domibus viuentes teneri ad onera, ac tributa perferenda, sicut laici, de quo Gregorius Lopez *in l. 1. gloss. 2. tit. 7. part. 1. Perez in l. 19. tit. 4. libr. 4. ordin Sarmient. de redditibus Ecclesiast. 1. p. c. vlt. 56 num. 4. Bocrius de statu, & vita Eremitar num. 13. Portel vbi suprà n. 7. 2. Miranda tom 1. man qu. 36 art. 4.*

9 Superest videamus, an dicti Tertiarij extra claustra viuentes gaudeant priuilegio Canonis, siquis suadente. Cum collectore tenet partem affirmantem Auctor tom 1. qu 55. art 14. circa finem, & tom. 3. quæst. 7. art. 2 quia, inquit, habent modum viuendi approbatum à Sede Apostolica. Idem tenere videtur tom 2 quæst 65. art 5. quo loci latè probat præfatos Tertiarios esse personas Ecclesiasticas, & Religiosas, quippe qua sunt annexæ Ordini à Sede Apostolica confirmato, & specialiter Deo dicatæ, retinent enim habitum, & statū, ac traditam sibi regulam obseruant, per sonæ autem Deo specialiter dicatæ gaudent dicto priuilegio Canonis, capit. si quis 17. quæst 4. Rursus confirmat exemplo profitentis in manibus Episcopi aliquam regulam approbatam, & manentis in propria domo de ipsius licentia, & sub eiusdem Obedientia (vt solet fieri ab eremitis) is namque fit persona Ecclesiastica, & gaudet priuilegio clericali, ex gloss. in cap. insinuante, qui clerici, vel vouent. quod optimè ad dictos Tertiarios adaptari potest. Tandem si clerico coniugato incedente cum habitu, & tonsura clericali conceditur priuilegium Canonis in c. vnico, de clericis coniugatis libr. 6. cur non idem erit concedendum Tertiarijs portantibus habitum Ordinis in sua regula præscriptum, & distinctum à secularibus? & hæc ratio deducitur ex traditis ab Auctore d. artic. 5 § sed hæc in principio, de quo Portel vbi suprà num. 3. qui idē tenet, licèt dubius, item & Suarez loco infrà citando.

His tamen non obstantibus licèt supradicta in rigore speculatiuo iuris aliqualem veri speciem præseferre videantur, at in praxi, & vsu communi oppositum tanquam verius sequuntur ferè omnes. Ratio mihi efficax est, quia dicti Tertiarij extra claustra viuentes reputantur pro merè secularibus subditi in omnibus potestati sæculari, & Ecclesiasticæ, vt constat ex dicta constitutione Leonis X. ergo in omnibus subsunt eorum iurisdictioni sicut cæteri Laici, quam quidem non possent iudices sæculares circa ipsos exercere, si essent personæ Ecclesiasticæ, & haberent priuilegium canonis, ac proinde si non gaudēt priuilegio fori, nec illo alio canonis gaudebunt. Neque obstat dictum Auctoris in præcitatis locis, quia ibidem non est locutus ex propria, sed ex sententia collectoris, vt patebit intuenti, de quo vide Suarez *de censuris disp. 22. sect. 1 num 20 Fr Ioan em à Cruce de statu Relig libr 1. cap 2. dub. 3 conclus 2. ad finem, Portel verb manus violenta, num.* 8. vbi sibi oppositus firmat nostram sententiam. Proponitur vera sententia de mente Auctoris.

10. Moniales Tertiariæ subditæ ordinarijs non gaudent priuilegijs ordinis, quia Pius V & Gregorius XIII. id tantùm concesserunt pro his, quæ sub obedientia Fratrum Minorum viuunt. Vnde opus est, vt habeant speciale priuilegium communicationis priuilegiorum ordinis (vt habent à Paulo III Moniales S. Vrsulæ Salmanticensis) alias dictis priuilegijs minimè gaudere possunt, quod prælati debent diligenter inquirere, ibidem dicta quæst. 73. art. 1. §. colligitur denique, vbi refertur dicta concessio Pauli III. pro Monasterio præfato S. Vrsulæ. Vide suprà de communication. priuileg. numero. 45. §. vltim.

De indulgentijs ordinis, quas lucrantur Tertiarij vtriusque sexus, vide apud Compend. verb. Tertiarij §. 11. & Carillo libr 1. de Tertiarijs, numero, 11. apud bullarium extat quædam Bulla Clementis VII. vbi multa conceduntur Tertiarijs. Bull. 5. Clement. VII.

ADDITIO.

11. Duplex in hac resolutione num. 1. Tertiariorum genus distinximus. Quæ traditio verissima est, & quod attinet ad Tertiarios in seculo manentes, & laicaliter viuentes magis communiter receptum est, nullo priuilegio clericali gaudere. In primis fori priuilegio priuantur, vt expressè disponit Ordinatio Lusitana, lib. 2. titul. 2. §. 1. & stando in iure communi docent Calderin. *cons. 4. de Regularibus, Abb. in c. 2. num. 11. Felin. nu. 10. de for. compet. Decian. libr. 4. Criminal. cap. 9. nu. 34. Marta de iurisdiction. 4. part. casu 113. n. 36. Secundò, à tributis non eximuntur, l. 19. tit. 4. ordin. l. 1. tit. 14. l. 6. recop. ibi Azeuedo, Auendaño de exequend. lib. 2. capit. 14. num. 28. Lassarte de decim. vend. c. 19. à* num 90. plures citati à Florez de Mena lib. 2. variar. qu. 21. num. 197. Gutier. de gabellis, qu. 95. à nu. 5. Gratian. discept. cap. 393. nu. 29. Tertiò, priuilegio Canonis non gaudent, vt supponunt Nau. in Manual. cap 27. n 79. Suarez de censuris disp. 22. sect. 1. num. 20. Molina de iust tract. 3. disp. 50. num 4. & quidem meritò, cùm hæ personæ, licèt modum viuendi approbatum à Sede Apostolica habeant, sæculares, non verò Ecclesiasticæ personæ propriè sunt. Hinc deducitur, Tertiarios laicaliter viuentes per professionem, quàm emittunt, matrimonium ratum antea contractum nō dirimere, docet multis citatis Sanchez lib. 2. de matrim. disp 18. à nu. 4.

12. His verò, quæ circa Tertiarias, vulgò, Beatas, diximus hac resolut. nu. 7. nunc addo, hanc quæstionē inter DD. valdè controuersam esse. Sed omissa disputatione, iuxta eandem distinctionem, de qua nuper, rem hanc ampliùs resoluendam duxi. Si enim communem vitam ducant, bona in communi possidentes sub vnius superioris obedientia, negari non potest, priuilegijs supradictis gaudere. Si verò in domibus proprijs vitam priuatam ducant, diuersum erit. Quæ distinctio notabiliter confirmatur ex capit, indemnitatibus, §. supradicta, de elect. in 6. docet Decian. dict. libr 4. capit. 9. numer. 39. Dueñas regul. 99. ampliat. 3. & deducitur ex resolutis à Nauar. Suarez sup. citat. Graphijs libr. 2. c. 49. num. 27. Illud aduerto cum Sanchez dict libr 2. disp. 18. num 4. quoad matrimonium dirimēdum, iuxta terminos, c. 2 c. ex publico, de conuers. coniug. non sufficere, quòd communiter viuant, nisi solemnem professionem emittant.

13. Ex diuerso si in priuatis domibus viuant, vota tamen substantialia emittant, præuia approbatione Pontificis, non video, cur hę personæ verè Religiosæ tūc intelligatur nā ad essētiā veræ Religionis nō pertinet viuere in cōmuni, cùm professio emissa, vt in domo propria quis maneat, valida sit, cap. vltim. qui clerici, vel vouentes, cuius textus decisio in eo difficilis est, dum probat, votum solemne Religionis emissum adiecta conditione manendi in propria domo cum omni substantia, valere, videbatur enim huiusmodi conditionem aduersari Religionis substantiæ, iuxta capit. ad Monaster. in fine, de stat. monach. ac proinde inutilem reddere professionem, argumento cap. vltim de condit. apposit. Sed responderi solet textum in dict. cap. vltim. qui clerici, vel vouent. non esse accipiendum de illa conditione, qua professus retineat bonorum proprietatem, etiam inuito prælato, sed de illa conditione intelligendum, qua professus velit tantū retinere suorum bonorum vsum ad nutum prælati reuocabilem, hęc enim cōditio paupertatis voto non aduersatur, superior verò conditio maximè, & ita docent glossa *in dict. cap. vltim. verb. vt in domo, Couarr. de Sponsalibus, 2. part. cap 3. § à num. 25. Nauar. comment. 2. de Regul. num. 16. Auctor 3. tom. quæst. 17. art. 6. Garcia de benefic. 7. part. cap. 10. nu. 100. Sanchez libr. 5. de matrim. disp. 9. nu. 14. & lib. 7. disp. 25 num. 21. & lib. 5. Decal. cap 4. à nu 97. Zeuallos communium qu. 85. num. 2. P. Miranda* in Manual. tom 1. quæst. 28. art 2. M. Basilius Augustinianæ familiæ fausta proles, lib. 5. de matrim. cap. 10. numer. 10.

nouissimè Doctissimus P. Suarez tomo 3. de Religione lib. 6 cap. 12. num. 14. & 15. ad quæ reducendus est Marcus Antonius Genuensis in pract. Ecclesiastic. quæst. 265. qui in hac re nimis largè locutus videtur, & nos suprà tradidimus *resolut.* 101 *num.* 58.

RESOLVTIO CXXXVII.

De Tributis.

1. TRibutum in genere importat quãdam exactionem publicam, in specie autem est census, qui præstatur de proprio Principi, vel communitati ita dictum, eo quòd militibus tribuebatur. Plures sunt species tributi, gabella, pensio, census, pedagium, guidagiũ, seu vectigal, talia, collecta, præstantia, angaria, perangaria, munus, & Alcaualla. De angaria extat textus in l. his oneribus, ff de vacat. & excusat. muner. & l. nemine, C. sacros. Eccles. vbi glossa. De pedagio, & giudagio fit mentio c. quanquam, de censib. in 6. in c. super quibusdam, de verb. signific. vbi glossa, & in l cum qui ff eod tit. Gabella, vectigal, guidagium idem sunt, soluique solet pro rebus vectis, , siue productu rei alicuius. Pensio dicitur à pendo, quod est pondero, vel soluo, siue à penso, verbo frequentatiuo, id est, frequenter pendo. Census verò est quædam pensio, quæ soluitur de prouentibus, capite quæsitum 1. quæstion 3. Taléa, præstantia, impositio, & collecta pro eodem. habentur, & quodlibet eorum est summa, quam Princeps, vel Respublica exigit à subditis proportionabiliter ad totam substantiam cuiuscunque exigendam Angaria, & perangaria est iniusta cõpulsio, & coactio, ab ango, quod est, affligo, & secundum alios est onus personale, quod potest labore corporali expleri sine rerum detrimento l. 2. ff. de muner. & honoribus. Munus aliquando sumitur pro dono, aliquando pro officio, & honore: aliquãdo pro eo, quod subimus lege, vel imperio l. munus 18. ff de verber. significat. Tandem Alcauala dicitur secundùm aliquos à gabella nomine Hebræo, & est idem, quod receptio, & fortassis impositum fuit à Iudæis in Hispania, quorum mos erat, huiusmodi vectigalia conducendi, qua si esset alia gabella, idest, alia noua muneris acceptio, impositaque fuit à Rege Alphonso II. vt patet ex eius Chronica. *Tomo* 2. *quæstion.* 65. *articul.* 1. *De quo Parlador libr.* 1. *quotidian. capitul.* 3. *numero* 21. *vsque ad* 23. *Humada in Scholijs part. ad libr.* 5 1. *titul.* 6. *part.* 1. *glos.* 1. *Eadem de re vide Syluest. verb. gabella in princip. Nauarr. in capitul. fraternitas, à numero* 41. *Suarez libr.* 5. *de legibus capitul.* 14. *numero* 3. *& sequentibus.*

2. Reges Hispaniæ habent à Pio V. Gregorio XIII. & alijs Pontificibus pro expeditione belli contra infideles quoddam subsidium soluendum de redditibus Ecclesiasticis, ad quod tribuendum tenentur omnes Ecclesiastici, & Regulares, exceptis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Militibus S. Ioannis Hierosolymitani, Religiosis apud Indias consistentibus, hospitalibus actu hospitalitatem seruantibus, & Regibus Hispaniæ ratione mensarum Magistralium Ordinum Militarium, quatenus ipsorum sunt perpetui administratores, vt constat ex tenore Bullæ Pij V. Vndè Monasteria exempta à solutione charitatiui subsidij, vt habent Monasterium de Guadalupe, & alia Ordinis S. Hieronymi ex Gregor. XI. & Eugenio IV. tenentur hodie ad illud soluẽdum, quia dicta priuilegia sunt sufficienter reuocata per Bullas Pij, & Gregorij XIII. ad instantiam Regis Philippi II. Hoc autem subsidium originem trahit ab antiquo, quo Summi Pontifices decimam partẽ fructuum de beneficijs Ecclesiasticis reseruare solebant ad necessitates Ecclesiæ subleuãdas, & ad expeditionem belli contra infideles, quæ vocabatur decima Papalis, ad instar doni solui soliti à Leuitis summo sacerdoti, vt ex Numeris, c. 18. & 2. Esdræ c. 10. Nu. r 8. 2. Esdræ 10.

constat, & refertur capit. 1. de decimis. Ad huius igitur decimæ Papalis imitationem Summi Pontifices certam partem, seu quo tam de beneficijs Ecclesiasticis in subsidium contra infideles concesserunt Regibus Hispaniæ tomo, 3. quæstion. 74. articul. 1. & 2. & tomo, 4. sum cap. numer. 4. & nos diximus resolut. 63. numero, 33. de quo Rebuf. de decimis quæstion. 13. Suarez l. 5. de legib. c. 14. nu. 3. & per totum caput, vbi latissime de hac materia.

3. Non debetur subsidium præfatum de annalibus missarum fundatis apud Ecclesias Ordinis Minorum, quia illarum prouentus non inducunt rationem redditiuum Ecclesiasticorum, sed tantum sunt ad stipendium missarum, & officiorum, quæ ex testatoris iussu soluuntur pro labore Fratrum de redditibus bonorum relictorum hæredibus cū tali onere, seu grauamine, qui inquam redditus sunt merè temporales regimini, & dispositioni secularium ad piam causam relicti, quod propriè non potest dici Capellania, sed quædam pia memoria, quam quilibet auctoritate priuata potest fundare, etiam Episcopus, vel alius Ecclesiasticus de bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus, sicut potest de illis instituere quoddam vinculum merè sæculare cum simili onere, ex *cap. ir. quianos, de testamentis. Autinr ibi articul* 3. de quo Nauar. *de redditibus Eccles. quæst. 1. monit. 19 numer.* 100. *Felin. capitul. postulasti, de rescriptis*.

4. Debetur tamen dictum subsidium de Capellanijs non habentibus titulum perpetuum, seu ad nutum amouibilibus, ex quadam Bulla expedita à Clemente VIII. anno 1604. & concordia facta inter Catholicum Regem Philippum III. & statum Ecclesiasticum: & rectè, quia illarum redditus sunt bona Ecclesiastica relicta clericis, & subdita Ecclesiasticis. *tom. 4. Summ. dicto capitul.* 142. *numer.* 3. *&* 4. de quo Gutier. *libr. 3. Practic. quæstion.* 11. *numer.* 21. *Nauar. consil.* 43. *num.* 11. *&* 12. *de Simonia*.

5. Distributiones quotidianæ solitæ quotidiè largiri in Ecclesijs Cathedralibus assistentibus officio Diuino ab huiusmodi subsidio sunt omninò immunes, stipendia enim sunt addicta, seu assignata assistentiæ, & præsentiæ Diuinorum ratione laboris interessendi, ideòque non veniunt appellatione fructuum, seu redditūum de beneficijs, ex declaratione Pauli IV. Sixti IV. Clementis VII. & Pauli III. & ita iudicatum fuisse in facti contingentia fertur. Quod omninò tenendum est, nisi contraria consuetudo aliud obtineat, cui standum est. Secus de illis distributionibus, quæ inter præbendatos residentes in ciuitate, vel absentibus ex legitima causa, etiam non assistentibus personaliter Diuinis, distribuuntur, quæ dicūtur, grossa, de his enim debetur subsidium, cum sint fructus, & redditus Ecclesiastici. *ibid. art.* 4. *et citati loco Addit. summæ n.* 8. de quo Cosmas *in Pragmat. Gallic. tit. quo tempore quisque debeat esse in choro, §. iubet, v. distributiones, Rebuf in concord. rub. §.* 1. *v. distributiones, Redoan de Spolijs, qu.* 8. *§. ad maiorem. nu.* 13.

6. Ad taxandam quotam subsidij à quolibet soluendam vocandi, & audiēdi sunt Regulares, quod enim ad omnes pertinet, ab omnibus debet approbari, vt noti iuris est. Super quo extat quædam constitutio Clement. VII. pro Congregatione S. Benedicti Vallisoleti, qua cauetur, vt non fiant taxationes, distributiones, aut partitiones decimarum, & subsidiorum, nisi interessentibus illis, quorum interest: aliter nullius sunt roboris, vel momenti, & ad solutionem illorum non tenētur monachi, nec ad id à quoquam compelli possunt. Imò secluso isto priuilegio adhuc Religiosi in distributione subsidij se nimiū grauatos sentientes, proculdubio reclamare queunt, eritque admittenda eorū querela, ibid. artic. 5. de quo Lasarte de decim. vend. c. 28. nu. 92.

An autem laici habentes tertias decimarum Regalium teneantur soluere de illis subsidium, vide ibid. art. 6. & suprà de decimis, num. 9.

7. Ecclesiastici, & Regulares aliquid vendentes non tenentur ad soluendam gabellam, seu alcaualam, ex libr. 6 titul. 18. libr. 9. Nouæ Compil. apud Hispanos, non obstante eodem iure Regio dispo-

disponente, venditorem ad id obligari. At laici vendentes Ecclesiasticis, & Regularibus ad soluendum tale tributum tenentur, etiam si ementes ob id maiori pretio res comparent: nec per id frangitur immunitas Ecclesiastica, quia gabella non exigitur, nisi de re merè sæculari, vt iustissimè definitur in l. 8. tit. 18 libr. 9. Comp. Iniustam verò esse legem Ciuilem imponentem quintum soluendum fisco de rebus Ecclesiæ, aut Monasterij venditis, certi iuris est, quia id non est præcauere de antiquo tributo soluendo, sed potiùs de nouo imponendo agere in damnum Ecclesiæ *ibid. art. 7. & tom. 4. sum. c. 166. nu. 7.* de quo Lasart *de decim. vend c. 19. num. 10. & 11. Matienco in l. 11. gloss. 5. num. 4. lib. 5. Noua Comp. Suarez de censur. disp. 23. sect. 4. à num 21.*

8. Clerici & Monachi non sunt exempti à tali gabellæ solutione, quando ex negotiatione, seu mercatura vendunt, aut permutant, in pœnam enim tunc subijciuntur legibus, ac pœnis gabellarum, ac si puri laici essent. Cuius ea potissima ratio est, quia negotiatio dictis Ecclesiasticis est prohibita, & dum eam exercent, in pœnam culpæ, sua immunitate priuantur, & subditi redduntur legibus laicorum, c. final. de vita, & hone. Cler. c. quanquam de censib. in 6. Tunc autem dicentur mercaturam, & negotiationem facere, quando rem emunt in sua integra forma, postea vendituri lucri faciendi gratia, habendo pro principali fine lucrum cum aliorum incommodo, non vna, sed iteratis vicibus tanquam meri mercatores, non verò quando rem emptam sua opera, & industria elaboratam, & melioratam postea vendunt, vt si emant equum, vel mulam rudem, vt iam educatam, seu cultiorem vendant, per ius expressum in capit. ejciens 88 dist. & per hanc regulam resolues casus occurrentes. ibid. art. 8. & in Addit. summæ supra numer. 21. de quo Matienco in l. 11 gloss. 1 num 5 titul. 10. lib. 5. comp. Lasarte *de decim. vend cap. 10. numer. 5.* Duennas *reg 110 numer. 11. 7 erez in l. 1. glos 1. verb. si & aliud colum. 93. libr. 1. ordina.* Vide hac de re Suarez *d. numer. 21 & quæ diximus resolut. 63. num. 31.*

9. Bona nouitij intra annum probationis suo nomine vendita non sunt exempta à decima Regali, cùm non sit vere Religiosus, & ad sæculum possit redire. Secus in nouitijs societatis Iesu post biennium simplicia vota emittentibus, quibus Gregorius XIII concessit omnia priuilegia, & exemptiones Religiosorum, verèque Religiosos esse declarat, donec ab Ordine dimittantur. ibid. artic. 3. de quo Lasart vbi sup. capit. 19. num. 50. Gregor. Lopez in l. 7. verb. si quando, titul. 7. part. 1. sed Molina tom. 3. de iust. disp 671. num 2. quem refert & sequitur P. Villalobos 2. p. sum. tract. 8. diffi. 13. num. 9. tenet, nouitios esse exemptos à tali solutione, & meritò, quia hi in fauorabilibus habentur pro Religiosis, sicque gaudet priuilegio Canonis & fori.

10. Licèt clerici negotiatores à gabellario conueniri possint coram iudice sæculari pro solutione dictæ decimæ Regalis, vt vsus, & praxis Hispaniæ obtinuit, & resoluunt Doctores infrà citandi, tamē in Regularibus, & monasterijs id locum non habere existimo, cùm per sua priuilegia exemptio eorum sit amplior, quam ea, quam habent communem cum alijs Ecclesiasticis, non enim conueniri possunt ratione contractus, aut delicti, nisi coram suis iudicibus Regularibus. Vnde recurrendum puto ad Nuncium Apostolicū, qui habet iurisdictionem super exemptos, quidquid alij in oppositū sentiant *ibi. a. 10. & in Addit. Sum vbi sup. nu. 31 de quo Azeuedo in rub tit. 13. lib. 1. noua comp n. 8 Salzedo in pract c. 55. Lasart sup n 84.*

11. Tertiarij priuatim in suis domibus viuentes, nec Eremitæ sunt exempti à solutione huiusmodi gabellæ, verè enim Religiosi non sunt, & quantum ad hoc, vt meri sæculares reputantur, de quo suprà de Tertiarijs num. 7. & 8. latè dictum est à nobis. *ibid art 11.*

12. Commendatarij Militares sunt immunes ab hoc tributo quantum ad fructus suarum commendarū, quos vendunt, nō verò quoad alias res patrimoniales, vel aliunde quæsitas, vt cautum est apud Hispanos l 9 tit 18 l 9 recop. & in

& in praxi seruatur ibidem art. 12. & in Addit. Summæ supra num. 5. de quo Lasarte loco citato num. 92.

13. Vendentes iterum rem emptam ab Ecclesia, vel Monasterio, eidem Ecclesiæ, vel Monasterio, non sunt immunes à solutione huius decimæ, quia res per venditionem iam transiuit in dominium sæcularis ementis, nec id est contra Ecclesiasticam libertatem, quando quidem versatur circa rem iam factam laicorum, & eorum contractus, ibidem artic. 13. & nos supra tetigimus num. 7. de quo Tiraquel. de retract. lig. §. 13. num 12. Boerius decis. 113. num. 19.

14. Laicus vendens rem communem cum monasterio, aut alia persona exépta vno pretio, vna eademque venditione, pro sua rata parte tenetur ad soluendam gabellam, quæ rectè diuidi potest iuxta pretij partem, quæ laici portionem super re vendita tangere videbitur, ibid. ar. 14. de quo Couar. 3. prac. cap. 36. num 2. & habetur l. 16. tit 18. li. 9. Recopil.

15. Ecclesiastici, & Regulares omnes (exceptis Militibus Ierosolymitanis) tenentur contribuere pro subsidio, quod vocatur escusado, præbendo ad libitum regis electum vnum parochianum de qualibet parochia liberum ad illud soluendum, sine tamen Sedis, & Cameræ Apostolicæ præiudicio quoad fructus sedium, seu Ecclesiarum vacantium, ex concessione Pij V. facta Regi Hispaniarum Philippo II. Debetur autem hæc exactio ex redditibus decimalibus tantùm, non verò ex alijs redditibus Ecclesiasticis, vt per sententiam definitiuam obtentum fuit à Militijs sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ. Pro quo aduerte, quòd Regulares, & Moniales exempti per sua priuilegia à decimarum solutione, non eximũtur ab hoc subsidio, quia præbere parochianum ad soluendum decimas regi loco beneficiarij, non est contra exemptionem de decimis soluendis, quod habent, ac proinde per censuras Ecclesiasticas ad id compelli possunt à iudicibus delegatis, ibid. artic. 15. & Addit. Summæ tomo quarto capitulo 142 numero 8.

16. Moniales S. Claræ, Conceptionis, & Tertiariæ sub cura Fratrum Minorum degentes ad solutionem decimarum de suis prædijs non tenentur, quando redditus ad earum alimoniam sufficientes non sunt, ex priuilegijs relatis suprà resolut. 50. de decimis, num. 4. sed quia congrua substantia pro alédis monialibus decidéda arbitrio boni viri relicta fuit, vt huic arbitrio finis imponerentur, Gregorius XIII. declarauit, congruam sustentationem qualibet moniali esse 25. ducatos, seu aureos pro quolibet anno, cuius bulla originalis habetur in Conuentu S. Claræ Zamorensi, & refertur apud Bullarium, & secundum eam fuit vltimò pronunciatum pro præfato Conuentu à quodam iudice Apostolico anno Domini 1588. contra Capitulum, & Clerum Cathedralis Ecclesiæ eiusdem ciuitatis, nec est reuocata per eundem Gregorium in Extrauaganti, in tata negotiorum mole, tum quia illa fuit posterius edita, tum quia in dicta Extrauaganti non reuocantur, nisi tantùm concessa Regularibus, quæ non erant legitima, id est per alia decreta Apostolica, aut per non vsum abrogata, priuilegia verò non reuocata voluit in suo robore permanere qualia sunt, quibus Moniales eximuntur à solutione decimarum, quæ etiam in Concilio Tridentino expressè non reuocantur, ibid. art. 16. Bull. bul. 5. Greg.

17. Eodem priuilegio possunt frui bona monialium data in emphyteosim, & ita in facti contingentia iudicatum fuisse, refert Felicianus in appendice tom 2 de censibus, in princ. nu 3 apud Auctorem tom. 3. Addit. Summæ capit. 119 num 1. Trid. sess. 25. ca. 12. de refor.

18. Pius V. apud Capuccinum in Compendio fol. 3. rigorosam edidit cõstitutionem motu proprio contra quoscunque imponentes, & exigentes quæcunque tributa directè vel indirectè Ecclesiasticis, & Regularibus de qua latè Portel verb. Tributum à num. 3. & in addit. dubia eodem verb. à numero primo.

Re-

sequi. Vel etiam potest ipse testator executoribus iniungere, vt non distribuant, nisi illis, quos Fratres elegerint. Imò & ipsis Fratribus potest committere electionem executorum, virtute cuius possint ipsi Fratres eos ad tale munus eligere: quia in omnibus his casibus cessat ratio prohibitionis, videlicet cõtrectatio, vel administratio pecuniæ, aut litigium. Ex eadem etiam ratione quando vltra Minoritam nominantur à testatore alij testamentarij sæculares, qui possunt conueniri coram iudice, ac petere, vel reddere rationem iuridica, optimo iure licebit ipsi Fratri Minori agere officium testamentarij, tũc enim ab alijs executoribus id potest peragi. Ibidem art. 2. & tom 4. Summ. cap. 146. num. 7. in fine de quo Couar. in cap. tua nos num. 1 de testament. Notandum peculiare esse in solis Minoritis non posse esse executores, etiam de licentia prælati, qua de re consule Sanchez lib. 6. decalog. cap. 11 à num. 24.

18. Quando testator iubet, vt de consilio, vel cum cõsilio religiosi exequatur testamentum, non est necessario sequendum eius consilium: secus si dicat, secundùm consilium: tunc enim necessario sequendum esse tenent plurimi. At (saluo meliori iudicio) existimo, attento, quod religiosus de licentia sui prælati executoris munus agere possit, ipsius consilium, & petendum, & sequendum esse, cum constituatur particeps in eodem munere seu officio. Vnde Minorita, casu quo possit esse executor testamenti, vt suprà diximus, necessario debet peti, & sequi eius consilium 3. vt quando distributio facienda est in ipsos Fratres Minores, vel in Moniales sui Ordinis (quo casu posse esse executores, seu testamentarios tenet Bartolus infrà citandus) secus in casu, quo non potest esse executor, tunc enim de vrbanitate, & non de necessitate sequendum est eius consilium *ibid. art. 3.* de quo Bart. *in tract. Minor. libr. 3. cap. 2. & 3 dicto 1. Syluest. verb. consilium num. 4 Ros. lla verb. Religio 1. num. 7. Angel. verb executor numer. 2.* de qua de re plura tradit Sanchez *l. br. 6. decalog cap. 11. à num. 27*

19. Religiosus executor testamenti licitè potest erogare suo monasterio de his, quæ sunt pauperibus distribuenda, etiam, si solus hoc officium exequatur, non tamen sibi metipsi, nisi sit in magna necessitate constitutus, vel habeat aliũ socium testamentarium, tunc enim potest. Idem dicendum videtur, quando Minoritæ committitur electio pauperum, quibus distribuẽda est aliqua eleemosyna, licitè enim potest suo monasterio, vel Monialibus egentibus sui Ordinis aliquid erogare *ibid. art. 4 & in Addit. Sam. dict. num. 7. de quo Syluest. verb. testamentum 2. qu. 2. Corduba sup. Regul. cap. 6 qu. 18. fol 131. § quinto patet, vbi à num. 129. col 2 late rem tract. Idem docent Nauar in propugnacul. ad apolog de redditibus monast. 12 num. 12. Marietaco lib. 5. recopil. l 14. tit. 4 glos. 1 nu 12. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez dicto cap. 11. num 59 & 61.*

20. Episcopus rationes exigere potest à Religioso testamentario, etiam prælato, ipseque reddere tenetur, Clement vnica, de testam nisi fortè religiosus priuilegio muniatur, ne coram Episcopo possit conueniri ratione delicti, contractus, vel rei sitæ, cuius generis sunt hodie Mendicantes, & qui eorum priuilegijs gaudent. Illud exploratum est, testatorem non posse in suo testamẽto remittere necessitatem reddendi rationes hæredi, seu executori, neque vetare, ne ab Episcopo exigatur, cap. tua 17. de testam. Auctor ibid art. 5.

Neque enim priuatorum cautionibus iuri publico derogari potest, l. quod de bonis 15 § 1 ff. ad legem Falcidiam, l. ius publicum 38 ff de pactis, l. si patronus 20. ff. de donat. capit. si diligenti 12. de foro competent. l. nemo potest 55. ff. de legat. 1. Qua ratione receptissimũ est, testatorem non posse remittere administratori, tutori, seu curatori necessitatem reddendæ rationis l. quidam decedens, versi. nemo enim, ff. de administrat, tutor. l. si seruus vetitus. ff. de legat. 1. l si quis rationes 9. l. Aurelius 28. §. Meuia ff. de liber. legat. Sola enim remissio operabitur, ne scrupulosa rationis inquisitio fiat. Qua de re adeundi Couarr. lib. 2. variarum cap. 14. Escouar. lib.

Probatur & illustratur, Auctoris doctrina.

lib. 1. de ratiocinijs capit 5 Guttierrez de tutel. 3. part. capitul. 1. à numer. 32. & capitul 14. à numer. 4. Mantica de coniectur libr. 9. titul. 8. à numer. 19. Menoch. libr. 4. præsumpt. 164. per totam, Felicius tractat. de societate c. 37. à numer. 36. Morquecho libr. 1. de diuision. bonorum cap. 1 num. 49. & 50. Cabedo decis. 136 num. 3.

De testibus, vide suprà de correctione Fratrum, resolutione 42. de testibus.

ADDITIO.

21. Diximus in hac resolut. numer. 2. accedente Pontificis licentia Religiosum posse vtiliter testari, idem probat Bartholomæus à S. Fausto in Thesauro Religiosorum lib 8. quæst 66 vbi à quæstion. 61. multa de testamentis Religiosorum tractat. Circa quam licentiam adhuc nonnulla addere oportet. Primò, vt testandi facultas coangustetur ad vsus pios, non verò extendatur ad vsus profanos, Nauarr. de reddit. quæstion 3. monit 6. Molina libr 2. de primog. capitul. 9. numer 67. alter Molina de iustit dispu 141. & disput 604. numer. 5. & alij citati à Sanchez libr. 7. ad præcepta capitul 8 num. 51. Secundò, quod licentia expresse concedatur, Sanchez dict capitul. 8 numer 55. Barthol à S. Fausto d libr. 8. quæstion 70. Tertio, quòd non est necesse licentiam debere præcedere, sed postea superuenientem validum efficere prius testamentum à monacho absque illa conditum, quia cùm voluntas sit deambulatoria vsque ad mortem, non intelligitur vsque ad id tempus perfectum, & ideò satis est, vt valeat, quòd habilitas testandi tempore mortis interueniat, ita Nauar. tomo 2. de regular. à nu. 256. Gom l 41. Taur. num 2. Matienco l. 3. glos 3. numer. 4. titul. 4. libr. 5. Recopil. Sanch. d. cap. 8 num 60 Contrarium tamen docent Mandos regul. 8. Cancell. quæst. 12. num. 18. Flamin. de resignat. l. b. 11. qu. 7. à num. 90. Conc. ad reg 8. glos. 47. num 48.

RESOLVTIO CXXXVI.

De Tertiarijs Fratribus.

1. FRatres Tertiarij Ordinis B. P. N. Francisci alij sunt in Congregatione viuentes, suntque verè, & propriè Religiosi tria vota essentialia profitentes, & gaudent omni exemptione à iurisdictione Ecclesiastica, subditi in omnibus Generali, & Prouincialibus Ordinis Minorum Obseruantiæ, fruentésque omnibus gratijs, priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus ipsorum Fratrum Minorum per Bullas Pij V. Gregorij XIII. apud Bullarium. Et idem est de Monialibus Tertiarijs viuentibus in communitate, vt cōstat ex duplici Bulla Sixti IV. apud idem Bullarium, in quarum altera habetur, quòd Generales, & Prouinciales Ordinis Minorum habeant sub sua iurisdictione omnes Fratres, & sorores Tertij Ordinis. Ab hoc tamen excipiuntur Tertiarij Portugaliæ, qui ex declaratione Cardinalis Mathæi Ordinis protectoris, & confirmatione Clementis VIII. nō sūt subditi Prouincialibus Obseruātiæ, sed suo Prouinciali Tertij Ordinis, & Ministro, ac Cōmissario Generali Ordinis, assignatis eis habitus forma, & colore. Idemque habet prouincia Tertiariorū in Andaluzia apud Hispaniā, fortè per communicationem dictæ concessionis Clemētis VIII. Alij verò Tertiarij sūt, qui viuunt extra Congregationem in suis proprijs domibus, & hi non sunt verè, & propriè Religiosi, vtpote qui non emittunt tria vota essentialia, eorum tamen Institutum potest dici Ordo, seu quidam modus bene viuendi ab Ecclesia approbatus, super quos non habent Fratres Minores aliquam iurisdictionem, sed tantùm quandam superintendentiam, seu curam spiritualem pro ipsorum directione, communicando illis

Bull. 32. & 33. Pij V. Bull. 4. & 25. Sixti 4. & bulla 18. Leon. x.

Bullar. in Bull. 14. Clem. 8. & in prin cip. §. in 2. Regi. stro.

aliquas indulgẽtias, & alia similia sine præiudicio decimarum, & tributorum ab eisdem soluendorum, ac iurisdictio nis secularis, & Ecclesiasticæ, cui in omnibus subsunt, vt alij merè seculares, ex Leone X. in Concilio Lateranensi. Huius Tertij Ordinis auctor,& institutor fuit B. Franciscus, qui licèt eius Fratribus aliquam certam regulam non tradiderit, aliquas tamen leges cir ca conuersationem vtriusque hominis eis præfixit, quas in vnum collectas, & Bullar. moderatas, ac in formam regulæ reda- Bul.7.et 8 ctas obseruandas tradidit, & confirma- Nic.IV. uit Nicolaus IV.& approbarunt Honorius III. & alij Pontifices. *tom.3.q 72. art.1.* de quo Carillo, *lib. 1. de Tertiarijs cap 11.& lib.3.cap.5. Portel verb. Tertia ry à nu.1. vsque ad quartum.*

2. Tertiarij Ordinis S. Dominici in congregatione viuentes cum tribus votis essentialibus secundùm regulam à Sede Apostolica approbatam, cùm sint verè,& propriè Religiosi gaudent omnibus priuilegijs Religiosorum, ad in- In Bull. star Tertiariorum Franciscanorum, ex Bul.6. declaratione Pauli III. Apud Eremitas Paul.3. S Augustini, nec apud Carmelitas non inueniuntur Tertiarij, sed tantùm quædam sorores, quæ Mantellatæ nuncupãtur, quæ non sunt verò Religiosæ, quia non viuũt sub aliqua regula approbata cũ tribus essentialibus votis, sed tantũ cum voto simplici castitatis, ex Leone X. Apud Minimos verò Tertiarij vtriusque sexus licèt habeant modum viuẽdi approbatũ, & gaudeant priuilegijs Tertiariorum B. Francisci & Dominici per eundem Leonem X. non tamen emittũt tria vota essentialia, sicut illi, quod necessariò erat exprimendum, & concedendum. *ibid. art.2.& 3.* de quo suprà *re solut. 9. num.1. & 2.* aliqua diximus.

Bull.2. 4. Bonifacius VIII. apud bullarium Bonif.8. declarauit sorores Tertiarias S. Francisci non comprehendi in constitutione Ioannis XXII qui statum,& sectam Fraticellorum penitus extinxit.

5. Tertiarijs Franciscanis præscripsit Nicolaus IV. formam,& colorem habi- In Bull. tus, quòd sit nec prorsus albi, nec pror- Bul.5. sus coloris nigri, ad negridinem tamen Clem.7. magis tendat, & quòd distinguatur à forma habitus à Fratribus Minoribus primæ regulæ gestari soliti, & Clemẽs VII. permisit eis chorda nodosam. Pro Tertiarijs verò Portugalliæ decreuit Clemẽs VIII. vt ex vili,& humili pan- Bull.14. no induerentur,& quoad colorem, & Clem.8. formam habitus omninò distinctus sit ab habitu Obseruantiæ, ibid. artic.4. de quo Portel verb. Tertiarij num. 3.

6. In Italia Tertiarij in proprijs domibus viuentes deferunt vestes quoad formam similes vestibus aliorum sæcularium,& quoad colorem ad instar Fratrum Minorum, subcinctiũ, vnde cũ ab antiquo vsque ad præsens tali habitu vtantur in illis partibus, verosimile est, quòd de voluntate, & beneplacito B. Francisci sic consuetum est deferre. In eorũ regula habetur, quòd vestis sit vilis in pretio, & in colore, nec omninò albo, nec omninò nigro, sitque honesta, nec habeat scissuras, vulgo (golpeados)& idem est in vestibus fœminarũ. Ibid. dicto art. 4.

7. Tertiarios in congregatione viuẽtes sub regula approbata gaudere priuilegijs Fratrum, de cuius Ordine sunt, iam suprà diximus, quod residentibus apud proprias, seu priuatas domos ad instar secularium non concedimus. Tota lis est de fœminis (quas Hispani vocant Beatas) castitatem vouentibus, & habitum Tertij Ordinis gestantibus, iuxta regulam Nicolai IV. in proprijs tamen domibus degentibus. Nam collector Mendicantium affirmat, ipsas gaudere omnibus priuilegijs,& exemptionibus fratrum, ex Leone X. in Concilio Lateranensi, qui hoc priuilegium specialiter illis indulsit, non obstante decreto dicti Concilij, cuius sententiam sequitur Auctor tom.1 qu 55. art.14. de quo suprà resolut. 115. de communicat. priuilegior. n.46. diximus, quia, inquit, huiusmodi Tertiariæ profitentur castitatem iuxta regulam, seu modum viuẽdi à Sede Apostolica approbatũ, quod in dicto Lateranensi Concilio tantùm requiritur ad gaudendum dictis priuilegijs. At tom.3. quæst 73. art. 1. oppositum tenet, licèt enim, inquit, à Leone X. in Concilio Lateranensi illis concessa sint priuilegia fratrum, id tamen

respicit tantùm viuentes in congregatione, & tria vota essentialia emittentes, quod etiã decretis Tridentini Concilij est conforme.

Trid. sess. 24. ca. 11. de refor.

In hac igitur antinomia, (si de mente Auctoris licet coniecturari) mihi videtur distinguendum, nam in d. art. 2. loquitur ex mente Tridentini Concilij, in quo definitur non gaudere priuilegijs, exemptioneque Religiosorum, nisi eos, qui actu seruiunt monasterijs Regularium intra eorum septa, & domos residentes, ac sub eorundem obedientia viuentes. At in d. qu. 55. art. 14. loquitur iuxta terminos Lateranensis Concilij, in quo dictæ Tertiariæ castitatem vouentes extra claustra specialiter excipiuntur ad gaudendum priuilegijs fratrum, cuius quidem Concilij definitioni, & determinationi hodie standum esse credo, non obstante nouiori decreto Tridentini, tum quia in illo non agitur, nisi de oblatis, & seruitoribus monasteriorum, nõ verò de Tertiarijs: tum etiam, quia ex verbis eiusdem Tridentini ibi: Siue his, qui legitimè, & secundùm regulam eatundem Militiarum professionem fecerint: id deduci videtur, vbi pensanda est disiunctiua, siue, qua denotatur, vtrosque exemptione, & priuilegijs Fratrum frui, tam oblatos, & seruitores monasteriorum intra septa eorum sub obedientia viuentes, quàm alios quoscunque qui secundùm regulam alicuius ordinis professi sunt, quales sunt præfatæ Tertiariæ, quæ profitentur castitatem secundùm regulam à Nicolao IV. approbatam. Et ad tollendum omne dubium ita declaratum fuit à sacra Cardinalium congregatione, vt refert Carillo lib. 3. Tertiariorum cap. 5. & habetur in defensorio super professione Tertiariorum edito à Domino Episcopo Fr. Francisco à Sosa, quod extat inter eius opuscula tract. 5. fol. 202. Vbi ait, id supplicatum fuisse Domino Clemente VIII. & tandem post multiplicẽ rei discussionem emanasse decretum sacræ congregationis Concilij Tridentini, anno Domini 1608. in hunc modum.

Concilia Auctor. & aperitur eius mẽs, tur loca

Sacra congregatio Concilij Tridẽtini interpretum consulta respõdit. Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes, ita demum ordinis, cuius tertia regulæ habitum assumpserunt, priuilegijs potiri, & ab ordinarij iurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter viuant, seu cum claustralibus habitent, & mulieres virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur constitutione Concilij Lateranensis sub Leone X. quæ habetur sess. 11. in fine, etiam si in consanguineorum, & affinium suorum, vel proprijs domibus, aut seorsum habitent, quemadmodum idem Leo postea declarauit constitutione edita prima die Martij anni 1518. de quo vide Portel d. verb. Tertiary num. 7.

8. Ex quibus consequenter deducitur, quòd huiusmodi Tertiariæ, seu Beatæ castitatem vouentes sunt exemptæ à tributis, & exactionibus solui solitis à laicis, quia indistinctè, & sine limitatione illis communicat, seu concedit priuilegia Fratrum Leo X. vt suprà diximus. Scio nostrum Auctorem tomo 3. quæstion 74 articul. 11. expressè oppositum tenere, & tom. 2. quæstion. 65. articul. 5. non apertè expressisse suam sententiam, quamuis id innuere videatur ad finem articuli, referens statutum, & declarationem Leonis X. quo expressè excipiuntur dictæ Tertiariæ, vt gaudeant priuilegijs fratrum, cuius ordinis habitum gestant. Quo tamen non obstante (saluo meliori iudicio, & sub censura doctiorum) standum existimo dictæ declarationi Leonis X. qui absolutè, & absque aliqua limitatione dictas sorores, seu beatas omnino exemptas in omnibus, & per omnia, sicut fratres ordinis, cuius habitum gestant, statuit, & decreuit, vt apertè constat ex eius Bulla relata in bullario, & patebit attentè legenti eius tenorem: vbi notanda sunt verba Pontificis, in omnibus, & per omnia; qui autem totum dicit, nihil excludit, ergo cùm indistinctè, & generaliter dicat: in omnibus, & per omnia gaudere priuilegijs, & immunitatibus Fratrum, apertè deducitur, à tributis etiam, & ab alijs exactionibus, & oneribus solui solitis à laicis voluisse eas eximere

Sententia menti Auctoris conformior. Bull 44. Leon. X.

ad instar eorundem fratrum, cuius mentis signum non paruum est, quòd ad finem dictæ cōstitutionis reuocat aliam suam constitutionem in Concilio Lateranensi super hoc editam, in qua statuerat fratres, & sorores Tertij Ordinis in proprijs domibus viuentes teneri ad onera, ac tributa perferenda, sicut laici, de quo Gregorius Lopez *in l. 1. gloss. 2. tit 7. part. 1. Terez in l. 19. tit. 4. libr. 4. ordin Sarmient. de redditibus Ecclesiast. 1. p. q. ... 56 num. 4. Boerius de statu, & vita Eremitar num. 13. Tortel vbi suprà n. 7. 7. Miranda tom 1. man qu. 36 art. 4.*

9 Superest videamus, an dicti Tertiarij extra claustra viuentes gaudeant priuilegio Canonis, siquis suadente. Cum collectore tenet partem affirmantem Auctor tom 1. qu 55. art 14. circa finem, & tom. 3 quæst. 7. art. 2 quia, inquit, habent modum viuendi approbatum à Sede Apostolica. Idem innuere videtur tom 2 quæst 65. art 5. quo loci latè probat præfatos Tertiarios esse personas Ecclesiasticas, & Religiosas, quippe quæ sunt annexæ Ordini à Sede Apostolica confirmato, & specialiter Deo dicatæ, nutantes enim habitum, & statū, ac traditam sibi regulam obseruant, per sonæ autem Deo specialiter dicatæ gaudent dicto priuilegio Canonis, capit. si quis 17. quæst 4. Rursus confirmat exemplo profitentis in manibus Episcopi aliquam regulam approbatam, & manentis in propria domo de ipsius licentia, & sub eiusdem Obedientia (vt solet fieri ab eremitis) is namque fit persona Ecclesiastica, & gaudet priuilegio clericali, ex gloss. in cap. insinuante, qui clerici, vel vouent. quod optimè ad dictos Tertiarios adaptari potest. Tandem si clerico coniugato incedente cum habitu, & tonsura clericali conceditur priuilegium Canonis in c. vnico, de clericis coniugatis libr. 6 cur non idem erit concedendum Tertiarijs portantibus habitum Ordinis in sua regula præscriptum, & distinctum à sæcularibus? & hæc ratio deducitur ex traditis ab Auctore d. artic. 5 § sed hæc in principio, de quo Portel vbi suprà num. 3. qui idē tenet, licèt dubius, item & Suarez loco infrà citando.

His tamen non obstantibus licèt supradicta in rigore speculatiuo iuris aliqualem veri speciem præseferre videantur, at in praxi, & vsu communi oppositum tanquam verius sequuntur ferè omnes. Ratio mihi efficax est, quia dicti Tertiarij extra claustra viuentes reputantur pro merè sæcularibus subditi in omnibus potestati sæculari, & Ecclesiasticæ, vt constat ex dicta constitutione Leonis X. ergo in omnibus subsunt eorum iurisdictioni sicut cæteri Laici, quam quidem non possent iudices sæculares circa ipsos exercere, si essent personæ Ecclesiasticæ, & haberent priuilegium canonis, ac proinde si non gaudēt priuilegio fori, nec illo alio canonis gaudebunt. Neque obstat dictum Auctoris in præcitatis locis, quia ibidem non est locutus ex propria, sed ex sententia collectoris, vt patebit inuenienti, de quo vide Suarez *de censuris disp 22. sect. 1 num 20. Fr Ioan. em à Cruce de statu Relig. libr 1. cap 2. dub. 3 conclus 2. ad finem, Portel verb manus violenta, num.* 8. vbi sibi oppositus firmat nostram sententiam. Proponitur vera sententia de mente Auctoris.

10. Moniales Tertiariæ subditæ ordinarijs non gaudent priuilegijs ordinis, quia Pius V & Gregorius XIII. id tantùm concesserunt pro his, quæ sub obedientia Fratrum Minorum viuunt. Vnde opus est, vt habeant speciale priuilegium communicationis priuilegiorum ordinis (vt habent à Paulo III. Moniales S. Vrsulæ Salmanticensis) aliàs dictis priuilegijs minimè gaudere possunt, quod prælati debent diligenter inquirere, ibidem dicta quæst. 73. art. 1. §. colligitur denique, vbi refertur dicta concessio Pauli III. pro Monasterio præfato S. Vrsulæ. Vide suprà de communication. priuileg. numero. 45. § vltim.

De indulgentijs ordinis, quas lucrantur Tertiarij vtriusque sexus, vide apud Compend. verb. Tertiarij §. 11. & Carillo libr 1. de Tertiarijs, numero, 11. apud bullarium extat quædam Bulla Clementis VII. vbi multa conceduntur Tertiarijs. Bull. 5. Clement. VII.

AD-

ADDITIO.

11. Duplex in hac resolutione num. 1. Tertiariorũ genus distinximus. Quæ traditio verissima est, & quod attinet ad Tertiarios in seculo manentes, & laicaliter viuentes magis communiter receptum est, nullo priuilegio clericali gaudere. In primis fori priuilegio priuantur, vt expressè disponit Ordinatio Lusitana, lib. 2. titul. 2. §. 1. & stando in iure communi docent Calderin. *cons. 4. de Regularibus, Abb. in c. 2. num. 11. Felin. nu. 10. de for. compet. Decian. libr. 4. Criminal. cap. 9. nu. 34. Marta de iurisdict. un. 4. part. casu 113. n. 36. Secundo, a tributis non eximuntur, l. 19. tit. 4. ordin. l. 1. tit. 14. l. 6. recop. ibi Azeuedo, Auendaño de exequend. lib. 2. capit. 14. num. 28. Lassarte de decim. vend. c. 19.* à num 90. plures citati à Florez de Mena lib. 2. variar. qu. 21. num. 197. Gutier. de gabellis, qu. 95. à nu. 5. Gratian. discept. cap. 393. nu. 29. Tertiò, priuilegio Canonis non gaudent, vt supponunt Nau. in Manual. cap 27. n 79. Suarez de censuris disp. 22. sect. 1. num. 20. Molina de iust tract. 3. disp. 50. num 4. & quidem meritò, cùm hæ personæ, licèt modum viuendi approbatum à Sede Apostolica habeant, sæculares, non verò Ecclesiasticæ personæ propriè sunt. Hinc deducitur, Tertiarios laicaliter viuentes per professionem, quàm emittunt, matrimonium ratum antea contractum nõ dirimere, docet multis citatis Sanchez lib. 2. de matrim. disp 18. à nu. 4.

12. His verò, quæ circa Tertiarias, vulgò, Beatas, diximus hac resolut. nu. 7. nunc addo, hanc quæstionẽ inter DD. valdè controuersam esse. Sed omissa disputatione, iuxta eandem distinctionem, de qua nuper, rem hanc ampliùs resoluendam duxi. Si enim communem vitam ducant, bona in communi possidentes sub vnius superioris obedientia, negari non potest, priuilegijs supradictis gaudere. Si verò in domibus proprijs vitam priuatam ducant, diuersum erit. Quæ distinctio notabiliter confirmatur ex capit. indemnitatibus, §. supradicta, de elect. in 6. docet Decian. dict. libr 4. capit. 9. numer. 39. Duenas regul. 99. ampliat. 3. & deducitur ex resolutis à Nauar. Suarez sup. citat. Graphijs libr. 2. c. 49. num. 27. Illud aduerto cum Sanchez dict libr 2. disp. 18. num 4. quoad matrimonium dirimẽdum, iuxta terminos, c. 2 c. ex publico, de conuers. coniug. non sufficere, quòd communiter viuant, nisi solemnem professionem emittant.

13. Ex diuerso si in priuatis domibus viuant, vota tamen substantialia emittant, præuia approbatione Pontificis, non video, cur hę personæ verè Religiosæ tũc intelligatur nã ad essẽtiã veræ Religionis nõ pertinet viuere in cõmuni, cùm professio emissa, vt in domo propria quis maneat, valida sit, cap. vltim. qui clerici, vel vouentes, cuius textus decisio in eo difficilis est, dum probat, votum solemne Religionis emissum adiecta conditione manendi in propria domo cum omni substantia, valere, videbatur enim huiusmodi conditionem aduersari Religionis substantiæ, iuxta capit. ad Monaster. in fine, de stat. monach. ac proinde inutilem reddere professionem, argumento cap. vltim de condit. apposit. Sed responderi solet textum in dict. cap. vltim. qui clerici, vel vouent. non esse accipiendum de illa conditione, qua professus retineat bonorum proprietatem, etiam inuito prælato, sed de illa conditione intelligendum, qua professus velit tantũ retinere suorum bonorum vsum ad nutum prælati reuocabilem, hęc enim cõditio paupertatis voto non aduersatur, superior verò conditio maximè, & ita docent glossa *in dict. cap. vltim. verb. vt in domo, Couarr. de Sponsalibus, 2. part. cap 3. § 4 num. 25. Nauar. comment. 2. de Regul. num. 16. Auctor 3. tom. quæst. 17. art. 6. Garcia de benefic. 7. part. cap. 10. nu. 100. Sanchez libr. 5. de matrim. disp. 9. nu. 14. & lib. 7. disp. 25. num. 11. & lib. 5. Decal. cap 4. à nu 97. Zeuallos communium qu. 85. num. 2. P. Miranda* in Manual. tom. 1. quæst. 28. art 2. M. Basilius Augustinianæ familiæ fausta proles, lib. 5. de matrim. cap. 10. numer. 10.

nouissimè Doctissimus P. Suarez tomo 3. de Religione lib. 6 cap. 12. num. 14. & 15. ad quæ reducendus est Marcus Antonius Genuensis in pract. Ecclesiastic. quæst. 265. qui in hac re nimis largè locutus videtur, & nos suprà tradidimus *resolut.* 101 *num.* 58.

RESOLVTIO CXXXVII.

De Tributis.

1. TRibutum in genere importat quandam exactionem publicam, in specie autem est census, qui præstatur de proprio Principi, vel communitati ita dictum, eo quòd militibus tribuebatur. Plures sunt species tributi, gabella, pensio, census, pedagium, guidagium, seu vectigal, talia, collecta, præstantia, angaria, perangaria, munus, & Alcaualla. De angaria extat textus in l. his oner. bus, ff de vacat. & excusat. muner. & nemine, C. sacros. Eccles. vbi glossa. De pedagio, & giudagio fit mentio c. quanquam, de censib. in 6. in c. super quibusdam, de verb. signific. vbi glossa, & in l. cum qui ff eod tit. Gabella, vectigal, guidagium idem sunt, soluique solet pro rebus vectis, seu productu rei alicuius. Pensio dicitur à pendo, quod est pondero, vel soluo, siue à penso, verbo frequentatiuo, id est, frequenter pendo. Census verò est quædam pensio, quæ soluitur de prouentibus, capite quæsitum & quæstion 3. Talea, præstantia, impositio, & collecta pro eodem habentur, & quodlibet eorum est summa, quam Princeps, vel Respublica exigit à subditis proportionabiliter ad totam substantiam cuiuscunque exigendam Angaria, & perangaria est iniusta cõpulsio, & coactio, ab ango, quod est, affligo, & secundum alios est onus personale, quod potest labore corporali expleri sine rerum detrimento l. 2. ff. de muner. & honoribus. Munus aliquando sumitur pro dono, aliquando pro officio, & honore: aliquãdo pro eò, quod subimus lege, vel imperio l. munus 18. ff de verber. significat. Tandem Alcauala dicitur secundùm aliquos à gabella nomine Hebræo, & est idem, quod receptio, & fortassis impositum fuit à Iudæis in Hispania, quorum mos erat, huiusmodi vectigalia conducendi, quasi esset alia gabella, idest, alia noua muneris acceptio, impositaque fuit à Rege Alphonso II. vt patet ex eius Chronica. *Tomo 2. question. 65. articul. 1. De quo Parlador libr. 1. quotidian. capitul. 3. numero 21. vsque ad 23. Humada in Scholijs part. ad libr. 5 1. titul. 6. part. 1. glos. 1. Eadem de re vide Syluest. verb. gabella in princip. Nauarr. in capitul. fraternitas, à numero 41. Suarez libr. 5. de legibus capitul. 13. numero 3. & sequentibus.*

2. Reges Hispaniæ habent à Pio V. Gregorio XIII. & alijs Pontificibus pro expeditione belli contra infideles quoddam subsidium soluendum de redditibus Ecclesiasticis, ad quod tribuendum tenentur omnes Ecclesiastici, & Regulares, exceptis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Militibus S. Ioannis Hierosolymitani, Religiosis apud Indias consistentibus, hospitalibus actu hospitalitatem seruantibus, & Regibus Hispaniæ ratione mensarum Magistralium Ordinum Militarium, quatenus ipsorum sunt perpetui administratores, vt constat ex tenore Bullæ Pij V. Vndè Monasteria exempta à solutione charitatiui subsidij, vt habent Monasterium de Guadalupe, & alia Ordinis S. Hieronymi ex Gregor. XI. & Eugenio IV. tenentur hodie ad illud soluẽdum, quia dicta priuilegia sunt sufficienter reuocata per Bullas Pij, & Gregorij XIII. ad instantiam Regis Philippi II. Hoc autem subsidium originem trahit ab antiquo, quo Summi Pontifices decimam partẽ fructuum de beneficijs Ecclesiasticis reseruare solebant ad necessitates Ecclesiæ subleuãdas, & ad expeditionem belli contra infideles, quæ vocabatur decima Papalis, ad instar doni Nu. 18. 25. solui soliti à Leuitis summo sacerdoti, Esdræ 12. vt ex Numeris, c. 18. & 2. Esdræ c. 10.

constat, & refertur capit. 1. de decimis. Ad huius igitur decimæ Papalis imitationem Summi Pontifices certam partem, seu quo tam de beneficijs Ecclesiasticis in subsidium contra infideles concesserunt Regibus Hispaniæ tomo, 3. quæstion. 74. articul. 1. & 2. & tomo, 4. sum cap. numer. 4. & nos diximus resolut. 63. numero, 33. de quo Rebuf. de decimis quæstion. 13. Suarez l. 5. de legib. c. 14. nu. 3. & per totum caput, vbi latissime de hac materia.

3. Non debetur subsidium præfatum de annalibus missarum fundatis apud Ecclesias Ordinis Minorum, quia illarum prouentus non inducunt rationem redditutum Ecclesiasticorum, sed tantum sunt ad stipendium missarum, & officiorum, quæ ex testatoris iussu soluuntur pro labore Fratrum de redditibus bonorum relictorum hæredibus cũ tali onere, seu grauamine, qui inquam redditus sunt merè temporales regimini, & dispositioni sęcularium ad piam causam relicti, quod propriè non potest dici Capellania, sed quædam pia memoria, quam quilibet auctoritate priuata potest fundare, etiam Episcopus, vel alius Ecclesiasticus de bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus, sicut potest de illis instituere quoddam vinculum merè sæculare cum simili onere, ex *cap. it. quianos, de testamentis. Autinr ibi articul* 3. de quo Nauar. *de redditibus Eccles. quæst* 1. *menit.* 19 *numer.* 100. *Felin. capitul. postulasti, de rescriptis.*

4. Debetur tamen dictum subsidium de Capellanijs non habentibus titulum perpetuum, seu ad nutum amouibilibus, ex quadam Bulla expedita à Clemente VIII. anno 1604. & concordia facta inter Catholicum Regem Philippum III. & statum Ecclesiasticum: & rectè, quia illarum redditus sunt bona Ecclesiastica relicta clericis, & subdita Ecclesiasticis. *tom. 4. summ. dicto capitul.* 142. *numer.* 3. *&* 4. de quo Gutier. *libr. 3. Practic. quæstion. 11. numer. 21. Nauar. consil. 43. num. 11. & 12. de Simonia.*

5. Distributiones quotidianæ solitæ quotidiè largiri in Ecclesijs Cathedralibus assistentibus officio Diuino ab huiusmodi subsidio sunt omninò immunes, stipendia enim sunt addicta, seu assignata assistentiæ, & præsentiæ Diuinorum ratione laboris interessendi, ideòque non veniunt appellatione fructuum, seu reddituum de beneficijs, ex declaratione Pauli IV. Sixti IV. Clementis VII. & Pauli III. & ita indicatum fuisse in facti contingentia fertur. Quod omninò tenendum est, nisi contraria consuetudo aliud obtineat, cui standum est. Secus de illis distributionibus, quæ inter præbendatos residentes in ciuitate, vel absentibus ex legitima causa, etiam non assistentibus personaliter Diuinis, distribuuntur, quæ dicũtur, grossa, de his enim debetur subsidium, cum sint fructus, & redditus Ecclesiastici. *ibid. art. 4. et citati loco Addit. summæ n.* 8. de quo Cosmas *in Pragmat. Gallic. tit quo tempore quisque debeat esse in choro, §. iubet, v. distributiones, Rebuf in concord. rub. §. 1. v. distributiones, Redoan. de Spolijs, qu. 8. §. ad maiorem. nu.* 13.

6. Ad taxandam quottam subsidij à quolibet soluendam vocandi, & audiendi sunt Regulares, quod enim ad omnes pertinet, ab omnibus debet approbari, vt noti iuris est. Super quo extat quædam constitutio Clement. VII. pro Congregatione S. Benedicti Vallisoleti, qua cauetur, vt non fiant taxationes, distributiones, aut partitiones decimarum, & subsidiorum, nisi interessentibus illis, quorum interest: aliter nullius sunt roboris, vel momenti, & ad solutionem illorum non tenẽtur monachi, nec ad id à quoquam compelli possunt. Imò secluso isto priuilegio adhuc Religiosi in distributione subsidij se nimiũ grauatos sentientes, proculdubio reclamare queunt, eritque admittenda eorũ querela, ibid. artic. 5. de quo Lasarte de decim vend. c. 28. nu. 91.

An autem laici habentes tertias decimarum Regalium teneantur soluere de illis subsidium, vide ibid. art. 6. & suprà de decimis, num. 9.

7. Ecclesiastici, & Regulares aliquid vendentes non tenentur ad soluendam gabellam, seu alcaualam, ex libr. 6 titul. 18. libr. 9. Nouæ Compil. apud Hispanos, non obstante eodem iure Regio

dispo-

disponente, venditorem ad id obligari. At laici vendentes Ecclesiasticis, & Regularibus ad solvendum tale tributum tenentur, etiam si ementes ob id maiori pretio res comparent: nec per id frangitur immunitas Ecclesiastica, quia gabella non exigitur, nisi de re verè sæculari, vt iustissimè definitur in l. 8. tit. 18 libr. 9. Comp. Iniustam verò esse legem Ciuilem imponentem quintum soluendum fisco de rebus Ecclesiæ, aut Monasterij venditis, certi iuris est, quia id non est præcauere de antiquo tributo soluendo, sed potiùs de nouo imponendo agere in damnum Ecclesiæ *ibi d. art. 7. & tom. 4. sum. c. 166. nu. 7. de quo Lasart. de decim. vend c. 19. num. 10. & 11. Matienço in l. 11. gloss. 5. num. 4. lib. 5. Noua Comp. Suarez de censur. disp. 23. sect. 4. à num 21.*

8. Clerici & Monachi non sunt exempti à tali gabellæ solutione, quando ex negotiatione, seu mercatura vendunt, aut permutant, in pœnam enim tunc subijciuntur legibus, ac pœnis gabellarum, ac si puri laici essent. Cuius ea potissima ratio est, quia negotiatio dictis Ecclesiasticis est prohibita, & dum eam exercent, in pœnam culpæ, sua immunitate priuantur, & subditi redduntur legibus laicorum, c. final. de vita, & hone. Cler. c. quanquam de cens. in 6. Tunc autem dicentur mercaturam, & negotiationem facere, quando rem emunt in sua integra forma, postea vendituri lucri faciendi gratia, habendo pro principali fine lucrum cum aliorum incommodo, non vna, sed iteratis vicibus tanquam meri mercatores, non verò quando rem emptam sua opera, & industria elaboratam, & melioratam postea vendunt, vt si emant equum, vel mulam rudem, vt iam educatam, seu cultiorem vendant, per ius expressum in capit. ejciens 88 dist. & per hanc regulam resolues casus occurrentes. ibid. art. 8 & in Addit. summæ supra numer. 21. de quo Matienço in l. 11 gloss. 1 num 5 titul. 10. lib. 5 comp. Lasarte *de decim. vend cap. 10. numer. 5 & Duennas reg 110 numer. 11. 7 erez in l. 1. glos 1. verb. esse & aliud colum. 93. libr 1. ordina.* Vide hac de re Suarez *d. numer. 21 & quæ diximus resolut. 63. num. 31.*

9. Bona nouitij intra annum probationis suo nomine vendita non sunt exempta à decima Regali, cùm non sit vere Religiosus, & ad sæculum possit redire. Secus in nouitijs societatis Iesu post biennium simplicia vota emittentibus, quibus Gregorius XIII concessit omnia priuilegia, & exemptiones Religiosorum, verèque Religiosos esse declarat, donec ab Ordine dimittantur. ibid. artic. 3. de quo Lasart vbi sup. capit. 19. num. 50. Gregor. Lopez in l. 7. verb. si quando, titul. 7. part. 1. sed Molina tom. 3. de iust. disp 671. num 2. quem refert & sequitur P. Villalobos 2. p. sum. tract. 8. diffi. 13. num. 9. tenet, nouitios esse exemptos à tali solutione, & meritò, quia hi in fauorabilibus habentur pro Religiosis, sicque gaudét priuilegio Canonis & fori.

10. Licèt clerici negotiatores à gabellario conueniri possint coram iudice sæculari pro solutione dictæ decimæ Regalis, vt vsus, & praxis Hispaniæ obtinuit, & resoluunt Doctores infrà citandi tamẽ in Regularibus, & monasterijs id locum non habere existimo, cùm per sua priuilegia exemptio eorum sit amplior, quam ea, quam habent communem cum alijs Ecclesiasticis, non enim conueniri possunt ratione contractus, aut delicti, nisi coram suis iudicibus Regularibus. Vnde recurrendum puto ad Nuncium Apostolicũ, qui habet iurisdictionem super exemptos, quidquid alij in oppositũ sentiant *ibi. a. 10. & in Addit. Sum vbi sup nu. 31 de quo Azeuedo in rub tit. 13 lib. 1. noua comp. n. 8 Salzedo in pract. c. 55. Lasart sup n 84.*

11. Tertiarij priuatim in suis domibus viuentes, nec Eremitæ sunt exempti à solutione huiusmodi gabellæ, verè enim Religiosi non sunt, & quantum ad hoc, vt meri sæculares reputantur, de quo suprà de Tertiarijs num. 7. & 8. latè dictum est à nobis. *ibid a. t 11.*

12. Commendatarij Militarés sunt immunes ab hoc tributo quantum ad fructus suarum commendarũ, quos vendunt, nõ verò quoad alias res patrimoniales, vel aliunde quæsitas, vt cautum est apud Hispanos l. 9 tit 18 l. 9 Recop. & in

& in praxi seruatur ibidem art. 12. & in Addit. Summæ supra num. 5. de quo Lasarte loco citato num. 92.

13. Vendentes iterum rem emptam ab Ecclesia, vel Monasterio, eidem Ecclesiæ, vel Monasterio, non sunt immunes à solutione huius decimæ, quia res per venditionem iam transiuit in dominium sæcularis ementis, nec id est contra Ecclesiasticam libertatem, quando quidem versatur circa rem iam factam laicorum, & eorum contractus, ibidem artic. 13. & nos supra tetigimus num. 7. de quo Tiraquel. de retract. lig. §. 13. num 12 Boerius decis. 113. num. 19.

14. Laicus vendens rem communem cum monasterio, aut alia persona exépta vno pretio, vna eademque venditione, pro sua tata parte tenetur ad soluendam gabellam, quæ rectè diuidi potest iuxta pretij partem, quæ laici portionem super re vendita tangere videbitur, ibid. ar. 14. de quo Couar. 3. prac. cap. 36. num 2. & habetur l. 16. tit 18. li. 9. Recopil.

15. Ecclesiastici, & Regulares omnes (exceptis Militibus Ierosolymitanis) tenentur contribuere pro subsidio, quod vocatur, escusado, præbendo ad libitum regis electum vnum parochianum de qualibet parochia liberum ad illud soluendum, sine tamen Sedis, & Cameræ Apostolicæ præiudicio quoad fructus sedium, seu Ecclesiarum vacantium, ex concessione Pij V. facta Regi Hispaniarum Philippo II. Debetur autem hæc exactio ex redditibus decimalibus tantùm, non verò ex alijs redditibus Ecclesiasticis, vt per sententiam definitiuam obtentum fuit à Militijs sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ. Pro quo aduerte, quòd Regulares, & Moniales exempti per sua priuilegia à decimarum solutione, non eximũtur ab hoc subsidio, quia præbere parochianum ad soluendum decimas regi loco beneficiarij, non est contra exemptionem de decimis soluendis, quod habent, ac proinde per censuras Ecclesiasticas ad id compelli possunt à iudicibus delegatis, ibid. artic. 15. & Addit. Summæ tomo quarto capitulo 142 numero 8.

16. Moniales S. Claræ, Conceptionis, & Tertiariæ sub cura Fratrum Minorum degentes ad solutionem decimarum de suis prædijs non tenentur, quando redditus ad earum alimoniam sufficientes non sunt, ex priuilegijs relatis suprà resolut. 50. de decimis, num. 4. sed quia congrua substantia pro alẽdis monialibus decidẽda arbitrio boni viri relicta fuit, vt huic arbitrio finis imponerentur, Gregorius XIII. declarauit, congruam sustentationem qualibet moniali esse 25. ducatos, seu aureos pro quolibet anno, cuius bulla originalis habetur in Conuentu S. Claræ Zamorẽsi, & refertur apud Bullarium, & secundum eam fuit vltimò pronunciatum pro præfato Conuentu à quodam iudice Apostolico anno Domini 1588. contra Capitulum, & Clerum Cathedralis Ecclesiæ eiusdem ciuitatis, nec est reuocata per eundem Gregorium in Extrauaganti, in tãta negotiorum mole, tum quia illa fuit posterius edita, tum quia in dicta Extrauaganti non reuocantur, nisi tantùm concessa Regularibus, quæ non erant legitima, id est per alia decreta Apostolica, aut per non vsum abrogata, priuilegia verò non reuocata voluit in suo robore permanere qualia sunt, quibus Moniales eximuntur à solutione decimarum, quæ etiam in Concilio Tridentino expressè non reuocantur, ibid. artic. 16. Bull. bul. 5. Greg. Trid. sess. 25. ca. 12. de refor.

17. Eodem priuilegio possunt frui bona monialium data in emphyteosim, & ita in facti contingentia iudicatum fuisse, refert Felicianus in appendice tom 2. de censibus, in princ. nu 3 apud Auctorem tom. 3. Addit. Summæ capit. 119 num 1.

18. Pius V. apud Capuccinum in Compendio fol. 3. rigorosam edidit cõstitutionem motu proprio contra quoscunque imponentes, & exigentes quæcunque tributa directè vel indirectè Ecclesiasticis, & Regularibus de qua latè Portel verb. Tributum à num. 3. & in addit. dubia eodem verb. à numero primo.

Re-

RESOLVTIO CXXXVIII.

De Vassallis.

1 Monachis Benedictinis licitum est habere vassallos, iurisdictio nemque exercere super illos, vt deducitur ex cap. auditis, de præscriptionib. & cap. dilectus, de officio ordinar. cap. cùm dilectus, de ordine cognit. & patebit ex priuilegijs Apostolicis infrà citandis, idem habent Monachi Cistercienses ex priuilegio Benedicti X I I. Clementis V I. & Innocentij VIII. to. 3. quæst. 75. art. 1. Qua de re Eńerard. consil. 210. num 31. Auendaño iunior l. 40. Tauri Glossa 4. num 39. Sanchez li. 7. decalogi cap. 15 num. 11. circa finem, & nos diximus resolut. 96. num. 10.

2. Non est alienum à Religionibus, maximè Monachalibus habentibus bona in communi, auctoritate Apostolica habere etiam vassallos, de quorum causis cognoscant earum superiores, & iurisdictionem, etiam temporalem in ipsos exerceant, quam nemo perturbare præsumat sub pœna excommunicationis ipso facto, ex concessione Sixti IV. pro monasterio S. Mariæ de Noguera Ordinis sancti Benedicti: & quantum ad cognitionem causarum inter monasteriorum vassallos motarum expressè concessit Alexander V I. monasterio sancti Benedicti Vallisoleti, & constat ex amplissima confirmatione priuilegiorum huius Congregationis facta à Clemente V I I I. apud Bullarium, per quo habetur etiam quadam bulla Vrbani I I. vbi id amplius conceditur, ibidem articulo secundo, & nos diximus supra de exemptio. Regularium resol. 63 num. 7 & 8.

Bull. 22. Clem. 8 & bull. vnica Vrban. 2. nu. 11.

RESOLVTIO CXXXIX.

De Vicarijs.

1 Vicarius est, quem superior constituit loco absentis defuncti, vel impediti lib. 1. C. de officio eius, qui gerit vices alter. habetque iurisdictionē ordinariam, si à prælato superiore constituatur vicem eius gerens. Vicarij tamen Conuentuum apud nos Minores constituti à Guardianis iurisdictionem tantùm delegatam habent, nisi constituantur à Prouincialibus propter absentiam, aut carentiam Guardianorum, tunc enim iurisdictione ordinaria pollent, habentque cætera concessa Guardianis. Vocantur apud nos vulgò Præsidentes, Vicarij verò constituti à Guardianis in eorum absentia habent eandem potestatem, & auctoritatem, quam ipsi Guardiani habent per statuta Ordinis, idemque ius esse apud Prædicatores, testatur Collector Mendicantium, titulo Vicarius §. 1. Auct. tom. 3. q 76. art. 1. de quo Bart. in dicta l. 1. & in l. nec quicquam §. vbi decretum, num. 5. ff. de offic. Proconsul. Alciat. in Rubric. num. 25. de offic. ordin.

2. Deficiente Ministro Generali Minorum Vicarius generalis electus habet eandem auctoritatem, & potestatē, qua pollebat ipse Generalis, ex Clemēte V. in cap. exiui de paradiso, de verborum signific. Auct. ibidem articul. 2. Quomodo verò eligendus sit, diximus suprà de electione resolut. 18. numero 19.

3. Vicarij officium expirat mortuo Guardiano, vel Priore, nisi aliud statuto caueatur. Apud nostram Prouinciā sancti Iacobi statutum est, vt mortuo Guardiano eius Vicarius cum omni

sua auctoritate præsideat, quousque Prouincialis de re prouideat. Si verò nullus extet Vicarius, Guardianus cum consilio Discretorum Conuentus nominet Præsidentem, quòd si eo non nominato decedat antiquior Frater Conuentus congreget Fratres ad Capitulum, eligantque Vicarium, cui sicut, & nominato à Guardiano conceditur omnis potestas, & auctoritas Guardiani, quousque Prouincialis aliud prouideat. Pro quo aduerte, quod Vicarius constitutus à Guardiano potest ab ipso amoueri, non verò constitutus à Prouinciali, vel à Capitulo, nisi consulto superiori, aut Capitulo. *Ibidem art. 3* de quo Roman. *consil. 116.* Idem tradit Portel *verb. Guardianus nu 3.*

4. Vicarij, seu Confessores Monialium sub cura Fratrum Minorum degentium, etiam electi, & nominati in Capitulo vltra triennium non continuantur in officio, imò durante eodem triennio posse per Prouincialem ab officio amoueri (si expediat) concessit Iulius II. & idem pro alijs Religionibus videtur dicendum, & fit apud Cistercienses, ex decreto Eugenij II. vnusquisque cōsulat suæ Religionis statuta. Ibidem art 4.

5. Fratribus Mendicantibus interdicitur officium gerere Vicarij Episcoporum, vt ex Clementina 1. §. ad Prioratus, de Regularibus, sentiunt quidam, cum id non conueniat paupertati, quam profitemur. Monachi tamen & alij non Mendicantes nullo iure ab hoc munere exercendo cum licentia suorum Prouincialium prohibentur. *Ibidem art. 5. & tomo. 4. Addit Summa capitul. 176. num. 5. de quo M. Anton. Cucus libr. 2. maior. instit. titulo 8. de Vicarijs, Mandosius de signatu. gratiæ, tit. licentia fol. 101. Azor. instit. moral. tomo. 2. libr. 3. quæst. 10. Portel. verb. Religiosus num. 5. Sanchez lib. 6. capitul. 13. num. 88. & sequentibus, qui multis traditis, idem* docet de Mendicantibus Fratribus num. 93.

Ampliatur doctrina Auctoris.

6. Posse Fratrem, etiam Mendicantem exercere officium Prouisoris Episcopi distinctum à Vicario generali, tenet idem Portel ibidem, id enim sine strepitu litium, & causarum forensium, censurarum, & similium fieri potest: vbi etiam refert ex Bernardino de Bustis quendam Fratrem Nicolaum de Padua Minoritam fuisse Vicarium generalem Episcopi Tantini in Lombardia. Id tamen de Apostolica auctoritate, & indulgentia factum fuisse suspicor, qua interueniente licitè fieri posse extra dubium est. Imò in dicta Clementina id absolutè non videtur prohiberi Mendicantibus, sed tantùm trāseuntibus ad non Mendicantes, vt patebit intuenter legenti. De quo Germinian consil. 137. Albert. Brunus consil. 98. Rota decis. 266. in nouis. Idem docet Sanchez dict. num 93 loquendo de Mendicātibus exceptis Minoribus, quibus id nullo pacto permitti, asserit, num. 94.

RESOLVTIO CXL.

De Voto.

1. Votum Religionis vt sit solemnè requirit duo copulatiuè ex Bonifacio VIII. in cap. vnico, de voto, & voti redempt. l. 6. Primū quod fiat professio expressa, vel tacita in aliqua Religione à Sede Apostolica approbata, & in manibus prælati potentis incorporare Religioni. Alterū est, quod profitens voueat certā regulā, seu Religionē approbatā, nec sufficit vouere Religionē in genere vt innuit Concilium Tridentinum, vel nō approbatam, aliàs erit votum simplex. Vnde collegium in congregatione viuentium, & tria vota substantia alia religionis emittentium, si nullum modum viuendi, seu regulam approbatam seruant, non est licitum, nec eius professores dicentur verè Religiosi, licèt sint sub obedientia prælatorum alicuius Ordinis, & in eorum

Trid. sess. 25. c. 1. de Reg.

manibus professionem emittant post annum probationis, habitumve gestent eiusdem Ordinis ex Concilio Lugdunensi *in cap. vnico, de Religiosis domibus in 6. Auil. tomo. 1. quaest. 1 art. 2. de quo D. Thom. 2. 2. quaest. 88 art. 7. Nauar. in cap. non dicatis, 2. qu. 1 num. 13; & in cap. cui portio, 12 qu. 1 num. 10. vide supra de Religionibus resol. 121. num. 6. & quae tradunt* Sanchez *lib. 5. decalogi c. 1. à numer. 11. Suarez tom. 3. de Religione tract. 7. lib. 1. cap. 12. à num. 5. & libr. 2.* cap. 2. vsque ad cap. 11. per totum

2. Tria vota substantialia esse de Iure diuino deducitur ex cap. cum ad monasterium, de statu monachor. vbi definit Innocentius III. ita vota ita annexa esse Monachatui, vt neque Papa in illis valeat dispensare, tom. 1. qu. 25 artic 1. de quo Medina de sacrorum hominum continentia lib. 4. controuers. 7. cap. 39. Sanch. dict. cap 1. à num 5. Suarez dict. libr. 2. c. 10 & 12. Posse tamen dispensari à Papa votum solemne castitatis, & Religionis affirmat, & defendit cum communiori sententia Sanchez libr. 8. de matrim. disp. 8. per totam, vbi citat numerum magnum Doctorum pro parte affirmatiua, & idem repetit dict. lib. 5. decalog. cap. 2. à nu. 4. & tenet etiam Suarez dict. cap. 10 num. 10.

3. Votum adiectum tribus votis substantialibus posse per praelatos irritari, vel in eo dispensari, imò & debere, tenet probabiliter multi: licèt enim possit quis arctius se astringere ad ea seruanda, ad quae ex voto, vel praecepto tenetur, haec tamen vinculorum, seu votorum repetita ligatio, & promissio super vna, eademque materia vix vnquam prudenter fit: vnde sicut praelatus inest potestes dispensandi ex causa super omnibus Regularibus obseruantijs, statutis, ac praeceptis Regulae, ita etiam cohibere quis sit arbitrium subditorum, ne de his nouum emittant votum, ac proinde emissum irritare. Et idem de voto seruandi praecepta Dei, vt de non mentiendo, & similibus sentiunt quidam, licèt enim sub potestate pralatorum non cadat dispensatio praecepti diuini, illa tamen noua obligatio, qua subditus sponte se iterum per votum religat, nescio cur, non possit per praelatos tolli, & irritari Ibid. art 4. de quo Soto lib. 8. de iust. quaest. 3. art. 1. Nauar. in Manuali capit. 12. num. 64 Vide quae ad hoc latè tradunt Sanchez libr. 4. decalogi cap. 33. de voto à num. 4. Suarez tom. 2 de Religione lib 6. cap. 7 à num. 7. & lib. 3. cap. 6. num. 25. & lib. 2 capit. 3. num. 16.

4. Votum transeundi ad arctiorem Religionem per praelatos non potest irritari, quia id eorum potestatem excedit, rectè tamen super illo dispensant, illud enim non est simpliciter votum Religionis, sed votum transitus ad aliā religionem. Ibid. d. art 4. Idem docent Sanchez libr. 4. decalog. capitul. 33. de voto num 2. Suarez tom. 2. de religione lib. 3. c. 6 num 23 & lib. 6. c. 7. numer. 9. & c. 10. numer. 16. & tom. 3. libr. 4. c 6. numer 15. & nos diximus resolut. 122. num 80.

5. Praelatis regularibus de iure diuino competit potestas irritandi vota suorum subditorum, nam ratione voti efficitur praelatus absolutè Dominus voluntatis subditi. Ex quo consequitur, quod ad irritandum vota nulla requiritur causa, sicut ad dispensandum requiritur, id enim ex mera voluntate praelati fit, & ex absoluta potestate dominatiua procedit, quidquid alij sentiant de peccato, saltem veniali irritantis votum sine causa. Sufficiens verò causa ad irritandum erit, quando subditus votum vouit sine consensu praelati, quod tunc absque alia causa potest irritare, ibid. art. 5. & 7. in fine, de quo Caietan. 2. 2 quaestion. 68. articul. 8 Soto lib 8 de iust. quaest. 3 articul 1.; Idem ferè docet Sanchez libr. 4 decalog. cap 24. à num. 28 vbi nu. 32. resoluit, potestatem hanc esse ex iure diuino naturali, eius tamen fundamentum, & radicem esse ex iure Ecclesiastico sic per vsum declarato, & loquens de dispensationis potestate Suarez dict. lib 6. cap. 10. à nu 3.

An autem Papa possit irritare vota saecularium? dubitant multi. In ordine ad fidem, & ad finem spiritualem affirmant plures, quia per baptismum fit Papa Dominus voluntatis fidelium, id est,

est, in ordine ad finem spirituale. Ibid. d. art. 5. in principio, de quo Medin. de sacrorum hominum continentia lib. 5. c. 44. & 45. vide quæ tradit ad hoc Sanchez d. c. 24. à num. 17. Suarez dict. libr. 6. cap. 3. à num. 2.

Firmatur, & illustratur doctrina Auctoris.

6. Vota omnia personalia, realia, & mixta, quales sunt peregrinationes cessant per promissionem emissam in aliqua religione approbata, vt concors Doctorum sententia tenet, per text. in c. scriptura, de voto, ibi, Reus facti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantiam commutare, & per text. in c. penult. de regul. in 6. Imò & votum Vltramarinum cessare, indubitatum, & exploratum mihi est, quidquid alij in oppositum sentiant: nam per solemnem professionem mortuus homo mundo reputatur, incipitque viuere Deo, ac ideò cessante vita præterita, etiam vota, ac actus in illa emissa cessare consequens videtur. ibid. art. 8. de quo D. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 12. ad primum, & qu. 186. art. 1. Soto de iust. lib. 4. qu. 1. art. 4.

Sententia nostri Auctoris videtur probari ex traditis à D. Thoma d. qu. 88. art. 12. ad primum, vbi Caietan. & Aragon circa solutionem ad primum, idem Caietan. 2. 2. qu. vlt. art. 3. ad tertium, & clarius in 4. dist. 38. quæstion. 1. articul. 4. quæstiuncul. 4. ad secundum, & in solutione ad primum, idem tradunt gloss. in capitul. monacho, verb. vouerit 20. quæstion. 4. Abbat. capitul. peruenit, el. 2. numer. 1. de iureiurand. vbi Alexand. de Neuo numer. 4. Abulens. in 30. num. quæst. 74. Palud. in 4. distinct. 38. quæst. 4. articul. 1. numer. 15. conclus. 6. D. Anton. 2. part. titul. 11. cap. 2. §. 8. notab. 2. idem Abb. in dicto. capitul. Scripturæ num. 2. de voto, Felin. capitul. peruenit, num. 2. vers. posset autem, & capit. cum deputati numer. 4. de iudicijs. Syluest. verb. votum 4. quæst. 7. dict. 3. Tabien. verb. votum 4. quæst. vltim. Armilla n. 28. Soto libr. 7. de iust. quæst. 4. art. 3. ad primum Alcozet in summa c. 16. concl. 4. in fine, Azor tom. 1. inst. moral. libr. 11. c. 17. in fine, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 5. decalog. cap. 5. num. 36. vbi addit, num. 39. idem dicendum esse de votis tempore nouitiatus emissis, quæ similiter extinguūtur ipso iure per professionem subsequentem, absq; alia commutandi intentione ex parte profitentis: Idem pariter resoluit, nu. 40. de votis à professo emissis, & transeunte ad strictiorem religionem, in eaque profitente: vel expulso in perpetuum, & propria sponte ingrediente, siue strictiorem, siue laxiorem religionem. Sed in fine consulit, tutum remedium esse petere irritationem illorum votorum.

Quid si expellatur in perpetuum tan quam incorrigibilis, nec aliam religionem ingrediatur, manebitne absolutus à votis emissis ante professionem, an verò reuiuiscent illa vota? Sanch. tom. 1. ad præcepta decalog. lib. 4. c. 16. num. 108. agens de eo, qui voti adimplendi gratia ingressus religionem, ab ea sua culpa expulsus est, resoluit, quod si hic mediocrem diligentiam adhibuit ad culpas suas corrigendas, & ad se religionis instituto accommodandum, & ex infirmitate, prauisque habitibus, aut ex praua indole, qua præditus erat, non se ad religionis instituta accommodauit, aut in eas culpas lapsus est, hic, inquā, religionis voto satisfecisse censendus est, quia bona fide expertus est, & curās quantum in se fuit conditionem implere, reperitur religioni ineptus. At verò si eam diligentiam non adhibuit, sed ex negligentia culpabili sua id contingit, nōdum voto satisfecisse censetur: quia in voto religionis intelligitur conditio, si hic in religione retineatur; ergo sua culpa non retentus, manet perinde obligatus, ac si ingressus non fuisset, vel si dimissus non esset. Quod nostro casui adaptari potest. Nam si hic bona fide ingressus, & sine culpabili negligentia expulsus à religione manet liber à voto, ita vt amplius illud non reuiuiscat, ergo à fortiori qui post professionem eiectus est (etiam ex culpa sua) manebit solutus à votis quibuscunque ab eo ante illam emissis, quæ semel iam in religionis votum, ac professionem legitimè cōmutata supponuntur, nec possunt semel extincta reuiuiscere, vt fa-

cn-

tentur Toletus lib.4. summæ capit.17. num.12. & cap.18.numer.2. & alij Auctores relati ab eodem Sanchez libr.8. de matrimon.disput.9 numer.21.& suprà eodem numer. 108. Quod quidem mihi haud displicet : confirmaturque ratio proximè tradita, quia vltra quod omnia vota simplicia professionem præcedentia extinguuntur ea emissa, ac in religionis professionem legitimè commutata censentur, talis religiosus expulsus post factam professionem adhuc manet verè Religiosus, & Monachus, ac adstrictus votis Monachalibus, saltem in his, quæ eius statui, & modo viuendi inter sæculares non repugnat, & cum eo compatiuntur. Ergo si manet Monachatus votum, consequenter dicendum est, non permanere, nec reuiuiscere vota simplicia ante professionem emissa, quæ in illud legitimè, & verè commutata sunt. Secus esset si professio dicti religiosi declarata sit nulla, tunc enim ex ea nulli effectus producti sunt, ac si nunquam emissa fuisset, quia non entis nullæ sunt qualitates, & quod nullum est, nullum effectum producere potest, vt dicitur in iure.

Prosequitur Sanchez dict. lib.5. cap. 3.num.43. 49.& 50.omnia vota siue personalia, siue realia, etiam peregrinationis Ierosolymitanæ, vel subsidij Terræ Sanctæ ipso iure in religionis professionem commutari, vt rogatus Pontifex Alexander III. respondit in d.c. Scripturæ, de voto. Ad quod adducit turbam magnam Doctorum id ipsum docentium.

Item numer. 45. docet votum reale emissum non solum Deo, sed intimatum parti, vt ab ipsa acceptetur, & ita coniunctum cum promissione illa parti facta non posse in religionis professionem commutari, quia tunc est ius ipsi acquisitum, ac ideò cessat commutatio in melius: & idem resoluit de iuramento homini præstito, & ab eo acceptato. Vtrum autem iuramentum alicuius obsequij homini exhibendi habeat tacitam conditionem, dum iurans non transierit ad religionem? Affirmat idem Sanchez tomo 1.ad præcepta libr.4.capitul. 19. numer. 31. ac ideò posse eo non impleto transire ad religionem, quia, inquit, maior obligatio est homini debita, promissione ineundi matrimonij, & tamen ei promissioni, quantumuis iureiurando firmatæ inest eadem conditio, vt probat idem Sanchez *libr.1. de matrimon. distinct.43. numer.3. & seqq.*

Item numer. 74. ob eandem rationem docet, hæredem obligatum ad realia defuncti vota persoluenda nō eximi Religionis professione, sed obligationem illam ad eius hæredem transire, quia illa est institiæ obligatio annexa hæreditati.

Item numer.50 resoluit, votum subsidij Terræ Sanctæ commutari in professionem, non solum quoad peregrinandi laborem, sed etiam quoad illius subsidij expensas, & idem num.51. docet de eo, qui vouit dare debita, seu aliena incerta in eiusdem Terræ Sanctæ subsidium: vnde vel pauperibus restituenda erunt, vel conuertenda in monasterij vsus, quia opus pium sunt.

An autem per simplicia vota emissa in Societate Iesu, aut coadiutorum formatorum post biennium nouitiatus, vota antea facta extinguantur? Sanchez vbi suprà num.54. affirmat, non extingui, sed suspendi, ita vt non obligent, dum hic in societate perseuerauerit: at expulsus ab ea ante professionem solemnem tenebitur ad illa. Et idem docet de votis emissis post dicta biennij vota in eadem Societate facta, quia per ea non fit professio solemnis, nec vouens traditur irreuocabiliter, sed cum conditione, dum à Societate expulsus non fuerit. Hoc tamen limitat, numer. 55.& duobus sequentibus, nisi quis vota omnia vellet commutare in dicta vota simplicia post bienniū facta, si enim hūc animū habuit, manet omninò liber ab illis, ita vt expulsus postea non reuiuiscant, nec teneatur ad illa. Quod aūt possint commutari tanq̄ in quid perfectius, et gratius Deo, decidit Gregorius XIII in sua Extrauaganti, ascendente. At facta semel legitima commutatione, extinguitur omninò priorum votorum obligatio, ita vt nunquam reuiuiscat.

7.Vo-

7. Votum simplex castitatis emissum à Religiosis Societatis Iesu post peractum biennium dirimere præcedens matrimonium ratum quandiu ab Ordine non demittuntur, declarauit Gregorius XIII. quod in fauorem Religionis fuit à Sede Apostolica indultum. Nec obstat, quòd hoc tantùm tribuitur voto solemni castitatis ex institutione iuris Diuini, vt quidam sentiunt, nam secundùm saniorem sententiam plurimorum Theologorum, & Iurisperitorum effectus voti solemnis ad dirimendum matrimonium est de iure humano Pontificio, seu Ecclesiastico, ac ideò sicut Papa habet potestatem statuendi, & efficiendi, vt solemne votum dirimat matrimonium, ita etiam statuto potest idem tribuere voto simplici, maximè quando aliqualis traditio fit, vt in professione trium votorum simplicium in manibus prælati apud præfatam Societatem fit, quamuis ipsa professio sit reuocabilis. Quod in sententia nostri subtilissimi Scoti plusquam indubitatum est, qui tenet per votum simplex Religionis fieri traditionem respectu Dei, sicut fit per votum solemne respectu Dei, & hominũ. *Tom.1.quæst.1 art 4.& Tom 3. quæst. 1 ar.6 de quo Scotus in 4.dist 31.quæst. vnica, Henriquez tom.2.lib 10. de matrimon.cap.5.num.7.liter.N.& lib.11. cap.8.num.7. Caiet.2 2.quæst.88. art. 7. Medin. de Sacrorum hominum continentia, controuersia.7. Idē firmans Vazquez 1.2.quæst.96.art.4.disp.165 cap. 10.initio, Sanchez libr.2. de matrimon. disp.18 num.6.& lib.5. decalogi cap.1. numer.29. Suarez tomo 3. de Religione, tract.7.lib.2 cap.7 à num.15 & cap.8. à numer.3.& capitul.9. à num.2. & ex professo latissime rem tractans tom.4. de Religione tract.10.lib.4.c.2. per totum.*

8. Quamuis votum continentiæ non sit ita essentialiter annexum sacro Ordini, sicut Religioni, & Monachatui, in qua expressa fit castitatis promissio, seu votum, nulli tamen dubium esse potest, in susceptione dicti sacri Ordinis implicitè voueri, & solemniter promitti huiusmodi castitatem, vt aperté constat ex cap. vnico, de voto, & voti redempt. in 6. ac per consequens in vtroque voto, Religionis scilicet, & Ordinis sacri dirimi matrimonium postea contractum, expressè diffinitur in dicto capit. vnico Auctor tom.3.q.29.art.2. de quo Medina de sacror. hominum continen.cap.1. & 3. Sanchez d. capit.1. num.5. Suarez dicto lib.2.cap.8.num.5.

9. Vota stulta Deo non placere, habetur Ecclesiastici, cap.5. Displicet (ait) Deo infidelis, & stulta promissio. Ideòque ex illis nulla nascitur obligatio. to. 2. quæst.46.art.3.§.tertia regula. Vnde fit, eos qui vouent cum proposito promittendi, & se obligandi, non tamen implendi vera vota non emittere, rectissimè docent Valentia 2.2.disp.6.quæst.6. punct. 1. Auctor tom.4. sum.cap 182.n. 7. licèt cum communi affirmet Sanchez *lib.1 de matrim.disp 9. à num.1. & lib.4. decalog. cap.1. num.22.* Eccl.5.

10. Abbates Benedictini habent potestatem dispensandi in voto clausuræ cum suis monachis de consilio, & assensu ad minus duarum partium Conuentus, existente aliqua ex causis positis à Martino V. in quodam priuilegio facto Monasterio S. Benedicti Vallisoleti, quod per Eugenium IV. ad omnia Congregationis Monasteria productum est. *Tom.3.q.78.art.1.*

11. Votum Donatorum apud eosdē Benedictinos solemne est, promittũt.n. obedientiam, paupertatem, & castitatē in manibus prælati secundùm Ordinem S. Benedicti, sicq; fruũtur omnibus priuilegijs cōcessis Monachis huius Religionis ex declaratione Greg. XIV. *Ib.ar.2.*

12. Curati, nec nō prælati locales Regulariũ, quales sunt Guardiani, Priores, & similes de iure cōmuni dispēsāt ex iusta causa, tā circa præcepta, q̃ circa vota in minutis, & frequenter occurrentibus casibus, etiam in reseruatis Episcopo, q̃do commodè non potest ad eos recurri. Hoc tñ debet intelligi in votis, quorũ dispensatio competit Episcopis de iure ordinario, vt in ieiunijs, in obseruatione festorum, & similibus non reseruatis Papæ. Vnde non habent dispensare in

Voto castitatis, vel Religionis, etiam in casu magnæ necessitatis, quia id conceditur Episcopis ex præsumpta voluntate Pontificis confidentis de eorum prudentia, & scientia, quæ confidentia non habetur de parochis, & prælatis inferioribus. Ex quo fit, quòd in casibus quos Concilium Tridentinum committit Episcopis intuitu dictæ confidentiæ (qui aliàs illis non competunt de iure, & potestate ordinaria) non habent confessores Mendicantium auctoritatem absoluendi, etiam virtute suorum priuilegiorum. Quod si rectè introspiceret Thomas Sanchez infrà citandus (salua omnia tanti viri) non vtique tribueret nostro Auctori, opinionis fuisse, parochos absolutè in absentia Episcoporum posse, dispensare super omnibus iure ordinario Episcopis competentibus, ex tacita, & præsumpta commissione Papæ. tomo 2. quæst. 46. art. 9. & Addit. summæ tom. 4. cap. 187. num 8. de quo D. Thom. 1 2. quæst. 97. art. 7. & 2. 2. quæst. 88. art. 10. Soto lib. 7. de iustit. quæst. 4. art. 1. Azor tom. 1. inst moral. libr. 1. c. 20. quæst. 2. & 4. Sanchez lib. 8. de matrimon. disput. 9. numer. 27. Vide suprà de confessarijs quoad dispensandum, resolut. 31. num. 32.

Trid. sess. 24. c. 6. de reform.

Aperitur mens Auctoris.

13. An autem satisfacere quis dicatur voto Religionis, assumendo habitu in aliquo ex Ordinibus Militaribus? negat Auctor in Summa 2. tom cap. 95. n. 8 bene tamen ait, satisfieri assumpto habitu equitum D. Ioannis, vel etiam clericorum aliorum Ordinum Militarium in communi viuentium. Sed Sanchez ad præcepta, libr 4. cap. 16. num. 22. meritò nō assentit quoad eum qui assumit habitum S. Ioannis, quia, inquit, communiter Religionē promittentes intendunt statum viuentium in communi, & alienum à tumultu, fastu ac curis sæcularibus, quod in dicta militia S. Ioannis non consequitur. Vnde fœmina, quæ professionem emisit apud Monasteriū Commendatarum in communi viuentium, rectè satisfacit voto propter eandem rationem. Vide Corduba in Summæ quæst. 148.

Ampliatur, & illustratur Auctoris doctrina.

14. Pro coronide huius resolutionis hic incurrit elegans disceptatio à nobis exagitanda, an is, qui votum Religionis emisit satisfaciat voto, si priusquam Religionem ingrediatur, Episcopatum susscipiat? Et quidem videtur in hac re dicendum, per Episcopatus adeptionem votū Religionis adimplesse, cùm enim status Episcopi perfectior sit statu Regulari, cap. veniens, de iure iurand. cap. licet, de Regular. & votum non infringat qui commutat in melius, cap. peruenit. el 2. de iure iurando, videtur dicendum, non teneri Episcopatum dimittere, & ad Religionem conuolare. Deinde suadetur hæc sententia ex eo, quòd votū simplex strictioris Religionis dissoluitur laxioris professione, eo quòd hæc maius vinculum inducat, vt extat proditum in c. penult. de Regular. in 6. Cuius rei argumento non malè tentari potest, idem esse dicendum in eo, qui assumpsit Episcopatum, qui cùm maius vinculum constituat, votum Religionis soluit. Quibus, & alijs rationibus ducti vacare culpa eum, qui post Religionis votum, & non adimpletum, Episcopatum acceptauit, existimant Henriquez lib. 10. Summæ cap. 32. in fine, noster Auctor tom. 2. Summ. cap. 6. nu. 6.

Verùm hæc sententia apertè refelli videtur ex cap. per tuas 10. de voto, vbi Pontifex disertis verbis ait, eū qui prius Voto Religionis ligatus erat, & antequam illud ad exitum perduceret, Episcopalis dignitatis regimen adeptus esset, teneri demisso Episcopatu votum Religionis adimplere. Cuius textus auctoritate sic docent Valer. Reginald. in praxi, lib. 18. num. 382. Bartholomæus à S. Faustto in Thesauro Religiosorū libr. 2. quæst. 191. & 334. & lib 5. quæst 41. & post plures omnium latiùs Sanchez lib. 4. Decalog. cap. 12. à numer. 5. Azor moral. part. 1. lib. 11. cap. 16. quæst. 2. & cap. 22. quæst. vltim. Suarez tom. 3. de Religione lib. 1. cap. 19. à num. 3 Quæ sententia illa ratione confirmari potest, quia eo ipso quòd vouens Episcopatum acceptauit, admisit impedimentum Religionis promissæ, capit. nisi cùm pridem, de renunt. & sic se reum voti fecit. Quamuis enim non repugnet, vt Religiosus

fiat Episcopus, repugnat tamen vt Episcopus fiat Religiosus, quia oportet illum prius fieri nouitium, & in operibus humilibus, & abiectis exerceri, quæ dignitatem Episcopi dedecent.

15. Neque audiendi sunt, qui illudunt magis, quam interpretantur verba Pontificis in d. cap. per tuas, accipiêtes eius sententiam de consilio, non verò de præcepto, expendentes illud verbũ, consulimus, quo Pontifex vtitur. Verius tamen est ibi, eum non consilium tantũ, sed & præceptum iniunxisse vouenti, quod non obscurè colligi potest ex sequentibus verbis ibi: si uiam desideras sanare conscientiam, quæ ineptè ad cõsilium referrentur, cum consilij obseruatio ad sanitatem conscientiæ tuendã non pertineat. Vnde dixit Pontifex, consulimus, non quia non præcipitet, sed quia iudicialiter non procedebat, si enim iudicialiter procederet, vtique cogeret, & præciperet, vt rectissimè notarunt ibi Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Ancharanus, & Cardinalis, Sanchez dict. cap. 17 num. 1. Suarez dict. cap. 19. numer. 4. & 5. Neque infrequens est in iure aliquãdo vsurpari verbum, consulere, pro præcepto, non pro consilio, sic enim accipitur in cap. Mathæus 23. de Simon. ibi, multũ tibi consulis, cum glossa ibi Suarez tomo. 1. de Religione, libr. 4. de Simonia capit. 57. num. 24. sic etiam in cap. aduersus 7. de immunit. Eccles. verbum consulatur, de præcepto interpretatus est noster Auctor. *tom. 1. quæst. 6. ar. 13. versic. vndè infero, in quo etiam sensu Mendoza libr. 2. de concilio Illiberitano, cap. 20. paulo post principium rectissimè accepit Canonem 10. Concilij Arelatensis 1. sub Syluest. 1. extat, tom. 1. Conciliorum, p. 266. vbi decernitur, Cõsilium dandum fidelibus coniugibus, ne viuentibus vxoribus suis liceat adulteris alias accipiant*, quod tamen decretum non de consilio, sed præcisè de præcepto est exponendum, alioquin apertè pugnaret diffinitio *cap. gaudemus, de diuert.*

16. Probemus igitur responsum Pontificis simpliciter accipiendum esse, scilicet, vt votum Religionis ante Episcopatum emissum non impleatur suscepto Episcopatu, & consequenter peccasse vouentem in dicto capit. per tuas, assumendo Episcopatum ante votum impletum. An autem in eo casu fuerit necessaria licentia Pontificis ad resignandũ Episcopatum, an ipso iure data censeatur in ipso textu? res est valde ambigua. Caietanus in illo textu licentiam Episcopo fuisse datam, opinatur. Contrarium tamen meritò docet Axor, vbi supra, Sanchez dict. cap 17. num. 6. Suarez dict. lib. 1. cap. 20 à num. 1. cum quibus prosequenda sunt multa de materia *dicti cap. per tuas.*

De potestate confessorum Mendicantium ad dispensandum vota sæcularium, vide dicta resolut. 31. de confessarijs quoad dispensandum, & dispensatione quoad vota *resol. 52. à nu. 29.*

RESOLVTIO CXLI.

De Vnctione Extrema.

1. Minister huius sacramenti est pro prius parochus, Clementina, dudum de sepulturis, sacerdos autem simplex illud conferens sine licentia Episcopi, aut parochi peccat grauiter, sacramenti tamen factum tenet, quia de eius essentia tantùm requiritur, quod sit sacerdos. Quod Religiosis strictiùs prohibetur sub excommunicationis pena Papæ reseruatæ, in Clementina 1. de priuilegijs, exceptis his, quibus id à Sede Apostolica est indultum, sicut pro seruitoribus, ac domesticis intra Conuentũ degentibus, & pauperibus apud sua hospitalia existentibus cõcessit Sixtus IV. Monasterio S. Benedicti Vallisoleti apud Bullarium, cuius dispositio, pensatis eius verbis, extẽditur ad alios quoscunque, qui intra Monasterium infirmari contigerit, quo fruuntur per communicationem aliæ Religiones, & expressè concessit Sixtus IV. in alia Bull. 24. Sixti 4. num. 4.

Bulla pro Prædicatoribus. Pro quo aduertere oportet, quod non incurritur dicta excommunicatio ab eo, qui in manifesta necessitate absente parocho de licentia eius præsumpta, vel ex simplicitate ministrat, quia dicta pœna præsumentes tantùm ligat. tomo. 3. quæst. 79. art. 1. & tom 4. Addit. summæ cap. 193. num. 2. & 3. & nos diximus suprà resol. 64. num. 1. Vide Suarez tomo. 4. disput. 43. pro quo etiam extat alia magna concessio eiusdē Sixti IV. pro minoribus, vbi permittit Religiosis ministrare hoc Sacramētum sibi confessis, negantibus, vel iniustè detinentibus parochis, & diximus suprà de sacramentis ministranda, resol 126. num. 5. De quo Soto in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. Ledesm. 2. p. 4. quæst. 33. art. 3.

In Bulla bul 33. Sixti 4. num. 11.

Bull. 14. Sixti 4. n. 45. & in compen. verbor. communicare § 6.

2. Hoc sacramentum Extremæ Vnctionis conferendum est primò omnibus infirmis, quibus mors imminet. Secundò, senibus senio iam confectis, etiā absque aliqua alia infirmitate Tertiò, adultis baptizatis habentibus vsum rationis, etiam statim post susceptum baptisma. Quartò, vulneratis morti propinquis, quidquid aliqui sentiant. Quintò, mulieri in partu deficienti. Sextò, repentina infirmitate præuentis, & priuatis loquelæ, & sensuum vsu. Septimò, non valentibus illud petere, maximè si phrenesi, aut alia simili causa impediti inueniuntur, dummodò absit irreuerentiæ periculum, nec manifestè pateat insaniisse in peccato. Octauò, habentibus sufficiens iudicium rationis ad recipiendam Eucharistiam, imò & puero in decimo anno constituto, in quo discretionis iudicium adesse præsumitur. Pro quò aduerte, quòd sufficit mortis articulus præsumptus ad conferendum hoc sacramentū, & in dubio, an sit mortuus infirmus etiam conferri potest, sub conditione tamen, si mortuus non est. Vnde manifestè opprimente iam morte infirmum, non est vltrà progrediendum, etiam post inceptam secundam, vel tertiam Vnctionem, ideoque aduertat minister vngens infirmum in agonia iamiam animam exhalantem, quod misso ordine Manualis circa solemnitatem statim progrediatur ad Vnctiones, ne infirmus inunctus decedat, & post completas Vnctiones poterit omissas orationes recitare, benedictionesq; perficere. *Ibid. ar. 2.* Hac de re tractant. Palud. *in 4. dist. 23. qu. 3. à num. 14 Sotus ibi quæst 2. art. 2. Nauar. cap. 22 num. 13. Syluest. verb. Vnctio Extrema, quæst. 5. Suarez tom. 4. disp 41. sect. 1. & 2. P. Villalob. 1. p. summa tract 19. diffic. 4 à num. 4.*

3. Imo infirmo iam iam in extremis constituto, ita vt probabiliter credatur non posse perfici omnes quinque Vnctiones cū suis formis, sufficit vna, aut altera cum suis formis, tunc enim in illis formalis, & integra essentia sacramenti esse censebitur, dummodò minister habeat intentionem perficiendi illud in præfatis duabus, vel vna Vnctionibus, & ita responsum esse à Theologis Louaniensibus fertur: qui etiam determinauerunt in morbis contagiosis, & peste grassante sufficere sensus organum magis ad Vnctionem aptum, seu directum, aut expositum inungi, dicendo: Per illam sanctam Vnctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum. Posteàque preces in Ecclesia poterūt recitari. Ita refert vsu receptum esse apud Belgas Suar *4. tom. de pæn disp 41. sect 3 num. 8. & tradit. Auct. tomo. 4. summæ. c. 191. numer 4.*

Vbi etiam addit, ad maiorem abundantiam, & securitatem debere hoc fieri a ministro sub conditione apud se, si prodest infirmo, vel si est capax receptionis sacramenti, sic enim nulla potest resultare irreuerentia ipsi sacramēto, & infirmus per eius virtutem potest reddi de attrito contritus. De quo Soto *dicta quæst. 2. art. 2.* Syluest *verb. Vnctio qu. 5. vers. 2* Suar *d. disp 41. sect. 3.*

4. Cæcus à natiuitate vngendus est in parte proximiori organo oculi: Episcopus verò, vel sacerdos vngendi sunt in parte superiori manuum, quia palmas habent consecratas oleo sancto consecrationis, vt habetur in aliquibus Manualibus, & traditur non semel in Thesauro Sacerdotali, *de extrema Vnctione. Ibidem dicto art. 2 in fine.*

5. Hoc sacramentum denegandum

est

est pueris sacræ pœnitentiæ incapacibus, amentibus à natiuitate, furiosis perpetuis, & non perpetuis si timetur irreuerentia, maxime si habuerunt dilucida interualla, nec petierunt: item intrantibus mare, vel bellum, nec non suspendio necandis vel decapitandis, nisi aliâs ratione infirmitatis morti proximi videantur, quod in praxi seruari vidisse testatur Vibaldus infrà citandus. Item infirmis non graui morbo laborantibus, & existentibus in notorio peccato, vel incidentibus in phrenesim, apoplexiam, vel amentiam, nisi prius aliquod signum contritionis ostendant. Ibid. ar. 3. de quo Viualdus, in Candelabro aureo, titulo de Extrema Vnctione, nu. 41. Nauarro cap. 22. num 12. Soto *in 4 dist. 23. quæst. 2. art 2.*


6. Quoties infirmus ad articulum mortis propinquus præsumitur, in eadem etiam infirmitate conferendum est illi hoc sacramentum, & iteratis vicibus (si opus sit) repetendum, est communis, & concors omnium sententia, & definitur in Concilio Tridentino *ibid. art. 4.* de quo D. Thom. *in 4. dist. 23. qu. 2. art. 3.* Scotus *dist. 23.* Syluester *verb. Vnctio, qu. 8.*

Et sic tandem in nomine Dei Optimi Maximi finis sit impositus huic meo Regularium Quæstionum Compendio, in quo iuxta Petronium Arbitrum,

Inueniat quod quisque velit, non omnibus vnum est, Quod placet, hic spinas colligit, ille rosas.

Si Catholicæ fidei, bonisque moribus dissonum aliquid, inuersum, aut contrarium scriptis nostris appareat, ex animi sententia inscriptum, indictum, infectumve esto.

FINIS.



INDEX RERVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Prior numerus resolutionem, posterior numerum sectionum inducat.

A.

ABBAS.

fiat.

Car-

Qui-

Comp. Roderici.

Tt quid

An

E

diui-

in-

O

P



LO-

LOCA IVRIS

Canonici, quę in hoc opere aduocantur, & explanantur.

Ex Libro Decretorum.

Ex distinctionibus.



Ex causis.

Ex Libris 5. Decretalium.

De constitutionibus.


De

C p.

Cap,

Extr.

FINIS.



BRIXIÆ, Apud Bozzolam. M. DCXXXIV.
De Consensu Superiorum.